Digitized by Google

Digitized by Google

B 17
6
37
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI

DONATI DAL

DOTTOR ANNIBALE GIULIONI

GIURISTA

Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1° Dicembre 1805 in Firenze.

16 Maggio 1896

D. 15. 7. 404

R#

ex dono codiuvari
domini cribier 1707.
des Candres


De ORIGINE
& Progreſſu
IURIS ROMANI
Authores, et Fragmenta
Veterum Iuriſcon:
ſultorum.
LUGD.
BATAV.
Ex Officina ARNOLDI DOUDE 1672.

De ORIGINE & PROGRESSU

JURIS CIVILIS ROMANI

Authores & Fragmenta Veterum Juriſconſultorum,

Cum notis ARN. VINNII, & Variorum.

Auctore & Collectore

S. LEEWIO, JC.

Quę hiſce continentur ſequens docebit Pagina.



LUGD. BATAVOR.
Apud ARNOLDUM DOUDE.
cIↃ IↃ c LXXII.

B. 17. 6. 37

Contenta.

Tit. Dig. De Origine Juris & omnium Magiſtratuum & ſucceſſione prudentium, cum notis Variorum, ac præcipue ARNOLDI VINNII nunquam ante hac editis. pag. 2.

Lucius Feneſtella & Pomponius Lætus cum S. LEWII notis pag. 82.

Pomponi Læti. 165.

Legum XII. Tabularum fragmenta ex noviſſima JACOBI GOTHOFREDI reſtitutione, cum paraphraſi & ſelectis ejuſdem & aliorum notis. pag. 215.

Edictum perpetuum SALVII JULIANI cum allegationum notis. pag. 307.

Ulpiani Fragmenta cum ſelectis J. CUJACII & Dioniſii GOTHOFREDI notis. pag. 399

J. PAULI receptarum ſententiarum lib. v. cum ſelectis J. CUJACII notis. pag. 457.

CAJI JC. Inſtitutiones cum Dioniſii GOTHOFREDI & J. OYSELII ſelectis notis. pag. 558.

LICINII RUFFINI Moſaicarum legum collatio cum notis P. PITHOEI. pag. 605.

De Origine, progreſſu, uſu, atque authoritate Juris Civilis Romani, ejuſdemque varia editione, atque emendatione hiſtorica narratio Authore *Simone Lewio.* pag. 711.

Chronici Canones & Faſti Conſulares à Romulo Rege uſque ad Juſtiniani mortem *A. Contio* auctore. Ajecta *Marquardi Freheri* utriuſque Imperii Chronologia, ad hæc noſtra tempora continuata. pag. 749.

Cla-

Clariſſimis, Doctiſſimis, Conſultiſſimisque Viris,

DD.

ALBERTO RUSIO, J. U. D.

& in Academia Leydenſi Jurium Profeſſori optime merito,

GEORGIO CONRADO CRUSIO,

J. U. D, in eadem Academia Profeſſori ordinario,

ET

JANO HANEDOUCHE,

J. U. D. & *Flartingæ* Urbis ab intimis Secretis,

Salutem & Officia.

Clariſſimi, Doctiſſimi, Conſultiſſimique Viri.

NE tanquam Claudi Sutores manus in ſinu foveamus pro facultatibus noſtris, omnem curam atque operam adhibuimus, ut pro Studioſorum commodo; illud in lucem proferamus, quo maxime in Studio Juridico proficere queant. Quod quidem in *Juris Civilis Romani Origine* &

progreſſu conſiſtere, nemo eſt qui ambigit, cui tum hæc veterum fragmenta cum ſelectis variorum notis plurimum conducere multi viri docti perſuaſum habuere, ad quod vos vivos teſtes jure meritoq; adducimus, ut qui tam publice, quam privatim, hiſce nihil prius, nihil antiquius habendum conteſtamini. Huic fragmentorum editioni cauſam dederunt ARNOLDI VINNII, dum viveret hujus Academiæ, Jurium Profeſſoris primarii, quædam in priorem partem tituli, *De Origine Juris*, manuſcriptæ notæ, quas tenebris immergi pro dignitate tanti viri nefas duximus, & ut ille ipſe de ſe ac ſuis, in præfatione *commentarii ad Inſtituta* teſtatur, currente rota, quæ urceum inſtituerat amphora facta eſt. Neque enim, ea tantum, quæ ad titulum illum deſiderare videbantur ſuppleri, ſed & illa quæ ejuſdem cum eo titulo fariginis videbantur undecunque colligi impendio noſtro curavimus, Quibus & alia non diſſimilis argumenti

addi

addi operæ pretium videbatur, niſi & illa in majoris voluminis faſciculum differri ſatius viſum fuiſſet. Interim vobis, ac veſtris hæc noſtra quantulacunque congeries uſui ſit, quam eodem quo affertur vobis animo acceptam ferri optamus ac vovemus. Neque hæc vobis, Clariſſimi Viri, dedicare dedignati fuimus, haud aliam ob cauſam, quam quod de iis veriſſime, & pro merito ſuo judicare, eaque ſuo pretio exiſtimare poteſtis. Valete Reipublicæ & juris Civilis ſtudii commodo, & ſalvetote quam plurimum

à totum veſtro

ARNOLDO DOUDE,

Bibliopolâ Leidenſi.

Datum Leydæ 2. Decembris, 1671.

Lectori S. D.
S. LEEWIUS.

Q*Vantum valeat, Studioſe Lector, Veterum Iuriſconſultorum fragmenta quotquot exſtant, erumi-nare, neminem latere poteſt aut debet. Cuique enim, vel modice in juris civilis ſtudio verſato, ſatis exploratum eſt; à Triboniano eiuſque adſeſſoribus Veterum juriſconſultorum compilatoribus, abrogatas dudum leges ac ſententias, pro bonis ac receptis propoſitas, inſolubiles antimonias, & quam plurima truncata juriſconſultorum reſponſa & Imperatorum reſcripta in pandectis & codice relicta, ac perturbate disjecta; multas leges à ſuis titulis rejectas, in minus proprias tranſlatas, & pro meris Veterum Iuriſconſultorum & Imperatorum legibus mixtas, id eſt partim ex jure veteri, partim ex novo concinnatas, præfixis nihilominus veterum authorum nominibus, ac ſi nihil mutatum eſſet, atque ipſum ſubinde legis ſenſum miſere interpolatum, quaſdam denique novellas obſcure, & ambigue, nec minus corrupte compoſitas. Cui vitio, pro reſtituendo, atque imminuendo ſtudio juridico, haud alio remedio mederi potuiſſe, quam explorando veterum juriſconſultorum ſcripta, quantum quidem ab ærumnis eorundem beneficio reſtitui potuere, viri undecunque doctiſſimi judicarunt. Qua in re plurimum præſtitere* Antonius Auguſtinus, Augelus Politianus, Anton: Goveanus, Jac: Rævardus, Guil: Ranchinus, Theod: Marcilius, Anton: Guibertus, Joannes Robertus, *& poſt omnes nunquam ſine laude memorandus* Jacobus Cujacius, *ejuſque pro reſtituendo atque eruendo juris civilis fonte, æmulator* Jacobus

bus

bus Gothofredus *Dioniſii filius. Quos omnes adduco teſtes, neminem ſe unquam juriſconſultum profiteri poſſe, qui Iuris Origines, qui ejus authores, atque tempora quibus quæque lata fuerunt, ignoret, qui juris hiſtoriam in numerato non habeat, qui non ſeriem latorum* Senatuſconſultorum, *conſtitutionum, edictorum, aliarumque legum ſolam atque unicam rationem ſingula recte intelligendi, ac pertractandi, diſſidia componendi, vetera atque nova pari facilitate, & felicitate noſcendi, quæ à quoquo introducta, aut mutata, quibus de cauſis, quibus temporibus lata, velut annales, cognoſcat. Nec vane ſemper ego in animum induxi meum, ſed re ipſa expertus ſum ab hoc potiſſimum fonte ingruentis inſcitiæ malum proficiſci, quod noſtri jam nunc Advocatuli, dum juris civilis ſcientiam profiteantur, nihil minus præ ſe ferant. Lege ac perlege eorundem conſulta, nulla penitus lege, ſed aut propria ſolum authoritate, quæ certe nulla eſt, aut diverſis aliorum interpretum opinionibus ſine certa lege aut ratione firmata, nulla in iis ſolidi juris mica, nulla iſtiuſmodi obſervatio: ut quibus & fons & origo, & verum juris interpretamentum deficiat. Quod certe haud aliunde quam ex hoc fonte hauriendum. Quis enim de genuina difficilium & obſcuriarum legum ſententia judicare poteſt, qui non eas referat, unde petitæ ſint, quis ea quæ à prætoribus canta, quæ à jurisconſultis definita, quæ legibus aut conſtitutionibus ſancita,, moribuſve inducta fuerint probe dignoſcet? qui non ea ad ipſas XII. Tabularum leges, Senatuſconſulta, edicta, plebeſcita, reſponſa, mores ac conſtitutiones referat, quæ ab eorum unoquoque ortum, atque initium ducunt. Quæ ſi integra exſtarent felicius multo, ac cautius cum juris interpretamento*

mento ageretur, ſed ut fieri adſolet conſutarii illi Veterum Iuriſconſultorum compilatores, ut ne fictitiæ eorundem operæ maculoſa larva detrahatur, omnia quantum fieri potuit veterum ſcripta è medio ſuſtulere, quorum pauca tantum quædam fragmenta exſtant, quæ quum variis variorum operibus intermixta reperiantur, quædam melioris notæ in ſtudioſorum gratiam pro manuali in faſciculum congerere bibliopolæ hi noſtri efflagitarunt.

Quibus tum pro tyronum captu, eorundemque faciliori intellectu noſtras & aliorum ſelectas notas margini adjunximus. Quorum velut totius argumenti caput, & initium primo ſe offert, titulus Digeſtorum De Origine Juris & omnium Magiſtratuum & ſucceſſione prudentium, *cum notis* ARNOLDI VINNII *nunquam ante hac editis, & ſelectis* J. Cujacii, Hieron: Cagnolii, Gerardi Coccæi *& noſtris notis marginalibus.*

II. *Hunc velut ejuſdem argumenti ſequitur* Lucii Feneſtellæ (*ut vocant*) de Magiſtratibus Romanorum *&* Pomponii Læti *de* Magiſtratibus, juriſperitis, *&* legibus *libellus, adjectis in ſingula capita noſtris notis.*

III. LEGUM XII. TABULARUM *fragmenta undecunque collecta, ſuis nunc primum tabulis reſtituta, per* Jacobum Gothofredum JC. *una cum paraphraſi, & ſelectis ejuſdem,* Theodori Marſilii, Jacobi Rævardi *& aliorum notis.*

IV. *Edictum perpetuum à* Salvio Juliano *compoſitum, & ad Ordinem Digeſtorum reſtitutum per* Guil: Ranchinum *cum ejuſdem merginalibus notis.*

V. *Tituli qui ſuperſunt ex corpore* Ulpiani *cum* Dioniſii Gothofredi *notis.*

VI. *Et*

VI. *Et* Julii Pauli *receptarum ſententiarum libri V. cum ſelectis* Jacobi Cujacii *notis.*

VII. CAII JC. *Antiquiſſime e libris quatuor inſtitutionum quæ ſuperſunt fragmenta, ex ultima I. Oyſelii* JC. *recenſione cum ejusdem & aliorum ſelectis notis.*

VIII. Licinii Ruffini, (*ut volunt*) *Moſaicarum & Romanarum legum collatio ex integris* Papiniani, Pauli, Ulpiani, Gaii, Modeſtini, *aliorumque veterum juris authorum libris ante tempora Iuſtiniani deſumpta, & quædam alia ex Bibliotheca* P. Pithoei JC. *cum ejusdem notis emendatioribus.*

IX. *Quibus corollarii loco accedit noſtra de Origine progreſſu, atque authoritate Iuris civilis Romani, ejuſdemque varia editione atque emendatione hiſtorica narratio.*

Adjectis Chronicis Canonibus & Faſtis Conſularibus à Romulo Rege uſque ad Iuſtiniani Imperii exitum, Ut & Chronologia utriuſque Imperii Orientis & Occidentis, ab exceſſu Iuſtiniani ad hæc noſtra tempora continuata.

Quæ ſingula qualia ſint, non eſt quod commendem, excuſari magis debeo, quod ego rudis & in hoc ſcriptionis genere inſuetus in hanc arenam deſcenderim, cum alii ſint qui illud magis concinne poterant, & debebant, qui quum rogati toties in hoc ſtadium incurrere recuſaverint, malui ego hujus temeritatis argui, quam illorum deſidiæ. Multi hoc ipſum quod nunc præſto damnabunt ſcio: quibus hoc lubens tribuo, ut reprehendant ea quæ à nobis peccata videbuntur; modò id fiat modeſte, abſque amaritudine & malitia, & hi aliquid melius, aut egregius experantur. Vale.

Errata

Errata Typographica.

Pag. 3. in not. lin. 21. pro, *apum*, Lege *apud.*

Pag. 8. in not. Col. 2. lin. 19. pro *Florentinenſi*. leg. *Florentinenſis.*

Pag. 17. in not. Colum. 1. lin. 16. pro *Grati*, lege, *Irati.*

Pag. 20. in not. Col. 1. lin. 4. pro *Actejus* lege *Attejus.*

Pag. 21. in not. Col. 2. lin. 18. pro *l. 12. 18.* lege *c. 22. 13.*

Pag. 27. in ſummariis Col. 2. lin. 1. pro *faſci.* lege *faſces.*

Pag. 29. in not. Col. 1. lin. 14. pro C*apite* lege C*apita.*

Pap. 35. colum. 2. lin. 32. pro *periclitantum* lege *periclitantium.*

Pag. 39. lin. 13. pro *ſuum recepit*, lege *ſuum ſtatum recepit.*

Pag. 47. in not. Col. 1. lin. 10. pro *dicte retur*, lege *diceretur.*

Pag. 57. in not. Col. 2. lin. 1. pro *§, 26.* lege *§. 16.*

Pag. 58. in not. Col. 2. lin. 5. pro *oppununter.* lege *opponuntur.*

Pag. 65. in not. Col 1. lin. 5. pro *heracledes pontecus*, lege. *heraclides ponticus*

Pag. 70. in not. col. 2. lin. 7. pro *Statius* lege *Statuis.*

Pag. 72. in text. lin. 3. pro Ca*ſcelus*, lege *Caſelius.*

Pag. 73. in not. Col. 2. lin. antepen. pro *negat*, lege, *legat*, pro *novovoren honorem.* & pro *nominus*, lege *nominis.*

Pag. 80. col. 1. lin. 11 pro *lebeoni.* lege *labeoni.* & lin. 19. pro C*aſly*; lege C*aſſy.*

Pag. 123. Col. 2. lin. 30. pro *Concediſſe* lege *Conſediſſe.*

Pag. 145. Col. 2. num. 12. lin 2. pro *& plebe*, lege, *explebe.* In textu lin. 1. pro *Arincini*, lege *Aricini.*

Pag. 149. lin. 23. pro *Verbe* lege *Urbe.*

Pag. 151. Col. 2. lin. 15. pro *Vrbanus* lege *Vrbanis.*

Pag. 152. lin. pen. pro *pricaveretur.* lege *prius Caveretur.*

Pag. 161. lin. 5. pro *Senatuſconſultum* lege. *Senatuſconſultorum.*

Pag. 170. col. 2. num. 9. lin. 5. pro *patriorum* lege *patriciorum.*

Pag. 188. col. 1. lin. 2. pro *Quos* lege *Quod.*

Pag. 201. col. 2. lin. 5 pro *fieri*, lege *ferre.*

Pag. 249. col. 1. verb. Si moribus: lin. pen. pro. 2. *loco* lege *d. loco.* Ibid. col. 2. verb. Arceram. lin. 2. pro *manitum*; lege *munitum.*

Pag. 257. col. 2. verb. Si luci. lin. 5. pro *nocturno*, lege *nocturnum.*

pag. 264. verb. pondo: lin. 30. pro *minione* lege *minime.*

Pag. 272. lin. 5. dematur *firm. Tutor. Th. Marcel.*

Pag. 279. lin. 3. pro *verſus* lege *Vero.*

Pag. 287. col. n. verb. Quios: lin. 9. pro *repoſuitque*, lege *Reponendum.*

Pag. 289. col. 2. verb. Sacer. lin. 2. pro, *Ut quot*, lege, *quot.*

Pag. 301. col 2. verb. Murata lin. 13. pro *tantam* lege *tantum.*

Pag. 463. in not. col. 1. lin. ult, pro *id*, lege *in*, & pro *portus* leges *partus.*

Pag. 711. lin. 6. pro *ipſa* lege *ipſa* ibid. lin. Antepen. pro *qua* lege *qua.*

Pag. 731. lin. 22. pro C*erta* lege *certe.* lin. 23. pro *ad* lege *&* lin 24. pro *Rheodorici*, lege *Theodorici.* lin. 25. pro Continet, lege *continent.*

Pag. 751. verb *Septime.* lin. 6. pro *habere* lege *habuere.* lin. pen. pro *Olympiadi* & *luſtro* lege *Olympiadem*, & *luſtrum.*

ODE SAPPHICA:

Honori & Meritis,

Celeberrimi & Eruditiſsimi Viri,

D. SIMONIS LEEWII,

JC. Batavi Politiſſimi,

Cauſarumque Patroni Diſertiſſimi,

Urbis Leidæ *Senatoris Prudentiſſimi.*

Laude ſi dignum videatur eſſe
Pandere Aſtrææ Themidiſque Jura,
Et Fori regnum Batavi tenere
Voce decôrâ;
Quos quidem Leeuwi meritos honores
Poſcis, inſtaurans monumenta Legum,
Jure-Conſultûm Veterumque docta
Scripta revolvens:
Cum *Decem* Patrum *Tabulis* ſeveris
Additi *Paulus*, *Cajus*, *Ulpianus*,
Atque *Ruffinus*, *Feneſtella*, *Lætus*;
& *Julianus*;
Eruti cæcis tenebris labore
Improbo, ſplendent nitido colore,
Priſtino curâque *Tuâ* decôri
Reſtituuntur;
Euge *Cui* dotes Superi Benigni
Ceſſerint cunctas, etiam ſtudenti
Gentis antiquæ, Generiſque priſci
Vincere honores;

Jam

Jam *Tuo* nectit capiti coronam
Lauream Pallas, Themidique Divæ
Judicat dignum ſuper Aſtra jungi
Atque locari;
Prodigus laudes *Tibi* fundit Indus
Oſtiis ſeptem, *Tibi* dives æris
Accinit Lydus, *Tua* volvit ingens
Nomina Ganges;
Te renaſcentis beat ora Phæbi,
Evehens cœlo Favor almus ora
In tua applauſu quatit en catervas
Omine læto:
O Decus Magnum Batavi Senatûs,
Qui ſedes aptus Patriæ ad Gubernal,
Sic potes rebus Populum juvare,
Conſiliiſque:
Sic *Tibi* Nomen veniet perenne,
Vivet, & ſemper celebrata cunctis
Sæculis, totum reſonans per orbem
Fama vigebit.

Cognato cecinit ſuo lubenter

CORN: A: MAERSCHE:

LL. Stud.

DE ORIGINE JURIS, ET OMNIUM MAGISTRATUUM, ET SUCCESSIONE PRUDENTIUM.

1. GAJUS lib. 1. ad legem XII. tabularum.

De Origine & progreſſu juris.

Facturus legum vetuſtarum interpretationem, neceſſario prius ab Urbis initiis repetendum exiſtimavi: non quia velim verboſos commentarios facere, ſed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtaret. Et certe cujuſq; rei potiſſima pars principium eſt. Deinde, ſi in foro cauſas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur eſſe, nulla præfatione facta, Judici rem exponere: quanto magis interpratationem promittentibus inconveniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? namque niſi fallor, iſtæ prefationes & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt: & cum ibi venerimus, evidentiorem præſtant intellectum.

De

1. *Diviſio tituli.*
2. *Magiſtratus quis.*
3. *Urbs Unde dicta.*
4. *De initiis Urbis Romæ.*
5. *Prolixitas fugienda.*
6. *Perfectum quid.*
7. *Principium.*
8. *Areopagitæ nulla præfatione usi.*
9. *Illotis manibus, & illotis pedibus.*
10. *Præfatio.*

ORIGINE) Id eſt Initio & Proceſſu, Ut *infr. l. 1. in pr.*

1. Dividitur hic titulus in tres partes, quarum prima de origine & progeſſu juris *usque ad* §. 13. Secunda de magiſtratibus, *usque ad* §. 35. Tertia de Juriſconſultis, & his qui Juris Civilis ſcientiam profeſſi ſunt, *usque ad finem tituli.* SL.

2. MAGISTRATUUM) per Magiſtra-

ſiſtratum Intelligit omnes quibus Judicandi functio commiſſa erat, non ut jus conſtituerent, ſed ut id quod Conſtitutum eſſet, dicerent. S. L.

PRUDENTIUM) Quos *auctores Iuris* vocat Pompon. §. 13. *infr.* Unde ita legendum. *De Origine Iuris, & Iuris auctoribus.* probat Cujac. *lib. 7. obser. 25. & ad l. 29. in pr. ff. de liber. & poſthumis.*

LEGUM VETUSTARUM) per vetuſtas, intellige XII. tab. leges ad quas Gajus commentatus eſt. S. L.

3. URBIS) Urbs dicta eſt ab urvo aratri curvatura, quod antiqui religionis cauſa die auſpicato junctis bobus interiore aratro circumagebant ſulcum, intra quem Urbem ædificarent. Virg.

Apta dies legitur, tua mœnia ſignet aratro. Cagnolus.

4. URBIS INITIIS) De origine ſive initiis Urbis Romæ, atque ejus conditoribus, variæ & diſcrepantes ſunt ſententiæ, quas vide apud liv. Plutarch. Dioniſ. Halicarn. Onuphr. Panvin. *de Repub. Romanâ* & alios. Communior, vulgatiorque eſt, Romam à Romûlo conditam, qui eam in tres partes diſtribuit quas *Tribus* appellavit, Has *Tarquinius Priſcus* ex tribus ſex fecit, iterumque, *Servius Tullius*, qui urbem uno muro complexus eſt, eam in quatuor partes diviſit. Quæ Urbis diviſio ad Auguſti tempora perduravit, qui primum urbem in XIV. regiones & ſuos vicos diſtribuit. De quibus late Onuph. *d. libro.* A tribubus & Regionibus Urbis, ipſum etiam Populum Romanum varie, aliis temporibus, primum in Patricios & Plebejos deinde in Tribus, tum in curias, iterum in claſſes & centurias, rurſumque in Senatores Equites & Populum diſtributum legimus. Idem.

5. VERBOSOS COMM.) Cic. *habes epiſtolam verbosiorem fortaſſe quam velles. Veritas verborum ad minicula non deſiderat* ajunt Impp. in *l. 1. Cod. Si minor ab hered. t. ſe abſtin.* Nota, fugiendam eſſe prolixitatem non neceſſariam. At

Non sunt longa quibus nihil eſt quod demere poſſis. martial. *A. Vinn.*

6. PERFECTUM) Id eſt totum ratione omnium ſuarum partium: alias Idem eſt quod effectum, conſummatum, & Completum, cui nihil reſtat, ut perficiatur, ita in pactis conventionibuſque perfectum intelligimus, quum factum eſt illud, quod fieri inter partes convenit. S. L.

7. PRINCIPIUM) μέγιστον ἀρχὴ παντός. Ariſt. in Elench. 1. principium pars maxima eſt totius. Unde tritum illud:

Dimidium facti, qui bene capit, habet A. Vinn.

8. NULLA PRÆFATIONE) Apud Areopagitas tamen antiquitus lege cautum fuit: Ut cauſam dicturus, nec proemio uteretur, nec ad miſerationem aut invidiam judices adduceret, ne cui plus in miſericordia, quam in cauſa ſpei eſſet. Ut ex Luciano refert Alexand. ab Alexand. *genial. dier. lib. 3. c. 5.* Vid, etiam Eraſm. *in Adag. Chil. 1. centur. 9. Ad. 41.* S. L.

9. ILLOTIS MANIBUS) χερσὶν ἀνίπτοις. Eraſm. in Chiliad. Illotis manibus hoc loco ſignificat abrupte & nulla præfatione rem ipſam aggredi imparatis adhuc audientium animis. Simile eſt illud A. Gell. *illotis pedibus* ad Philoſophos divertunt. Macrob. 1. *Saturnal. copiam rerum in Virgilio pedibus illotis prætereunt.* ποσὶν ἀνίπτοις πρὸς ταῦτα ἥκειν. lucian. Hi *pedibus* dixere, quia verbo prætereundi, divertendi, veniendi utebantur, Gajus, *Manibus*, quia de tractatione loquitur: ex Budæo. *A. Vinn.*

10. Hæc verba perſpicue evincunt: quod dixit Cajus de repetenda re ab ipſius urbis Incunabulis ad partem operis & ipſarum legum interpretationem, non pertinere, ſed præfationis Cujuſdam loco eſſe, qua ſcilicet ſtatum & formam Reipublicæ, qualis ab initio Urbis fuerit, Cajus fuerit perſecutus. *Bacchov. hic.*

11. PRODUCUNT) Alii perducunt Ruſſard.

2. POMPONIUS lib. Singulari Enchiridii.
De manu regia.

Neceſſarium itaque nobis videtur ipſius JURIS ORIGINEM, atque proceſſum demonſtrare. §. 1. Et quidem initio civitatis noſtræ populus ſine lege certa, ſine jure certo primum agere inſtituit: omniaque manu à Regibus gubernabantur.

§. 2. Po-

1 *Pomponii Vita.*
2 *Proceſſus Iuris.*
3 *Civitas quid.*
4 *Vrbs Roma a quo condita.*
5 *Manus Regia.*
6 *Triplicis regiminis forma Monarchia Ariſtocratia, Democratia.*

1. POMPONIUS) Fuit Pomponius Papiniani diſcipulus, condiſcipulos & familiares habuit *Domitium Ulpianum*, *Iulium Paulum*, *Sabinum*, *Venuleum*, *Africanum*, *Florentinum*, *Triphonianum*, *Caliſtratum Modeſtinum*, aliosque quibus ſub Alexandro Severo Mammeæ filio, circa annum ab V. Cond. 975. poſt Chriſtum 224. Publice de Jure reſpondendi poteſtas fuit. Hos omnes Alexandro Imperatori à Conſiliis fuiſſe, eorumque prudentia bonum principem eum factum prædicat Ælius Lampridius. *in Alexandro circa fin.* longam ſatis vixit vitam, ita enim de ſe ipſo lib. 7. Epiſtularum. *Ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum ætatis annum duxi. l. apum Iulianum 20. ff. de fidei commiſſar. libert.* S. L.

NECESSARIUM) Partitio Juris ſcripti in legem, Plebiſcitum &c. non ſatis recte poteſt intelligi, niſi prius cognita Juris origine quam hic deſcribit Pomponius. *A. Vinn.*

JURIS ORIGINEM) Principia Juris vocat Tacit. *Annal.* 3. Cujac.

2. PROCESSUM) Proceſſus Juris vulgo ordinem formamque agendi experiundique judicio ſignificat. Hic ſucceſſionem omnium Juris partium denotat. *G. Coccejus.*

3. CIVITATIS) Civitas eſt communio ſeu multitudo civium in unum locum congregata quæ eodem Jure utitur. Vid. Ariſtot. *3. & 7. Politic.* Aliquando pro jure Civium accipitur. Ut *civitate donare.* Inter Urbem & Civitatem quid interſit ex Cic. *4. Academicar.* intelligitur: nempe quod Incolæ dicantur *Civitas*, *Urbs* vero Complectatur ædificia. Ab *oppido* hoc differre civitatem volunt, quod illud ſolennibus legibus proprio jure inſtitutis uti non poſſit, hæc vero poſſit. *A. Vinn.*

3. CIVITATIS) Civitas habitatores & cives ſignificat *l. civitas 27. ff. Si certum petatur.* Hinc populus qui civitatem omnem complectitur. Confunduntur tamen prædicta, & alterum pro altero accipi videas. *H. Cagnol.*

NOSTRÆ) id eſt Romanæ, κατ' ἐξοχὴν. Ut in § 2. *Inſt. de jure nat. gent. Quotiens non addimus nomen, cujus ſit civitatis noſtrum jus ſignificamus.* S. L.

SINE LEGE CERTA) plus apud illos valebant boni mores quam ullæ leges ſcriptæ, quod & aliis fere gentibus initio accidit. Senec. Epiſt. 9. ad Lucil. *Quum enim*, inquit *Regum pertæſum eſſet, leges ſcribi cœperunt, quæ rudibus hominum animis, ſimplicibusque graves & acerbæ erant.* Ut Tacit. ait lib. 3. *nobis ille* Romulus *ut illi libitum fuit, Imperabat.* A. Vinn.

Agere inſtituit) Id eſt egit, hic apud Catull. *Quem tu Diligere Inciperes* Id eſt diligeres. Et idem
Accipiunt pretium, quæ facere inſtituunt.

Id eſt faciunt. Quod & Ioſephus Scaliger obſervavit. Ita Paulus *lib. 2 ſent.* 2. libertus duos patronos habere *Inſtituit*. Id eſt *habuit*. D. Gothofr.

4. Videri poteſt ex hac narratione Pomponius eorum opinionem ſecutus, qui urbem Romam non à *Romulo* primum conditam fuiſſe ſcribunt, ſed vel à R*omo* Æneæ filio, aut ab Æneæ ſociis. Vide Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 1. A. Vinn.

5. MANU A REGIBUS) Non violenta, ſed quæ inſtar arbitri eſſet. Goth.

Accurſius, *arbitrio*, Ut Iuſtinus *lib.* 1. *cap.* 1. *Populus* inquit, *nullus legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus, erant.* Et Dioniſ. 10. *τὸ δικαιωθὲν ὑπὸ βασιλέων τοῦτο νόμος ἦν.* Idemque de Græcis Ioſeph. 2. contra Appion. Homerum non uti legum nomine, quod tum nullis populi Græciæ legibus tenerentur. *ἀλλὰ γνώμαις ἀορίστως καὶ προστάγμασι βασιλέων.* Manum hoc loco opponit juri & legibus, & vi ac poteſtate, non jure ac legibus Reges ab initio cuncta gubernaſſe dicit. *Cujac.*

At enim initio Civitatis (ut docet Dion. l. 2.) jus litigantibus dictũ fuit, at non ea ſolennitate, non ex jure ſcripto, uti poſt l. XII. *Tab.* Romulus quidem quos Patres elegerat, juſſit ut ſacra curarent, & jus dicerent. Sed ſciendũ totum hoc negocium nihilominus à Regis poteſtate pependiſſe qui & ſolo juſſu ſuo controverſias ſæpe dirimebat: Ut ex Hiſtoria conſtat. *A. Vinn.*

Hinc alii in vulgatis rectius legi putant *manu Regis*. Adde Dioniſ. Halicarn. *lib. 10. circa pr. Olim eorum Reges jus petentibus dicebant eorumque lites dirimebant, & quod ab illis fuiſſet judicatum vim legis obtinebat.* S. L.

6. Obiter hic notandum, triplicem eſſe formam regiminis politici. Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam. *Monarchia* eſt ſtatus politicus in quo unus regit cæteri parent, quæ quum degenerat *Tyrannis* dicitur. *Ariſtocratia* eſt Imperium optimatum, quæ corrupta dicitur ὀλιγαρχία. *Democratia* eſt quum Imperium ſive ſumma poteſtas eſt penes populum univerſum qualis fuit forma Reipublicæ apud Romanos poſt exactos Reges, hæc quum, corrumpitur fit ὀχλοκρατία Noſtra Reipublicę forma ex trium iſtarum temperie quadam conſtat, qualem nonnulli Politici optimam eſſe contendunt. *A. Vinn.*

De legibus regiis.

§. 2. Poſtea aucta ad aliquem modum civitate, ipſum Romulum traditur populum in triginta partes diviſiſſe, quas partes *Curias* appellavit: propterea quod tunc reipublicæ curam per ſententias partium earum expediebat. Et ita *Leges* quaſdam & ipſe *Curiatas* ad populum tulit. Tulerunt & ſequentes Reges: quæ omnes conſcriptæ exſtant in libro Sexti Papirii: qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur *jus civile Papirianum:* non quia Papirius de ſuo quicquam ibi adjecit, ſed quod leges ſine ordine latas in unum compoſuit.

§. 3. Exa-

1 *Curia à Romulo inſtituta.*
2 *Tribus quomodo à Curia differat.*
3 *Comitia, Curiata, Centuriata, & tributa.*
4 *Curia quid, & unde dicta.*
5 *Leges Curiatæ.*
6 *Mos ferendarum legum apud* Romanos
7 *Sextus Papirius quis.*
8 *Tarquinius Superbus.*

AUCTA CIVITATE) Decedens Romulus loco 3000. peditum, & 300. equitum circiter, qui cum ipſo Romam condiderant reliquiſſe dicitur 46000. peditum, & 1000. equites. Teſte *Dioniſ. Halicarnaſſ.* Et Servii Tullii Sexti Regis tempore cenſa refert *Livius* 80000. civium qui arma ferre poſſent. *Dioniſius* 84700. *G. Coccejus.*

1. CURIAS) Triginta curias fuiſſe jam inde ab Romulo ſuis quaſque nominibus diſtinctas auctores omnes magno conſenſu tradunt. Non igitur idem ſunt Curiæ quod Tribus. Quum teſte Livio à Servio demum Tullio factæ ſint quatuor tribus, partibus urbis diſtinctæ. His poſtea adjectæ Rusticæ tribus, & expletus numerus 35. Curiarum autem numerus auctus non fuit, Uti conſtat ex *Orat. Ciceron. pro domo ſua.* Et eorum tantum erant, qui Urbem habitabant. Conſtat item ex 2. *Agraria.* diverſa eſſe comitia *Tributa* & *Curiata.* Diverſa quoque erant Comitia *Centuriata*, quum populus per Claſſium centurias ſuffragium ferebat. Conſule *lib.* 1. & Dioniſ. Halicarnaſſ. *liv.* 4. Erant & Municipiis ſuæ curiæ, de quibus alibi. *A. Vinn.*

3. Poſt claſſes à Servio inſtitutas duo cæperunt eſſe comitiorum genera, *Curiata*, & *Centuriata.* Quibus duobus generibus uſus eſt populus uſque ad judicium Cariolani Anno Urbis 263. quo primum anno cœperunt *Tributa* comitia. Tempore Ciceronis non amplius triginta curiæ in ſuffragium mittebantur: ſed 30. lictores, ſuffragium inibant, ad uſurpationem tantum vetuſtatis, & auſpiciorum cauſa. 2. *Agrar.* Integra tamen adhuc fuiſſe exiſtimo quæ adoptionum aut Sacerdotum cauſa habebantur: Nam Flamines, & Curio Maximus, non aliis Comitiis creabantur quam Curiatis, cum Magiſtratus aut curiatis, aut tributis ante, deinde iterum Curiatis. *Cic. d. loco.* Tiberius populo jus Comitiorum ademit Tacit. *lib. 1.* Iulius Cæſar Comitia cum populo partitus eſt. Auguſtus Priſtinum Comitiorum jus reduxit. Sueton. *A. Vinn.*

Comitia erant Populi conventus, qui ferendorum de aliqua re ſuffragiorum cauſa habebantur. Hæc trium fuiſſe generum conſtat. *Curiata* in quibus populus Curiatim ſuffragia dicebat, ut quid plures Curiæ ſtatuiſſent, id juſſum populi eſſe diceretur, *Centuriata* quibus populus per Claſſium Centurias diviſus ſuffragia ferebat, & *Tributa* quum ex regionibus & locis hoc eſt per tribus ſuffragium ferebatur. De his vide A. Gell. *lib. 15. cap. 27.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 4. in fin. & lib. 9. liv. lib. 2. cap. 56. & ſeq.* Comitium ſive locus in quo Comitia habebantur erat foro conjunctum, ſive potius pars fori, à Palatii porta ad templum D. Mariæ novæ. S. L.

4. REIPUBLICÆ CURAM) Conſtat huic Etymologiæ ſua ratio. Sciendum eſt igitur curiam apud Romanos non ſolum fuiſſe locum, in quem Senatores conveniebant, ſed etiam triginta iſtas partes, in quas ſolum urbanum diſtributum erat *Curias* appellatas, ſed & ædes ſacras *Curiarum Curias* appellabant, & Sacerdotes *Curiarum Curiones*, quod nomen Galli adhuc retinent qui Sacerdotem Paræciæ vocant, *le Curé* A. Vin.

Curiæ Vocabulum à Cura deducit Varro *de ling. latin. lib. 45. &* Non. Marcell. *lib. 2. de vita pop.* Roman. *Propter curam* inquit, *locus quo ſuam quiſque domum Senator confert curiam appellat*, & Feſtus lib. 3. *Curia*, inquit *locus*

locus eſt ubi publicas curas gerebant. *G. Coccejus.*

5. Leges Curiatas) Quod hic dicitur de legibus curiatis ita intelligendum, ut *lex Curiata* dicatur à Curiatis comitiis, ut *Centuriata lex* à Centuriatis, de quibus Gellius *lib.* 15. & Cic. *lib.* 3. *de legib.* & in *Orationibus* non ſemel. *G. Budeus.*

Poſt curias à Romulo inſtitutas uſque ad tempora S. Tullii, omnia quę ſuffragiis populi à Regibus committebantur, & leges omnes, quæ ad illud uſque tempus latæ ſunt, Curiatæ fuerunt. Et Judicium Horatii iiſdem Comitiis peractum, quod ex eo intelligi poteſt, quod necdum tribus, nec centuriæ erant, quæ ſuffragium dicere poſſent. *A. Vinn.*

Ad Populum tulit) Id eſt non ſimpliciter promulgavit, ſed rogavit. Fuit etiam à Regibus ad populum provocatio. Cic. 1. *de Repub.* Senec. *Epiſt.* 19. Gothofr.

Legum Conſtituendarum authoritas erat populi. Ferebant leges, qui rogabant populum. Quicquid ferebatur ad populum jubendum ſciſſendumve rogatione fiebat. A. Gell. *lib.* 10. *cap.* 20. G. Coccejus.

6. Pro legibus ferendis edicebantur Comitia ſive Curiata, ſive Centuriata, ſive Tributa, trinundino ante quam haberentur, id eſt poſt trinas nundinas, dies viginti & ſeptem, à majori Magiſtratu, quibus id jus erat, legibus interim, quas ferri rogarent promulgatis, id eſt in publicum propoſitis. Non aliter enim Romæ leges ex priſcorum inſtituto, quam trinundino die promulgabantur id eſt intercedentibus tribus nundinis, quibus omnis plebs ex agris ad mercatum in urbem confluebat, eratque licitum per id tempus intercedere ac tollere ſi parum probaretur, ſive quid vitii eſſet, poſt tertias nundinas Magiſtratus in eum locum, ubi legem laturus eſſet, ſive in forum, ſive in Campum Martium, populum convocabat ut ſuffragia ferret, quæ primo quidem viva voce, ſed poſt legem Tabellariam, à *Cabino Tribuno* Anno V. Cond. D C IX. per tabellas vel per litteram A. id eſt, *Antiquo*, vel per litteras U. R. id eſt, *Uti rogas*, prout aut ſuadebant, aut diſſuadebant, colligebantur teſte A. Gellio *lib.* 10. *cap.* 20. Ibi quum promulgatam legem præco ſubjiciente ſcriba recitaſſet, is qui legem promulgarat, habita concione ex roſtris, ſi in foro, aut ex ſuggeſtu, aut alio editiore loco, ſi in Campo Martio Comitia haberentur, populo ſuadebat. ut rogationem acciperet. Tum præſentibus Sacerdotibus ſitella, vel urna deferebatur, in quam ſive Tribuum ſi tributis, ſive Centuriarum, ſi centuriatis comitiis lex ferretur nomina conjiciebantur, deinde ſortitio fiebat, quem quæque Tribus vel Centuria ordinem obtineret. Qua ſortitione facta quiſque in ſuam tribum aut Centuriam in qua ſuffragium eſſet laturus diſcedebat. Appoſitæ erant in quaque tribu aut Centuria pontes, ſi tributa Comitia eſſent pro numero tribuum XXXV. ſi Centuriata CXCIII. pro numero centuriarum, in quas claſſes ſuas diviſerat Servius Tullius, non quod re vera pontes fuerint, ſed quod pontium ſimilitudinem habuerint. Hiſcæ ponticulis impoſitæ erant duæ ciſtæ oblongæ, una in capite, altera in fine ipſius pontis, è quarum prima ſingulis pro ferendo ſuffragio, ſecundum ordinem quem de ſitella ſive urna forte elegerat tranſeuntibus, per eos, qui, ne quid fallaciæ committeretur, iis erant præpoſiti, duæ miniſtrabantur tabulæ, quarum alteram in aliam ciſtam in extremis pontibus collocatam ſuffragii voce, deponeret. Harum tabellarum altera ſignata erat prædictis litteris V. R. qua ſignificabatur legem accipi Uti rogatur, altera vero notata erat littera A. qua nihil novari, ſed antiqua probari ſignificabant. Hiſce ſuffragiis in utramque partem dinumeratis ejus tribus

ſive

ſive Centuriæ ſententia, à Præcone renunciabatur, quibus in reliquis tribubus, ſive Centuriis, ex majore iterum omnium tribuum, aut Centuriarum ſuffragiorum numero antiquabatur, vel ſciſcitabatur lex, quę ſcita & accepta ab omnibus Jurejurando Confirmabatur, & in æneas tabulas aut Columnas incidebatur. Quæ tabulæ aliquamdiu in publico proponebantur deinde ad ærarium delatæ, & ibi conditæ aſſervabantur. S. L.

7. Sexti Papirii) Complures Manuſcripti libri pro Sexti hanc notam præſcriptam habent vr. quæ forte mendum peperit, quod huic loco ineſt, quia P. verius prænomen, uti infra §. 36. Ab hoc Publio Papirio diverſus eſt, *G. Papirius* P. M. cujus meminit Dioniſius 3. qui poſt Reges exactos, ſacra publica reſtituit, & diverſus *Manius Papirius* Rex ſacrorum primus, poſt exactos reges, de quo idem Dioniſius 6. Nam Publium Papirium ante reges exactos, leges Regias in unum compoſuiſſe, ſatis aperte hic pomponii locus oſtendit *Cujac.*

8. Superbus) Intelligit Tarquinium priſcum. Nam utrique Tarquinio Superbi nomen tribuiſſe autores videntur. Ut hic notat Cujacius. Tarquinius autem Superbus rex ultimus Demarati nepos priſci filius, ut plures ſentiunt, vel Demarati pronepos, ut pauci & inter hos *Dioniſius*. A. Vinn.

Ex Principalibus viris) ex honoratioribus apud Regem, ex principibus civitatis qualis fuiſſe Juriſperitos. M. Tullius ſcribit 1. *de Oratore*. Et hunc Papirium Pomponius parte tertia hujus tractationis, in primis Juriſperitum fuiſſe ait. *Cujac.*

Leges sine ordine latas) Quæ leges hæ fuerint ſatis diligenter docet Dioniſ. lib. 2. *A. Vinn.*

De jure incerto & conſuetudine.

§. 3. Exactis deinde Regibus *lege Tribunicia*, omnes leges hæ exoleverunt: iterumque cœpit populus Romanus incerto magis jure, & conſuetudine ali, quam per latam legem: idque prope viginti annis paſſus eſt.

§. 4. Po-

1 *Libertas, & poteſtas populi Romani in Reges & Principes ſuos.*
2 *Lex Tribunicia quæ fuerit.*
3 *Leges Regiæ abolitæ.*
4 *Quanto tempore Pop. Romanus ſine certa lege vixerit.*

Exactis Regibus) Exactis, id eſt extra actis & expulſis Plaut. *Itaque omnes exegit foras. H. Cagnol.* Nihil turbat, quod unus tantum exactus ſit. Nam uno exacto in poſterum quicunque ſibi Regum nomen adſumerent, damnati, ad quod populum juramento adſtrinxit *Brutus. liv. initio 2.* A. Vinn.

1. Hinc collige libertatem populi Romani, qui lege Regia non ita obligabatur, quin recedere ab ea liceret. *arg. l. 22. ff. de legat. 3.* Ut & poſt Imperii tranſlationem Imperatorem eo privari potuerit. Quum alias populus Regem & Dominum ſuum nec propter tyrannidem & ſævitiam expellere poſſit. S. L.

2. Lege Tribunicia) à *L. Bruto* Tribuno celerum lata. Fuit autem hæc lex Curiata, ut & cæteræ à L. Bruto latæ, cum Reges ejecti ſunt, te-

vean *lib. 1. var. cap. 21.* à Conſſ. videlicet *M. Oratio Barbato, & L. Valerio Potito.* ad conſulatum *T. Lucretii Tricipitini* & *T. Veturii Craſſi.* Hi ordine numerantur XIV, qui Pomponio ſunt prope viginti, quibus Populus incerto Jure ali iterum paſſus ſit. Toto enim hoc tempore quo de legibus ferendis in Republica certatum fuit, Patres leges plebejas aſpernabantur, & plebs patricias, nullusque legibus locus erat. Sic ut Pomponius hic non ad omnes annos reſpexerit, quibus populus poſt ejectos Reges ſua conſuetudine ſine certa lege vixerit, ſed ad eos quibus populus pro certamine inter patricios & plebejos de legibus ferendis maxime paſſus ſit. S L.

Totidem Viginti annis notat Tacitus *lib. 3. Annal. cap. 28.* duraſſe Civile diſſidium, populo neque lege neque more pendente certo, quod cœpit à Pompejo & Cæſare. *Cuja.*

PUBLICA AUTHORITATE) S.C. Ut Dioniſius: & ex lege, ut infra, cæteris ſe Magiſtratibus abdicantibus. Cujac.

De legibus duodecim tabularum.

§. 4. Poſtea ne diutius hoc fieret: placuit publica autoritate *Decem* conſtitui *viros*, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus, & civitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, ut poſſent leges apertius percipi: datumque eſt eis jus eo anno in civitate ſummum, uti leges & corrigerent, ſi opus eſſet & interpretarentur: neque provocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus fieret. Qui ipſi animadverterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus: ideoque ſequenti anno alias duas ad eaſdem tabulas adjecerunt: & ita ex accidentia appellatæ ſunt *leges duodecim tabularum*, quarum ferendarum autorem fuiſſe decemviris Hermodorum quendam Epheſium, exulantem in Italia, quidam retulerunt.

§. 5. His

1 *Decemviri legibus ferendis conſtituti.*
2 *Tabulæ eboreæ an fuerint.*
3 *Decemviri quomodo leges propoſuerint.*
4 *Decemviratus unius fuit anni.*
5 *Provocatio à Magiſtratu ad Populum pro tempore tantum ceſſavit.*
6 *X. an XII. Tabulæ fuerint.*
7 *Decemvirorum Imperium diſſolutum.*
8 *Legum decemvir. præſt. remiſſ. ve.*
9 *Hermodorus Epheſius.*

DECEM CONSTITUI VIROS) Satis conſtat ex livio *lib. 3.* Dion. *lib. 10.* Feneſtella, & A. Gellio. 17. 21. Tres legatos Athenas miſſos qui inclytas Solonis leges deſciberent, & aliarum Græcarum civitatum inſtituta, mores, Juraque cognoſcerent. Decem autem poſtea conſtitutos

tos viros qui leges allatas in decem Tabulis deſcriptas publice propoſuerunt additis duabus, quæ leges Rom. proprias continebant. Sed Pomponius ne longum texeret Hiſtoriam decemviros, ait, non tantum tuliſſe ſed etiam petiiſſe leges à Græcis civitatibus. Ex Cujacio *A. Vinn.*

Malim decem viros ab initio conſtitutos, è quibus tres legati in Græciam miſſi, reliqui Rempublicam conſulari poteſtate gubernaverint, legati fuere *Sp. Poſthumus Serv. Sulpitius*, & *A. Manlius* S. L.

A Græcis Civitatibus) Etiam ab his civitatibus Græcis quæ in Italia erant Ut Dioniſ. ſcribit lib. 10. *Cujac.*

Civitas fundaretur legibus) Liv. *in exordio l. 2*. Imperia legum potiora vocat hominum. *G. Coccejus.*

2. Tabulas Eboreas) Reſpexit forte Pompon. ad uſum ſui temporis. Nam primo in tabulis roboreis, authore Dioniſ. *lib. 3.* leges proponebantur, deinde in æneis, noviſſime in eboreis ſive Elephantinis. Has autem in æs inciſas fuiſſe idem Dioniſ. *lib. 10.* & *liv. 3.* tradunt. ex Cujac *A. Vinn.*

Pro Rostris) Id eſt, ante roſtra. Saluſt. *pro Curia* ſignum ſociis dedit, id eſt ante Curiam. Roſtra autem dicebantur locus ſeu templum ante Curiam Hoſtiliam, quæ Senatorum erat, ubi pulpitum porrigebatur ornatum roſtris navium ex antiatibus captarum Liv. *lib. 8.* Ex quo loco concio haberi ſolebat. *A. Vinn.*

Composuerunt) Id eſt evulgarunt & in medium protulerunt, ut infra componere jura, componere actiones. Ex Cujac, *A. Vinn.*

3. Decemviri leges conſcriptas tum ex Græcorum jure, tum ex ſuis moribus non ſcriptis in decem tabulis cuilibet cognoſcendas propoſuerunt, omnium privatorum correctionem admittentes, & hoc agentes, ut leges ſcriptæ omnibus placerent. Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 10.* S. L.

4. Jus eo anno) Decemviratus enim unius tantum fuit anni, ita ut ſecundo anno novi iterum electi fuerint decemviri, quibus tertio anno per tyrannidem continuati, nondum finito anno abdicantur, rurſumque ad conſules recidit reſpublica. S. L.

In civitate summum) Et cum illis ceſſarunt omnes alii Magiſtratus teſte Dioniſ. *lib. 10.* & liv. *lib. 3. cap. 32. G. Coccejus.*

5. Provocatio) Tradunt omnes cæteris Magiſtratibus lege ſe abdicare juſſis, decemviros ſine provocatione creatos, iiſque poteſtatem datam fuiſſe ex patriis conſuetudinibus, & Græcis nuper allatis legibus, optima eligere. *A. Vinn.*

Reliquis Magistratibus) Provocationem ad populum etiam tempore Regum fuiſſe conſtat. Exactis Regibus *Valerius Publicola* primus L. tulit de provocatione adverſus Magiſtratus ad populum. Everſa poteſtate decemvirali, hanc legem Populus non modo reſtituit, ut ait liv. *lib. 2. c. 55.* ſed etiam in poſterum munivit, novam faciendo legem, *ne quis ullum Magiſtratum ſine provocatione crearet*. Intellige autem Magiſtratum Ordinarium: nam Dictatores ſatis ea lege ſolutos fuiſſe conſtat. *A. Vinn.*

Qui ipsi) Eorum ſcilicet Princeps Appius Claudius Craſſinus, cujus, ut infra ait, maximum conſilium fuit in XII. tabulis ſcribundis. Ex Cujacio *A. Vinn.*

Aliquid deesse) Maxime quę proprias leges & patrias conſuetudines ſpectarent. S. L.

Alias duas) Has non decemviris, ſed Conſulibus tribuit Diodorus Siculus *lib. 12.* Et in eo ab Halycarnaſſ. *lib. 10. in fine*, diſcrepat Livius *lib. 3. cap. 57. circa fin.* Ubi has XII. tab. leges non ab ipſis Decemviris, ſed poſt eorundem abdicationem à novellis conſulibus *M. Oratio Barbato, & L. Valerio potito*, ad bellum adverſus Æquos Volſcoſque euntibus, priuſquam urbem egrederentur in æs inciſas

ciſas in publico propoſitas tradit. S. L.

Inter additas leges unam fuiſſe refert Dioniſ. *d. lib. 10.* quę vetaret, inter patricios & plebejos Connubium Contrahi: addens, non alio id ſua ſententia fine factum, quam ne conſociatis familiis inter Ordines Concordia fieret. Cœperant enim ſuperbe, & proterve agere Decemviri, & conſilium inierant de non dimittendo, ſed continuando Magiſtratu decemvirali. Quæ res & enormis Appii Claudii protervia effecit, ut eorum Imperium diſſolveretur, teſte eod. Dioniſ. *lib. 11. in pr.* G. Coccejus.

7. Ex accidentia) Rectius ex accidenti. Ut in *l. 56. ff. de condit. & demonſtrat. & l. 51. ff. ad l. falcid.* Cujac.

8. Leges XII. Tab.) De legum decemviralium pręſtantia exſtant pręclara elogia Cic. *1. de Orator. 193. & ſeqq.* Tacit. *3. Annal.* Liv. 3. Ubi eas fontem eſſe dicit omnis publici privatique Juris. A. Vinn.

Addé eundem Ciceron. *lib. 2. de legib. 59.* A. Gell. *lib. 16. cap. 10. & lib. 20. cap. 1.* Roſin. *Antiq. Romanar. lib. 8. cap. 7.* S. L.

Hermodorum) Hujus non meminerunt Dioniſius aut Livius. Unde illum XII. Tab. legum authorem negant. Neque hic textus probat, qui eum non authorem id eſt primum compoſitorem, à Gręca voce *αὐθέντης*, & uſitato vocabulo, *authentico*, quo vulgo orginale ſcriptum denotatur, ſed *auctorem legum ferendarum* conſtituit, ab augendo, quod ſcilicet Decemviris ipſis jam conſtitutis, ad leges ſeligendas ordinandaſque conſilium ſuum impertierit, & qui natione Epheſius & Gręcus erat, eas auxerit, utque ferantur auctor, & ſuaſor fuerit. Neque alio ſenſu plinius lib. 34. Rer. Nat. cap. 5. eum *vocat, legum, quas decemviri ſcribebant, interpretem*, S. L.

Cic. 5. Tuſculan. ait hunc exulare juſſum, quod vir probus eſſet, cui ſtatua Romę poſita fuit. Plin. *lib. 34.* Strab. *lib. 14.* Ruſſard.

Ciceron. Verba. 5. Tuſculan. hęc ſunt. Eſt, inquit *apud Heraclitum phyſicum de Principe Epheſiorum Hermodoro, Univerſos ait Epheſios eſſe morte mulctandos, quod quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt; Nemo de nobis unus excellat: ſed ſi quis exſtiterit, alio in loco, & apud alios ſit.* A. Vinn.

Diogenes Laërtius in Heraclito Epheſio, Hermodori Epheſii, à civibus ſuis ejecti, meminit, unde ait. Heraclitum Epheſios acriter cenſuiſſe, ac dixiſſe, Epheſios omnes adultos mori meritos, impuberes urbe carere, quoniam ſui pręſtantiſſimum eo expuliſſent, *quod neminem ipſorum inęqualem* eſſe, (hoc eſt excellere cęteris) vellent. Accedit mos Athenienſium, quem *Oſtraciſmum* vocabant, quo ii per decennium cogerentur abeſſe ab urbe quorum potentia, & opes, & gratia ſuſpectę erant, *G. Coccejus*.

De diſputatione fori.

§. 5. His legibus latis, cœpit, ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentium autoritate neceſſarium eſſe *diſputationem fori.* Hæc diſputatio, & hoc jus, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes juris ſuis nominibus deſignan-

ſignantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: ſed communi nomine appellatur *jus civile*.

§. 6. Dein-

1 Iuris interpretatio qualis ſumenda.
2 Forum quid & unde dictum.
3 Aliud Rom. aliud Caſ. aliud Augusti
4 Reſponſa prudentum an inter partes Iuris ſcripti recenſenda.
5 Ius Civile quid.

His Legibus) xii. tabularum, quas antiquiſſimas & primas pœne Reipub. Romanorum vocat, Juſtin. *Novell. 22. cap. 2. G. Coccejus.*

1. Naturaliter) Scilicet, natura conſequens eſt, ut leges indigeant interpretatione, non qualicunque tamen, aut quorumcunque nec ubicunque prodita. Sed conjuncta cum autoritate prudentum, in foro agitata & ſępius examinata, in auditorio Principum & Magiſtratuum. Ex Cujacio. *A. Vinn.*

Ut interpretatio desideraret) Goveanus lib. 1. var. lect. c. 24. Ita reſtituit: *Ut interpretatio deſideraret prudentium authoritatem, neceſſaria eſſe diſputatio fori*, alii, *neceſſariamque diſputationem fori*. Ruſſard.

2. Fori) Forum antiquitus ſepulchri buſtum ſive veſtibulum probat xii. tabularum lex, qua in hunc modum cavetur: *Rogum buſtumve novum ne propius ædes alienas* lx. *pedes invito domino adjicito: neve forum ſepulchri, buſtumve uſucapito.* Forum Varro de lingua latina *cap.* 4. à *ferendo* indigetat, Iſidorus à *fando*; Juriſconſultis eſt locus in quo judicia peragi, cum populo agi, & Concionės haberi ſolebant, Authore Feſto. Judicii locus apud Romanos primo in medio foro in opaco exerceri ſolebat, donec in aliqua fori parte tectum fuerit expanſum variis ſtatuis, & deinde navium depredatarum roſtris ſuffultum, unde & forum & roſtra dictum. Triplex forum olim Romę fuiſſe volunt, Romanum, Cęſaris, & Auguſti. Quorum *Romanum* fuit antiquiſſimum, & prę cęteris ornatiſſimum propter ędificia, & frequentiſſimum propter judicia quę inibi agebantur. *Cæſaris* à Julio Cęſare è Manubiis ſpoliorum exſtructum, cujus area ſupra ſeſtertium millies, id eſt vicies quinquies centenis millibus coronatorum conſtitit, teſte Suetonio in Julio. Et Plinius *lib. 36. cap. 10.* eum millies ducenties ſeſtertium emptorem facit. Tertium forum addidit *Octavius Auguſtus*, in quo quum propter hominum, judiciorumque multitudinem duo non ſufficerent, publica judicia, & ſortitiones judicum ſeparatum fieri conſtituit. De quo plura vide apud Alexandr. ab Alexand. *lib. 2. cap. 12.* Forum Juriſconſultis eſt juriſdictio, ſive territorium cujuſque judicis. Hinc actor rei forum ſequitur, id eſt territorium. *l. 2. Cod. de Iuriſdict.* S. L.

4. Quod sine scripto venit) Atqui Reſponſa Prudentum inter partes juris ſcripti numerantur in §. *conſtat. 3. Inſtit. de jure nat. Gent. & Civ. & in l. 7. ff. de juſtit. & jure.* Probabiliter dici poteſt initio interpretationem prudentum ſine ſcripto emerſiſſe: at poſtquam à Cęſaribus jus reſpondendi iis datum eſt, reſponſa eorum authoritate ad jus ſcriptum pertinere cępiſſe, cęterum pleraque in libris noſtris, quę moribus recepta dicuntur, exiſtimandum eſt Manaſſe ex hac diſputatione fori. *A. Vinn.*

Datis propriis nominibus cæteris partibus) Hæc verba haud dubie interpretamentum eſſe, ac proinde delenda poſt Zaſ. & Muretum notat Bocchov. d. loco. Ideoque in floren-

rentino Codice, velut abundantia, hoc ſigno ( ) invercluduntur. S. L.

Jus CIVILE) Nomine generis ad ſpeciem contracto, quod in jure noſtro frequens eſt. Cæterę partes Juris Civilis proprium nomen habent, veluti leges, plebiſcita, Senatuſconſulta, conſtitutiones, edictá. Hæc interpretatio, authoritaſque prudentum proprio nomine vacat. *A. Vinn.* Adde Cujac. *lib. 14. obſerv. cap. 16. circa fi.* Sigon. *de Iure Civ.* Romanor. *lib. 1. cap. 5.* & Bacchov. *in comm. D. hoc loco.* S. L.

De legis actionibus.

§. 6. Deinde ex his legibus, eodem tempore ferè, actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent: quas actiones ne populus prout vellet inſtitueret, certas ſolenneſque eſſe voluerunt: & appellatur hæc pars juris, legis actiones, id eſt legitimæ actiones. Et ita eodem pene tempore tria hæc jura nata ſunt: leges duodecim tabularum: ex his fluere cœpit jus civile: ex iiſdem *legis actiones* compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet privatis: & fere populus annis prope centum hac conſuetudine uſus eſt.

§. 7. Po-

1 Legis actio, & Lege agere quid.
2 Legis actionum nomine quid veniat.
3 Pontificum collegium à quo inſtitut.
4 Pontifex unde dictus.
5. Quatuor primo inſtituti deinde octo, & quindecim pontifices & totidem augures Conſtituti quorum unus Pontifex Maximus.

HIS LEGIBUS) Subaudi XII. Tabularum *Gothofr.*

CERTAS SOLEMNESQUE) certas quo ad numerum, ſolemnes quoad verba. *Cujac.*

Satis conſtat antiquitus certas actionum, defenſionumque formulas à Jureconſultis compoſitas fuiſſe, quas neceſſe erat in jure apud prętorem præeuntibus Juriſconſultis à litigatoribus pronunciari, quibus qui vel ſyllaba deerraſſet formula excidiſſe, aut cauſa cecidiſſe dicebatur, id eſt cauſam perdidiſſe. Cic. 2. *de invent.* Quintil. *lib. 7.* Sueton. *in Claudio. cap. 7.* Sed hęc verborum aucupia à Conſtantino ſublata ſunt *l. 1. Cod. de formul. & impet. ſublat.* Hinc eſt quod formulam, pro actione toties legimus. *A. Vinn.*

1. LEGIS ACTIONES) Legis actio eſt formula perſequendi ex lege civili compoſita, ſeu formula agendi apud eum qui juri dicundo pręeſt. Et lege agere, eſt, quod lege aliqua inſtitutum eſt, rite & ſolemniter peragere Cicero 1. *de Oratore*: *Agerent enim tecum lege primum pythagorei omnes atque Democritici* &c. Vopiſcus in Aureliano, *jube, ut tecum agatur,*

ſiqua

ſiquæ Aurelianus heres ſacrorum & bonorum totiuſque juris, id eſt ut adoptio ex lege celebretur. Hinc Magiſtratus apud quem legis actio eſt, dicitur, apud quem aliquid tale agere jus eſt *l. 4. ff. de adopt. A. Vinn.*

Eſt horum verborum, lege agere, latiſſima ſignificatio. *l. 3. ff. de offic. pretor. l. 123. ff. de* Reg. *Iur.* Cic. *1. de Oratore, pro Cecinna. 3. & 4. Verrina,* Valer. 7. 7. Plin. 5. 7. A. Gell. 20. 9. Ovid. *in faſtis*. Macrob. 1. *Saturn. 16. Varr. 4. de ling. lat.* Hinc legis actio, *l. 1. ff. de offic. jurid. Alexandr. l. 3. ff. de offic. præconſ. l. 4. ff. & l. 1. Cod. de adoptionib.* Paul. *2. ſentent. 26. novell. 81. d. l. 121. ff. de Reg. jur.* Briſſon. *Select. lib. 4. cap. 20.* Gothofr.

2. Legis actiones comprehendunt etiam omnes actus legitimos, qualis eſt aditio aut eretio hereditatis, mancipatio, & in jure ceſſio & acceptilatio, tutoris & libertatis datio, qui certis ſuis ſolennitatibus conſtabant, ac propterea per procuratorem expediri non poterant. Ita nec domino volente procuratorem lege agere antiquitus potuiſſe, notat Cujac. *lib. 15. obſ. 16.* Ubi male dici aliud eſſe actus legitimos aliud legis actiones, & male ex ſenſu hac lege definiri legis actiones, & male eo ſenſu hac lege definiri legis actiones, quibus inter ſe cives diſceptant ex XII. tab. Neque enim (inquit) dicit has ſolas eſſe legis actiones, ſed tantum appellari legis actiones; Sicut Gajus in inſtitutionibus dum enarrata formulæ ceſſionis in jure, ſubjicit, *idque legis actio vocabatur*, ubi certe non definit legis actionem. S. L.

ID EST LEGITIMÆ ACTIONES) Interpretamentum & Gloſſam eſſe putant, quę irrepſerit in textum. *Bacchov.*

OMNIUM TAMEN HARUM) Sc. XII. *Tabular.* & diſputatio, jus fori, actionumque legis. Cic. *pro domo ſua*, divinitus inſtitutum eſſe ait, quod eaſdem religionibus deorum immortalium & ſummę Reipublicæ præeſſe voluere. *A. Vinn.*

OMNIUM) id eſt non earum tantum quæ ad jus ſacrum vel publicum, ſed & quę ad jus privatum pertinebant, & publice privatimque utile erant. Cujac. *hic.* & *lib. 18. obſerv. 11.* Ubi hunc textum ita reſtituit: *Omnium tamen* XII. *tab. & interpretandi ſcientia*, &c. pro *omnium tamen harum* S. L.

3. PONTIFICUM) Liv. 1. & Dioniſ. 2. tradunt Pontificum collegium à Numa inſtitutum, iiſque ſacra omnia attributa, *in eorum penetralibus* ait *liv. 9, abditum erat jus civile, abdita dierum ratio, quibus lege egi poterat, huic* inquit liv. *numa ſacra omnia exaſcripta exſignataque attribuit quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur, cætera quoque omnia publica privataque ſacra pontificis ſcitis ſubjecit, nec cæleſtes modo ceremonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque manes, ut idem pontifex edoceret:* Interpretandarum quoque legum auctoritatem & ſcientiam, earumque legum actiones quę partes juris erant, penes pontifices fuiſſe intelligi poteſt ex eodem Dioniſio 10. & Cic. 2. *de legib.* Val. Max. *lib. 1. cap. 5.* Gell. *lib. 6. cap. 9.* Cic. *pro Murena.* Hęc dandę actionis autoritas, quum paulatim pontifices functione ſua ad avaritiam, & ambitionem abuterentur poſtea ad prętores tranſlata eſt, *l. 15. §. 28. in fin. ff. de damno infecto l. 2. Cod. de jur. firm. & emphyt. ſublat.* Ex Cujac. Gothofr. & Vinn. S. L.

Pontificum Collegium Numa Inſtituerat, ita ut in locum demortui collegę ab ipſo collegio alius crearetur, non à populo, & ex patriciis, non ex plebejo quod obtinuit ante legem Ogulniam. *Cujac.*

Pontifex dictus (ut vult Q. mutius Scævola & ipſe Pontifex Maxim.) à poſſe facere, quod facere; h. e. offerre, & ſacrificare poſſit. Vel ut Varroni *lib. 4. de ling. lat.* videtur, à ponte ſublicio faciendo & ſarciendo, quod

eo ſacra uls & cis Tiberim non mediocri ritu fierent. Idem Dioniſ. *lib. 2. & 3.* de Anco Marcio. *Sublicium pontem*, inquit *mere ligneum, cui compingendo nefas erat quicquam ferri aerisve addere, illo impoſuiſſe Tiberi dicitur, qui hodieque ſupereſt, & ſacer ab omnibus habetur, quod ſi qua pars ejus ſarcienda, illud Pontifices, curant, non ſine ſolenni ſacrificio.* Suidas in verbo Ποντίφηξ. *Pontifex*, inquit, *apud Romanos Magnus Sacerdos, quem Numa Romanorum legiſlator conſtituit, quum Tiberis violento fluxu delatus, antiquiſſimum pontem invaſit. Hic votis placatoriis ad fluvium factis, ne pontem dirumperet fluvio, perſuaſit, ut quiete & moderate pontem toleraret, item eos qui pontifices & flamines dicuntur Sacerdotibus præfecit.* Alii alia ratione deducunt, quod ſcilicet primę deorum effigies in Theſſalia, ponte penei fluminis collocatæ eſſent. *G. Coccejus.*

5. Quatuor à Numa inſtituti ſunt Pontifices, qui ex patriciis cooptati, uſque ad annum Urbis 454. Quo tempore Q. & Cn. *Ogulnii* Tribuni plebis legem tulerunt ut numerus Pontificum & Augurum augeretur, & pars eorum ex plebe crearetur, factique tunc ſunt octo Pontifices. Tandem Sylla dictator XV. Pontifices & totidem augures fecit eorumque octo priores & in eorum locum ſurrogati majores, reliqui ſeptem adſcititii minores dicti. Unus pontificum omnium ſupremus erat, qui Pontifex Maximus dicebatur, à Numa itidem inſtitutus, quod *maximarum rerum, quæ ad ſacra & relligionem pertinent, judex eſſet, & vindex contumaciæ privatorum, & Magiſtratuum*, teſte Dioniſio, quem Feſtus, *judicem atque arbitrum rerum divinarum, humanarumque* vocat. Hic ex collegio Pontificum creabatur, non Collegarum cooptatione, ut cæteri ante legem Domitiam, ſed tributis populi Comitiis, uti & poſt, cæteri illi omnes, non tamen niſi XVII. tribubus convocatis. Vid. Pigii Annal. *ad annum Urb. cond. 649.* Multo etiam tempore non niſi ex patribus ſive patriciis creabatur: donec poſtea omnibus honoribus cum plebe communicatis, pontifex quoque Maximus ex plebe primus creatus eſt *T. Cornucanius*, poſt quem multi, tam patricii, quam Plebei uſque ad *Jul. Cæſarem*, poſt cujus mortem pontificatum per vim, invaſit *Lepidus*. Quo mortuo illum ſuſcepit *Auguſtus* teſte Dione *lib. 54. ſub anno 741.* à quo deinceps omnes Romani Imperatores, (ut qui, quum totius Imperii poſſeſſionem eſſent adepti, ſupremam etiam divinarum rerum authoritatem haberent) Pontificum Maximorum titulum & Regimen ſibi reſervarunt. Uſque ad *Gratianum* qui primus amictum Sacerdotalem à Pontificibus ſibi oblatum averſatus eſt, teſte *Zoſimo*. Et paulo poſt ipſum Pontificum Collegium à *Theodoſio Seniore*, cum omni alio gentili Sacerdotio ſublatum eſt, reditibus eorum fiſco applicatis. *G. Coccejus.*

PRÆESSET PRIVATIS) Id eſt: Ex Pontificibus qui quoquo anno populo interpretaretur & reſponderet: unus conſtituebatur, qui ob eam rem hoc loco dicitur præeſſe privatis. Et à M. Tullio pręeſſe ei muneri, quod cęteri occupati eſſent in rebus ſacris, & publicis. Ex Cujacio, *Arnold. Vinn.*

PRIVATIS) Nempe jus reddendo, de ſacris privatorum, de ſepulchris, & locis relligioſis, de Jure Conſulentibus reſpondendo dierum, quibus agi oporteret, rationem aperiendo, & formulas actionum dando. Vid. Briſſon. *ſelect. antiquit. lib. 1. cap. ult.* G. Coccejus.

Ab hac formula diverſa eſt, *adeſſe litigatoribus*, aderant enim litigatoribus Juriſconſulti non pręerant Cic. *1. de Oratore & in Topicis*, ubi Aſcon. Pedian. Hinc judicare, id eſt Juriſdictioni pręeſſe. *l. 1. §. 2. ff. de poſtulando. l. 81. ff. de judic. l. ult. ff. de aq. pluv.* Gothofr.

AN-

ANNIS PROPE CENTUM) Et hoc quoque loco ſubtilis annorum computatio facta non eſt ſicuti ſupra §. 3. *prope viginti annis*, ut iteratio illa *fere* & *prope* demonſtat. *Cujac.*

De jure civili Flaviano.

§. 7. Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones: Gnæus Flavius ſcriba ejus, libertini filius, ſubreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fierit, & ſenator, & ædilis curulis: hic liber, qui actiones continet, appellatur *jus civile Flavianum*: ſicut ille, jus civile Papirianum: nam nec Gnæus Flavius de ſuo quicquam adjecit libro. Augeſcente civitate, quia deerant quædam genera agendi, non poſt multum temporis ſpatium Sextus Ælius alias actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur *jus Ælianum*.

§. 8. Dein-

1 *Appius Claudius.*
2 *Gn. Flavius Scriba.*
3 *Notæ Romanæ qua ratione inſtitutæ.*
4 *Sextus AElius Catus.*

1. APPIUS CLAUDIUS) Non Craſſinus decemvir, ſed Cæcus. *Cujac.*

Cæcus denominatus eſt, quia ſcilicet tandem eſt cæcus factus, dum in ſenatu eſſet, mentio ipſius eſt ut cæci in *l. 1. §. 5. ff. de poſtulando.* De hoc Appio Claudio ejuſque cęcitate vide Livium *lib. 9. cap. 29.* G. Coccejus.

PROPOSUISSET) Non quidem publice (nec enim ſuum librum populo dedit, ut *Sext. AElius*) ſed privatim; Hortatus etiam Flavium, teſte Plinio, ut eas exciperet & ediſceret. *Cujac.*

AD FORMAM) Id eſt in ordinem redegiſſet, neque placet Cujacii interpretatio, qui, *ad formulam*, Pomponium ſcripſiſſe voluit, pro quo Tribonianus *ad formam* repoſuiſſet, quod quum legis actiones ex XII. tab. legibus compoſitę, nihil ipſæ fuerint quam agendi formulę, Claudius formularum formulas propoſuiſſe haud congrue dici poſſit. S. L.

2. GNÆUS FLAVIUS SCRIBA) Secretarium nunc vocant. Nota autem eſt vulgo hęc Hiſtoria. Cic. pro Murena tradit, *myſteria Iuris paucos ſciviſſe, eoſque qui Conſulerentur, poſſetne lege agi, an non poſſet in magna fuiſſe potentia, à quibus etiam dies, tanquam à Chaldæis peterentur. Inventum tamen ſcribam quendam Gn. Flavium, qui cornicum oculos transfigens, ſingulis diebus addiſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis Iuriſconſultis ſapientiam eorum compilarit* Valer. lib. 2. cap. 5. *jus civile per multa ſecula inter ſacra, ceremoniaſque deorum immortalium abditum ſoliſque pontificibus notum Gn. Flavius libertino patre genitus, & Scriba* cum

cum ingenti nobilitatis indignatione factus AEdilis curulis vulgavit, & faſtos pene toto foro expoſuit. Ejuſdem rei & Livius *lib. 9. in fin.* & Plinius *lib. 33.* meminerunt. *A. Vinn.*

Adde *Cicer. in Piſonem, & 6. ad Atticum 1.* Diodorum *20.* Plin. *3. 1.* & *A. Gell. 6. 9.* Gothofr.

3. ADEO GRATUM) Graviter tamen Juriſconſultos hanc arcanorum ſuorum evulgationem tuliſſe ſatis conſtat quod novas quaſdam agendi formulas excogitaverint eaſque certis quibuſdam notis vulgo incognitis deſcripſerint, teſte Cicer. *In orat. pro Muren. grati,* inquit, *illi, ne dierum ratione pervulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt ut omnibus in rebus ipſi intereſſent.* Quænam illæ notę fuerint vide apud Roſin. *Antiq. Romanor. lib. 8. cap. 4.* & Valer. Prob. *de notis interpretandis.* Et Plinius *lib. 33. cap. 1.* refert Senatum tanta indignatione exarſiſſe, ut annuli ab eo fuerint abjecti. S. L.

ÆDILIS CURULIS) Quo honore indignus erat quod Scriba vel Tabularius erat Cenſoris, (hoc enim officium apud Romanos Mercenarium, & minus honorificum erat) aut etiam alia ratione, quia filius libertini, Ex Cujacio *A. Vinn.*

SICUT ILLE) Alii, ſicut illud. *Ruſſard.*

QUÆDAM GENERA AGENDI) Quędam aliæ formulę à Juriſconſultis, ut dictum noviter inventæ, & notis quibuſdam ſignificatæ, quas Cic. *pro Murena* notas appellat, quia notis perſcribi ſolebant, id eſt literis ſingulariis, quæ etiam notæ dicuntur. *Ex Cujacio.* S. L.

4. SEXTUS ÆLIUS) Vir Ampliſſimus & Clariſſimus, quem & propter Juris Civilis ſcientiam ſummus Poëta Ennius hoc verſu celebravit.

Egregie Cordatus homo Catus AElius Catus, autem veteribus dicebatur homo prudens & acutus.

Horat. 1. Carminum.

Qui feros cultus hominum recentum,
Voce formaſti catus, &c.

Meminit hujus Ælii Cic. *in lib. 1. de Orat. & 1. Tuſcul.* A. Vinn.

De plebiſcitis.

§. 8. Deinde cum eſſet in civitate lex duodecim tabularum, & jus civile: eſſent & legis actiones: evenit, ut plebs in diſcordiam cum patribus perveniret, & ſecederet, ſibique jura conſtitueret, quæ jura *plebiſcita* vocantur. Mox cum revocata eſt plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſervari, *lege Hortenſia:* & ita factum eſt, ut inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſent: poteſtas [autem] eadem eſſet.

§. 9. Dein-

1 Tres Plebis ſeceſſiones quando & ob quam cauſam factæ.
2 Tribuni Plebis inſt. & plebiſcita facta.
3 Lex Hortenſia.

DEINDE CUM) Nullam hic locus Pomponii in ſe confuſionem habet. Vetuſtiora ſunt plebiſcita XII. Tabulis, fateor: Nam & prima

prima ſeceſſione rogantibus tribunis, quædam Plebs ſcivit, quę fuit anno fere XVII. poſt ejectos Reges, & Cruſtumerina à Varrone appellatur 4. *de ling. latin.* à monte prope Criſtumerum oppidum Romæ vicinum, qui poſtea ſacer appellatus: ſed pro legibus obſervata non ſunt ante legem Horatiam, quæ lata eſt longe poſt XII. tab. leges, ſeceſſione ſecunda in Aventinum, ac deinde confirmata lege Hortenſia ſeceſſione tertia in janiculum. Ex Cujacio *A. Vinn.*

1. Plebs in discordiam) Tres plebis ſeceſſiones apud Hiſtoricos notantur. Prima quæ fuit in montem ſacrum, quum plebs ære alieno ob diuturna bella contracto, nec diſſoluto, ſe gravatam à nobilibus creditoribus propterea in vincula, & ſervitutem rapi, quæſta, auctore & duce *Sicinio belluto*, raptis ſignis, in monte prope Anienem, poſt ſacro dicto *Anno V. Cond.* 259. armata conſedit. De qua Vid. Dioniſ. *lib.* 6. Liv. 2. *cap.* 32. Secunda ſeceſſio facta fuit *Anno* 305. quum plebs armata ob decemvirorum inſolentiam, & Appii Claudii decemviri ſcelus quod puellam libidinis cauſa per calumniam in ſervitutem vocaſſet, ex caſtris *L. Virginio* auctore in urbem cum ſignis ſeſe proripuit, & in monte Aventino conſedit, de qua liv. *lib.* 3. *cap.* 52. Dioniſ. *lib.* 11. Tertia *anno. V. Cond.* 467. rurſus æris alieni cauſa facta in janiculum. Liv. *epit. lib.* 11. G. Coccejus.

2. Plebiscita) Plebs quum Anno V. conditæ 259. in montem ſacrum ſeceſſiſſet, hoc à patribus antequam in urbem reverteretur obtinuit, ut liceret ſibi ex ſuo ordine Magiſtratus annuos creare, qui oppreſſis injuria plebeis, & vim patientibus ſuccurrerent, nec paterentur quenquam fraudari jure ſuo. Hi *Tribuni plebis* dicti ſunt, eamque poteſtatem habebant, ut quod Tribuni ad plebem tuliſſent, quodque plebs juſſiſſet, id ratum eſſet, quæ *plebiſcita* vocata ſunt. Eorum primo quinque creati, ſed poſtea duplicatus eſt numerus, ac decem facti ſunt Tribuni bini ex ſingulis claſſibus. Dioniſ. *lib.* 10. liv. *lib.* 3. *cap.* 30. primum plebiſcitum illud eſt quo plebs Tribunos ſibi creavit, alterum *ut Tribuni Sacroſancti & inviolabiles eſſent*, *deinde* à L. Valerio & M. Horatio conſtitutum, *ut quod plebs juſſiſſet, id non plebem tantum, ſed omnes Quirites teneret*, quod poſtea lege hortenſii dictatoris, qui plebem ex tertia ſeceſſione reduxit, repetitum: & legum nomina plebiſcita induerunt *G. Coccejus.*

Mox) mox hoc loco non eſt ex continenti, ſed poſtea, ut apud alios authores ſæpiſſime, nam ſecundum cujuſque rei naturam vel plus vel minus tempore recipit. *Ex Cujac.* A. Vinn.

3. Hortensia) Tribunitiis rogationibus patritii adſtricti non fuerunt, donec Q. Hortenſius dictator legem tulit, ut eo jure quod plebs ſtatuiſſet omnes Quirites tenerentur. Gell. 15. 27. Quod factum eſt quum plebs ſeceſſiſſet in janiculum Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Cæterum apud Livium *lib.* 3. legimus primum *L. Valerio & M. Horatio* ſimilem legem latam ſeceſſione ſecunda. *A. Vinn.*

Repetita eſt hæc lex ab Hortenſio dictatore, quæ antea lata erat à *L. Valerio & M. Horatio*. Ita ut Horatia, non Hortenſia fuerit. liv. 3. 1. Dioniſ. 2. Plin. *d. lib.* 16. *cap.* 10. Govean. *lib.* 1. *var. cap.* 22. S. L.

: Factum Est) Vel potius tandem evenit. *Gothofr.*

Species constituendi) Hoc eſt quod Juſtinianus ſcribit §. 4. *Inſt. de Iure Nat. Gent. & Civ. lege Hortenſia lata, plebiſcita non minus valere, quam leges cœpiſſe.* A. Vinn.

§. 9. Deinde, quia difficile plebs convenire cœpit, populus [certe] multo difficilius in tanta turba hominum: neceſſitas ipſa curam reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus ſe interponere: & quidquid conſtituiſſet, obſervabatur: idque jus appellabatur *Senatusconſultum*.

§. 10. Eo-

1 Civium Romanorum numerus.
2 Senatus & Senatores Romani à quo & quando inſtituti.
3 Senatusconſulta cujus authoritatis quomodo & quando vim legis obtinuerint.
4 Lex Regia de Principis Imperio.

PLEBS) Quid differat plebs à populo docetur *in §. lex eſt 4. Inſt. de Iure Nat.* A. Vinn.

CONVENIRE) Huic §. geminus eſt *§. 5. Inſtit. de Iure Nat.* G. Coccejus.

1. IN TANTA TURBA) Ciceronis tempore cenſas Romę nonaginta & unam myriades, hoc eſt p10000. refert ex phlegonte Broëus in *§. 3. Inſtit. de jure nat. num. 7.* Quæ relatio de tanto civium numero an vera ſit, vix credo quicquid ſit, conſtat, quod fuerit ingens. *G. Coccejus.*

2. AD SENATUM) Eodem pertinet illud modeſtini *l. pen. de legib.* omne jus aut conſenſus fecit aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo. Romulus quum novam civitatem, viribus & robore juvenum munitam cerneret, ut eam & conſilii ope fulciret centum numero elegit, quos ob honorem *patres*, ob ætatem *Senatores* appellavit, quorum poſteritas patricii appellati. Hunc Ordinem Tullius Rex ex Albanis ſupplevit. Brutus autem primus Conſul expulſor Regum, primores equeſtris Ordinis Senatoribus adſcribi fecit, qui ob id *Patres conſcripti* appellati ſunt. Qui fuerint, per quos more majorum Senatus haberi potuerit, quibus in locis, quando & quo titu adhibito invenias apud Gellium 14. 7. Craſſus error eſt Accurſii, qui Senatores Centumviros fuiſſe exiſtimat. *A. Vinn.*

Adde Sigon. *de Antiquitat. Iur. Civ. Rom.* Manut. *lib. de Senat. Rom.* Roſin. *Romanarum antiquitat. lib. 7. cap. 6. 7.* Bud. *ad l. ult. ff. de Senator.* Conan. *comment. Iuris Civ. lib. 1. cap. 24. de Senatusconſultis.* Et Feneſtell. *De Senatorum origine* S. L.

SENATUSCONSULTUM) Senatuſconſultorum primordia omnium vetuſtiſſima eſſe nemo ambigit Dioniſ. *lib. 2. & 6.* liv. *lib. 1.* Sed ut pro legibus inter omnes, quacunque de re fiant valerent, ſicut plebiſcita, id vero noviſſime obtinuit, & tandem frequentiora Senatuſconſulta eſſe cœperunt, quam plebiſcita, aut leges, exiſtente neceſſitate rerum, ut ait hoc loco, ſive rebus ipſis dictantibus. Quin & Cæſares Senatus potentiam auxerunt, ſuæ ſervientes, teſte Sueton. *In Tiberio.* Tandem à *Leone* philoſopho omnis poteſtas Juris condendi ſoli Imperatori reſervata eſt. *Nov. Leonis 78.* A. Vinn.

Senatuſconſultum dupliciter fiebat, per diſceſſionem, ſi facile conſentiebatur, aut per ſententias ſingulorum, ſi res erat ardua. Diſceſſio tunc fieri dicebatur cum per pedarios Senatores, qui minoris erant in

Senatu nominis, pedibus in Sententiam principum itabatur, cujus Senatuſconſulti ſæpe meminit Cic. *in Epiſt.* Atejus capito negabat ſine diſceſſione fieri Senatusconſultum *Gell. dicto loco.* Idem

Libera adhuc repub. Senatuſconſulta fere erant de jure publico, ſub Impp. de Jure privato. *Idem*

Observabatur) Notat Conanus *lib. 1. commentar. cap. 1. circa fin.* de Senatuſconſultis nihil unquam latum ad populum, ſed tacito quodam plebis conſenſu id inductum eſſe, non ut legem poſſit facere Senatus, ſed ut quod feciſſet, aut ſtatuiſſet, juris authoritate valeret. Ut qui prudentię, ſapientię, & dignitatis nomine tantum valuerint apud populum, ut tandem omnia ejus conſulta pro legibus fuerint obſervata. S. L.

4. Occupata demum Republica, poſtquam omnium rerum arbitrium unius eſſe cæperat, & populus Romanus lege Regia, quæ de Principis Imperio lata, omne Imperium & poteſtatem in Principem conceſſerit. Ut tradit Ulpianus *l. 1. ff. de conſtit. Princip.* tum demum Senatus in ſpeciem crevit authoritas, quum è Campo, ut ait Tacitus *comitia ad patres translata ſunt*, tum demum factum eſt, ut non ambigeretur Senatum jus facere poſſe, ut ait Ulpian. *ff. de legibus l. 9.* Arbitrio tamen Principis, precario, ac in ſpeciem habuit tunc Senatus quicquid habuit. *G. Coccejus.*

Ad quod Suetonius in Tiberio reſpexiſſe videtur, quum dixerit, & *Cæſares Senatus potentiam auxerant ſuæ ſervientes.* Et tribuniciam poteſtatem quanta unquam fuit, ſibi adſumebant Imperatores, vel die primo Imperii ſui. Ex Onuph. Panvin. S. L.

De jure honorario.

§. 10 Eodem tempore & magiſtratus jura reddebant: & ut ſcirent cives, quod jus de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret; *edicta* proponebant: quæ edicta Prætorum, *jus honorarium* conſtituerunt. *Honorarium* dicitur, quod ab honore Prætoris venerat.

§. 11. No-

1 *Edicta Prætorum quomodo propoſita.*
2 *Magiſtratus Prætorius qualis fuerit & cujus authoritatis, & in quibus rebus edicendi juris poteſtatem Prætores habuerint.*
3 *Prætores unde dicti.*

Eodem Tempore) Intellige non tantum proxime præcedens, quo Senatus vice Populi, ſublatis ex parte Comitiis rogabatur, ſed omne tempus liberæ Reipublicæ, cumque eſſent in civitate leges XII. Tab. & reſponſa, ac ſententiæ prudentum, legis actiones, & leges, & plebiſcita. Quibus temporibus præcipue Magiſtratus jura reddebant, illi ſcilicet qui edicta proponere ſoliti. *G. Coccejus.*

Magistratus) prętores intelligit, quos per antonomaſiam Magiſtratus appellat, quod iis uberior fuit in litibus judicandis poteſtas. Hic tamen Magiſtratus longo tempore poſt Senatores & Conſules introductus fuit. Proinde quod hic dicitur (*eodem tempore*) civiliter & ſup

ſuo quodam ordine accipe. *A. Vinn.*

1. Quod jus de quaque re) Solebant Prætores ſtatim inito Magiſtratu edicta de multis rebus proponere ſecundum quæ toto anno jus redderent. Superiorum Prætorum edicta ut plurimum ſequebantur, niſi forte dignum ipſis aliquid viſum fuiſſet, quod adderetur, aut mutaretur, aut novo edicto caveretur, cujus rei perquam erant cupidi, ut aliquid viderentur ipſi à ſe excogitaſſe, & in publicam utilitatem nonnihil de ſuo contuliſſe. Ex *F. Connano* S. L.

Seque præmuniret) Hinc argumentum ducunt judicia non eſſe præcipitanda, ſed ſpacium ſeſe præmuniendi eſſe indulgendum. *A. Vinn.*

Alii legunt, *præmunirent*, ut ad Cives referatur, quod quamvis authoritate careat, & repugnet Florentino exemplari, rationem tamen habet, quum turpe haberetur nec minus reprahenſibile edictum ſuum mutare, quo nomine reprahenditur à Cicerone Verres, quod ex edicto ſuo non ſemper jus dixiſſet. Neque quod Romæ edixiſſent de jure communi, ſine aliqua ſua infamia in provinciali præturæ, ſi quam poſtea fuerint adepti, mutare teſtante eodem Cicerone adverſus Verrem. Neque abrogare jus conſtitutum aut receptum pòterant *l. 12. §. 4. ff. de publ. in rem act.* præmunire igitur ſe cives debebant judicaturi, utrum ſecundum edicta propoſita judicetur. S. L.

2. Edicta Prætorum) Prætores hic idem ſunt quod Magiſtratus, qui juri dicundo, non condendo, quod Majeſtatis eſt, præpoſiti: nulla enim lege talem poteſtatem prætoribus datam legimus.

Unde & illi ab initio jure tantum Magiſtratus edicta propoſuiſſe videntur, de quibus rebus, & quomodo jus dicturi eſſent: progreſſu vero temporis populo permittente hoc ſimul uſurpaſſe, ut adjuvandi, ſupplendi, aut corrigendi, juris jam conſtituti cauſa, aut de iis quæ legibus nec ſancita nominatim, nec vetita erant ex bono & æquo, ipſi aliquid edicendo, conſtituerent, *l. 7. ff. de juſtit. & jure.* Hujus enim juris eadem cauſa fuit, quæ Magiſtratuum creandorum, ut quando lex quæ generaliter loquitur neque diſtincte & ſpeciatim omnia poteſt comprehendere, neque una omnibus rebus æqualiter convenire, legis moderator & arbiter, conſtitueretur is qui juriſdictioni præeſt, pro ſua prudentia legem interpretetur, & ad ſimilia negotia accommod. *l. 12. 18. ff. de leg.*

Uti & Magiſtratus, ita quoque & eorum edicta annua erant, quum id honori eorum tribueretur, ut in annum ſuum jus conſtituerent, & idcirco prætoriæ actiones non plus quam anno uno vixerunt, niſi quæ poſtea principum conſtitutionibus factæ ſint diuturniores *pr. Inſtit. de perpet. & temp. act.* Sed quum hæc edictorum inconſtantia & mutabilitas, magnam prætoribus tribueret licentiam, arbitrio ſuo quidvis decernendi & ſtatuendi, prout quiſque avaritia aut ambitione duceretur, quo factum, ut quum ſingulis annis nova edicta proponerentur, ipſum jus prætorium ob edictorum varietatem turbaretur *C. Cornelius Balbus Tribun. Plebis* quem Cicero defendit, etſi nemo repugnare auſus fuerit, multis tamen invitis legem tulit: *Ut pretores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent.* Quæ lex multum authoritatis & gratiæ ſuſtulit ambitioſis prætoribus, qui varie jus dicere aſſueverant. Vid. Dion. *lib. 26.* Tandem *C. Salvius Iulianus*, (qui ob id legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor *in ſecunda de confirmatione digeſtorum præf. ſive ad Senatum & omnes populos §. 18.*) ſub *Divo Adriano* omnia quæ unquam fuerant Prætorum edicta collegit, & in ordi-

Ordinem digeſſit, quibus edicti perpetui nomine legis authoritas data eſt Senatuſconſulto primum, tum deinde divi Adriani conſtitutione. Ut ipſe Juſtinianus commemorat. *l. 2. cod. de Vet. Iure Enucleando.* S. L.

3. Prætores à præeundo dicti, quod jure & exercitu præirent, teſte Varrone. Unde illud Lucillii *Ergo prætorum eſt, ante praire.* Unde & *juriſdictioni præeſſe* dicuntur, *l. 12. ff. de legib.* Idem

Jus Honorarium) Honor pro Magiſtratu ponitur, quod in honore & dignitate ſint. Ita Juvenalis.

Nunc quum ſummus honos finito computet anno,
Sportula quid referat.

Conan. *lib. 1. cap. 15.* Idem.

De Conſtitutionibus.

§. 11. Noviſſime, ſicut ad pauciores juris conſtituendi via tranſiſſe ipſis rebus dictantibus videbatur: per partes evenit, ut neceſſe eſſet reipublicæ per unum conſuli: nam Senatus non perinde omnes provincias probe gerere poterat. Igitur conſtituto Principe, datum eſt ei jus, ut quod conſtituiſſet, ratum eſſet.

§. 12. Epi-

1 *Dictare quid.*

1 Rebus Dictantibus) Id eſt natura, curſu temporum & rerum exigente, & ſumitur hic *dictare* quadam tranſlatione. Sicut enim dictari dicuntur, qui alio præeunte verba ſcribi conſuevere, ita quæ natura nobis excipientibus ſuggerit dictare dicitur. *A. Vinn.*

Per Partes) κατὰ μέρος, & lento progreſſu à vi & poteſtate. Regis ad populum, à populo ad Senatum, à Senatu ad unum, non Regem ſed Principem, quaſi in Repub. & Senatu primum: qui nec Populi ſibi, nec Senatus jus omne vindicaret, ſed cum ea partiretur. Hinc origo legum, Senatuſconſultorum, conſtitutionum. Ita malo, quam per partes intelligere factiones principum. *Ex Cujacio* A. Vinn.

2 *Lex Regia.*

5. Per unum) lege Regia, quæ de Principis imperio lata eſt, Populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem conceſſit, *l. 1. ff. de conſtit. princip. §. 6. Inſtit. de jure nat. l. 1. §. 7. Cod. de vet. jur. Enucl.* Eadem eſt quę lex Imperii dicitur. *l. 3. Cod. de Teſtam.* Hanc legem ſub Auguſto latam, probat Dion. *lib. 53.* non ultro tamen & conſulto imperium uni delatum à Senatu & populo, ſed poſtquam Reſpub. Inteſtinis diſſentionibus ac odiis, ambitione, invidia & bellis Civilibus graviſſime afflicta & lacerata eſſet. Qua neceſſitate Principes Imperatores occaſionem arripuere, ut licet ab inviſis populo, Regis, aut Domini nominibus abſtinuerint, alio ſub nomine Regiam poteſtatem exercerent, Dion. *d. lib. 53.* Hæc ne intercideret, quo quiſque die mortuorum ſucceſſores imperium exciperent publice eam pro Imperii lege recitari curarunt, teſte Hottomanno *in indice leg. Romanor.* Fragmentum ejus Romæ in lateranenſi æde ſervari notat. Ant. Auguſtin. *de legibus.* S. L.

Pro-

PROBE GERERE) alii *provide regere*. Sed gerere provinciam latinis idem eſt quod *adminiſtrare*, ſicut gerere negotium dicimus. Græce ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας. Cæterum ſatis conſtat unam regnandi cupiditatem ſtatim reipub. à populo & Senatu ad unum principem traduxiſſe *A. Vinn.*

DATUM EST EI JUS) Ita Ammian. Marcellin. 14. Urbs Venerabilis poſt ſuperbas efferatarum gentium cervices oppreſſas, lataſque leges fundamenta libertatis, & retinacula ſempiterna velut frugi parens, & prudens, & dives, Cæſaribus, tanquam liberis ſuis, regenda patrimonii jura permiſit. *Goth.*

Epilogus.

§. 12. Ita in civitate noſtra, aut jure, id eſt, lege conſtituitur: aut eſt proprium jus civile, quod ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione conſiſtit: aut ſunt legis actiones, quæ formam agendi continent: aut plebiſcitum, quod ſine autoritate Patrum eſt conſtitutum: aut eſt magiſtratuum edictum, unde jus honorarium naſcitur: aut ſenatusconſultum, quod ſolùm Senatu conſtituente inducitur ſine lege: aut eſt principalis conſtitutio, id eſt, ut quod ipſe Princeps conſtituit, pro lege ſervetur.

§. 13. Poſt

1 *Senatus, & Senatorum origo & progreſſus.*
2 *Sine lege fieri quid.*
3 *Principale, quomodo dicatur.*

ITA IN CIVITATE NOSTRA) Tota hæc ſeries nihil aliud eſt, quam Epilogus eorum, quæ ante tradita ſunt. *A. Vinn.*

AUT JURE ID EST LEGE) Legendum, *aut jus quod lege*, lege ſcilicet XII. & quod ex ea fluxit Jure Civili & legitimis actionibus. *Cujac.*

PATRUM) Id eſt Senatus. S. L.

1. QUOD SOLUM SENATU) Romulum Senatum conſtituiſſe conſtat, quum enim novam ſuam civitatem viribus & robore juvenum munitam cerneret, ut eam conſilii ope fulciret centum numero elegit quos ob honorem *patres*, ob ætatem *Senatores* appellavit, quorum poſteritas per genituram propagata *patricii* appellati ſunt. Exactis Regibus *Brutus* Conſul, exhauſtum bonis viris Senatum intuens primores equeſtris ordinis adſcribi Senatoribus fecit, illoſque *conſcriptos patres* appellavit. Ex quo tempore patrum conſcriptorum appellatio locum habere cœpit. Auctor liv. *in primo ab Urb. Cond.* & Feneſtell. *in tit. de Senator. origine.* Triplicis fuere ordinis Senatores, *patricii*, *conſcripti*, & *Pedarii*. *Patricii* ſunt hi maxime qui centum illis patribus à Romulo lectis geniti. *Conſcripti* Senatores hi erant qui Regum, conſulum, Cæſarumve decreto in Senatum legebantur. Horum qui curulem Magiſtratum geſſiſſent, curru ſoliti honoris gratia in curiam vehi, hi vero qui nondum curulem Magiſtratum cœperant pedibus in curiam intrabant, & inde Senatores nondum

dum majoribus honoribus functi *pedarii* nominati ſunt. *H. Cagnolus.*

2. INDUCITUR SINE LEGE) Id eſt ſine rogatione, quæ ad populum fiebat, pro lege ferenda. Nam & Senatuſconſultum lex eſt. Sed quia in eo non interrogatur populus, ſine lege fieri dicitur. Ut legis vocabulum hic ſtricte accipiatur, pro prima parte juris ſcripti. *A. Vinn.*

Alii pro, *ſine lege*, legunt *ſine plebe.* Quod, ut plebiſcita ſine Senatu, ita & Senatuſconſulta ſine plebe ſint, quam emendationem adjuvant, precedentja verba, *Quod ſolum Senatu conſtituente.* Gothofr.

3. PRINCIPALIS CONSTITUTIO) *Principale* eſt quod Principis, vel à Principe eſt, quomodo *principales*, hoc eſt principum conſtitutiones in jure dicuntur. *G. Coccejus.*

Tranſitio ad ſecundam partem tituli.

§. 13. Poſt originem juris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, ut de magiſtratuum nominibus & origine cognoſcamus: quia, ut expoſuimus, per eos, qui juri dicundo præſunt, effectus rei accipitur: quantum eſt enim jus in civitate eſſe, niſi ſint, qui jura regere poſſint? Poſt hoc deinde de autorum ſucceſſione dicemus: quod conſtare non poteſt jus, niſi ſit aliquis juriſperitus, per quem poſſit quotidie in melius produci.

§. 14. Quod

1 Magiſtratus vocabulum quid ſignificet. 2 Auctores Iuris. 3. Iuriſperiti qui dicantur & eorum officium.

POST ORIGINEM) Incipit Secunda pars Tituli quę eſt *de Magiſtratibus.* S. L.

1. DE MAGISTRATUUM NOMINIBUS ET ORIGINE) Magiſtratus vocabulum Varro *de ling. latin. lib. 4.* à Magiſtro deducit, quod & Paulus probat *l. 59. ff. de Verb. Signific.* Eſtque Magiſtratus cui Reſpublica vel omnino vel ex parte à Populo vel principe Commiſſa eſt. Hic autem ſignificat omnes quibus judicandi functio commiſſa eſt. Non ut jus conſtituerent, ſed ut id quod conſtitutum eſt jus dicerent, quaſi viva vox Juris Civilis, *l. 8. ff. de juſtit. & jure.* Quorum nomina hic recenſentur, itemque origo, quibus occaſionibus, & à quibus ſinguli conſtituti ſint. S. L.

JURI DICUNDO) Quando Veteres Magiſtratum, & eum qui Imperium, poteſtatemque habet, ſignificare volunt, utuntur fere hac circumlocutione, qui *juridicundo*, aut *juriſdictioni præeſt*, item qui Tribunali præeſt. *A. Vinn.*

PRÆSUNT) Sunt qui Magiſtratum minorum poteſtatum nomen eſſe volunt, & juridicundo ſtricte ſumi pro reddendi juris in cauſis civilibus ac privatis poteſtate, ut Scipio Gentil. *de juriſ. ict. lib. 2. cap. 2. & 3.* Grot. *de Imper. ſummar. poteſtat. circa ſacra cap. 1.* Sed magis eſt ut jus dicere hic latius ſumatur pro omni *Iuris expeditione* ſive omni illius, quod jus in republica exigit, *exercitione.* Ut & Reges, Dictatores & Quæſtores

rerum

rerum capitalium comprehendat ut infra §. 35. latius exprimit. *G. Coccejus*.

Effectus rei accipitur) Vere dicitur Magiſtratum eſſe legem loquentem, & legem eſſe mutum Magiſtrum. Et ſicuti nihil prodeſt de rebus juſtis judicia dare aut ſententias, niſi ſint qui eas executioni mandent. Ut ſcribit *Philoſophus 6. polit.* ita & leges fruſtra feruntur, niſi ſit Magiſtratus in civitate, legum cuſtos & aſſertor. *A. Vinn.*

Jura Regere) Ita in Florentin. vulgo, *reddere*, Regere, hic eſt *dirigere*, quum leges ac jura inſtrumenta ſint, regendi, ad miniſtrandique rempublicam. Unde illud poëtę:

Ipſa etiam leges cupiunt ut jure regantur.

ex Cujacio *G. Coccejus*.

Post hoc dein) *dein*, pro *deinde*, ita Cicero *in Orat. 2. hæc quidem duo binis pedibus inciſam, dein membratim.* Et 2. *de natura deorum.* Dein, *quæ ſequuntur.* G. Coccejus.

2. De auctorum successione) Conſtat Juriſconſultos *auctores* dici locis quam plurimis ſimpliciter, vel juris auctores. Ut Cujac. *lib. 7. obſerv. cap. 25.* & in *paratit.* ad hunc titulum notat. Non quod ipſi ſint juris conditores, aut ab ipſis omne jus in repub. Romana proditum ſit, aut proveniat, ſed quomodo eximii, qui doctrinam aliquam, aut res geſtas litteris conſignarunt, *auctores, clariſſimi auctores, optimi auctores, claſſici auctores*, à Cicerone, Cæſare Quintiliano, Gellio & aliis dicuntur. Ita Vellejus Paterculus Domitium Scævolam vocat *Divini, humanique juris auctorem.* Nota Orthographiæ differentiam inter *auctorem*, qui ab augendo, alterius confectum opus auget, & illuſtrat, & *authorem*, qui primitus ipſe aliquid inventum profert, à græca voce αὐθέντης, & in jure uſitato vocabulo authentico, ut & ſupra §. 4. de *Hermodoro Epheſio* notatum. S.L.

3. Jurisperitus) Jus eſt ars æqui & boni, ut definit Celſus in *l. 1. ff. de Juſtit.* & jure. Ergo & Juriſperitus erit qui æqui & boni peritia præditus. Quæ quidem peritia ex multarum rerum inveſtigatione producitur. Siquidem Juriſperitus, non ſolum univerſum jus civile, verum etiam philoſophiam præſertim moralem, artes dialecticas, oratoriam, & vel maxime latinæ linguæ proprietatem perſpecta habere debet & cognita. Antonius apud Ciceronem *1. de Oratore*, non Juriſconſultum, ſed pragmaticum, aut legulejum definit, qui legum & conſuetudinis ejus, qua privati in civitate utuntur, & ad reſpondendum & agendum, & ad cavendum peritus eſt: optimam & præſtantiſſimam hujus artis partem, juris publici, bonique & æqui ſcientiam præteriens. *A. Vinn.*

De Juriſperiti vel Juriſconſulti officio, & artibus quibus inſtructi eſſe debeant vid. Ammian. Marcell. *Rer. Geſtar. lib. 30. cap. 5.* & Cujac. *in præfat.* quam *paratit. Digeſtorum* præfixit. Corraſ. *de jure civili in artem redigendo cap. 5.* Et Hopper. *de juris arte lib. 3. cap. ultim.* S. L.

In Melius Producit) In melius jus producit qui plurimarum rerum cognitione inſtructus ex textuum veritate ſcita legalia ad actus humanos accommodat, ſecurus eorum quæ multa utilitate, per commentariorum ſylvas diſceptantur. *A. Vinn.*

De Regibus.

§. 14. Quod ad magiſtratus attinet, initio civitatis hujus conſtat, *Reges* omnem poteſtatem habuiſſe.

 §. 15. Ii-

1 Reges an ſit de numero Magiſtratuum.

OMNEM POTESTATEM) Quod verum eſt autoritate. Nam & Reipublicæ cura apud patres erat; & quędam populo à Regibus permittebantur. Teſtes *liv. Dioniſ.* & alii. Utrum Princeps ſit ſupremus Magiſtratus, an quid celſius Magiſtratu diſputant Politici. Tiberius apud Tacit. 3. *annal. Non adilu, aut pratoris, aut conſulis partes ſuſtineo: majus aliquid & exce ſius à Principe poſtulatur.* A. Vinn.

De Tribunis celerum.

§. 15. Iiſdem temporibus & *Tribunum celerum* fuiſſe conſtat. Is autem erat qui equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Junius Brutus, qui autor fuit Reges ejiciendi.

§. 16. Exa-

1 Tribuni Celeres qui & unde dicti.

2 Iunius Brutus Tribunus celerum, ejiciendorum Regum auctor.

1 TRIBUNUM) A tribus quibus præerat centuriis, tribus enim ſimul unus præfectus erat, alii à *tribu* dictum volunt. Poſt latius Uſurpatum vocabulum, ut fere omne magiſterium contineret, velut ſunt *Tribuni plebis*, *Tribuni militum*, *tribuni ærarii*, alii à *tribuendo*, hoc eſt diſtribuendo partiendo *G. Coccejus.*

CELERUM) *Celeres à celeritate* dictos ſcribit *Halicarnaſſ.* quia prompti erant, & pro belli neceſſitate, nunc equites, nunc pedites pugnabant *A. Vinn.*

De his ita ſcribit Feneſtella *de Magiſtratib. Romanis cap. 2. Tribunos celerum equitum primus Romulus creaſſe fertur, quum tres equitum centurias, Ramnenſium, Tatienſium, & lucerum, quarum opera in omni Reipublica diſcrimine uteretur, adſcripſit.* Feſtus *lib. 3. à Celere* quodam qui primus iis ordinibus pręfectus fuerit, *Remi* interfectore, hoc nomen inditum eſſe putat, quod & Ovidius *lib. 4. Faſtorum* hiſce verſiculis confirmat:

Auſpicio læti faciunt fundamina cives,
Et novus exiguo tempore murus erat.
Hoc celer urget opus, quem Romulus ipſe vocarat;
Suntque celer cura, dixerat iſta tua.
Nequis aut muros aut factam vomere foſſam
Tranſeat audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros,
Cœpit, & hu populus dicere tutus erit?
Nec mora, tranſiliit retro Celer occupat auſum;
Ille premit duram ſanguinolentus humum.

Trecentos eos numero fuiſſe volunt *Halicarnaſſ. Feſtus*, & *Feneſtella*, eo quod ex ſingulis curiis, quæ triginta erant decem Romulus adſciverit. Erant celeres in exercitu propugnatores, & protectores, primi pugnam capeſſentes, & ultimi prę lio excedentes, ubi campus eſſet equeſtri pugnæ idoneus, equites, & ubi aſper, inviuſque locus eſſet, pedites pugnabant. Corraſ. *lib. 1. Miſcellan. cap. 10.* Hi fuerunt ejectis Regibus, dictatori *Magiſt. equitum* de quo infra. §. *19.* SL.

SECUNDUM LOCUM) Non quod revera & conſtitutione, ſed propter dignitatem & authoritatem perinde fuerit, ac ſi proximo loco poſt Regem collocatus eſſet. *G. Coccejus.*

A RE-

A REGIBUS) Id eſt poſt Reges, & eſt ſignata figura loquendi. Cic. de Sen. Cujus *à morte hic eſt tertius & triceſimus annus*, ſic dicimus à partu, à funere, à ſomno, &c. *A. Vinn.*

2. JUNIUS BRUTUS) Ut ipſe de ſe teſtatur apud Dioniſ. lib. 4. Ergo, inquit, *ſum Tribunus celerum, licetque mihi per leges quandocunque in comitium vocare populum. Hunc enim honorem maximum alioquin Tarquinius mihi dedit ceu fatuo, ut qui nec poteſtatem ejus ſim animadverſurus, nec ſi vel maxime intelligam ea uſurus*. A. Vinn.

QUI AUCTOR) *Auctor*, hic eſt ſuaſor abrogandi Regibus regni, non tantum amicis ſuis & Lucretiæ neceſſariis, quos ad hoc ob violatam ejuſdem pudicitiam inſtigarat, ſed & populo, ad quem ea de re concionem habuit. *G. Coccejus.*

REGIS EJICIENDI) Totam ejecti Regis, & familiæ Regiæ converſique Status Reipub. Hiſtoriam vide in primis apud Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 4. Hiſtor.* G. Coccejus.

De Conſulibus.

§. 16. Exactis deinde regibus, *Conſules* conſtituti ſunt duo, penes quos ſummum jus uti eſſet, lege rogatum eſt. Dicti ſunt ab eo, quod plurimum reipublicæ conſulerent: qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, ut ab eis provocatio eſſet, neve poſſent in caput civis Romani animadvertere injuſſu populi: ſolum relictum eſt iis ut coërcere poſſent, ut in vincula publica duci juberent.

§. 17. Poſt

1 *Conſularis poteſtas annua, quando conſtituta.*
2 *Qualis fuerit.*
3 *Leges de Imperio conſulari & num. 5.*
4 *Lictores & faſci conſulares.*
5 *Lex Valeria.*
6 *Coercere quid.*
7 *Vincula.*

1 CONSULES) Exactis Regibus mutata eſt Regia dominatio in conſularem poteſtatem, eamque pro perpetua annuam, pro ſingulari duplicem conſtitui placuit, ne poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur: conſuleſque pro Regibus appellati, ut conſulere ſe civitatibus debere meminerint. Flor. *lib. 1. cap. 9.* primi conſules *Iunius Brutus* & *Tarquinius Collatinus*, cui ſubſtitutus *Valerius Publicola*. A. Vinn.

Accidit hoc ſub finem an. CCXLIV. poſt urbem conditam. Quis autem ineundi conſulatus ſolemnis fuerit dies inter authores vix convenit. Quidam volunt Kalend. *Martii* initum, quum iiſdem annus terminaretur. Alii XI. *Kalend. Maji*, quibus primos ab interrege *in parilibus* conſules creatos Magiſtratum iniiſſe volunt, alii *Kalend. Octob.* Idus *Martias*. Idus *Majas*, itemque *Kalendas* Januarias creandis Conſulibus ſerviiſſe. Prout varie, variis temporibus factitatum legimus in Dioniſio, Flor. livio & aliis Vid. Pygh. Annal. *lib. 2. circa principium* Onuph. Panvin. *ad lib. 1. faſtorum* & Joann. Roſin. *Antiq. Rom. lib. 6. cap. 12.* Manſerunt Romę

Con-

Conſules uſque ad annum ab ea condita *M. C. LXI.* Qui fuit principatus. *Honorii* & *Theodoſii*: quo anno *Fl. Tertullo*, & *Fl. Varari Coſſ.* Roma à Gotthis capta fuit. Non pari tamen poteſtate, atque authoritate. Poſtquam enim Cæſares dominari cæperunt, eorundem potentia conſularem authoritatem & dignitatem minuit. S. L.

Duo) Utriuſque rationem exprimit Dioniſ. Halicarn. *lib. 4.* non ſemper tamen duo fuere Conſules. Aliquando tres aliquando quatuor. Aliquando unus tantum. S. L.

2. De conſulum poteſtate & quibus in partibus eorundem imperium conſtiterit. Vid. Polyb. *lib 6. & tit. ff. de offic. Conſul.* Feneſtell. *cap. 7.* Val. Max. *lib. 7. cap. 7.* S. L.

3. Summum jus) Plures ſunt latæ leges de conſulari Imperio. Prima id fecit per omnia Regium, ea lata eſt centuriatis comitiis rogante *Sp. Lucretio* Interrege: Dioniſ. *lib. 4.* Sequens alia id noluit eſſe per omnia Regium, ea eſt *Lex Valeria*, quam tulit Publicola, reſtituerunt, *L. Valerius & M. Valerius Coſſ.* liv. *lib. 3. & 10.* Hinc factum eſt ut à Conſulibus provocatio eſſet ad populum, & appellatio ad collegam, & Collegæ interceſſio eſſet, ut ne poſſint in caput civis Romani animadvertere injuſſu populi, maximâve, aut minima capitis diminutione civem afficere. Cæterum & Senatu decernente, viderent Conſules ne quid Reſpublica detrimenti caperet, jus omnibus coërcendi cives, & ſocios domi militiæque imperium ac judicium ſummum permittebatur, Saluſt. *in Catilin.* Nullus item alius Magiſtratus Jure Magiſtratus ſui merum Imperium habuit, nec ullus fuit ſine provocatione ante Principum dominationem, niſi decemviri legibus ſcribundis, & dictator ad breve tempus, & poſt principatum præfectus prætorio in perpetuum, quem *Tiberius* inſtituit. *Ex Cujacio.* Arn. Vinn.

4. Pro ſummi juris inſignibus duodecim numero lictores, cum faſcibus virgarũ, ſecurim cuique Conſulum præferebant, lictores à ligando dicti, quod quem Conſules prehendi, ligarique juſſiſſent, preſto eſſent ad prehendendum: & venientes conſulibus obviam de equo deſcendere juberent. Ne autem ſi penes utrumque faſces populus conſpexiſſet, duplicatus terror videretur, Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat faſces forent. Liv. *lib. 2. in pr.* Feneſtell. *de Magiſtratib. Roman. cap. 7.* & Pompon. lætus, *de Magiſtrat. Roman. cap. 2.* S. L.

5. Qui tamen ne per omnia) Diminuit poteſtatem conſulum *L. Valeria* à pub. Valerio publicola de provocatione ad populum lata. Quæ & multa alia capita continebat, *quod ſc. in provocantem injuſſu populi animadverti non liceret, quod propterea extra urbem ſecuribus uterentur, intra mœnia faſcibus contenti.* De quibus latius, Vid. liv. *lib. 2. ſub princip.* Dioniſ. Halicarn. *lib. 5. paulo à princip.* Plutarch. *in vita Publicolæ.* Ante Valerium quidem de provocatione legem nullam fuiſſe conſtat, poſtea vero diverſis temporibus eam renovatam & auctam legimus. Quomodo ſublatis decemviris ſine provocatione creatis, Luc. *Valerius Potitus* hujus primi Nepos cum M. Oratio Barbato eam renovavit, quam deinde anno V. Conditæ 453. *M. Valerius Corvus* repetiit, & provocationem ad populum tertio lege firmavit *liv. lib. 10. cap. 9.* Et legem porciam de provocatione fuiſſe tradit Sigon. *de Iure Civ. Roman. lib. 1. cap. 6.* & Anton. Auguſtin. *de legib. Rom. in L. Porcia. Ne quis Magiſtratus civem Romanum virgis caderet, necaretve; ſed damnato exilium permitteret.* Quæ quoquo tempore lata ſit non conveniunt, quod diverſam ſtatuant ab hac Valeria tertia, atque alio tem-

pose

pore latam ſed quę livio *lib. 10. d. cap. 9.* Ciceroni *pro Rabirio perduell.* Saluſtio *in Catilin.* & Sueton. *in Nerone* eadem eſſe videtur, à *M. Porcio Catone* Tribun. plebis, *Valerio* & *Apulejo Coſſ.* lata *Anno Urb. 453.* ſecundum alios 454. S. L.

LEGE LATA) Valeria ſcilicet, tertio repetita ac renovata, ita ut hic cultus fuerit populi, huic genti ſolennis & hereditarius *G. Coccejus.*

UT AB EIS PROVOCATIO ESSET, NEVE POSSENT) Fuerunt hæc præcipua d. *leges Valeriæ* capitæ. S. L.

6. UT COERCERE POSSENT) Coërcendi verbo multas attribuunt ſignificationes, ſed quæ fere in idem recidunt. Communiter idem eſt quod *reſtringere*, *refrenare*, *continere*, *compellere*, Juriſconſultis vero animadvertendi puniendi, aut caſtigandi ſignificationem habet, hinc coërctio, ſive coërcitio, caſtigatio, & punitio dicitur. Hæc alia ad majora & non permiſſa in cives Romanos genera, quæ meri erant Imperii, alia ad minorem, & modicam coërcitionem pertinet, quæ imperii eſt non meri, de qua hic, *& l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. l. 2. ff. de in jus vocando.* S. L.

7. IN VINCULA) Vincula Caliſtratus *l. 9. ff.* Ex quib. cauſ. majores appellat Cuſtodiam, Compedes, latumios, atque omnem denique corporis coërcitionem. S. L.

PUBLICA) Hinc patet vincula pro Cuſtodia dici, & vinculis Cuſtodiæ ſervientibus, quæ de publica tantum Cuſtodia intelligi docet *l. 224. ff. de Verb. Signific.* quum alias vincula, etiam de privatis intelligantur, quibus obærati debitores à Veteribus Romanis tenebantur, *d. l. 224. ff. de V. Signif.* Quomodo etiam in vinculis, cuſtodiave eſſe ſeparantur in *l. 3. §. 5. ff. de teſtib.* S. L.

De Cenſoribus.

§. 17. Poſt deinde cum cenſus jam majori tempore agendus eſſet, & Conſules non ſufficerent, huic quoque officio *Cenſores* conſtituti ſunt.

§. 18. Po-

1 *Cenſum agere.*
2 *Cenſus quid.*
3 *Cenſores qui creati, & quod eorum officium.*
4 *Cenſura unde quinquennalis primum, deinde annua. Luſtrum unde dictum, & luſtrare populum quid.*

CENSUS AGENDUS) Locutio Hiſtoricis peculiaris. liv. 4. Papirius & Sempronius cenſu agendo à populo præfecti. Eſt autem cenſus perſonarum, rerumque deſcriptio. Primus *Serv. Tullius* cum cives omnes deſcribere, & æſtimare rem ſuam juratos juſſiſſet, cenſum egit. Teſtes liv. *lib. 1. cap. 42. circa fin.* & Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 4.* A. Vinn.

2. CENSUS) à cenſendo dictus, ut & Cenſor. *Cenſor* inquit. Varro *lib. 4. de ling. latin.* eſt, *ad cujus cenſitionem, id eſt arbitrium cenſeretur populus. Cenſere, eſt putare, exiſtimare, judicare, notare, æſtimare.* G. Coccejus.

Feſtus, *quod quiſque rem ſuam tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum ille cenſuerit. Cenſores* dicit livius, *quod cenſui præeſſent.* A. Vinn.

MAJORI TEMPORE) id eſt quod aucto jam populo, cenſus difficilius, & non niſi majori tempore iniri, expedirique poſſet *G. Coccejus.*

3. CENSORES) Jungit proxime con-

conſulibus cenſores, non habita ratione temporis, quo primum conſtituti ſunt, quia cenſura pars fuit conſularis poteſtatis, ut omnium optime Zonaras. liv. *lib. 4. permultos annos incenſo, neque differri cenſus poterat, neque conſulibus, quum tot populorum bella imminerent, opera erat, id negocium agere.* Cujac.

Cenſores primum duo creati ſunt Papirius & Sempronius, *Anno V. Cond. 310.* Eorum officium erat legere Senatum, recenſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. Plenius à Cicerone *3. de legibus*, & *pro Cluent.* *Cenſores* eſſe dicit *præfectos moribus, Magiſtros veteris diſciplinæ & ſeveritatis*, eorum munus ſive dignitas *cenſura* dicitur: & initio quinquennalis fuit, deinde annua. *A. Vinn.*

Creati igitur primo cenſus habendi cauſa, qui ſuperiore anno Conſules fuerant, *L. Papirius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus.* Cenſores à re appellati ſunt. liv. *lib. 4. cap. 8.* Dioniſ. *ad fin lib. 11.* Hic Magiſtratus à parvis initiis ampliſſimus evaſit, neque enim ſuis iſtis priſcis finibus ſtetit, ſed *morum, diſciplinaque Romanæ penes eum Regimen* (Verba ſunt livii d. cap. 8.) *Senatus equitumque centuriæ, decoris, dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus, publicorum jus privatorumque locorum, & vectigalia populi Romani ſub nutu ejus, atque arbitrio, fuerunt.* Erat hic Magiſtratus *in Majoribus*, dabatur duobus primum patriciis, poſt & plebeis, primuſque ex plebe creatur *Marius Rutilus*, qui paulo ante primus ex plebe dictator fuerat Anno V. Cond. 402. *C. Sulpicio, & T. Quinctio Cincinnato, Coſſ.*

4. Quinquennalis primo erat omnium Magiſtratuum, quum cæteri non niſi annui eſſent. Quod tamen mutatum nono poſt anno, à Mamerco Æmilio dictatore, qui legem tulit, *ne plus quam annua ac ſemeſtris*, hoc eſt octodecim menſium, *cenſura eſſet* liv. *lib. 4. cap. 24. & lib. 9. cap. 33.* G. Coccejus.

Quod quinquennalis hic fuerit Magiſtratus originem ſuam habere videtur à luſtro, quod quinto quoque anno inſtituebatur, quo tunc quum cenſus ageretur, vectigalia, atque tributa ultro ſolvebantur. Varro *lib. 5. de Ling. latin.* luſtrum à luendo hoc eſt ſolvendo dictum. Luſtrare populum, militem, exercitum, agrum, rem quamlibet, erat *expiare*, & *vovere* ſacrificiis, & ceremoniis certis. Vid. Alexandr. ab Alexand. *dier. Geneal. lib. 5. cap. 27.* Jul. Cæſar *de bello Gallico lib. 8.* Perot. *ad Martial. Epigramm. 52. ſub fin.* Idem.

Ab hoc quinquennali luſtro Veteres fere ſolebant prædia tum Urbana tum Ruſtica in quinquennium locare, ut patet ex *l. 24 §. 2. & §. 4. ff. locati conduct.* quod & luſtrum vocatur *l. 4. §. 1. ff. de reb. cred. l. 30. ff. de leg. 3. & l. 67. §. ult. ff. de furt.* Hinc luſtralis poſſeſſio, id eſt quinquennalis, *l. unic. Cod. Theodoſian. de Quinquennali præſcriptione.* S. L.

Reliqua de Cenſoribus vide apud Sigon. *de Antiq. Iur. Civ. Roman. lib. 1. cap. 24.* Flocc. *lib. 2. cap. 17.* Onuph. *Comment. lib. 1. faſtor. ad annum Urb. 311.* Pigh. *Annal. Romanor. lib. 3. ad annum 310.* Alexand. ab Alexand. *genial. dier. lib. 3. cap. 13.* Joann. Roſin. *Antiq. Romanor. lib. 7. cap. 10.* G. Coccejus.

De Dictatoribus.

§. 18. Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit majoris poteſtatis magiſtra-

giſtratum conſtitui: itaque *Dictatores* proditi ſunt, à quibus nec provocandi jus fuit: & quibus etiam capitis animadverſio data eſt. Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas ultra ſextum menſem retinere.

§. 19. Et

1 Populi Romani numerus quantum fuerit auctus.
2 Dictator quam ob cauſam creatus.
3 Quando & quis primum creatus.
4 Unde dictus à quo & qua ſolemnitate creatus.
5 Quæ fuerit eorundem poteſtas, & quæ inſignia.
6 Quare Semeſtris tantum dictatura fuerit.
7 Aliquando longius prorogata.

1. POPULO DEINDE AUCTO) Qui Romam cum Romulo condidere Coloni non plures tribus peditum millibus fuere pauciores 300. equitibus, relicti à Romulo *peditum 46000. equites* non multo pauciores *mille*. Dioniſ. *lib.* 2. primo *Servii Tullii* cenſu cenſa civium *80. millia* eorum qui arma ferre poſſent auctor eſt livius *lib. 1. cap. 44.* Dioniſ. *lib. 4.* ſcribit, fuiſſe univerſorum, quorum fortunæ cenſę ſint 85000. minus trecentis. *Anno 246.* quo primum Conſulum luſtrum, Urbis quintum conditum, *P. Valerio publicola & T. Lucretio Tricipitino Conſſ.* cenſa puberum capita 130000. Dioniſ. *lib. 5.* Onuph. *in comment. ad lib. 1. faſtorum.* Anno vero 256. quo primus Dictator *T. Lartius* cenſum egit, cenſa puberum capita 150700. Dioniſ. *d. lib. 5. in fin.* G. Coccejus.

2. RE EXIGENTE) Hic Magiſtratus non aliter creari conſuevit, auctore Feneſtella, quam quum vis aliqua major de improviſo oborta ingentem urbi cladem minaretur. Exemplo eſt primus Dictator *T. Lartius* liv. *lib. 2. cap. 18.* Terribilis autem hic Magiſtratus fuit, & proximus Regię dominationi. Creabatur etiam ob alias cauſas, rei gerendę, & ſeditionis ſedandę; clavi in peſtilentia figendi; latinarum feriarum, ludorum faciendorum cauſa. Ut paſſim apud *liv.* A. Vinn.

3. PLACUIT MAJORIS POTESTATIS) Neque hic ordinem temporis ſervat, ſed gradus, quo à Conſulibus ad dictatores hæc poteſtas tranſiit etiam longe ante Cenſores, & ante Tribunos plebis. Proxime enim ab ejectis Regibus Anno circiter nono, qui Euſebio duodecimus eſt *Titum Lartium* virum Conſularem primum Dictatorem Conſtitutum volunt, Autor eſt livius *lib. 2. cap. 18.* S. L.

4. DICTATORES PRODITI) Non tantum flamines proditos dixerunt, ſed & Interreges, & Dictatores. At Curius Fortunatianus proprie Dictatores dictos, flamines proditos, virgines captas ſcribit. Dictator enim ſic dictus eſt, quod à Conſule dicebatur, cujus dicto audientes omnes eſſent. Varro *lib. 4. de ling. latin.* Non enim à populo in Comitiis, uti cæteri Magiſtratus creabatur, ſed à Conſule, captatis auſpiciis, nocte, ac ſilentio dicebatur. liv. 9. Dioniſ. *lib. 5.* A. Vinn.

5. A. QUIBUS NEC PROVOCANDI JUS) quod vocabant optima lege, creari dictatores, autore *Feſto*. Amplitudo hęc eſt dictatoriæ poteſtatis, de qua paulo ante, quam etiam ſignificabant inſignia, illo tempore Conſulibus inuſitata. *T.* enim *Lartius* primus Dictator, quum Valerius ſecurim faſcibus in urbe ademiſſet, illico

illico ſecurim reſumpſit; & cum faſcibus præferri per urbem juſſit, & quum ſinguli Conſules duodenis ſecuribus extra urbem uterentur, Dictator duplicatum ubique habebat numerum. Dioniſ. *lib. 10. in dictatura l. Quinctii Cincinnati*. Polyb. *lib. 3*. Dion. *in pr. lib. 54*. G. Coccejus.

6. Ultra sextum mensem) Semeſtrem dictaturam fuiſſe innumeri authores ſtatuunt. Dicebat apud T. Livium Mamercus maximam eſſe libertatis cuſtodiam, ſi magna imperia diuturna non eſſent, ut quibus pro Magiſtratus magnitudine modus lege imponi non poſſet, tempore Imponeretur. *A. Vinn.*

7. Longius tamen aliquando dictaturam prorogatam ex cauſa conſtat, Annuam dictaturam exercuit. *L. Furius Camillus* in Urbis excidio à Gallis Senenſibus illato, de quo Flor. *lib. 1. cap. 13.* eandem bis *L. Papyrius Curſor*, & ſemel *Q. Fabius Maximus* obtinuit. Primus *L. Cornelius* Sylla, poſt *C. Cæſar* perpetuam dictaturam arbitrio ſuo, Senatu, populoque vi & armis attrito, & ſubacto, adepti, quam Cæſar, dum viveret retinuit. Sueton. *in Iul. Cæſ. cap.* 77. Sylla vero quum per tres annos multa hominum millia, morte, mulcta, atque omni contumeliarum, & injuriæ genere vexaſſet, & totam Rempublicam rerum novarum ſtudio perturbaſſet, quarto anno palam in foro, dimiſſo à ſe publico præſidio, ipſe dictaturam à ſe abdicavit. S. L.

De Magiſtris equitum.

§. 19. Et his dictatoribus *Magiſtri equitum* injungebantur: ſic, quomodo regibus Tribuni Celerum: quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio: magiſtratus tamen habebantur [legitimi].

§. 20. Iiſ-

1 *Magiſter equitum dictatori junctus.*
2 *Quod fuerit ejus officium*
3 *Comparatio ejus cum præfecto prætorio & quali.*
4 *Dictatores & magiſtri equitum an fuerint Magiſtratus legitimi.*

1. Magistri equitum injungebantur) Injungebantur, id eſt adjungebantur, nihil enim refert *injungere*, an *jungere* dicas, ut tignum junctum, aut injunctum liv. 43. *nove tigni injungebantur*. Cujac.

Adjungebant autem ſibi illos, quos vellent eligendo, ipſi dictatores, quæ à primo dictatore Conſuetudo Romæ retenta. Dioniſ. *ſub fin. lib. 5. de T. Lartio, mox*, inquit, *ut Magiſtratum iniit equitum magiſtrum creavit, Sp. Caſſ. qui mos uſque ad noſtram ætatem ſervatur à Romanis.* G. Coccejus.

2. Quod officium) Magiſter equitum ſummam poteſtatem habebat in equites & accenſos, (id eſt qui in locum mortuorum militum ſurrogabantur, & ad cenſum legionum adſcribebantur *Feſt.*) Ut in populum Dictator, qui ideo & Magiſter populi dictus eſt. Varro 4. *de ling. lat.* A. Vinn.

3. Quale hodie præfectorum prætorio) Comparationem magiſtri equitum, cum Tribuno celerum ante vidimus, componit eundem præfecto prætorio ſub Auguſtis. Vid. Joann. Roſin. *Antiq. Romanar. lib. 7. cap.*

cap. 13. Magiſtratuum horum collatio plenius propoſita occurrit, in *l. unic. ff. de offic. præfect. prætor.* Intelligendus autem hic eſt præfectus prætorio, qualis uſque ad ætatem Pomponii fuerat, qui in urbe ad latus Principis, cohortibus prętoriis præerat, plerumque unus erat, aliquando duo, nonnunquam tres. Poſt etiam aliis cohortibus prętecti ſunt, qui deinde à Conſtantino Magno quatuor conſtituti ſunt, *Galliarum*, *Italiæ*, *Illyrico* & *Orientis* prætorio præfecti, quorum conditio à prioribus longius receſſit. Vid. Onuph. panvin. *de Civit. Roman. tit. de præfect. prætor.* Cujac. *in paratit. Cod. de offic. præfect. prætor. Orient. & Illyric. & tit. de offic. præfect. prat. Afric.* G. Coccejus.

MAGISTRATUS TAMEN HABEBANTUR LEGITIMI) non de dictatoribus hęc verba ſunt, qui non ſunt legitimi, id eſt ſtatuti & ordinarii Dioniſ. *lib. 10.* Ubi Dictatoribus opponit *τὰς νομίμους ἀρχὰς*, *legitimos Magiſtratus*: nec ergo de Magiſtris equitum. Et Pomponius jam ſatis ante dixerat, dictatores eſſe Magiſtratus, & Magiſtros quoque equitum, quum eos pares faciebat Tribun. Celerum & præfectos prætorio. Sed refutare vult opinionem polyb. *lib. 3.* & Plutarch. *In Fabio.* Qui ſcribunt ſub dictatoribus ceſſaſſe omnes alios Magiſtratus. Quod Hiſtoria livii non admittit. Certe ſub. *A. Poſtumio Tuberto* Dictatore conſules manſerunt *T. Quintius* & *C. Iulius*, ex Cujacio. *A. Vinn.*

Alii legunt, *Magiſtratus enim legitimi habebantur*, *Ruſſard.* qui ea verba ad Magiſtros equitum referunt. Magis placet *Florentina*, quam & Muretus, Cujacius & Bacchovius retinent, Muretus nihil annotat, Cujacius opinionem examinat, quem refutat ſed nihil ipſe concludit Bacchovius, quos vide. S. L.

Omnino hęc verba ad *Magiſtros* equitum referri oportere cum G. Coccejo puto, hac ſententia, quod hi, licet & cum Tribunis celerum, & cum prętectis Prætorio compoſiti eſſent, nihilominus Magiſtratus legitimi habiti fuerint. Ratio quidem dubitandi erat, quod neque Tribuni Celerum, neque præfecti prætorio legitimis Magiſtratibus accenſendi ſint, quia uoluntate & arbitrio Regum & Imperatorum conſtituti olim illi, & tunc iſti conſtituerentur, Magiſtri vero equitum ex lege crearentur dictatore conſtituto. Sed quamvis dictator ipſe non fuerit omnino legitimus, quia non lex, ſed cauſa eum jubebat creari: Forma tamen creandi erat legitima, quo pertinet *lex de creando Dictatore lata* memorata à livio. *lib. 2. cap. 18.* Ex *G. Coccejo* S. L.

1 Se.

De Tribunis plebis.

§. 20. Iiſdem temporibus cum plebs à Patribus ſeceſſiſſet, anno fere ſeptimodecimo poſt reges exactos: *Tribunos* ſibi in monte Sacro creavit, qui eſſent plebeii magiſtratus: dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur.

1 *Seceſſio Plebis in Sacrum montem.*
2 *Tribuni Plebis quando & quot creati & num.* 4.
3 *Mons ſacer quis & unde dictus.*
5 *Tribuni unde dicti & qua eorundem fuerit poteſtas.*

Isdem Temporibus) Temporis rationem referre incipit, Quod enim hic memorat, poſt dictatorem primum (quem nono à Conſulatu anno conſtitutum ante proximo §. diximus) anno ſeptimo contigit. S. L.

1. Anno V. Cond. 260. Urgente plebem Creditorum credulitate, qui corpora debitorum libera ob æs alienum pro ſervis nectebant, ſpretiſque plebis querimoniis, tandem plebs in ſacrum montem trans Anienem ſeceſſit, nec rediit ante, quam ſuus plebi Magiſtratus conceſſus eſt, ac lege ſancitum, ut ea poteſtas Sacroſancta eſſet, ut haberent quos nobilitati objicerent. *A. Vinn.*

2. Anno fere septimo decimo) Recta hæc Chronologia eſt, Halicarnaſſeo. & livio conſentiens. Primi Tribuni plebis creati ſunt Anno V. Conditæ 261. *Sp. Caſſio*, & *Poſthumio Cominio Conſſ.* quum ſeceſſio plebis præcedenti anno cæpiſſet. *G. Coccejus.*

3. In monte Sacro) Dioniſius *lib. 6.* montem ſacrum, poſtea ex iſto caſu ſeceſſionis ita dictum tradit. Feſtus *lib. 17. Sacer mons* inquit *appellatur, quod eum plebes, cum ſeceſſiſſent à patribus; creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes Iovi conſecraverint.* Fuit autem trans Anienem Fluvium, paulo ultra tertium ab urbe milliarium, id eſt tria ab urbe millia paſſuum liv. *lib. 2. cap. 32.* G. Coccejus.

4. Plebei Magistratus) Contra patriciorum potentiam, primum duo, vel ut alii tradunt quinque creati ſunt, ſed anno 296. Horatio & minutio Conſſ. decem effecti ſunt. liv. *lib. 6.* & 10. Quod de quinque Tribunis legitur, ita intelligendum vult Cujacius, ut initio duo tantum electi fuerint, qui tres alios ſibi adſumpſerunt, ut æquarent claſſium numerum. S. L.

5. Dicti Tribuni) *Vel quia Tribuum ſuffragio creabantur, ut alii.* Poteſtatem eorum deſcribit Cic. *3. de legib.* Gell. *13. cap. 12.* & *15. cap. 27.* Plutarch. *in Caton.* & *in problemat.* Quo loco ſcribit: Tribunos plebis verius Imperii ſolutionem habuiſſe, quam Imperium, ut qui in impediendo plurimum poſſent, in imperando parum: cui conſentit labeo, quod poteſtas eorum intercedendo plus valuit quam imperando. *A. Vinn.*

Intercedendi formulam & ſolemne verbum Tribunis fuiſſe hoc (VETO) ſignificat liv. *lib. 6.* Idem *libro 4.* Conſules à Tribunis plebis in vincula duci potuiſſe docet, & *lib. 9. Cenſorem Appium à P. Sempronio Tribuno* prehendi & in vincula duci juſſum eſſe, & apud Dionem *lib. 37.* Metellum Conſulem à *L. Flavio Tribuno Plebis* in carcerem ductum legimus, Plutarchus *in Problem.* autor eſt, quod Macrob. *1. Saturnal.* confirmat, moribus Romanorum conſtitutum fuiſſe, *ut ne domus Tribunorum noctu clauderetur, ſed interdiu, noctuque indigenti cuiquam, eorum auxilio paterent*, quaſi portus quidam, & refugium periclitantum, majores enim communem Tribunum eſſe voluerunt, & tanquam aram omnibus acceſſibilem, Unde & Sacroſanctos & inviolabiles eos eſſet voluere. S. L.

Quod olim) Non Reſpicit ad Tempus illud, quo primum plebs Tribunos Plebis habere cœpit, ſed ad vetuſtiorem Tribunorum militum appellationem ex eo ductam. Quod ut Varro ſcribit terni tribus tribubus *Ramnium Lucerum* & *Tatium* olim ad exercitum mitterentur, id eſt ſinguli ex ſingulis. Et ex his quidem Tribunis militum quod ſeceſſione Cruſtumerina plebs ſibi duos Tribunos feciſſet, ut *Varro* ſcribit, ſicut ex ſeceſſio-

ceſſione ſecunda ex Tribunis militum ſibi feciſſet Tribunos Plebis liv. 3. Ideo meo judicio retinuerunt Tribunorum nomen. *Cujac.*

De Ædilibus plebis.

§. 21. Itemque ut eſſent, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita [ſua] plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerunt: qui etiam *Ædiles* appellati ſunt.

§. 22. Dein-

1 AEdiles plebis qui & quando creati.

QUI ÆDIBUS PRÆESSENT) Ædibus ſacris, in quibus & poſtea lege lata placuit, ut ad eos Senatuſconſulta deferrentur, teſte livio poſt ad Quæſtores ut Dion. *in extremo 54.* à Græcis dicuntur: *ἱερῶν τόπων ἐπιμεληταί*. Ex Cujac. *A.Vinn.*

1. ÆDILES) Hi vocati ſunt ædiles plebis ad differentiam ędilium curulium de quibus infra §. 26. & ædilium cerealium, qui poſtea à Julio Cæſare adjecti, ut frumento præeſſent, qui à Cerere Cereales nuncupati ſunt. Creati ſunt eodem tempore quo Tribuni Plebis, non tamen in monte Sacro, ſed in urbe poſt reditum. Dioniſ. *lib. 6.* Quinam autem primi ædiles plebis creati ſint, non conſtat. Horum miniſteriis ad ſcripturas utebantur, ut hi omnia decreta, omnia Senatuſconſulta acciperent, & aſſervarent. De eorundem officio & dignitate Vide Feneſtell. *de Magiſtratib. Roman. cap. 13.* Plutarch. *in Mario*, & Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 6.* S. L.

De Quæſtoribus ærarii.

§. 22. Deinde cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet: ut eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt *Quæſtores*, [*qui pecuniæ præeſſent:*] dicti ab eo, quod inquirendæ, & conſervandæ pecuniæ cauſa creati erant.

§. 23. Et

1 AErarium quid.
2 Ubi poſitum & quomodo à fiſco differat.
3 Quæſtores qui.
4 Quot numero fuerint.
5 Quid & quale eorundem fuerat officium.

1. ÆRARIUM POPULI) Ærarium proprie dicitur locus, quo pecuniæ publicæ reconduntur. Perott. *Cornucop. ad Epigram.* 2. Hic ipſam pecuniam ſignificat quę aſſervatur. Ita dictum ab ære, quod primi Romanorum nummi ærei fuere. *G. Coccejus.*

2. Ærarium populus Romanus in æde Saturni habebat, Feſto *lib. 1.* Ubi publicæ pecuniæ deponebantur, uti probat *l. 1. §. 9. in fin. ff. ad L. corn. de falſis & l. 13. in pr. ff. de jure fiſci.* Unde & ærarium & fiſcus pro eodem ſumuntur. *l. 1. ff. de falſis.* Quum tamen proprie ęrarium ſit populi, fiſcus

fiſcus Principis, ut ex Plinio *ad Trajan.* dignoſcitur. Conſtitutum hoc ærarium in Saturni ęde volunt à P. Valerio publicola Lucretii, & Horatii in conſulatu collega, æde Saturni ab ipſo pro ęris publici, legumque & Senatuſconſultorum, tabularumque publicarum & militarium ſignorum Sacrario, conſtructa. Vid. Alexandr. ab Alexandro *genial. dier. lib. 2. cap. 2.* Plutarch. *in Publicola.* Macrob. *lib. 1. Saturnal. cap. 8.* Perott. *Cornucop. ad Martial. Epigramm. 6.* S. L.

Auctius esse cæpisset) Primis utique Romanæ civitatis temporibus ærarium populi tantum non fuit, quantum ſequentibus, aucto cenſu, tributo annuo ex ratione cenſus Anno V. Cond. 348. pro ſtipendiis exſolvendis inducto, quum ante ſumptu quiſque ſuo militaret, neque ſtipendia meruerit, liv. *lib. 4. ſub fin.* auctum deinde tot populis devictis, tot dictionibus ac provinciis Imperio Romano ſubditis, tot tantiſque manubiis, ex hoſtibus devictis à triumphantibus, & ſine triumphis in publicum illatis. *G. Coccejus.*

3. Quæstores) Etiam Regibus Romæ Imperantibus Quæſtores fuiſſe certum eſt *l. 1. ff. de offic. Quæſtor.* & Conſulibus quoque quos ſibi deligebant. Donec ut Tacitus ſcribit *11. Annal.* eorum creationem Populus ſibi vindicavit, ut rem militarem ſequerentur, & ſi Zonaræ credimus primo creati ſunt ex Quæſtoribus rerum capitalium: ac proinde ſicut Tribuni Plebis, quod primi facti eſſent ex Tribunis militum, inde ſumptum retinuerunt appellationem: ita & Quæſtores ærarii dicti, quod ante fuiſſent rerum capitalium Quæſtores, quæ cura his ærario prę fectis poſtea mandata eſt Triumviris capitalibus. Ex Cujac. *A. Vinn.*

4. Quot numero Quæſtores fuerint, Inter tempora & munera diſtinguendum eſt, duo quidem primo fuere ærarii publici Quęſtores poſt primam quoque plebis ſeceſſionem conſtituti *Publius Veturius & M. Minucius*, teſte Plutarch. *in publicola.* Quibus, Tacito teſte *Annal. lib. 11. cap. 22.* LXIII. poſt ejectos Reges Anno alii duo adjuncti ſunt qui rem militarem comitarentur, creatique primum *Valerius Potitus* & *Aemilius Mamercus.* Stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus duplicatus numerus eſt; ſic ut Italia in quatuor provincias quæſtorias diviſa, totidem quæſtores fuerint conſtituti, adeoque octo fuerint ſimul Quæſtores: Duo qui Romæ jus haſtæ, & Saturni ęrarium curarent, duo qui conſulibus ad miniſteria belli pręsto eſſent, exercituſque ſequerentur, & quatuor qui vectigalia, portoria, tributa, decimas olei, vini, fructuum, frugumque, ac denique omnes populi Romani reditus per Italiam ex agris ſilvis, & paſcuis publicis colligerent, in ſua quique provincia pecunias facerent, & in uſum reipublicę expenderent, & rationes pecuniaſve non expenſas ad ærarium deinde deferrent, hi annuatim ſingulis ſtationibus commiſſi. Vid. Pig. Annal. *lib. 6. ad ann. 431.* Tacit. *d. loco.* Liv. *lib. 4. cap. 43. & 54.* Plutarch. *in publicol.* Qui numerus deinde *L. Cornelii Sylla* tempore ad viginti, Tacit. *d. loco* & in Julio Cæſare ad quadraginta excrevit, ut autor eſt Dion. *lib. 43.* ad annum 709. S. L.

5. Eorundem munus erat prædam ex hoſtibus captam vendere, pæcuniamque inde redactam in ærarium referre Liv. *lib. 4.* Tacit. Annal. *lib. 13.* curam habere Senatuſconſultorum aſſervandorum, quod primo Plebis & Ædilium munus fuit Dio. *lib. 55. ſub fin.* vectigalia Populi Romani in provinciis exigere, ſtipendia militibus præbere, ſingula accepta expenſaque rationibus inferre, multas, pecunias tam Romæ, quam in provinciis exigere, ac in publicas tabulas notare, omnium pecuniarum

rum, rerumque notas ac rationes dare, eaſque confectas, per Scribas ſuos in ærarium deponere legatos Regeſve Romam venientes, pro dignitate populi Romani excipere & obviam proficiſci, & pręcipue legatos in æde Saturni inſcriptos donis proſequi, ęgrotos curare, & ſi quando vitam defungerentur ſumptu publico ſepelire. Et his cognoſcendi judicandique authoritatem habuiſſe conſtat *ex l. 2. §. 4. ff. ne quid in loco publico. l. 8. §. 19. ff. de Tranſactionib.* & cum ſine imperio & poteſtate exequendi eorum officium non facile explicaretur Lictoribus eos inſtructos fuiſſe docet Cic. *pro Plancio 48.* Unde jure meritoque hoc loco quęſtores Magiſtrat. Rom. accenſentur. Primus hic erat honoris Gradus, ad quem juniores tanquam ad januam Reipublicæ admittebantur, poſt quęſturam enim Ædilitas, deinde Tribunatus plebis, poſt prætura, & demum conſulatus peti ſolebant Cic. 1. *Verrina 11.* Onuph. panvin. *lib. 1. Factor. ad ann. 245. pag. 66.* Ulpian. *in l. unic. §. 3. ff. de offic. quæstor.* Plura de quæſtorum Origine, eorundemque munere vide *l. unic. ff. de offic. quæstorum.* Tacit. Liv. & Plutarch. *dd. locis.* Peneſtell. *de Magiſtrat. Roman.* & Alexand. ab Alexandr. *Gen. dier. lib 2. cap. 2.* S. L.

QUOD INQUIRENDÆ ET CONSERVANDÆ PECUNIÆ) quęſtores à quęrendo dicit Varro, quod pecunias publicas conquirerent. Idem.

De Quæſtoribus parricidii.

§. 23. Et quia, ut diximus, de capite civis Romani injuſſu populi, non erat lege permiſſum Conſulibus, jus dicere: propterea Quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent: hi appellabantur *Quæſtores parricidii*: quorum etiam meminit lex XII. tabularum.

§. 24. Et

1 *Quæstoribus capitis animadverſio tributa.*

2 *Capitale verbum quid ſignificet in jure*

3 *Parricida quis, & num. 5.*

4 *Quæstores à Triumviris quomodo differant.*

NON ERAT LEGE PERMISSUM) Non erat conſulibus permiſſum, *lege Valeria*, jus dicere de capite civis Romani, ſed permitti poterat ſpeciali lege in ſingulis cauſis. Quod olim conſulibus deferebatur, qui juſſu populi eam juriſdictionem exercebant, vel illis, quibus ducta ſorte obtigit ex lege ſpeciali in ſpeciem unam. Poſtea quęſtores perpetua juriſdictione conſtituti ſunt, qui hoc ipſo quod is honos iis delatus ſit capitis animadverſionem habebant, nec opus erat iis in ſingulis cauſis capitalibus acquirendis & diſceptandis populi juſſu, ſed quotieſcunque res poſceret, & flagitium aut crimen aliquod animadverſione, & publico judicio dignum admiſſum eſſet, quæſtionis habendę & judicandi poteſtatem habebant. Hinc quęſtiones perpetuæ introductæ, quæ pretori in ſingulos annos mandarentur. Cic. *in Bruto*, de Carbone loquens, *quæstiones* inquit, *perpetuæ hoc Adoleſcente conſtituta ſunt, quæ antea nullæ fuerunt, L. enim Piſo Tribun. Plebis legem primus de pecuniis repetundis tulit.* Cenſorino & Manilio Conſſ. id eſt Anno ab Urbe Condita 604. S. L.

2. Capitalibus rebus) Appellatio facta à potiori licet enim verbum capitale, proprie capitis periculum denotet, in jure tamen quoties pro publici judicii exercitione ſumitur, etiam crimina non capitalia comprehendit. Publicorum enim judiciorum quædam capitalia ſunt, quędam non capitalia, *l. 2. ff. de judic.* & appellatione capitalis, mortis vel amiſſionis civitatis intelligenda eſt, *l. 103. ff. de Verb. Signific.* S. L.

3. Parricidii) Hic locus totus à Feneſtella deſumptus. Parricida olim non utique qui parentem occidiſſet, ſed qualemcunque hominem dicebatur, & tam à pari, quam à parente diduci poteſt. Auctore Priſciano.

4. Differebant autem hi quæſtores à Triumviris capitalibus, quod Quæſtores de capitalibus inquirebant & judicabant: triumviri exequebantur, de quibus poſt. Publicis judiciis ante inſtitutas quæſtiones perpetuas hi præeſſe ſolebant, quos populus creaſſet quæſitores, quos Pompon. hic vocat quæſtores Parricidii, ut quodque crimen publica animadverſione dignum inciderat. Poſt conſtitutas quęſtiones perpetuas quatuor Prętores judicia publica exercebant, ea, de quibus non videbatur extra ordinem quęrendum, ut repetundarum, ambitus, Majeſtatis, peculatus. *A. Vinn.*

5. Parricidam de quovis homicida dici probat lex Numę Regis his verbis compoſita, *Si quis hominem liberum ſciens neci dult, paricida eſto.* Quinam autem primo hi quęſtores creati fuerint aut quo tempore non conſtat. S. L.

De Decemviris.

§. 24. Et cum placuiſſet leges quoque ferri: latum eſt ad populum, uti omnes magiſtratu ſe abdicarent, quo *Decemviri* conſtituti anno uno cum magiſtratum prorogarent ſibi, & cum injurioſe tractarent, neque vellent deinceps ſufficere magiſtratibus, ut ipſi & factio ſua perpetuo rempublicam occupatam retinerent: nimia, atque aſpera dominatione eo rem perduxerant, ut exercitus à republica ſecederet. Initium fuiſſe ſeceſſionis dicitur Verginius quidam, qui (eum animadvertiſſet, Appium Claudium, contra jus, quod ipſe ex vetere jure in duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias filiæ ſuæ à ſe abdixiſſe: & ſecundum eum, qui in ſervitutem ab eo ſuppoſitus petierat, dixiſſe: captumque amore virginis omne fas ac nefas miſcuiſſe) indignatus, quod vetuſtiſſima juris obſervantia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet (utpote cum Brutus, qui primus Romæ

mæ Conſul fuit, vindicias ſecundum libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſervi, qui proditionis conjurationem indicio ſuo detexerat) & caſtitatem filiæ vitæ quoque ejus præferendam putaret, arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit; in hoc ſcilicet, ut morte virginis contumeliam ſtupri arceret, ac protinus recens à cæde, madenteque adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit: qui univerſi de Algido ubi tunc belli gerendi cauſa legiones erant relictis ducibus priſtinis, ſigna in Aventinum tranſtulerunt, omniſque plebs urbana mox eodem ſe contulit [populique conſenſu partim in carcere necati] ita rurſus Reſpublica ſuum recepit.

§. 25. Dein-

1 *Secunda Imperii tranſlatio.*
2 *Ferre ad populum quid ſignificet.*
3 *Magiſtratu ſe abdicare.*
4 *Prorogare.*
5 *Decemvirorum libido.*
6 *Factio.*
7 *Qualis exercitus Romanus in ſecunda ſeceſſione, & à quibus ductus.*
8 *Commotionis cauſa.*
9 *Lucius Virginius.*
10 *Appii Claudii commentum ſecundum Virginii ſervitutem.*
11 *Varia XII. tab. pro vindiciis ſecundum aut contra libertatem, dandis, poſtulandiſve relatio, & numer. 12.*
13 *Vindiciarum ſecundum libertatem origo.*
14 *In carcere necari qui ſoliti.*

1. LEGES QUOQUE FERRI) Anno Trecenteſimo altero, quam Roma condita erat iterum mutatur forma civitatis à conſulibus ad decemviros, quemadmodum antea à Regibus ad conſules venerat. Tranſlatio Imperii minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit, lęta enim principia, magiſtratus ejus nimis luxuriavere, eo citius lapſa res eſt, repetitumque duobus, uti mandaretur conſulum nomen, imperiumque Liv. 3. *cap.* 33. A. Vinn.

2. LATUM EST AD POPULUM) Ferre ad populum eſt rogare populum, vellent, juberentque quod propoſitum erat, ferre legem & rogare dicitur legiſlator, populus jubere legem, plebs ſciſcere, hoc eſt, decernere, unde Plebiſcitum, verbo ſcilicet ſubmiſſiore, quam ſit jubere, quod imperii eſt. S. L.

3. MAGISTRATU OMNES) Etiam Tribuni Dioniſ. *lib.* 10. Cujac.

SE ABDICARENT) Hęc eſt florentina lectio, atque ita omnino legendum multis contendit Budæus, ad pandect. hic, vulgata lectio habet, *ut omnes Magiſtratus ſe abdicarent*, alii, *ut omnes Magiſtratus abdicarent*. S. L.

Rectius legitur *Magiſtratu ſe abdicarent*, Dioniſius enim *Magiſtratu ſe abdicare*, id eſt Magiſtratum deponere Liv. *Valerius curia egreſſus dicta-*

tura ſe abdicavit. Idem *factum Senatuſconſultum ut Decemviri* primo *quoque tempore Magiſtratu ſe abdicarent.* A. Vinn.

Se abdicarent) Placuit enim ut ſcribit Livius ne quis eo anno alius Magiſtratus eſſet, ſed quum fas non fuerit ſeſe ante diem exſolvere Magiſtratu *l. pen. ff. de offic.* preſid. neceſſarium fuit contrariam ferre legem. *H. Cagnol.*

Quo decemviri) Budæus legit, *queat*, quod verbum ſequentia reſpuunt, *Quo*, poſitum videtur pro *quo facto. G. Coccejus.*

Anno uno cum prorogarent) illa verba, *anno uno*, cum præcedenti verbo *Conſtituti* jungenda, quod & uno elapſo, in annum alterum prorogatum. *G. Coccejus.*

4. Prorogarent) prorogare proprie eſt populi Rogatu, lege, ac juſſu proferre atque producere, ut prorogare Magiſtratum, Imperium, provinciam: tranſlate vulgo, pro eo quod producitur, ut tempus, diem prorogare. Rem autem totam Livius eleganter complexus eſt, *lib. 3. cap. 35. & ſeq.* A. Vinn.

Et cum) Muretus notat quoſdam veteres libros habere, *& pum.* quod explicat populum, quę lectio utique Florentina melior. *G. Coccejus.*

5. Injuriose tractarent) Scribunt Livius, Dioniſ. & Feneſtella, Decemviros per ſpem & libidinem dominandi multa injurioſe fecisse, duodenis ſingulos faſcibus, id eſt. 120. lictoribus fora compleſſe, crudelitatem in humiliores exercuiſſe, virgis alios, alios ſecuri ſubjeciſſe, bona diripuiſſe, iniquas dediſſe ſententias, aliaque mali exempli facinora edidiſſe, *A. Vinn.*

Sufficere Magistratibus) lege, *ſufficere Magiſtratui*, hoc eſt ſubſtituere. Virg.

Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.

Unde ſuffecti Magiſtratus Cic. *4. offic.* Si Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ſum. *A. Vinn.*

6. Factio) Hoc verbum inter alia ſignificat diviſionem, ſeu conſpirationem in diverſa ſtudia, quum aliqui ſe principes in civitate faciunt, quos alii ſequantur, unde factioſi qui factionem amant. *A. Vinn.*

7. Ut Exercitus a Republica secederet) Altera hęc fuit ſeceſſio. Erat autem exercitus duplex Romanus eductus tum temporis, unus contra Sabinos, tribus *Q. Fabio Vibulano, Q. Patilio, & M. Rabolejo*, decemv. Ducibus. Alter in Algido contra Æquos, decemv. quinque aliis *M. Cornelio Maluginenſi L. Minucio, M. Sergio T. Antonio Merenda, & Caſone Duellio.* Dum *Appius Claudius* Decemvirorum princeps & *Sp. Oppius* in urbe curarent. Proripuit ſe primum exercitus ex Algido, commotus querelis & obteſtatione Virginii, intra urbem, in Aventinum, ibique Tribunos militum decem crearunt, quo exemplo etiam alter exercitus: ad quem rumor de illis quę acceſſiſſent pervaſerat, decem ſibi Tribunos militares conſtituit, indeque ad Urbem profectus, in Aventino ſe iſtis junxit. Ibi viginti Tribunis militum negocium datum, ut duos ex ſuo crearent qui ſummæ rerum præeſſent. Creato ſunt *M. Oppius*, & *S. Manilius.* Vid. Liv. *lib. 3. cap. 52.* Dioniſ. *lib. 11.* G. Coccejus.

Initium fuisse) Franciſc. Balduinus hoc totum, quod ab hiſce verbis eſt, uſque ad verba, *populi e ſenſu*, adſcititium cenſet fragmentum, nec Pomponii eſſe, quum nihil pertinere videatur ad brevem Magiſtratuum Hiſtoriam, nec ſatis cohærere eum ſequentibus. *G. Coccej.*

8. Proxima commotioni plebis cauſa fuit abominanda *Appii Claudii* protervia, & ſcelus horrendum in filiam Virginii virginem adultam commiſſum. Aliud flagitium æque deteſtandum, fuit *Sicii* viri fortiſſimi fœdiſſima cędes. Quæ prolixe pro-

proſequuntur Liv. & Dioniſ. d. locis. S. L.

9. VIRGINIUS QUIDAM) Lucius Virginius, Dioniſius eum nemine deteriorem in rebus bellicis vocat, qui cohortis cujuſdam ducatum haberet. Livius eum virum honeſtum, Ordinis in Algido ductorem, exempli recti, domi militiæque. *G. Coccejus.*

10. EX VETERI JURE) De legibus regii hoc plerique intelligunt. Erat autem lege cautum ut ſi ex libertate in ſervitutem acceſſeretur aliquis, in poſſeſſione libertatis maneret uſque ad ſententiam. Sed Appius Claudius commentitio prætextu, quod ſolus ille qui ſe patrem diceret, corpus in libertatem aſſerere poſſet, vindicias dixit ſecundum ſervitutem. Quum igitur Virginia in poſſeſſione libertatis eſſet neque unquam ei mota eſſet controverſia, vindiciæ dari debebant ſecundum ſponſum Icilium & Avunculum Minutorum, qui puellam aſſerebant libertam. *A. Vinn.*

EX VETERI JURE) Ex vetuſtiſſima juris obſervantia, ut infra, id eſt ex jure civili, quod ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione conſiſtebat, nam & ex moribus populi Romani pleraque in XII. tab. tranſlata ſunt. *Cujac.*

Mavult etiam Bacchovius de veteribus legibus Regiis illud accipere cum Mureto & aliis, quod vix ante leges XII. tab. talis interpretatio juriſconſultorum fuerit. Et rectius utique hoc videtur, ſi modo verum eſt, jus iſtud ante leges Decemvirales obtinuiſſe. Poterat tamen etiam ex moribus eſſe. Quicquid ſit, Auctor ab exemplo Bruti, quod 59. anno ante contigerat, vetuſtiſſimum iſtud jus deducit. *G. Coccejus.*

11. Diverſa Dioniſii & Livii hac in parte ex XII. tab. relatio eſt. Apud Dioniſium hæc referuntur, *quod jus ejus, qui ex libertate in ſervitutem peteretur, non penes eum ſit qui libertatem impugnat, ſed penes eum qui hanc tuetur, uſque ad litis exitum*, Quo fundamento vindicias ab Appio primum abſente patre dictas eſſe contra legem in caſu aſſertionis in ſervitutem poſitam, præſente patre non amplius vindicias dederit, ſed litem principalem definiverit. Livius, jus ſpeciale ad omnem liberalem cauſam, ad utrumque caſum aſſertionis in libertatem, & in ſervitutem non tantum tum eam qua quis ex libertate in ſervitutem aſſeratur, in legibus XII. tab. relatum inſinuat, & Appium, non dicit niſi vindicias ſecundum ſervitutem decreviſſe, quaſi adhuc, dum puella pro mancipio penes aſſertorem, ceu dominum eſſet, principale judicium ſupereſſe debuerit. Cujacius *hic* & *o'ſerv. lib. 18. el ſerv. 23.* ſecundum Livium ſentit relatum fuiſſe in XII. tabul. *Ut in cauſa liberali vindiciæ darentur ſecundum libertatem*, id eſt, *ut qui de ſuo ſtatu litigat, in poſſeſſione libertatis conſtituatur quod*, inquit, *locum habet, non tantum, ſi ex libertate vindicetur in ſervitutem ſed & ſi ex ſervitute proclamet in libertatem* Quod & jure noſtro cautum probat per *l. 24. & l. 25. §. licet ff. de lib. cauſa, & l. 14. Cod. eod. l. 12. ff. ex quib. cauſ. majores l. 33. §. 1. ff. de procurator. l. 1. Cod. qui dare tut. vel curat. poſſ.* Bacchovius hic in comment. ad 1. partem pandect. Cujacium erroris, arguit & livio juris iſtius ignorantiam attribuit, quod nimis temerarium videtur. Vindicias dicere inquit ille, nihil aliud eſt, quam ipſam rem vindicatam addicere uni vel alteri litigatori, & earundem vindiciarum dictionem attribuit utrique judicio, & poſſeſſorio, & petitorio. Qui in re procul dubio errat ipſe, quod nemo ullus auctorum, vel interpretum ita docuerit. Quæ verba legis XII. tab. fuerint incertum eſt, fuiſſe tamen ſpecialia de liberali cauſa, & ad utrumque caſum aſſertionis in libertatem, & in ſervitutem juxta Livium (apud quem *d. lib. cap.*

45. & ipſa Oratio Appii, qua is legem ſibi objectam declarat, id evidenter demonſtrat) pertinuiſſe exiſtimo, & omnino eadem conſtitutio, in omni liberali cauſa vindicias ſecundum libertatem dandas in jus Juſtinianeum traducta, recte à Cujacio docetur & oſtenditur. *G Cocceius.*

Vindicias Abdixisse) *Abjudicaſſe* lego. *lib. 4. Ardeatium populus ob injuriam agri abjudicati defecit.* Cic. in Rull. judicavit Alexandriam Regis eſſe, à populo Romano abjudicavit.

12. Eſt autem vindicias ſecundum libertatem dare, decernere ut interim dum ſtatus quęſtio pendet, is cui ea movetur, ſit in poſſeſſione ſui, ac libertatis: poſtulare vindicias ſecundum libertatem poſtulare ut interim aliquis libertate potiatur. Vindicias hodie recredentiam vocamus. Nam lis Vindiciarum eſt, qua controverſſę rei poſſeſſionem fiduciariam petimus, interea quum lis de ipſa re aut poſſeſſione di ceptatur. *A. Vinn.*

Vide plura de Vindiciis apud Turneb. *lib. 13 advers. cap. 27. & lib. 30. cap. 35.* Rainald. Corſ. *lib. 2. indagat. cap. 7.* & Rȩvard. *ad l. XII. Tab. cap. 26.* & quæ olim dicerentur Vindicię Vid. apud Gell. *lib. 20. cap. 19.* & Feſti Pompejum *lib. ult.* S. L.

Suppositus) Liv. 3. *De Appio Claudio*, Marco Claudio Clienti negocium dedit, ut Virginem in ſervitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias. *A. Vinn.*

Fas, ac nefas) Appium Claudium virum fuiſſe magno ingenio teſtatur hiſtoria, ejuſque conſilium in XII. tab. ſcribendis maximum. §. 37. Ut in hoc etiam acciderit, quod Plutarchus in Demetrio tradit, præclara ingenia ſicuti virtutes maximas, ita vitia maxima producere. *A. Vinn.*

Vindicias secundum libertatem) Quomodo Brutus vindicias ſecundum libertatem in perſona ſervi dederit ex Plutarcho in publicola diſcimus: nimirum quod vindicium bene de repub. meritum, interea dum Vitellii cauſam Majeſtatis dicerent, in manum ac poteſtatem infenſiſſimorum dominorum excarnificandum tradi paſſus non eſt, quod collega *Collatinus* permiſerat. Ex Budæo. *A. Vinn.*

13. Vindicias ſecundum libertatem Brutus dediſſe dicitur Vindici, quia etiamſi de ejus ſtatu nulla eſſet controverſia, dixit eum eſſe liberum, & civem, virgula capiti ejus per lictorem impoſita, & ab illo venit vindiciarum, quæ ſecundum libertatem dicuntur, appellatio, & quod perpetuo obſervatum eſt, ut ita manumiſſi civitatem Romanam adipiſcuntur. De hoc Vindice Claudianus.

—— *Deductum Vindice morem*
Lex celebrat. Cujac.

Ineptum hunc Pomponii lapſum vocat *Bacchovius*, quod Bruti exemplo iniquitatem Appii confutet, quaſi Brutus in perſona Servi qui conjurationem pro reducendo Rege ejecto detexerat, vindicias ſecundum libertatem dixerit, quem tamen Servum fuiſſe, neque ipſe, neque quiſquam negaſſet. Et minus apte id fieri *Coralius Zaſius*, & *Muretus* notarunt. Quodammodo vindicias dixiſſe dicit Budæus hic. Ergo non revera, quod de ſtatu Servi controverſia non fuerit. At vindicabatur tamen Servus à dominis, & tradi interim Brutus prohibebat, quod prope ad vindicias, quæ in cauſa liberali dicuntur vel dantur, accedebat. At imo ſecundum relationem plutarchi de ſtatu Servi controverſiam fuiſſe dicendum eſt. Aquilios vindicaſſe Servum, hunc vero, quippe cui libertas in præmium ſervatę per indicium Reipub. ipſo jure videretur competere, in libertatem aſſertum fuiſſe tum à ſe ipſo, tum à cęteris. *G. Cocceius.*

Vindi-

VINDICIS) Apud Liv. legitur Vindicii Aquiliorum Servi. Ab hoc Servo quidam autumant rationem manumittendi vindictâ & nomen & originem traxiſſe Autore eod. *lib 0.* Vindiciarum autem nomen non à Vindicio, ſed à vindicando tractum eſt, id quod ex livio intelligi poteſt. *A. Vinn.*

VITELLIORUM SERVI) Livius *lib. 2. cap. 5. in fin.* apud Vitellios Bruti Uxoris fratres, Collatini, ut ait Plutarchus ſororis filios, *cænatum & conjuratum fuiſſe* tradit, *ibique ſermonem conjuratorum unum ex ſervis excepiſſe, qui jam ante id ſenſiſſet agi, ſed eum occaſionem, ut litteræ legatis darentur, quæ deprehenſæ rem arguere poſſent exſpectaſſe.* Dioniſius *lib. 5. apud Aquilios* itidem collatini ex alia Sorore Nepotes *conjuratos conveniſſe* ſcribit. Plutarchus *in publicola* item *Aquiliorum* ait *fuiſſe Servum, & in eorum ædibus conventum conjuratorum habitum.* Conveniunt ſæpe in re præcipua Hiſtorici, qui in circumſtantiis diſſident. *G. Coccejus.*

Pomponius noſter eum fuiſſe Vitelliorum Servum, Dioniſius, & Plutarchus Aquiliorum. Vitellii & Aquilii autores ſeditionis. *Cujac.*

ET CASTITATEM FILIÆ) Hiſtoriam vide apud liv. *lib. 2. cap. 5.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 5.* & Plutarch. *In publicola.* S. L.

POPULIQUE CONSENSU) Populus utique quum ſeceſſiſſet decemviros ad ſupplicium popoſcit. Liv. *lib. 3. cap. 53.* G. Coccejus.

PARTIM) Nunquam particula *partim* non geminata reperitur. Deſunt igitur haud dubie quatuor verba, *partim in exilium acti.* Scribit Livius ex decemviris octo in exilium abiiſſe Appium & Oppium in carcerem conjectos, & illum ſibi ipſi mortem conſciviſſe, hunc in carcere obiiſſe, ſed Dioniſius Oppium juſſu Tribunorum in carcere necatum affirmat, quod & de Appio magis credit, quamvis in vulgus ſparſum rumorem, quem Livius prodidit, fatentur. Et ita defendi poteſt hic locus Pomponii. *A. Vinn.*

14. IN CARCERE) In carcere plerumque necabantur non captivi tantum, ut ſcribit Trebell. Pollio *in Æmiliano*, & ſcripſere alii plerique de Ariſtonico & jugurta juſſu Senatus aut conſulum. Sed & rei capitalium criminum, ut ſocii Catilinæ, interventu triumvirum capitalium, & Herophilus Medicus equarius, quod ſe C. Marii nepotem ferret. Sane Appium Claudium in carcere, fuiſſe necatum autor de Viris illuſtribus ſcribit & *Dioni.us.* Cujac.

ITA RURSUS) Recepit Conſules, Tribunos, & cæteros omnes magiſtratus, qui ſub decemviris nulli erant. *Cujac.*

De Tribunis militum.

§. 25. Deinde cum poſt aliquot annos quam duodecim tabulæ latæ ſunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellet ex ſuo quoque corpore conſules creare, & patres recuſarent: factum eſt, ut *tribuni militum* crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus, conſulari poteſtate. hique conſtituti ſunt vario numero: Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

§. 26. Dein-

1 Conſularis poteſtas plebi communicata & omnes tandem Magiſtratus, & num. 3.
2 Conſules quot numero creati.

1. **Factum est**) Tribuni firmata poteſtate hoc egerunt, ut plebs omnium honorum qui ante patriciorum proprii fuerunt, particeps fieret. Itaque haud multò poſt quam creati eſſent, rogationem promulgarunt, ut etiam ex plebe Conſulem creare liceret. Quæ res quum diu agitata eſſet tandem placuit, ut Tribuni militum conſulari poteſtate ex utroque corpore crearentur Anno 310. Liv. *lib.* 4. Ubi luculentæ Orationes Coſſ. & Tribun. præſertim Canulei. *A. Vinn.*

Maluerunt patres communicare plebi conſularem poteſtatem quam conſulum nomen, ut Zonaras ait. Et hoc factum *Livius* & *Dionyſius* ſcribuut *Anno V. Cond.* cccx. *A. Gellius* Anno fere cccxlvi. *Eutropius* ccclxv. Cujac.

2. **Interdum viginti**) Initio tres creati poſtea numerus auctus, ita ut aliquando octo interdum pauciores crearent: ſed uſque ad viginti hic numerus nunquam pervenit, ut hic vel Pomponii vel exſcriptoris erratum fateri oporteat. *A. Vinn.*

Non tamen interdum xx. interdum plures, quaſi in immenſum gliſcente numero, quod non eſt credibile Pomponium ſcripſiſſe, verum interdum ſex, interdum plures puto octo, nonnunquam pauciores puta quatuor, vel tres, Quod ex Diodori xv. ſatis liquet. Claudius in ære fixo Lugduni. QUID IN PLURIS DISTRIBUTUM CONSULARE IMPERIUM TRIBUNOSQUE CONSULARI IMPERIO APPELLATOS QUI SENI ET SÆPE OCTONI CREARENTUR. Scriptum erat vi. & perperam additum GINTI, Valuit autem horum Tribunorum conſularis poteſtas, quoad uſque victi patres tandem, ut ſubjicit, communicarunt etiam plebi, & cum re conſulatum, interdum vero & utrumque Plebejum conſulem fieri permiſerunt: atque ita primum ut alter ex plebe cenſor eſſet, tum ut uterque. Autore *Livio* 8. & 59.

3. Poſt & de plebe facti ſunt dictatores, & Magiſter equitum, imo & pontifices maximi, & omnes magiſtratus, verum hujus rei in republica nulla unquam fuit lex aut ratio certa, aut ſi qua certa magis à patribus fuit. *Cujac.*

De Ædilibus curulibus.

§. 26. Deinde cum placuiſſet creari etiam ex plebe conſules, cœperunt ex utroque corpore conſtitui. Tunc, ut aliquo pluris patres haberent, placuit, duos ex numero patrum conſtitui, ita facti ſunt *ædiles curules.*

§. 27. Cum-

1 Primus ex plebe Conſul.
2 Ædiles curules, eorumque officium.
3 Ab his ædilitia edicta.
4 Qui primi creati fuerint.

Cœperunt) Tandem patres coacti ſunt cedere, & conſularem quoque ipſam dignitatem, nomenque plebi communicare Liv. 6. *in fin.* A. Vinn.

1. Tribuni plebis id à patribus tandem obtinuere Anno V. Cond. 387. Quo eodem anno novi Magiſtratus inſtituti prætura & ædulitas. Liv.

Liv. *lib. 6.* primus ex plebe conſul fuit *L. Sextius Lateranus.*

2. Aliquo pluris) Ne patres in totum Plebi ceſſiſſe viderentur, ex ſuo corpore Magiſtratum conſtituere, qui plebi non eſſet communis, quos Ædiles fuiſſe tradit hic Pomponius. At livius prætorem propter eam cauſam conſtitutum ſcribit. Ædiles vero curules creatos propterludos maximos, qui pro concordia ordinum inſtituerentur *lib. 6.* A. Vinn.

Ædiles Curules) Hi Regis inſignibus utebantur, & purpura ornati erant, officium eorum erat ſacras privataſque ædes procurare totam urbem, & inter alia vias publicas tueri. incendiis arcendis intervenire curam habere ut Cloacç, aquęductus, & publica ædificia munda, & integra eſſent; ludos publicos exhibere, loca in Theatro aſſignare fraudationes in rebus venalibus, & mancipiorum jumentorum, & ſimilium cavere, iiſque de rebus jus reddere de qua æditium edictum productum Vid. Liv. *lib. 3. de legib. &* Cic. *5. in Verrem 6. ad Atticum & 2. de o fc.* Dicti curules à ſella curuli qua jus dicturi utebantur Liv. *lib. 7.* Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman.* De quibuſdam enim rebus, & privatis ſingulorum cauſis jus dixerunt. *lib. 8. olſ. 38.* fuit hic nobilium *juvenum illuſtriſſimus principatus.* Polyb. *lib. 10.* Ciceroni. *de legib. lib. 3. ad amplioris honoru primus aſce ſu.* S. L.

3. Ab Ædilibus Curulibus ſunt edicta ædilitia quæ habemus non ab ædilibus plebis, qui non inſidebant ſella curuli. *Cujacius.*

4. Primi Livio authore ædiles Curules creati *Cn. Quintius Capitolinus & P. Corn. Scipio.* Id Pighius refert *ad Annum. V. Cond. 540.* quo conſules fuerunt *Q. Fabius Maximus, & T. Sempronius Gracchus.* Curules dicti à ſella eburnea qua honoris cauſa Magiſtratus digniores utebantur, tam in loco privato, quam publico, & quod currui imponeretur, poſtque Magiſtratum, ut poni quum opus, poſſet, veheretur, curulis vocabatur. *G. Coccejus.*

De Prætore urbano.

§. 27. Cumque conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in civitate jus reddere poſſet: factum eſt, ut *Prætor* quoque crearetur, qui *Urbanus* appellatus eſt, quod in urbe jus redderet.

§. 28. Poſt

1 Prætor primo ex patribus creatus qui in urbe jus diceret, deinde etiam ex plebe.

2 Prætor unde dictus, & quæ ejuſdem inſignia.

1. Cumque Consules) Scribit *Liv. 6. in extremo* cedendæ diſcordiæ cauſa conceſſum à nobilitate plebi, de Conſule Plebeo, à plebe nobilitati de prætore uno, qui in Urbe jus diceret ex Patribus creando. Cauſa quam reddit Pomponius, quod Conſules finitimis bellis avocarentur, non potuit eſſe vera cauſa, ſed prętextus. Nam prætor creatus eſt *Anno 388.* Ex hoc autem loco patet, primis temporibus Conſules jus reddidiſſe. *A. Vinn.*

Illud probabile eſt: patribus datum, cum conſulatus communicaretur plebi ut ſaltem pars una officii conſularis, juris redditio (quam & neceſſitas à conſulati munere ſeparari juberet) non communicaretur ei, ſed ei defungendæ proprius Magiſtratus prętoris nomine ex patriçiis duntaxat, conſtitueretur. Quanquam

quam ne hic quidem Magiſtratus diu patricius fuerit, ſed *anno V. Cond.* 416. C. *Sulpicio longo* & P. *Ailio Pato Conſſ.* plebi itidem communicatus. Q. *Publitio Philone* primo ex plebe Creato. Liv. *lib.* 8. *tit.* 15. G. Coccejus.

Prætor) prætorem à præeundo, ſive à præſſendo appellarunt. Penes hunc Magiſtratum adeo omnis juris publici, privatique poteſtas fuit, ut novum jus conderet, & vetera abrogare facultas eſſet, Et tantum poſtmodo aucta prætoris eſt authoritas, ut quod prætor ipſe dixiſſet, ob ipſius honorem, jus honorarium vocaretur. De quo ſupra §. 10. S. L.

Ob honorem & majeſtatem juriſdictionis cui præerat eadem inſignia & ornamenta conceſſa erant quæ Conſulibus. Sella curuli, trabea candida & equis albis utebatur, lictores cum faſcibus præeuntes adhibiti, & nivei ad frena Quirites ſubminiſtrabant. Et cum iiſdem, cum Conſulibus auſpiciis, comitiis centuriatis prætor crearetur, Conſulum collega habitus eſt. Ut patet ex Livio *lib.* 7. & A. Gellio. *lib.* 13. *cap.* 14. licet Conſulis imperium majus, prætoris conſulari minus fuit. Abſurdum enim non eſt, inquit *Cujacius hic*, ut in eadem juriſdictione alter altero majus imperium habeat. *l.* 58. *ff. de judic.* ut in proconſule eſt videre, & legato ejus. Fuerunt & Haſta & Gladius prætoriæ juriſdictionis inſignia, quod de civilibus cauſis cognoſcentes pro tribunali haſtam, & in facinoroſos homines animadvertentes gladium erigerent. Inde Venditiones ſub haſta, quæ publica authoritate haſta appoſita fiebant, quod genus venditionis Tertullianus Haſtarium vocat. Idem.

Prætorem à præſſendo dicit Feneſtella de Magiſtr. Rom. *cap.* 19. Varro *lib.* 4. *de ling. latina* à præeundo, quod præiret jure & exercitu, præerant enim juri, & præibant exercitu. Prætorem enim tum quando adhuc unus erat, in republica poſt cæteros exercitum duxiſſe conſtat ex Liv. *lib.* 23. *cap.* 32. Idem probat *Novell. Iuſtiniani* 24. *in proem.* & *Novell.* 26. *cap.* 1. Quo tempore primum prætores creari cæperint, quod jus, quæve illorum poteſtas fuerit, tradit plene Alexand. ab Alexand. *lib.* 2. *genial. dier. cap.* 15.

De Prætore Peregrino.

§. 28. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus eſt & alius *Prætor*, qui *Peregrinus* appellatus eſt ab eo, quod plerunque inter peregrinos jus dicebat.

§. 29. Dein-

1. Poſt aliquot deinde annos) 120. circiter annis poſt primum prætorem creatum ab V. Condit. 508. duos primum prætores creatos probat Epitom. Liv. *lib.* 19. quam ſequitur Sigonius *in Chronolog. Liviana*, ad annum 508. quo anno Q. Valerium Faltonem primum prætorem peregrinum lutatio Conſuli belli experiundi cauſa junctum ſcribit Pigh. *d. loco.* G. Coccejus.

2. Qui Peregrinus) Appellatur hic prætor Peregrinus à peregrinorum cauſis quibus jus reddebat, licet æque intra urbem ac Urbanus *l.* 9. §. 4. *ff. de dol.* G. Coccejus.

Prætor autem peregrinus jus dicit inter Peregrinos, ſi peregrinus in urbe

urbe ex contractu forte ibi habito adverſus peregrinum agat, vel inter peregrinos & cives, ſi peregrinus adverſus civem abſque dubio; quia actor ſequitur forum rei, forte etſi civis adverſus peregrinum, quia commune id utrique forum eſt. *Cuj.*

Hunc prætorem Cælius minorem appellatum fuiſſe ſcribit, quum Urbanus vel major vel primus dicte retur. Autore Cicerone *in Orat. pro l. Manilio.* A. Vinn.

Creſcente imperio tantum poſtmodum amplificatus eſt prætorum numerus: ut XVIII. Prætores aliquando in urbe jus dicerent, partim Urbani, partim provinciales, & partim peregrini. Ut eos ordine & à quibus inſtitutos ordine dinumerat Pompon. *infra* §. 32. iiſdemque verbis aſſequitur Feneſtell. *de Magiſtratib. Roman. cap.* 19. S. L.

De Decemviris in litibus judicandis.

§. 29. Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſent: *decemviri* in litibus judicandis ſunt conſtituti.

§. 30. Eo-

1 Haſta præeſſe quid.
2 Sub haſta Vendere.
3 Haſta præconis decemviralis, centumviralis, quæ ſit & quomodo differant.
4 Centumviri.

HASTÆ PRÆESSET) Generaliter Magiſtratus omnes juridicundo, vel juriſdictioni, vel Tribunali præeſſe dicuntur, ſpecialiter ex his de quibus ſupra, alii præeſſe equitibus, alii præeſſe ædibus, alii præeſſe rebus capitalibus, & infra alii præeſſe frumento, aut rebus provincialibus, & hoc loco Decemviri litibus judicandis haſtæ præeſſe. *Cujacius.*

2. Imperatores ſpolia ab hoſtibus capta, ipſoſque interdum hoſtes publice vendere ſolebant. Id poſita haſta, militari ſigno factum, & inde fortaſſis etiam in urbem ad publicas venditiones tranſlatum: Ita Sullanis Temporibus proſcriptorum bona ſub haſta vendita, ſicut hoſtium, quam intelligit Tullius 2. offic. Dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabant. Sed quid cum litibus & judiciis haſta commune habet? fortaſſis id inde eſt quod debitorum damnatorum bona publice diſtrahi ſolebant, & ideo, quę alias in venditionibus publicis adhibebatur haſta, hic quoque uſurparetur, ut inde haſta facta ſit ſignum judicii exercendi, quoniam ſententiam pronunciatam, ſequi publica bonorum debitoris venditio ſolebat, commune itaque ſignum & publicarum auctionum & judiciorum eſſe cœpit. *Mart.* 7. *Epig.* 62.

Hunc miratur adhuc centum gravis haſta virorum

Statit. Papin. *Sylv.* 4. *ad Marcell.*

Ceſſat centeni moderatrix judicis haſta. A. Vinn.

3. DECEMVIRI) Alii ſunt decemviri legibus ſcribundis, de quibus actum eſt, alii litibus dijudicandis, qui haſtę præſunt, quæ & decemviralis dicitur & centumviralis, non ut haſta fiſcalis, vel hoſtilis vel Triumviralis, vel haſta præconis, ſub qua bona aut captivi alienantur, aut vectigalia publica vel mortes civium locantur, quia haſta ſignum erat venditionis locationiſve publicæ: ſed propria quadam ratione, quia haſta & ea quidem duplex, ſignum erat in foro exercendi judicii

cen-

centumviralis, quemadmodum haſtæ centumviralis nomine judicia centumviralia ſignificantur. Ut autem Conſulis erat vocare & cogere Senatum, & ipſe eſt Magiſtratus non etiam cæteri Senatores, ita hi Decemviri litibus dijudicandis cogunt centumviros iiſque præſident Pretorum vice, & centumvirorum ſententias exequuntur. Suntque hi ipſi Magiſtratus, non judices, centum viri judices non Magiſtratus. *Cujac.*

Centumviralium partes in duas haſtas diviſas liquet ex Quintiliano *lib. 5. Inſtit. cap. 2.* Quarum unam putat fuiſſe prætoriam, aliam centumviralem. Hinc Ræuard. *protribun. cap. 19.* Haſtam cui Decemviri præfuerint haſtam decemuiralem, & eandem cum prætoria dicit, at diverſam à centumvirali. Qui decemviros litibus judicandis illos decem fuiſſe arbitratur, quos Romæ in conſilium Prætoris adhibitos fuiſſe, quinque Senatores & quinque equites Romanos, Auctor eſt Ulpianus *in fragment. tit. de libert.* G. Coccejus.

4. Quum eſſent Romę 35. Tribus; terni ex ſingulis tribubus electi ſunt ad judicandum qui centumviri appellati ſunt quamvis quinque & centum eſſent propter numeri integritatem Author. *Feſt.* Sed Decemviri poſteà collegii centumviralis quaſi præſides eſſe, & centumviralem haſtam cogere cœperunt Sueton. 7. *Auguſt.* eoque pertinet illud Lucani *ad Piſonem*:

Seu trepidos ad jura decem citat haſta virorum
Et firmare jubet centeno judice cauſam

Item Plinii illud *Epiſt. lib. 6.* Sedebant judices venerant Decemviri, hoſce autem decemviros ex numero centumvirorum fuiſſe exiſtimat Budæus. Supremus tamen præſes erat prætor Plin. *d. loco.* A. Vinn.

Poſterioribus autem temporibus multum crevit eorundem juriſdictio. Ut videre eſt in Quintiliani *lib. 4. cap. 5. lib. 5. cap. 2. lib. 11. cap. 4.* auctuſque eorum numerus uſque ad 180. in quatuor concilia diviſus, manente tamen ſemper centumvirorum nomine, Authore Plinio. *Epiſt. lib. 6. epiſt. 33.* S. L.

De Quatuorviris, Triumviris monetalibus, Triumviris capitalibus.

§. 30. Eodem tempore & *quatuorviri*, qui curam viarum gererent. & *triumviri monetales* æris, argenti, auri flatores, & *triumviri capitales*, qui carceris cuſtodiam haberent: ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.

§. 31. Et

1 *Cenſorum officium.*
2 *Triumviri, treſviri, Treviri, qui eorumque munus. Comites ſacrarum largitionum.*
3 *AEs argentum & aurum quando primo ſignatum, pecunia unde dicta.*
4 *Auri, argentique flatores, flare quid ſignificet, Flaviſſa quid.*
5 *Triumviri Capitales qui & quando creati, eorumque munus.*

Quatuor viri) Hos omnes, & decemviros, litibus judicandis una eademque rogatione, Tribunicia creatos fuiſſe arbitratur Cujacius. *hic & obſerv. lib. 3. cap. 32.* Quam opinionem ſatis diſerte confirmat Dion. *lib. 54.* A. Vinn.

Curam Viarum) Viarum Curan-

Curandarum tam intra quam extra urbem munus primum Cenſoribus à Senatu commiſſum fuit, ad quorum officium inter cætera pertinuit tueri urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, & alia publica ædificia. Poſt vero quum Cenſores aliis rebus pro officio occupati eſſent, ut huic muneri vacare non potuerint, & Senatuſconſulto alius Magiſtratus ſpeciatim in eam rem creatus eſt. Qui Quatuorviri viarum curandarum vocabantur, quod viis vel muniendis, vel ternendis præeſſent, de his vide B. Briſſonium *lib. 4. antiquitatum cap. 12*. S. L.

2 TRIUMVIRI MONETALES) qui & treſ-viri & Treviri apud Ciceronem, horum munus erat numiſmata probi auri & argenti juſtique ponderis examinare. Cic. *lib. 3. de leg.* Æs, argentum, aurum, publice ſignato. Et in *Epiſtol. ad Trebatium Iuriſconſultum* de Treviris Gallis loquens: Treviros viros cenſeo: audio capitales eſſe, mallem, auro, ære, argento eſſent, ludens in voce Treviros, & capitales, quaſi diceret, Mallem hos Treviros pecunioſos eſſe, quam bellicoſos: ut Cæſare eos vincente, tu diteſceres. Sub imperatoribus poſtea id negocii ad Comites Sacrarum largitionum pertinuiſſe, ex *Caſſiodoro, & Ammiano Marcellino* conſtat. S. L.

3. ÆRIS ARGENTI) Dicit: *AEris, Argenti, Auri*, temporis ordine ſervato, quo primum æs, deinde argentum poſtremo omnium aurum in nummorum uſum coaptatum ſit. A. Servio Tullio Romanorum Rege ſexto primum Romæ æs Signatum ſcribit Plinius *lib. 33. cap. 3.* cum antea rudi uterentur. Signatumque primo pecudum nota, unde & pecunia appellata. Et populum nullo argento Signato ante Pyrrhum devictum uſum, quod quinto ante primum bellum Punicum anno V. Cond.484. *L. Quinctio Gulone* (quem alii Q. Ogulvium Gallum vocant) & *Q. Fabio pictore Conſſ.* Romæ primo ſignatum eſſe author eſt idem Plin. *d. cap. 3.* quum aureus nummus anno demum LXII. poſt argenteum percuſſus ſit, teſte eod. Plinio *d. loco* S. L.

4. FLATORES) Muretus ſuſpicatur, Pomponium non recte accepiſſe notas illas. Æ. A. A. F. F. *AEris, Argenti, Auri, Flatores*, præſtitiſſe autem pro *Flatores* poſuiſſe, *Flando feriundo*, ſc. *Præfecti*, putat. Quem nulla tamen carpendi addita ratione ſequitur Bacchovius *hic*. Quomodo has quoque notas apud *Valer. Probum* in ſuo de notis Romanorum interpretandis libello, expoſitas inveni. Quæ tamen mera carpendi conjectura eſt, quum non male Flatores dixerit Pomponius pro iis qui flandæ ſignandæque pecuniæ præfecti eſſent. Flare enim inter alia ſignare dicitur, quoniam æs, argentum, aurum flando, id eſt calefaciendo ſignari ſolet, hinc flatum æs, & flata pecunia pro ſignata. Et qui theſaurus Græco nomine appellatur, priſcis latinis flaviſſa dicebatur. A. Gell. *lib. 2. cap. 10.* hanc Pomponii lectionem probat, Feneſtella *de Magiſtratibus Romanis cap. 23.* *eo tempore* inquit *quatuor viri creati dicuntur, qui viarum curam agerent, ac tres viri monetales, auri argentique flatores: quorum eſſet diligentia numiſmata auro, argentoque fabricari.* S. L

. TRIUMVIRI CAPITALES) Saluſt. *in Catilin.* Triumviros, quæ ſupplicium poſtulabat, parari jubet. Plaut. *In Amphytr. ſcen. 1. Quid faciam, ſi nunc tres-viri me in carcerem compegerint; unde quaſi è promptuaria cella depromar ad flagrum.* Horat. 4. Epod.

Sectus flagellis hic Triumviralibus
Præconis ad faſtidium.

Apud eos & nomina reorum deferebantur Plaut. *Aſin. act. 1. Scen. 1. jam ex hoc loco ibo ego ad Treſ-viros, veſtraque ibi nomina faxo erunt capitu.* In Aulular. *ad Treſviros jam ego deferam nomen tuum.* A. Vinn.

D Qui

Qui carceris custodiam) creati ſunt primum ſecundum Onuphr. & Goltz. in faſtis anno ab V. Cond. CCCCLXV. Ad eorum officium non tantum pertinuit cuſtodiam carceris habere, ſed & in facineroſos homines animadvertere. Diſputant interpretes, utrum, illi, quum inter Magiſtratus minores recenſeantur, de criminibus cognoſcere, & capitaliter judicare potuerint. Quorum alii non niſi in viliores perſonas, ſervos nequam & ejuſmodi alios cognitionem & judicium illis competiiſſe, volunt, nobis temporum & ſecundum ea perſonarum & actu flagrantium criminum diſtinctio placet. Primus enim temporibus nondum conſtitutis quæſtionibus publicis, eos indiſtincte de omnibus maleficiis cognoviſſe, & judicaſſe, conſtat ex plauto *in Aſinaria, Act. 1. Scen. 1.* & Varrone *lib. 4. de ling. latin. in verb. Quæſtores.* Tum quod C. Cornelium virum fortiſſime militiæ ſtipendia emeritum, virtutiſque nomine quater honore primipili ab Imperatoribus donatum: quod cum ingenuo Adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet, à C. Feſcennio Triumviro capitali publicis vinculis oneratum, & in carcere mori coactum ſcribat Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 1. exemplo 10.* Conſtitutis vero quæſtionibus publicis, carceres & animadvertendi miniſteria ſub illorum cura quidem fuere hoc moderamine adhibito, ut de eorum ſcelere cognoſcerent, qui cum Cives Romani non eſſent, in urbe habitabant, ac de vilibus tantum & abjectæ conditionis hominibus ad columnam mæviam jus dicerent. Ut Cicero docet, & Aſconius in divinationem. Deinde & in maniſeſtis flagitiis, ubi nulla amplius cognitione opus, eorundem poteſtati citra diſcrimen perſonarum prompta executio tributa eſt in ceteris vero quęſtioni præfuerunt in cauſis, quibus id lege vel Senatuſconſulto mandaretur. Quomodo intelligendus Saluſtii *de bello Catilinario* locus, quo non cognoviſſe de Sociorum Catilinæ culpa Triumviros, ſed mandatum de parando ſupplicio accepiſſe docetur. Quod quidem obtinuit, uſque dum queſtiones publicæ perpetuæ factæ ſunt. Anno V. Cond. 604. Uti ſupra, *ad §. 23.* quo facto pretores Ordinarii conſtituti ſunt, qui de cauſis criminalibus conoſcerent. Ut latius explicat *A. Vinn. infra ad §. 32.* S. L.

Interventu eorum) Sic intelligendum, ut non ipſi Triumviri quenquam ſupplicio affecerint ſed uſi ad eam rem ſint lictorum opera, quorum octo ſub ſe habebant miniſtrantes. S. L.

In publicum) In publicum eſſe pro in publico, loquendi formula eſt veteribus uſitata, de ſimili modo loquendi vid. A. Gell. *lib. 17. cap. 2.* G. Coccejus.

De Quinqueviris.

§. 31. Et quia magiſtratibus veſpertinis temporibus in publicum eſſe inconveniens erat, *quinqueviri* conſtituti ſunt cis Tiberim, & ultra Tiberim, qui poſſint pro magiſtratibus fungi.

§. 32. Ca-

1 Quinque viri & num. 3. *2 Feneſtella quis, & cujus ſcripta exſtent.*

1. Quinque Viri) Hos quinqueviros, qui cis & ultra Tiberim nocturno tempore curam gererent, vix apud alios (excepto

cepto Livio *lib. 39. cap. 14. in fin.*) auctores invenias nam Feneſtella, quem hodie habemus, novus auctor eſſe creditur, non ille quem laudat Plinius *lib. 33. cap. 1.* & Ulpian. *l. 1. ff. de offic. quæſtorum.* A. Vinn.

2. Feneſtellæ memorat Lactantius *lib. 1. de falſ. relig. cap. 6.* eumque vocat diligentiſſimum ſcriptorem. Meminere ejus plinius *natur. lib. 8. cap. 7. lib. 9. cap. 17. & 35. lib. 15. cap. 1. & lib. 31. cap. 11.* A. Gell. *lib. 15. cap. 28.* Seneca *Epiſt. 108.* Is vero qui hodie exſtat ſub Feneſtellę nomine libellus ſuppoſititius eſt, ut quod in eo non Plinii tantum: ſed & A. Gellii mentio fiat; qui ſub Adriano vixit, quum illum noviſſimo Tiberii Cęſaris principatu obiiſſe Plinius autor ſit *lib. 33. cap. 9.* Hujus libelli verum ſcriptorem volunt Dominicum Floccum Florentinum Romani Pontificis Secretarium, quem hujus argumenti libellum ſcripſiſſe teſtatur Flav. Blondus *in Hetruria ſua*; quem ille Brandi Cardinali Placentino dedicaverat, cujus quum inſcriptio, & præfatio deſideraretur, hunc L. Feneſtellę veteri illi ejuſdem Tituli & Materiæ authori adſcripſerunt. Non latuit hoc Joannem Roſinum, qui eundem libellum in ſuis Antiquitatum Romanarum commentariis non Feneſtellæ, ſed ejuſdem Flocci nomine paſſim adducit. Quod hic obiter notandum, ne ſuppoſititia illa Feneſtellæ allegatio, quę paſſim in hiſce notis & apud alios uſitata eſt, lectorem decipiat. S. L.

3. Recte jungit Triumviris capitalibus Quinque viros Ciſtiberes, & Ulſ-Tiberes, quos Livius 39. ait. eorum fuiſſe adjutores, fiebant autem hi poſtea Ædiles ex Senatuſconſulto, ut infra ait, ex quinque Viris ſc. Ædiles. *Cujac.*

PRO MAGISTRATIBUS FUNGI) id eſt eorundem vicem explere. Ut in *l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred.* (functionem recipere) & *fungi* verbo utitur Juriſconſult. in *l. 33. ff. ad l. Aquiliam. & l. 63. ff. ad l. falcid.* G. Coccejus.

De variis Prætoribus, & Ædilibus cerealibus.

§. 32. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia. item Hiſpania, deinde Narbonenſi provincia: totidem *prætores*, quot *provinciæ* in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præeſſent.

Deinde Cornelius Sulla quæſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis & *prætores quatuor* adjecit. Deinde Cajus Julius Cæſar duos *prætores*, & duos *ædiles*, qui frumento præeſſent à Cerere *Cereales* conſtituit. Ita duodecim prætores, ſex ædiles ſunt creati. Divus deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit. Poſt deinde Divus Claudius duos prætores adjecit, qui de fideicommiſſo jus dicerent. ex quibus unum Divus Titus detraxit: & adjecit Divus Nerva qui inter fiſcum

 & pri-

& privatos jus diceret. Ita *decem & octo prætores* in civitate jus dicunt.

§. 33. Et

1 *Sardinia Inſula.*
2 *Sicilia.*
3 *Hiſpania.*
4 *Narbonenſis provincia.*
5 *Prætorum Numerus, num. 7. 8. 10. 11.*
6 *Quæſtiones publicæ cui competant.*
9 *Cereales, Agentes in rebus, magiſtriani, & Veredarii.*
10 *Fideicommiſſi cognitio apud quem fuerit.*

Capta deinde) Totus hujus & præcedentis §. contextus invenitur in d. Feneſtellæ tractatu *de Magiſtratib. Roman. cap. 19.* S. L.

1. Sardinia) Inſula eſt in Tyrrheno ſeu liguſtico mari, de Sardo Herculis filio nominata, quam primo bello punico Romani ſubegere. Herba illic naſcitur quæ nervos contrahit, ut ridenti ſimilis moriatur, qui eam eſitaverit, unde proverbium, *riſus Sardonius.* A. Vinn.

2. Sicilia) inſula ejuſdem maris major Sardinia, Triangularis unde Trinacria dicta, exigui freto ab Italia ſeparata fructuum feraciſſima. De hac indeque Reipub. Romanæ conciliatis emolumentis vid. Cic. 2. *in Verr. ſub pr.* G. Coccejus.

3. Hispania) quæ ab Oriente Pyrenæis montibus, à meridie mari mediterraneo, à reliquis partibus Oceano Atlontico compræhenditur, Sardiniam ſecuta eſt *Anno V. Cond. 547.* qui aliis eſt 548. Hujus invadendæ occaſionem & ſucceſſum vid. apud Sigon. *de antiq. prov. lib. 1. cap. 5.* Liv. *lib. 28. tit. 12.* G. Coccejus.

Nihil refert quæ præferatur, Sicilia an Hiſpania, quum eodem fere tempore utraque venerit in ditionem populi Romani. *Cujac.*

4. Deinde narbonensi) Galliæ Tranſalpinæ pars illa erat quæ olim braccata dicta à genere veſtium, quum altera comata eſſet, à Narbona oppido ſic appellata, continuit Languedocium, Sabaudium Delphinatum, & Provinciam, ut hodie vocant. Provincia hæc Romanorum facta eſt longo tempore nec minus 76. annis poſt captam Hiſpaniam. *G. Coccejus.*

5. Totidem Prætores) De aucto numero prætorum, & obiter quoque ædilium, agit author hoc §. ſed illo more quo cæpit, & hactenus continuavit hanc Veteris Juris & Magiſtr. Hiſtoriam, hoc eſt, minus accurate, & non cum debita eventuum & temporum diſtinctione. *G. Coccejus.*

Dignitatem gradus puta, nulla temporis habita ratione ſecutus. S. L.

Non conſentit cum Pomponio Livius, qui Hiſpaniæ dat prætores duos, atque ita ſex efficit, duo qui præſint rebus Urbanis, unum qui Sardiniæ, unum qui Siciliæ, unum qui Hiſpaniæ citeriori, & alterum Hiſpaniæ ulteriori: idque longo intervallo ante quam Gallia Narbonenſis in provinciam eſſet redacta. *Anno V. Cond. 633.* A. Vinn.

Pomponius ex duabus Hiſpaniis maluit facere unam, quod & plerumque ad ſortiendam utramque, prætor unus admitteretur. Creabantur ſex, ac deinde ſortiebantur Provincias, Urbanam & peregrinam, & cæteras quatuor. Narbonenſis provincia poſtea proconſulem habuit, ut Spartianus indicat, & inſcriptio *l. 4. Cod. ad l. Iul. de Adult.* Cujac.

6. Quæstiones publicas) Nulli Magiſtratui jus erat arbitrio ſuo in civem Romanum animadvertendi, ſed populus hoc ſibi reſervaverat, & ut quæque inciderent crimina, ita de iis aut ipſe cognoſcebat, aut aliis eam cognitionem mandabat: quod & aliquando à Senatu factum legimus Liv. *lib. 39.* At poſt quæſtiones publi-

bli-

blicas conſtitutas, quod factum eſſe *Cenſorino & Manilio Coſſ.* ait Cicero *in Bruto. A. V. Cond. 604. 70.* ante quam Sylla Romæ Tyrannidem exerceret, prætores Ordinarii creati ſunt, qui de cauſis criminalibus cognoſcerent, de quibus non videbatur extra ordinem quærendum eſſe, ut *repetundarum, ambitus, majeſtatu, peculatus.* Nam propterea quæſtiones perpetuæ dicebantur, tum quod lege erat præſcripta quædam forma perpetua judicii, de his rebus exercendi, ut nova ſemper lege opus non eſſet: tum quod annuam provinciam de his quæſtionibus exercendis illi prætores peragerent: non quemadmodum antea fieri ſolebat, quum ita caſus tuliſſet, ut quærendum videretur, tum crearetur qui quæreret, ſtatimque hoc abſoluto judicio poteſtatem de eadem re quærendi non haberet. Quod ſi tum quoque aliquid accidiſſet, de quo extra ordinem primo quoque tempore propter criminis gravitatem, aut novitatem quærendum videretur, ad populum ferebatur, ut quem vellet de ea re quærere juberet. Ac tum veteri more creabatur *quæſtor parricidii*; ſicut lege Pompeja extra ordinem populi ſuffragio creatus eſt quæſtor *L. Domitius Ahenobarbus*, qui de vi, cujus *Milo* poſtulabatur quæreret *A. Vinn.*

Non igitur Sylla 70. fere annis poſt Romæ potens quæſtiones publicas induxit, ſed priorum aliquas repetiit, auxit, & alias adjecit. Ante Syllam enim quatuor tantum fuerunt quæſtiones perpetuæ, *de repetundis, de peculatu, majeſtatis, & de ambitu.* G. Coccejus.

7. PRÆTORES QUATUOR) At refert tantum trium criminum quæſtiones. Quorſum igitur quartus prætor? An omiſſum crimen veneficii? nam crimen injuriarum omiſſum dici non poteſt quod nuſquam jure noſtro inter publica judicia refertur. De cæteris quoque quæ ſequuntur & de aucto prætorum numero à Julio & Auguſto, res non eſt ſatis liquida. Conſulatur Lipſius *in lib. 1. Annal. Taciti.* A. Vinn.

Sufficere tres expreſſæ quæſtiones, *de falſo, de parricidio, de Sicariis* poſſunt aliis prioribus additę, quum non ſit certum conſectarium à numero prætorum conſtitutorum, ad numerum quęſtionum, nam & plures quæſtiones uni datas, & de Sicariis quæſtionem in duos quęſtores diviſam conſtat. *G. Coccejus.*

8. QUATUOR ADJECIT) prioribus ſc. illis quatuor provincialibus, ita ut octo eſſent, quorum duo ab eo tantum noviter ad ſex priores fuerint adjecti. Ut ex Cicerone, *pro Milone in piſonem, pro ſextio*, & poſt reditum in Senatu patet. Quibus adde duos priores ordinarios Urbanum & Peregrinum, ſic ut ſimul decem fuerint. S. L.

JULIUS CÆSAR DUOS PRÆTORES) Decem prætores, ut pluribus gratiam referre poſſet, *C. Iulium Cæſarem* feciſſe, teſtis eſt Dion. *lib. 42.* G. Coccejus.

Quibus itidem adde Urbanum & Peregrinum, ut ſimul una duodecim numero ſint, ut poſt eos author ſupputat. S. L.

FRUMENTO) explorando, probando, dividendo, *A. Vinn.*

9. CEREALES) homines Plebæi unde & in antiquis inſcriptionibus vocantur *ædiles, plebei, Cereales.* Eodem modo *Cereales* dicti ſunt qui ſpecie frumenti evehendi aut invehendi explorant quid agatur in provinciis, ut ad principem deferant, qui & *frumentarii* Capitolino, Spartiano, & victori: tandem his ſimiles fuerunt, qui dicuntur *Agentes in rebus*, ſive *Magiſtriani*, aut *Veredarii.* Cujac.

10. DUODECIM) Hujus numeri ratio certa *Dionis* nulla conſtat, qui ſub *Iulio Cæſare* XVI. Prætores conſtituit, ſub *Tiberio* XV. Sub *Auguſto*, modo XVI. modo XII. modo XIV. *Vell. Paterc.* finitis bellis civili-

bus octo prætoribus duos tantum, & *Corn. Tacit. 1. & 2. Annal.* quatuor allectos ſcribit, ut XII. eſſent. Certiorem hujus rei rationem penes juriſconſultos fuiſſe veroſimilius eſt, qui, ut arbitror, quum apud hos principes certus creandorum prætorum numerus non eſſet, eum potiſſimum quem referrent elegerunt, qui frequentior aut major erat. *Cujac.*

Divus Claudius) Nihil hic author de *Tiberio*, cujus tamen Temporibus modo auctum modo minutum fuiſſe numerum, ad XV. & XVI. & multis deinceps annis modo uno aut duobus plures, paucioreſve prætores fuiſſe refert Dion. *lib. 58.* G. Coccejus.

11. De fideicommisso) Unius tantum meminit Juſtinianus *§. 1. inſtit. de fideicommiſſ.* Et de Claudio hoc tantum refert Sueton. *cap. 23.* quod juriſdictionem hanc quotannis in urbe delegari Magiſtratibus ſolitam, in perpetuum demandaverit. Sed initio fuiſſe duos ex hoc Pomponii loco colligitur, dum unum ex his à Tito detractum ſcribit. *A. Vinn.*

12. Jus dicerent) qui ſcilicet pronunciarent de fideicommiſſis, & pronunciatum exequerentur, judices qui tantum pronunciationem, non executionem habent, jus non dicunt, ut *Centumviri*, & *Pedanei*. qui etiam executionem ſuarum ſententiarum habent proprie jus dicunt. Ad prætores, vel eum qui ex his ſolus permanſit multæ pertinent leges, ut *l. 92. ff. de cond. & demonſtrat. l. 35. in fi. ff. de auro & arg. legat. l. 2. Cod. qui pot. in pign.* Cujac.

Ex Quintiliani *lib. 5. cap. 6.* ubi ait, non debes apud prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud conſules, major enim prætoria cognitione ſumma eſt, colligitur fideicommiſſorum juriſdictionem partitam fuiſſe inter præt rem ad certam ſummam jus dicentem, & Conſules, ad quos majoris fideicommiſſi cognitio pertinuerit. Hinc explicandum quidam putant, quod de duobus prætoribus fideicommiſſariis loquatur author, conſulum ſcilicet, alterum etiam prætorem fideicommiſſarium fuiſſe, idque nomen geſſiſſe. *G. Coccejus.*

Unum d. Titus detraxit, adjecit d. Nerva) hoc ſingulare eſt, nec habet alium authorem. Conſtat autem eo munere in provinciis Procuratores Cæſaris functos. Omiſit Pomponius tutorem tutelarem. *§. 3. Inſt. de Attil. Tutore* Capitol. *c. 4.* & alium cui de liberalibus juriſdictio eſſet. *Ex Cujacio.* A. Vinn.

De Præfecto urbi. De Præfecto annonæ. De præfecto vigilum.

§. 33. Et hæc omnia quoties in republica ſunt magiſtratus, obſervantur: quoties autem proficiſcuntur, unus relinquitur, qui jus dicat: is vocatur *Præfectus urbi*: qui præfectus olim conſtituebatur, poſtea fere Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſervatur: nam *præfectus annonæ & vigilum*, non ſunt magiſtratus, ſed extra ordinem utilitatis cauſa, conſtituti ſunt, & tamen hos qui,

quos Ciſtiberes diximus poſtea ædiles ſenatuſconſulto creabantur.

§. 34. ERGO

1. *Præfectus Urbi ad tempus conſtitutum, ejuſque officium.*
2. *Feriæ Latinæ quæ fuerint.*
3. *Præfectus annonæ.*
4. *Præfectus Vigilum quis, ejuſque officium.*
5. *Præfectus Annonæ, & præfectus Vigilum, an ſint legitimi magiſtratus.*

1. PRÆFECTUS URBI) Hic Magiſtratus olim pro Regibus aut Magiſtratibus juri dicundo conſtituebatur, ad tempus illis urbe præfectis, ad bellum vel ad provincias ſuas; Poſt cæpit conſtitui ad paucos dies tantum quoad ſolenne ſacrum feriarum Latinarum rite peractum eſſet. Quod Varro numerat inter annales ferias *lib. 5. de ling.* & Macrob. *lib. 1. Saturn.* primum Auguſtus Præfecturum Urbanam perpetuam fecit, teſte Tacit. *6. Annal.* Auxit deinde poteſtatem hujus magiſtratus divus Severus, dataque Præfecto Cognitio de omnibus criminibus non tantum in Urbe, ſed etiam in Italia uſque ad centeſimum ab urbe Lapidem *l. 1. ff. de offic. Præfect. Urb.* ex cujac. *A. Vinn.*

2. FERIARUM LATINARUM) Feriæ hæ in memoriam antiquiſſimi fœderis cum Latinis icti celebrabantur a torquinio ſuperbo inſtitutæ. Dioniſ. *lib. 4.* feriæ hæ conceptivæ erant unius primum diei, poſt exactum Tarquinium, earundem authorem, diem alterum populus addidit; poſt conciliatam plebem ex prima ſeceſſione tertius adjunctus eſt Dioniſ. *lib. 6.* Deinde quartus dies acceſſit, poſt rem de conſulatu plebi communicando compoſitam, autore *lib. 6. in fin.* & Plutarch. *in Camillo.* Conſulis paludati nunquam ferias Latinas indixiſſent, eiſque in Monte Albano una cum Latinorum Magiſtratibus operam dediſſent. Liv. *lib. 21. cap. 63.* Dio *lib. 46.* Ad peragendum hoc ſolenne ſacrum omnes Roma Magiſtratus exibant etiam tribuni plebis, quibus alias ne per noctare quidem extra urbem fas erat, Dioniſ. *lib. 8.* G. Coccejus.

Latinæ feriæ dicebantur quo quotannis in Albano Monte a quinquaginta Latinis civitatibus Romaniſque Magiſtratibus quatriduano ſacrificio jovi latiali celebrabantur, Unde Sacrificium latiar vel latiare dictum; in eoque Latini a Romanis Carnem petebant Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 16.* Dicuntur conceptivæ feriæ quæ quotannis a Magiſtratibus vel Sacerdotibus concipiuntur in dies certos, vel incertos, ut ſunt *Latinæ Sementinæ* Hottomann.

3. PRÆFECTUS ANNONÆ) Annona eſt quicquid ad alimoniam ſive ad victum pertinet *lib. 6. ff. de Extr. Criminib. l. unic. Cod. de Annon.* Præfectus Annonæ dicebatur qui utilitatis publicæ cauſa extra ordinem annonæ præficiebatur, in hanc curam, ne plebs annonæ inopia & caritate laboret ubique panis copia eſſet, iſque pondere juſto ac debita bonitate veniret & ut querulos de annona audiret *l. 13. ff. de Accuſat. Vid. Liv. lib. 4. cap. 11.* G. Coccejus.

4. ET VIGILUM) Præfectus Vigilum inſtitutus eſt ab Auguſto teſte Paulo *l. 1. in. fin l. 3. l. 3. ff. de offic. Præfect. Vigil.* Hic quum ſeptem Cohortes opportunis locis conſtituiſſet, ut binas regiones urbis unaquaque Cohors tueretur. Præpoſuit eis Tribunos & ſuper omnes, ſpectabilem virum, qui præfectus Vigilum appellaretur. Is cognoſcebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptori-

toribus, receptatoriis: niſi ſi qua tam atrox tamque famoſa perſona ſit, ut præfecto Urbi remittatur. Hic per totam noctem vigilare debebat, & coerrare calciatus cum hamis, & dolabris & curare omnes inquilinos admonendos, ne negligentia aliqua incendii cauſa oriatur, & ut aquam unuſquiſque inquilinus in cænaculo hebeat *d. l. ff. de praf. Vig.* Vid. Dion. *lib. 55. ad ann. V. C. 759.* & Sueton. *in Auguſto. cap. 30.* Hottomann.

5. Non sunt Magisratus) Nempe legitimi & ſtatuti, ſed exigente neceſſitate ad tempus extra ordinem conſtituti poſtea tamen & ipſi facti ſunt Ordinarii *A. Vinn.*

Magiſtratus hic oppo nuntur illis qui extra ordinem jus dicunt, ſic ut Magiſtratus nomen hic ſolis Ordinariis ſeu legitimis coaptetur, quum exercitii ſui ratione æque Magiſtratus ſunt, & juris dicundi poteſtatem habeant, annonæ, & vigilum præfecti. Annonæ enim præfecti, ſi quid ad annonam pertinens commiſſum erat, ipſi cognoſcebant *l. 13. ff. de accuſationibus*, & Vigilum præfectus de effractoribus, furibus, raptoribus receptoribus & cognoſcit, & quia plerumque incendia inhabitantium culpa fiunt, aut fuſtibus eos caſtigat, qui negligentius ignem habuerunt, aut ſevera admonitione Comminatus fuſtium caſtigationem remittit. *l. 3. ff. de offic. præfect. Vig.* S. L.

Cistiberes) Ciſtiberes, eo munere perfuncti creati fuere Ædiles, & ita quinqueviratus iſte de quo ſupra §. 13. gradus erat ad capeſſendam ædilitatem, quum præfecti annonæ & vigilum, eo munere perfuncti privati manerent. *A. Vinn.*

Epilogus.

§. 34. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, conſules duo, decem & octo prætores, ſex ædiles in civitate jura reddebant.

Poſtre-

1. *Cur non omnia Magiſtratuum officia in hoc epilogo enumerentur.*
2. *Ius reddere, & Iuriſdictio quid ſignificent & num. 7.*
3. *Tribuni Plebis ut Romæ Conſtituti & quæ eorum authoritas, remiſſive*
4. *Conſules qui remiſſive.*
5. *Prætores.*
6. *Ædiles*

Ex His omnibus) Concludit author ſecundam hujus tituli partem, quæ de Magiſtratibus eſt, At cur horum duntanxat meminerit, non etiam Regum, Tribunorum celerum, Cenſorum, Dictatorum, eiſque adjunctorum Magiſtrorum equitum, Præfectorum prætorio, Quæſtorum parricidii, decemvirorum, tribunorum militum conſulari poteſtate, Decemvirorum litibus judicandis, Quatuor virorum viis Curandis, Trium virorum monetalium, Triumvirorum Capitalium, Quinque virorum eis & uls Tiberim, Præfecti urbi, Quos tamen omnes, ut Magiſtratus recenſuit. Cujacius has dedit rationes, primo, Quod hi fere ſemper in Republica fuerint, non etiam illi & illorum cura ſubinde vel redierit ad conſules, Tribunos, Prætores, aut Ædiles, vel tranſierit ad alios, nec fuerit illorum in republica ordo, ſerieſque certa atque continua, nec defuncto etiam illo Magiſtratu alium ſuſceperint, exceptis his qui Ciſtiberes dicuntur, quibus quinqueviratus gra-

dum

dum faciebat ad ædilitatemQuam diſtinctionem a Pomponio non omiſſam fuiſſe putat, quod multa ab eo detruncata ſint, ut patet ex decem tribunorum relatione, quam non potuit non habuiſſe ſupra. Deinde referri a Pomponio Urbanos Magiſtratus tantum, quibus annumerat eos qui Provinciis deſtinati, qui etiam in urbe erant: Itemque eos tantum referri qui ante Tiberium in urbe fuerunt, non eos qui ſub aliis Principibus ſubſecuti ſunt: quia originem tantum Magiſtratuum oſteudere Pomponius in animo habuit, ſicut originem legum & progreſſus quoque ad Auguſtum, non eam quæ poſtea in urbe fuit, ordinationem. S. L.

2. Tribuni Plebis) Cur hic Tribuni Plebis inter eos numerentur, qui jura reddebant, quum conſtet eos de poſtulatis civium non cognoviſſe: ſed jus reddere, & juriſdictio in latiori hic ſignificatu ponuntur: Deinde Tribunum Plebis Viatorem, & prehendendi poteſtatem habuiſſe conſtat, & habuit agendi cum populo, rogationiſque autoritatem, habuit intercesſionem, & attemperationem Senatuſconſultorum. Imo & ad tutoris dationem Tribunos Plebis concurriſſe oſtendit *pr. inſtit. Attilian. tutor.* G. Coccejus.

3. Tribuni Plebis, Ut Romæ conſtituti, & quæ illorum authoritas & poteſtas *Vid ſupra ad* §. 20. Quibus adde *Liv. lib.* 2. Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 6. Varr. *lib.* 4. *de ling. latin.* Cicer. 3. *de legib.* A. Gell. *lib.* 13. *cap.* 21. Aſcon. Pædian. *In Orat. Ciceron. pro Cornelio.* S. L.

4 Consules duo) Conſules ut exactis Regibus Romæ conſtituti *vid. ſupra* §. 26. *Novell. juſtin.* 24. & 25. Qualis eorundem authoritas. Cic. *de legibus* 3. Varr. *ling. lat. lib.* 4. Ant. Cont. *lib.* 2. *lect. ſubceſis, cap.* 19. Liv. *lib.* 2. & 3. Polib. *lib.* 6. Hottomann. *de Magiſtratib.* Roman. *verb. Conſules.* S. L.

5. Prætores. Ut plures Romæ conſtituti quorum alii Peregrini, alii Provinciales. *ſupra* §. 27. 28. 32. & *ſeq.* De eorum officio *tit.* 39. *lib.* 1. *Codic.* & *D.* 1. 14 Varr. *lib.* 4. *de ling. lat.* Cic. 3. *de legib.* & Sueton *in Auguſt.* & *Claudio.* S. L.

6. Ædiles) Primo duo ex plebe Conſtituti, qui ædibus præeſſeut §. 21 *ſupra*, qui deinde Curules patribus conceſſi. §. 26. *ſupra eod.* a ſella eburnea curuli qua vehebantur. Quibus jul. Cæſar. duos Cereales, ſive Frumentarios adjecit §. 32. *Supr. Eod.* Vid. Liv. *lib.* 3. & *lib.* 6. Cic. *in Verrem.* & 2. *de officiis.* Sueton. *in Iulio*; Dion. *lib.* 43. *in fi*; Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 9. & Varr. *d. lib.* 4. *de* lingua Latin. S. L.

7. Jura reddebant) Jura reddere ſumitur hic in latiori ſignificaru, pro omni juſdicentis poteſtate, quod ſupra §. 32. de Prætoribus dixerat jus dicere. Non dabant, aut conſtituebant, quod populi ad id a Senatorio Magiſtratu interrogati, & vocati proprium erat. §. 4. *inſtit de jure nat. gent.* Ita A. Gellius. Tribunos plebis præhenſionem, vocationem non habere, notat. *lib.* 13. *cap.* 12. jus dicere & jus reddere eſt juriſdictionem exercere, actiones & judicia dare eaque omnia facere quæ ad officium jus dicentis pertinere ſcribit Ulpian. *lib.* 1. *de juriſdict.* Idem.

De Iuriſconſultis.

§. 35. Iuris civilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt. ſed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt (eorum) in

præſentia mentio habenda eſt: appareat à quibus, & qualibus hæc jura orta, & tradita ſunt. Et quidem in omnibus qui ſcientiam nacti ſunt, ante Tiberium Corurcanium publice profeſſum neminem traditur. cæteri autem ad hunc vel in latenti jus civile retinere cogitabant, ſolemque conſultatoribus [vacare] potius quam diſcere volentibus ſe præſtabant

1 *Profiteri verbum quid ſignificet.*
2 *Tiberius Coruncanius, quis.*
3 *Vel, particula quid ſignificet.*
4 *Conſulens & Conſult. quid differant.*

Juris Civilis scientiam) De Juris Civilis commendat. vid. Ciceron. *lib. 1. de legib. & l. 2. de Offic.* G. Coccejus.

Plurimi et maximi) Hos Cicero Summos & clariſſimos viros, & Principes vocat Cicero *lib. 1. de offic. & alibi.* Idem

1. Professi) Verbum profiteri in jure varias habet ſignificationes, hic de illis qui juris artem profitebantur, & diſcere volentibus interpretes ſe prȩſtabant, intelligēdū. S.L.

2. Tiberius Coruncanius) Cum 3. Valerio Conſulatum geſſit *Anno V. Cond.* 472. primus jus civile docere ac profiteri cæpit Primus ex plebe pontifex legitur in Epitome Liv. *lib. 18.* & ex pontificum commentariis intelligi eum longe plurimum ingenio valuiſſe ſcribit Cic. *in Bruto. & 3. de Oratore* S. L.

Ad hunc) Id eſt uſque ad hunc. *G. Coccejus.*

3. Vel in latenti) Particula (*vel*) varias habet ſignificationes. Hic ponitur, pro etiam ut in *l. 4. in fin princip. ff. de eo quod certo loco. Novell 22 cap. 6. & alibi S. L.*

4. Consultatoribus) Conſulens & conſultator hic inter ſe oppununter, ut conſultaror ſit is qui conſilium petit. Hinc conſultatio Ciceroni in eadem ſignificatione pro quæſtione eſt *lib. 8. ad Attic. Epi. 4.* Sed verbum conſulens magis latine in utramq; partem ſumitur. juxta vulgare: *Conſulo te quid agam, tibi Conſulo quid ſit agendum.* S. L.

Dicere volentibus) Qui ante coruncanium fuerint publice juris ſcientiam non profitebantur, ſed conſultatoribus tantum juris myſteria enunciabant. Poſt eum, quum de jure conſulentibus reſpondebant cæperunt admittere diſcipulos qui audirent, & notarent reſponſa, rationemque tradendi, atque interpretandi juris, atque ita una opera docere diſcipulos, & reſpondere Conſultatoribus ſolebant. *Cic. in Oratore ad Brutum.* Cujacius.

§. 36. Fuit autem in primis peritus Publius Papirius, qui leges regias in unum contulit. Ab hoc Appius Claudius unus ex decemviris, cujus maximum conſilium in XII. tabulis ſcribendis fuit. Poſt hunc Appius Claudius ejuſdem generis maximam ſcientiam habuit. hic Centemmanus appellatus eſt, Appiam

piam viam ſtravit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in Urbe non recipiendo ſententiam tulit: hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditum eſt, primum de uſurpationibus, qui liber non exſtat. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc proceſſiſſe, R. literam invenit: ut pro Valeſiis Valerii eſſent, & pro Fuſiis Furii.

§. 37. Fuit

1 Pub. Papirius.
2 Appius Claudius.
3 Appius Claudius Cæcus, ejusque facta memorabilia, & num. 6, 7.
4 Appia Via.
5 Aqua Cla dia.
6 Pyrrhus Epirotarum Rex.
8 Appii Claudii inſcriptio.

1. PUB. PAPIRIUS) Idem Sextus Papirius nominatur ſupra §. 2. Tarquinio Superbo regnante floruit. Et hic omnes leges à Regibus latas in ordinem redegit & in unum librum collegit, qui jus civile Papirianum poſtea appellatum eſt *d. §. 2. & §. 18. ſupra eod.* Vid. A. Gell. *lib. 6. cap. 9.* Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 1.* S. L.

AB HOC) Id eſt poſt hunc. *G. Coccejus.*

2. APPIUS CLAUDIUS) Hic *Anno Urbis 303.* quo leges XII. tab. conſcriptæ fuerunt, unus ex decemviris erat, de quo etiam *ſupra §. 18. & §. 24.* De quibus, ut exactis Regibus Romæ conſtituti, & quæ eorum fuerit authoritas vide ſupra §. 4. §. 29. & Liv. *lib. 3. decad. 1.* A. Gell. *lib. 17. cap. 21.* & Cujac. *lib. 3. obſ. 32.* S. L.

3. POST HUNC APPIUS CLAUDIUS) fuit prioris illius Abnepos, qui & cæcus dictus eſt. De quo *ſupra §. 7.* Cenſor fuit *Sulpitio, & Sempronio Coſſ. Anno Urbis 449.* Primus actionum formulas ſcripſit, quas deinde *Cnejus Flavius* ſuo nomine populo tradidit. De quo *ſupra §. 3. & §. 18.* Vid. Plin. *lib. 33. cap. 1.* S. L.

CENTEMMANUS) In faſtis *M. Verrii* Cæcus appellatur, & in Appiani Samniticæ hiſtoriæ fragmentis. Frontinus de aquæ ductu, ei primum Craſſo deinde cæco fuiſſe cognomen, non centemmanum, aut centumalo: quod Livius & Verrius, & Eutropius tribuunt fulviis, *Cn. & M.* M. Tullius & Valerius Maximus *Tit. Claudio*, non *Appio.* Cujac.

T. Claudii centumali mentio eſt apud Ciceronem *lib. 2. de officiis.* & Val. Max. *lib. 8. cap. 2.* Si centimanus legendum ſit, & hoc nominis, alicui clandiæ gentis datum ſit, factum id indubie ob expediendi res plures uno quaſi impetu ſolertiam, Uti & Ægæon ille in fabulis, ἑκατόγχειρ: de quo Virg. *lib. 10. Æneid.*

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt.
Centenaſque manus. *G. Coccejus.*

4. APPIAM VIAM STRAVIT) horum meminit Jul. Frontin. *lib. 1. de Aquaductu*, & Cicer. *pro cælio, in catone majore*, & *Philippicarum 1.* S. L.

5. AQUAM CLAUDIAM) iiſdem verbis Eutropius, *aquam claudiam induxit, & viam Appiam ſtravit.* Et Caſſiodorus aquam ipſius nomine nuncupari; ergo Claudiam, & tamen à prænomine frequentius nuncupata reperitur. Alia eſt aqua Claudia, quam Claudius Imperator induxit. *Cujac.*

6. ET DE PYRRHO) Hoc facto *Ap. Claud.* commendat Cic. *in Orat. pro Cælio*, & *in catone majore* Liv. *Epitom.*

lib.

lib. 15. Et hunc ſeveriſſimam de non redimendis Pyrrhi captivis ſententiam dixiſſe refert Ulpian. *l.* 1. §. 5. *in fin. ff. de poſtulando*, Pyrrhus Epirotarum Rex à Tarentinis contra Romanos in auxilium vocatur poſtquam Romanos magna clade affeciſſet, quum Romę novos exercitus conſcribi, omniaque bello inſtaurando parari audiverat, de pace ac fœdere ineundo *Cineam* legatum miſit, qui quum gratuitam captivorum dimiſſionem obtuliſſet, non redimi captivos ex Appii ſententia Senatus reſpondit. *Anno V. Cond.* 472. Vid. *Cic. de Senectute* 1. *Offic. & in Bruto* Plutarch. *in Pyrrho.* 8. Valer. Maxim. *lib.* 12. *Varro de ling. latin. lib.* 6. Liv. *lib.* 22. *cap.* 59. S. L.

- Qui videtur ab hoc) locus corruptus eſt, legendum opinor, *quoniam videtur ab hoc.* Et ab hoc, nempe cęco, non à Craſſino, vel Regillenſi, vel à caudice. Incertum à quo horum, ſed videtur, *inquit*, id potius ab eodem AppioClaudio proceſſiſſe. *Cujac.*

7. R. Litteram invenit) Non quod litteram illam invenerit, ſed quod verba illa Valeſii (& fuſii, & forte in aliis ſimilibus) antiquitus ſcripta, per litteram R. Reſtituenda primum introduxerit. Eodem modo in pandectis florentinis quæ ex Orientali imperio translatę ſupererant ex Greciſmo litteram V. in B. & T. in D. in pluribus mutatas invenimus, quæ poſtmodo ſuo loco reſtitutæ. S. L.

8. De hoc Appio elegans eſt inſcriptio relata ab Onuphrio *ad lib.* 1. *faſtor. ad annum* 467. quam ſe florentiæ ex antiquiſſimo marmore in domo Petri Victorii exſcripſiſſe dicit. Illa talis eſt.

APPIUS CLAUDIUS C.F. CÆCUS CENSOR. COS. BIS DICT. INTERREX. III. PR. II. ÆD. CUR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLURA OPPIDA DE SAMNITIBUS CÆPIT. SABINORUM ET TUSCORUM EXERCITUM FUDIT. PACEM FIERI CUM PYRRHO REGE PROHIBUIT. IN CENSURA VIAM APPIAM STRAVIT. ET AQUAM IN URBEM ADDUXIT. ÆDEM BELIONÆ FECIT. *G. Coccejus.*

§. 37. Fuit poſt eos maximæ ſcientiæ Sempronius, quem populus Romanus ΣΟΦΟΝ appellavit: nec quiſquam ante hunc aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt. Gajus Scipio Naſica, qui optimus à ſenatu appellatus eſt. cui etiam publice domus in ſacra via data eſt, quo facilius conſuli poſſet. Deinde Quintus Mucius, qui ad Carthaginenſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato, utram vellet referret Romam, utramque ſuſtulit, & ait Carthaginienſes petere debere, utram mallent accipere. §. 38. Poſt

1. *P. Sempronius.*
2. *G. Scipio Naſica.*
3. *Sacra Via.*
4. *Q. Mutius.*
5. *Teſſera quid.*

1. P. Sem-

1. P. SEMPRONIUS) Hic cum *P. Sulpitio Saverrione* conſulatum geſſit *Anno V. Cond. 449.* S. L.

AUT POST HUNC) Sed & Attilium, Lęlium, & catonem ſapientes nominatos conſtat: quos latina dictione ſapientes, illum græco nomine Σοφὸν nominatos dixeris. S. L. Attilius appellatus eſt *Sapiens*, non *Sophus*. Inter quas appellationes nominis ſonus differt. Nec Lęlius item vulgo appellatus eſt Sophus, ſed ſapiens. Denique non eadem eſt Sapientis, vel Cati, vel Corculi, & Sophi cognominatio. *Cujac.*

2. GAJUS SCIPIO NASICA) Hic *Publius* ab alio nominatus eſt. De hoc Cic. *in Bruto*. Liv. *lib. 29. cap. 10. 11. 14* & *lib. 36. cap. 40.* cum. *M. Attilio Glabrione* conſul fuit *Anno V. Cond. 562.* nondum adoleſcens Quæſtorius factus, cujus ætas erat *27. annor.* teſte Sigon. *lib. 2. de antiq. jure Civ. Romanor. cap. 2.* Notandum Pomponium hic, ut in reliquis, non ſervare temporis rationem, quod Scipionem Q. Mucio pręponat, qui eo tempore quo legatio iſta, in qua Q. Mucium fuiſſe ſcribit, vix potuit fuiſſe natus. Sed forte poſthabita temporis ratione dignitatis, atque ęſtimationis ordines, & gradus ſervat, ut ante in Magiſtratuum Romanorum enumeratione notatum. S.L.

QUI OPTIMUS) Non tamen *optimo* cognomen ei fuit, ſed *corculi*, quamvis totius Senatus ſacramento *optimus* judicatus ſit. *Cujac.*

3. IN SACRA VIA) Sacra via illa erat, qua Triumphantes in Capitolium ire ſolebant. *G. Coccejus.*

4. Q. MUTIUS) Quis hic fuerit Q. Mucius dubitatur, quum omnes Q. Fabio (qui & Maximus & poſt cunctator dictus) hanc legationem adſcribant. Vid. Liv. *lib. 21. cap. 18.* A. Gell. *lib. 10. cap. 27.* S. L.

Addit, *qui ad Carthaginienſes*, κατὰ διαφωνίαν Scævolæ, & Voluſii. Quid enim alioquin hoc enarrare attinebat? Et vel hoc coarguit in ejus nomine mendum non eſſe. Alii authores pro Mucio Fabium nominant, in eam forte ducti opinionem ex frequenti mentione Q. Fabii in Hiſtoria Carthaginienſi. Diſſentiunt etiam in Hiſtoria. At non mirum ſi à Pomponio: quum nec inter ſe per omnia conſentiant. Plus autem uti rem narrant Carthaginienſibus tribuunt magnanimitatis, & Pomponius noſter minus, cum extremam facit hanc Q. *Mucii vocem Carthaginienſes petere debere*, (quod eſt verbum precarium & optativum juris authoribus) *utram teſſeram accipere mallent*, Romanorum ſcilicet eſſe dare optionem, qui longe majores, & nobiliores eſſent, Carthaginenſium accipere, ut fit inter fratres conſortes: Et ideo narratio Pomponii probabilior eſt. *Cujac.*

MISSUS LEGATUS) In hac propoſita pacis, aut belli electione variant Hiſtorici, de qua vide A. Gell. *d. lib. 10. cap. 27.* polib. *lib. 3.* Liv. *lib. 21. cap. 18.* Flor. *Epitom. 11.* Appian. *1. de bello Hiſpanico.* Fuit hæc legatio ad Carthaginienſes miſſa. *P. Cornelio Scipione, & T. Sempronio longo Coſſ.* Anno V. Condit. 535. S. L.

5. DUÆ TESSERÆ) Teſſerâ militaris erat Symbolum bellicum taleola, vel tabella lata inſcriptum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confuſione diſtraherentur, & ut inter ſe abhoſtibus cognoſcerentur. Fuit & teſſera frumentaria, fruſtilla lignea quadrata, certa inſignita & notata forma, quæ dabatur iis quibus jus erat petendi frumenti publici, certus enim Romę civium numerus erat, quibus frumentum de publico dabatur, ad ejuſmodi teſſerę exhibitionem. Hujus mentio eſt in *l. 52. §. 1. ff. de judic. l. 49. §. 1. ff. de legat. 2.* S. L.

§. 38. Poſt

§. 38. Poſt hos fuit Tiberius Coruncanius ut dixi, qui primus profiteri cœpit: cujus tamen ſcriptum nullum exſtat, ſed reſponſa complura, & memorabilia ejus fuerunt.

Deinde Sextus Ælius, & frater ejus Publius Ælius, & Publius Atilius maximam ſcientiam in profitendo habuerunt: ut duo Ælii etiam conſules fuerint. Atilius autem primus à populo ſapiens appellatus eſt. Sextum Ælium etiam Ennius laudavit, & exſtat illius liber qui inſcribitur Tripertita: qui liber, veluti cunabula juris continet. Tripertita autem dicitur quoniam lege duodecim tabularum præpoſita, jungitur interpretatio, deinde ſubtexitur legis actio. Ejuſdem eſſe tres alii libri referuntur: quos tamen quidam negant ejuſdem eſſe: hos ſectatus ad aliquid eſt (Cato.)

Deinde Marcus Cato princeps Porciæ familiæ, cujus & libri exſtant: ſed plurimi filii ejus, ex quibus cæteri oriuntur.

§. 39. Poſt

1 *Tiberius* Coruncanius.
2 *Sextus Ælius* Catus *& num. 4.*
3 *P. Atilius Sapiens.*
5 *M.* Cato, *& ejus filii, num. 6.*
7 *M. Porcius* Cato. *Unde Regula Catoniana.*

Post hos fuit Tib. Coruncanius) Hic fuit conſul cum *P. Valerio Lævio. Anno V. Cond. 473.* Non fuit ergo poſt Naſicam, ſed multum ante, imo iſtam ad Carthaginienſes legationem plus quam 60. annis præceſſit. *G. Coccejus.*

Eſt hic turbatus ordo temporum: nam iſte coruncanius, & ante naſicam, & ànte primum bellum puni cum vixit. *Bacchov.*

2. Sextus Ælius) Et hi naſica anteriores ſunt, nam *P. Ælius Pætus* cum *Cn. Cornelio Lentulo. Anno V. Cond. 552.* & *Sextus Ælius Pætus Catus*, cum *T. Q. Flaminio* inter Coſſ. fuerunt. Hic propter Juris Civilis ſcientiam, *Catus* appellatus eſt, id eſt *acutus*. Cata enim authore Varrone *lib. 6. de ling. latin.* acuta ſignificat, quo verbo Sabini utebantur. Hinc *Catus Ælius Sextus* non eſt ſapiens, ſed acutus. S. L.

Hunc Ælium Catum, quum Ætholorum legati prandentem in fictilibus vidiſſent, miſſa ab eis vaſa non recepiſſe, neque aliud habuiſſe argenti uſque ad ſupremum diem quam duo poecula quę ſocer ejus *L. Paulus* ob virtutem, devicto Rege Perſeo donaſſet, author eſt Plin. *lib. 33. cap. 11.* Fuit hęc Æliorum familia adeo pauper Romæ licet magnæ authoritatis, ut ſeptem & decem Ælii uno tempore eandem domum habitaverint, unum tantum habentes agrum.

agrum. Vejentanum & locum ſpectandi in circo. Author Val. Maxim. *in cap. de paupertate*, & Plutarch. *in Æmilio*. H. Cagnol.

3. P. Atilius) Apud Ciceron. in Lælio legitur *P. Acilius*, ejus quoque meminit *in Catone* & *lib. 2. de offic.* & *1. de divinat.* Liv. *Epitom. 49.* Et hic naſica prior eſt. S. L.

Sapiens appellatus est) Cicero in Lælio tres ſapientes dictos jungit C. *Lælium*, *M. Catonem*, & *L. Acilium*, de Catone & Acilio, Scimus, inquit, lucium Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem, ſed uterque alio quodam modo. Acilius quia prudens eſſe in Jure Civili putabatur: Cato, quia multarum rerum uſum haberet. *G. Coccej.*

4. Ennius laudavit) His verbis, etiam recitatis à Ciceron. *lib. 1. de Orat.* Idem.

Egregie cordatus homo Catus Ælius.

5. Hos sectatus) hæc continua ſerie legenda fere omnes agnoſcunt: *Hos ſectatus ad aliquid deinde eſt M. Cato princeps* & Cujac. & Bacchov. hic.

Pomponius Lætus, *in cap. de juriſperitis* magis correcte hunc locum refert truncatis ſuperfluis. Dicens, *deinde Cato porciæ familiæ princeps, Tuſculo genitus cujus libri exſtant.* Nam ante eum Catonem qui Porciæ, familia princeps fuit, nullus alius cato præceſſiſſe legitur. *H. Cagnol.*

Exstat illius liber) Exſtabat forte tempore Pomponii hodie non exſtat. In hac tripartita primo l. XII. tab. textus proponebatur, deinde ejus interpretatio, & poſt actio legis, id eſt quomodo lege agi poſſet, ne formulis neglectis à cauſa caderetur. *H. Cagnol.*

Ad aliquid) eſt quadantenus, aliqua ex parte non in univerſum. Ut in *l. 1. ff. de legat. præſt. l. 11. §. 2. ff. de numer. & honorib. l. 112. §. ult. ff. de Verb. obligat.* Cujac.

M. Cato) Qui & priſcus, & ob ſeveriſſime exercitam cenſuram cenſorius appellatus eſt. *G. Coccejus.*

Is ſenior cato primus inter catones fuit, qui Porcius cognominatus, familię ſuæ cognomen reliquit. Ortus municipio Tuſculano. De quo plura *Æmilius probus*: fuit optimus orator, optimus Imperator, & optimus Senator. Plinio teſte *lib. 7. cap. 27.* floruit Romæ *Anno V. Cond. 534.* teſtis Gell. *ad fin. lib. 17.* H. Cagnol.

M. Porcius Cato Juriſconſult. conſul fuit cum *l. Valerio Anno V. Cond. 555.* Juris Civilis peritiſſimus fuit, libros etiam de jure reliquit. Ejus res geſtas Plutarch. *in vitis* exponit & Liv. *lib. 33. & 34.* & maxime *lib. 39.* Hottomann.

Cujus et libri exstant) De hoc eſt etiam teſtis Cic. *lib. 2. de Oratore*, hodie tamen non exſtat. *Idem Cagnol.*

Filii ejus) Hic egregios de Juris Civilis diſciplina deſcriptos libros reliquit, ut eſt apud Gell. *lib. 13. cap. 18.* & docet ibidem Gellius hunc fuiſſe filium majorem M. Catonis cenſorii, Principis porciæ familię. Alter ejus filius *Solonitanus* cognominatus eſt, cujus Nepos fuiſſe ſcribitur *M. Cato Stoicus*, qui, Uticę ſe interfecit, ut ibi per Gellium. Ergo ſi quid Juris Civilis à catonibus extiterit, non à M. Catone uticenſi, ſed à majori filio M. Catonis cenſorii prodiit. De genere & nominibus catonum ac porciæ familiæ ultra Gell. plura ſcribit Plutarch, *in Catone cenſorio, & in catone uticenſi.* H. Cagnol.

7. M. Porcius Cato Juriſconſultus, Marci ſuperioris filius prætor deſignatus patre vivo mortuus eſt. Plurimos in jure civili libros reliquit. Hujus ea creditur fuiſſe *regula*, quæ *catoniana* in noſtris libris appellatur Dig. *lib. 34. tit. 7.* *Ut legatum quod non valeret, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet: quandocunque is decedat, non valeat*: celebratur etiam ejus de dividuis & individuis ſtipulationibus diſputatio *in l. 4. ff. de Verb. obligat.* citatur à Juſtin. *lib. 1. Inſtit. tit. de Adoption.* à Paulo *l. 44.*

Celſus.

ſo'ut. *Matrimon.* ab Ulpiano *l. 10. ff. de AEdilit. edict.* & à Celſo. *l. 18. ff. de Verb. Signific.* Ex Hottomann.. S. L.

Ex Quibus cæteri oriuntur) *Cujacius* hæc ita explicat, ut ex patre & filio cæteri Catones ſive Porcii oriantur, *Hieron. Cagnolius*, ad ſcriptos libros hæc verba refert, ut quæ ab aliis juriſconſultis ſcripta ſunt ortum & radicem ex dictis libris habuerint. Sed *Bacchovius*: Probat Mureti ſententiam: quod hæc verba delenda arbitretur: quoniam abſurdum ſit de liberis & filiis plurimis Catonis id accipi, neque ſatis recte dici videatur, quod libri quos ceteri de jure ſcripſerunt, originem trahant ex libris filii catonis, & utique nihil neceſſe fuerit Pomponium hoc admonere quod gens Porcia fuerit propagata per M. Catonis filium. S. L.

§. 39. Poſt hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundaverunt jus civile. ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres, & exſtant volumina ſcripta, Manilii monumenta. Illi duo conſulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius autem Mucius etiam pontifex maximus.

§. 40. Ab

1 *P. Mutius.*
2 *M. Iunius Brutus.*
3 *M. Manilius.*

1. P. Mutius) P. Mutius Scævola Juriſconſultus conſul cum *L. Calpurnio anno 620.* Et Pontifex Maximus fuit eodem anno quo Tiberius Gracchus interfectus eſt, fuit pater Q. Mutii etiam Pontificis Maximi, de quo infra. Ciceronis præceptor fuit, ut conſtat ex ipſo cicerone *lib. 1. de offic. in lib. de amicitia*, & *de clar. oratorib.* Utriuſque & P. & Q. Mutii mentio eſt in *l. ult. ff. de legationib.* S. L.

2. Et Brutus) M. Junius Brutus Juriſconſultus, vir prætorius fuit. Ejus meminit Cicero *in cluent.* & *lib. Epiſt. famil. 7.* A. Gell. *lib. 18. cap. 7.* S. L.

Pighius ad annum V. Cond. 665. inter Quæſtores provinciales meminit M. Junii, M. F. D. N. Bruti, hunc patrem dicit M. Bruti, qui Cæſarem occiderit, eundemque quem Tullius *lib. de claris oratoribus* laudat occiſum tandem à Cn. Pompejo, captum apud Rhegium, cum prætor Galliam Ciſalpinam obtinuiſſet. *G. Coccejus.*

3. Manilius) M. Manilius juris conſultus conſul fuit cum *L. Marcio Cenſorino. Anno V. Cond. 604.* Manilii Mentio eſt apud Ciceron. 3. *de Orat.* A. Gell. *lib. 18. cap. 7.* & Varr. *de re ruſtic.* Plin. *lib. 10. cap. 2.* S. L.

Fundaverunt) forte quia magis certa methodo docuerunt, & certiora principia, & fundamenta iſtius diſcipline tradiderunt. *Bacchov.*

Brutus septem) Ex his tantum tres veros Bruti libros fuiſſe teſtatur Cic. 2. *de Orat.* S. L.

Illi duo Consulares) Zaſius hæc verba refert ad Brutum, & Manilium, contra textum ſubiicientem, (*Brutus Prætorius.*) Neque linguæ elegantia patitur, ut ad Manilium & Mucium referantur cujus relativi vis eſt ad remotiora referri. Unde

Unde depravatum hunc textum rectius legi voluit Hieronimus Cognolius hic, expuncto verbo (*illi.*) Aliter hunc locum refert Pomponius Lætus, de Magiſtratibus Roman. cap. De juriſperitis. *Ex his*, niquit *mucius Conſularis fuit & decem libros reliquit: Brutus Prætorius ſeptem, Manilius conſularis & pontifex Maximus, tres.* S. L.

§. 40. Ab his profecti ſunt Publius Rutilius Rufus, qui qui Romæ conſul & Aſiæ proconſul fuit. *Paulus Verginius*, & *Quintus Tubero* ille Stoicus Panſæ auditor, qui & ipſe conſul. etiam *Sextus Pompejus* Gnæi Pompeji patruus fuit eodem tempore: & *Cælius Antipater*, qui hiſtorias conſcripſit: ſed plus eloquentiæ, quam ſcientiæ juris operam dedit. etiam *Lucius Craſſus* frater Publii Mucii, qui Mucianus dictus eſt. hunc Cicero ait Iuriſconſultorum diſertiſſimum.

§. 41. Poſt

1. P. Rutilius Rufus.
2. Paulus Verginius.
3. Q. Ælius Tubero.
4. Sext. Pompeius.
5. Cælius Antipater.
6. Lucius Craſſus.

AB HIS PROFECTI) Sic M. Tull 1. & 2. de inventione. *Ab Ariſtotele* & *Theophraſto profecti.* & 1. de divinat. *Zeno & hi qui ab eo ſunt profecti.* & 3. de legib. *Heraclides ponticus profectus a Platone* Unde & in extremo extremi Tuſcul. ita legendum: *quid tandem a Socrate & Platone profectis Philoſophis.* Cujac.

1. P. RUTILIUS RUFUS) Conſul fuit cum C. *Manilio* Anno *V. Cond. 648*. M. Manilii diſcipulus memoratur ejus injuſta damnatio, quod cum ambitus a Scauro accuſatus eſſet, noluerit ſuam cauſam ornatius dici, quam ſimplex veritatis ratio poſtularet. Cicer. *1. ad Brutum 3. de natura deor 2. de finib. 4. Tuſculan 2. de Officiis* Val. max. *lib.* 2. Mentio hujus Rutilii eſt in *l. 10. §. 3. ff. de Uſu & habit. l. 1. §. 1. ff. de arbor. cædend l. 3. §. 9. ff. de penu. leg. l. 4. ff. de captiv. & poſtlim l. ult. ff. de legationib.* S. L.

ASIÆ PROCONSUL) Voce proconſulis improprie uſurpata. Nam Publium Rutilium legatum Conſulis in Aſia fuiſſe ſcribit Liv. *Epitom lib. 70.* Bacchov.

2. PAULUS VERGINIUS) Pro Verginio reponendum *Scaurus Vigellius*, putat Hottomannus. Quod Paulus Æmiliorum cognomen ſit, & nemo alius hoc modo ſcribatur. Cum Cicero *in Bruto* Scaurum Rutilio adjungat Panætii diſcipulum & convictorem in *3. de Oratore* appellet, Cujus panetii auditores Pomponius hoc loco enumerat. S. L.

3. QUINTUS TUBERO) Q. Ælius Tubero fuit Q. Ælii pæti Tuberonis ex P. Africani ſorore filius, qui erat S. Ælii Pæti, de quo *ſupra §. 38.* ex fratre P. Ælio nepos fuit & l. Æmilii Pauli, Patris P. Cornelii Scipionis ex filia nepos ſub Conſulatu *Serv. Fulvii Flacci & Q. Calpurnii Anno V. Cond 628.* Quæſtor in Hiſpania Citeriori. Teſte Pigio ad

ann. 618. qui eum P. Tuberonem vocat. quomodo & a Cicerone vocatur *lib. 2. de Orator.* qui tamen alius non eſt. *G. Coccejus.*

Pansæ auditor] Rectius alii legunt, *Panætii*, quia Pau'a longo annorum intervallo fuit poſt hunc C. Tuberonem ad differentiam alterius Tuberonis, de quo infra. Cuo enim tempore P. Rutilius Panætium audivit etiam noſter Tubero Stoicæ Philoſophiæ operam dedit, ut veriſimile ſit utroſque eodem præceptore uſos, nam & avunculus Scipio Africanus Panætio operam dediſſe legitur. *Hieron. Cagnol.*

Cui et ibse Consul] Inter Conſſ. ejus nuſquam fit mentio Qúod & Muretus, & poſt eum Bacchovius & alli notarunt. S. L

4. Sextus Pompejus] Hic ut Cicero *in Bruto*, ait, præſtantiſſimum ingenium Contulit ad ſummam JurisC ivillis & perfectam Geometriæ & rerum Stoicarum ſcientiam. Hunc eundem 3. *De Orat*, Sto- *lib.* 1. eruditum hominem in Philoſophia. *Hottomann.*

5. Cælius Antipater] Hujus Meminit Cic. *In Bruto*, *De Oratore* 2. *&* *de legib.* 1. Plin. *lib.* 2. *cap* 69. S. L.

6. Lucius Crassus] Recte muretum & Cujacium notaſſe ſcribit Bacchovius, hic in prænomine erratum, & eum Publium Craſſum fuiſſe. Fuit hic Licinius Craſſus mutianus P Mutii fiilius & P. Mutii Scævole frater Germanus a P. Licinio Craſſo adoptatus. Cum *L. Valerio* conſul fuit *Anno V. Cond* 622. Vid. Cicer. *In Bruto*, *&* 1. *de Orator.* A. Gell. *lib* 1. *cap.* 15. S. L.

Hunc Cicero] Cujacius hæc verba trajecta putat, & poſt verbum (*redigendo*) in §. *ſeq.* ponenda, ſic ut C. *Mutio* adſcribantur. Hottomanus vero perſonarum confuſionem putat, & male a Pomponio ſcribi, hunc a Cicerone juriſconſultorum diſertiſſimum dici: quum is de L. Craſſo M. Antonii æquali (qui anno *V. Cond.* 658. cum, *Q. Mutio Scævola* P. Mucii filio de quo in § *ſeq.* conſul fuit) loquatur in bruto, his verbis: *Ut eloquentium juriſperitiſſimus* Craſ*ſus juriſperitorum eloquentiſſimus Scævola putaretur*, meminit Vellej. *lib.* 2. Cicer. in C*atone*. *Ad Atticum lib.* 5. *Philippicar.* 11. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 6. Epitome Liv. *lib.* 59 Strabo *lib.* 13. Eutrop. *lib.* 4. Flor. *lib.* 2. *cap.* 22. S. L.

§. 41. Poſt hos *Qintus Mucius* Publii filius pontifex maximus, jus civile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

§. 42. Mutii

1. *Quintus Mucius.* 2. *Scævola cognomen unde.*

Quintus Mucius] Quintus Mutius Scævola Pub. filius, pontifex maximus, hic ille quem Cic. *d. loco* cum Licinio Craſſo compoſuit, cum quo *Anno V. Cond.* 658. una conſulatum geſſit, alius ab illo quem Hottomannus in ſuo judice hujus loco retulit, qui *Anno V. Cond.* 636. cum *L. Cæcilio Metello* conſul fuit, quem Cicero *in Lælio* primo augurem deinde ædilem cum L. Craſſo fuiſſe ſcribit, Utrumque, ſed hunc præcipuum præceptorem agnoſcit ibid. ſub initio. *Mortuo* inquit *Q. Mucio Scævola Augure me ad pontificem Scævolam* Contuli, *quem unum noſtræ ætatis & ingenio & induſtria audeo præſtantiſſimum dicere* Appianus *lib.* 1. eum Caj. Marii juſſu cum Domicio in Senatu interfectum ambo-

rum-

rumque Corpora in Tiberim projecta memorat. Itemque Lucanus *lib. 2.* vellejus paterc. *lib. 2* Flor. *lib. 3. cap. 23*, Valer. Max. *lib 8. & lib. 9.* Cic. *de Natur. de orum* 3. S. L.

2. Scævole autem Cognomen, teſte plinio *de Viris Illuſtrib. cap. 13.* hi Murii accepere ab illo C. Mucio adoleſcente qui purpuratum pro rege Por'ena deceptus occidit. Cui poteſtea Scævolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum. Ut ex Liv. 2. ab Urbe Cond. Colligitur. *Hier. Cagnol.*

JUS CIVILE PRIMUS CONSTITUIT] Id eſt in quandam artis formam redegit. *G Coccejus.*

GENERATIM] Id eſt particulatim, & diſtincte ſecundum genera ſingulorum, primus tradidit, & meliori ordine quam alii, contexuit. Facit mantuani dictum:

Quare agite o proprios generatim
Agricolæ, diſcite cultus.

Qui enim ante eum ſcripſiſſent non generales doctrinas contractavere, ſed ut quiſque ad caſum propoſitum reſponderat, talia reſponſa in libros colligebant *Hieron. Cagnol.*

§. 42. Mucii auditores fuerunt complures: ſed præcipuæ auctoritatis *Aquilius Gallus*, *Balbus Lucilius*, *Sextus Papirius*, *Gajus Iuventius*. Ex quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuiſſe Servius dicit, omnes tamen hi à Servio Sulpitio nominantur: alioquin per ſe eorum ſcripta non talia extant, ut ea ad omnes adpetant. denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum. Sed Servius libros ſuos complevit, pro cujus ſcriptura ipſorum quoque memoria habetur.

§. 43. Ser-

1 *Cicero Mutii auditor.*
2 *Aquilius Gallus.*
3 *Lucilius Balbus.*
4 *Sext. Papyrius.*
5 *C. Iuventius.*
6 *Servii Sulpicii Commendatio.*

1. MUCII AUDITORES] Plures fuere hujus Muciiauditores, quam Pomponius hic enumerat. Ipſum enim Ciceronem omittit, qui pariter ex Mucii diſcipulis fuit, ut ipſe teſtatur *initio Lælii*. S. L.

AQUILIUS GALLUS] C Aquilius Gallus Ciceronis in prætura collega fuit *C. Calpurnio Piſone*, & *M. Acilio Glabrione* Coſſ. *Anno V. Cond. 686.* de ambitu quæſtionem exercuit, teſte Cicer. *In Topic.* & *in orat. pro Cluent.* Crebra ejus mentio apud Ciceron. Ut *in Bruto, & 3. de Orat. pro cacinna.* Meminit quoque Gell. *lib. 15, cap. 28.* Quod Cicerone orante ipſe judex præſedit. Fuit præceptor Servii Sulpicii, ut infra liquet. Omnium conſenſu Romæ domum pulcherrimam habuit in Quirinali colle teſte Plinio *lib. 17. cap. 1.* Inventor eſt Aquilianæ ſtipulationis de qua in *l. 18. §. 1 ff. de acceptilat.* ejuſdem ſententiæ in materia Inſtitutionis poſthumorum celebris eſt memoria in famigerata illa *l. Gallus 29. ff. de lib. & poſthum.* Et ab eo eſt formula de dolo malo de qua Cic. 3. *de nat. deorum & 3. de officiis.* Is

eſt de quo Cicero in Topicis memoriæ prodidit. *Si quis ad eum quid tale retulerat, ut de facto quæreretur,, ad Ciceronem inquibat:* ſignificans Juriſconſultos non de facto, ſed de Jure conſuli oportere. Quæ Ulpiani ſententia eſt in *l. 79. §. 1. ff. de judic.* S. L.

3. LUCILIUS BALBUS] Cic. *in Bruto* eum Servii Sulpicii cum C. Aquilio in jure præceptorem vocat, doctum & eruditum appellat, & tum in agendo tum in reſpondendo conſiderata tarditate præditum. Meminit idem *lib. ad Atticum 8.* Quincti Balbi, de quo in libro de Natura Deorum ut videtur frater *Hottoman.*

4. S. PAPYRIUS] Fuit ex deſcendentibus illius Sexti Papyrii qui fuit illis temporibus quibus Superbus demarati Corinthii nepos, de quo *ſupra §. 2.* Zaſ. legit, non *S. Papyr.* ſed *Luc. Pap.* quia illud prænomen L. Papyriis peculiare. Sed Pompon. lætus, *de Magiſtrat. Roman. cap. 4. de Juriſperit.* non aliter quam Pomponius legit. Fuit Papyriorum prænomen etiam *Sext.* Ut patet ex *§. 2. h. leg.* Ubi legitur *S. Papyr*, qui etiam vocabatur *P. Papyr.* H. Cagnol.

5. C. JUVENTIUS) Coraſius ex Ciceron. *in Bruto* eum T. Juventium nominat, ſed quem alium fuiſſe ex temporis ratione, qua multis poſt hanc Servii Juventutem annis numeratur, volunt Muretus & Hottomannus. Et hujus nulla mentio eſt apud Pomponium Lætum *de Magiſtratib. Roman. cap. de Juriſperitu.* S. L.

6. A SERVIO SULPICIO) Sic præceptorum memoria per diſcipulos conſervatur, quemadmodum per Ciceronem *in Orat.* multorum præceptorum ſuorum habetur memoria, quos omnes fama recondidiſſet, & vetuſtas obliteraſſet, niſi diſcipuli gratiſſimi monumenta, illorum nomina perire non ſinerent. *H. Cagnol.*

PRO CUJUS SCRIPTURA) legendum, *ex cujus ſcriptura* ſive, *per ejus ſcripta.* G. Coccejus.

§. 43. Servius cum in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt Marcum Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Quintum Mucium de re amici ſui perveniſſe: cumque eum ſibi reſpondiſſe de jure Servius parum intellexiſſet, iterum Quintum interrogaſſe, & à Quinto Mucio, reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe; & ita obſurgatum eſſe à Q. Mucio. namque eum dixiſſe, *turpe eſſe patricio, & nobili, & cauſas oranti, jus in quo verſaretur, ignorare.* ea velut contumelia Servius tractatus operam dedit juri civili, & plurimum eos, de quibus locuti ſumus, audiit: inſtitutus à Balbo Lucilio, inſtructus autem maxime à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures ejus exſtant Cercinæ confecti. Hic cum in legatione periſſet, ſtatuam ei populus Romanus pro Roſtris poſuit, & hodieque exſtat pro Roſtris Auguſti. Hujus volumina complura exſtant:

ſtant: reliquit autem prope centum & octoginta libros.

§. 44. Ab

1 *Servius Sulpicius Conſul.*
2 *Ejus à Q. Mutio reprahen o.*
3 *Cercina Inſula, & cecinna oppidum.*
4 *Roſtra.*

1 SERVIUS] Servius Sulpicius Conſul fuit cum *M. Marcello Anno V. Cond. 702.* Cic. *in Bruto* eum ſcribit eloquentiæ tantum aſſumpſiſſe, ut jus civile facile tueri poſſet, nec facile, inquit, quem dixerim plus ſtudii, quam illum & ad dicendum & ad omnes bonarum artium diſciplinas adhibuiſſe. Idem *in Orat. pro Murena* oſtendit Sulpitium quæſturam, præturamque geſſiſſe, quæſtionemque peculatus ei in prætura obtigiſſe. Aſcon. *in arg. Milonianæ* ſcribit eum *Anno 701.* V. Kalend. Mart. Menſe intercalario interregem factum, ut Cneum Pompejum ſolum conſulem crearet: anno vero inſequenti ipſe cum M. Marcello conſul factus, eumque oppreſſa à Jul. Cæſare civitate Athenas ſe contuliſſet, tandemque ab illo reſtitutus, Græciæque præfectus fuiſſet, Romam reverſus eſt, legatuſque à Senatu, ad M. Antonium Triumvirum qui Mutinæ D. Brutum obſidebat, miſſus: ut eum à perditis conſiliis ad ſanitatemque pacemque revocaret. Qua in legatione interiit de qua Cicero *Philippic. 9.* meminit idem. *Epiſt. fam. 7. ad Atticum 5.* A. Gell. *lib. 2. cap. 10. & lib. 6. cap. 12.* Hottomann.

PRO CERTO] *Saltem*, legendum voluit Budæus. Pomponius Lætus tamen omiſſis verbis iſtis dicit: Servium in cauſis orandis primum locum poſt M Ciceronem obtinuiſſe *H. Cagnol.*

2. TRADITUR AD CONSULENDUM Q. MUTIUM] Nulla apud antiquiores hujus repræhenſionis mentio eſt, quam breviuſcule repetit Pomponius lætus. De Magiſtrat. Roman. *cap. de juriſperitis*, Reprehenſus inquit à C. Mutio, quod jus non intelligeret, juri operam dedit ſub Lucilio Balbo, & Aquilio Gallo. Hinc collige in judice juris ſcientiam requiri. S. L.

SIBI RESPONDISSE) Budæus & Zaſius legunt, *Reſpondentem*, poſſet etiam legi *reſpondiſſet* ſed expuncto verbo, *eum.* H. Cagnol.

JUS IN QUO VERSARETUR] Idem *Cic. de oratore hi peregrinari in aliena civitate, non in ſua Magiſtratum gerere videntur.* Adde *Cic. pro Q. Rabirio. circa fin. l. 2. ff. de juris & facti ignorantia* Quintil. *lib. 12. cap. 3. Nov. Leonis 17.* D. Gothofred.

SERVIUS TRACTATUS] Ita in florentino. Muretus in Vaticano legi, *tactus*, teſtatur, quod utique melius eſt. *G. Coccejus.*

INSTITUTUS A BALBO] Ita reſtituit textum, Hieronim. Cagnolius: *Inſtructus autem maxime à Luc. Balbo & Gallo Aquilio.* S. L.

CERCINÆ] Bis dicit cercinæ. Nihil mutari volo. Servius Sulpicius fuit Athenis, fuit Rhodi, fuiſſe etiam Cercinæ, inſula Siciliæ vicina ex eo coarguit, quod libri ejus complures exſtent cercinæ confecti *Cuja.*

3. Coraſius emendat, Cecinæ Cercina inſula eſt maris mediterranei prope Africam in quam C. Marius Roma profugus cum filio ex aula Regis Mumidiæ Hiempſalis profugo, navi piſcatoria ſubvectus ſe recepiſſe refertur à Plutarch. *in Mario.* Cecina autem eſt hetruriæ oppidum à Cecinna fluvio, qui muros alluit, appellatum. Cujus meminit Plin. *lib. 3. cap. 5.* Mela *lib. 2* Raphael Volaterran. *l. 5. Geograph.* Muretus Coraſii emendationem probat. *G. Coccejus.*

CUM IN LEGATIONE PERIISSET] De ejus in legatione interitu dictum ſupra in verb *Servius*. S. L.

STATUAM EI POPULUS] Hanc ei ponendam negavit *P.* Servilius, qui honorem ſtatuæ nemini tribuendum cenſuit, niſi qui in legatione interfectus eſſet. Cicero cauſas mortis non genus quærendum. Et quod in hanc legationem miſſus fuerit, excuſatione valetudinis non admiſſa, hoc honore mortuo, quam vivo injuriam fecerint, ſarciendam impetravit *Philip. 9.* G. Coccejus.

4. PRO ROSTRIS AUGUSTI] De Roſtris *ſupra ad §. 4.* Exiſtimat corraſius poſtquam *P*ub. Clodii à Milone interempti cadavere illato, & ſtructis Pyris cremato, curia hoſtilia cum vicinis quibuſdam ædificiis conflagraſſet, roſtra in illum locum una cum ſtatius tranſlata fuiſſe. Ubi Auguſtus poſtea forum cum æde martis ultoris conſtituerit, forumque & templum & roſtra Auguſti dicta fuiſſe. Tranſlationis Roſtrorum meminit Aſcon. *in Milmian.* Joan. Roſinus duplicia roſtra, nova & vetera fuiſſe rradit. *Antiq. Roman. leb. 6. cap. 5.* G. Coccejus.

§. 44. Ab hoc plurimi profecerunt, fere tamen hi libros conſcripſerunt: *Alfenus*, *Varus*, *Gajus*, *Aulus Ofilius*, *Titus Caſius*, *Aufidius Tucca*, *Aufidius Namuſa*, *Flavius Priſcus*, *Gajus Atejus Pacubius*, *Labeo. Antiſtius* Labeonis Antiſtii pater, *Cinna*, *Publicius Gellius*. Ex his decem, libros octo conſcripſerunt, quorum omnes qui fuerunt, libri digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in centum quadraginta libros.

Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius, ex quibus Varus & conſul fuit: Ofilius in equeſtri ordine perſeveravit. is fuit Cæſari familiariſſimus: & libros de jure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam de legibus Vicenſimę primus conſcribit, de juriſdictione: idem edictum prætoris primus diligenter compoſuit. Nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam breviſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit.

§. 45. Fuit

1 *Alfenus Varus.*
2 *Cajus.*
3 *A. Ofilius.*
4 *l Ca[illegible]us.*
5 *Aufidius Tucca.*
6 *Anfidius Namuſa.*
7 *Flavius Priſcus.*
8 *G. Attejus Paccuvius.*

9 *La-*

9 *Labeo Antiſtius.*
10 *Cinna.*
11 *Publicius Gellius.*
12 *Lex Viceſima.*
13 *Subſcribere.*

PLURIMI PRO FECERUNT] Alii, *proceſſerunt*, alii, *provecti* id eſt in ſtudiis eruditi viri bene aucti, ſecundum Saſium, vel melius legas, *profecti*, qui ab ipſo Sulpitio deſcendere. *H. Cagno.*

FERE TAMEN HI LIBROS] fere, quia poſtea duos ex decem commemoratis excipit, alii volunt hæc verba expungenda eſſe, quaſi ſuperflua, & bis idem poſitum quum poſtea dicat, *ex his decem octo libros ſcripſerunt.* S. L.

1. ALFENUS VARUS] Sutoris filius fuit, & ipſe Cremone Sutrinam exercuit, qua derelicta Romam profectus, Servio Sulpicio operam dedit, adeoque próſecit, ut hujus artis beneficio latum clavum ſumeret, & ad conſularem conſurgeret dignitatem. Conſul fuit cum *P. Vinutio An. no V. Cond. 754.* Hunc Sulpitii diſcipulum & rerum atticarum non incuriosum vocat A. Gell. *lib. 6. cap. 5.* Ejuſque librum Dig eſtorum trigeſimum quartum & collectaneorum ſecundum citat. Eodem pertinet *l. 6. ff. de dote releg.* Sunt qui dicant eum cremonenſem fuiſſe. Alfenum item alterum ab hoc Lampridius inter Alexandri Imperatoris conſiliarios numerat Ulpiani, Pauli, Pomponii & aliorum multorum æqualem. Ex Hottomann. S. L.

2. GAJUS) Quis ille fuerit ignoratur. Is cujus reſponſa & libri in jure citantur fuit inter conſiliarios Alexandri, nec Sulpicii diſcipulus. Alii hoc nomen delendum volunt quod alioquin XI. non X. eſſent. Eum rejiciunt Zaſſ. Corraſius, Cujacius, & poſt eos. H. Cagnolius. Sed hi ſeparant, Cinnam à Labeone Antiſtio, qui aliis uno eodemque nomine cum eo jungitur. S. L.

3. A. OFILIUS] Ejus uxor ea fuiſſe creditur Clodia quam Plinius *lib. 7. cap. 48.* centum & quindecim annos vixiſſe & quindecies enixam eſſe tradit. Meminit etiam Cic. *lib. Epiſt. famil. 7. & 16. ad Atticum 13.* Commemoratur in *l. 55. §. 4. ff. de legat. 3. & l. 234. ff. §. 2. ff. de Verb. ſignificat.* S. L.

4. T. CÆSIUS] Quis ille fuerit ignoratur. Apud Ciceronem Marci & Sexti Cæſii mentio eſt, ſed qui nihil ad hunc. *Hottomann.*

5. AUFIDIUS TUCCA] Zaſius poſt Raph. legit. *Sura*, quem Plinius *lib. 7.* ſcribit offenſo pede in comitio, quum Senatum ingrederetur, interiiſſe. Alius ab eo quem Cic. *in Bruto*, ad ſummam ſenectutem vixiſſe refert, virum bonum, qui non fuit ex Sulpitii auditoribus, ſed Syllæ temporibus ante eum floruit. Meminit etiam Cicero *in Orat. pro Flacco* T. Aufidii Aſiæ prætoris. S. L.

6. AUFIDIUS NAMUSA] Ejus mentio eſt in *l. 5. §. 7. ff. commodati.* & *l. 2. §. 6. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* G. Coccejus.

Pomponius Lætus, Raph. & Zaſ. legunt, *Mamuſa.*

7 FLAVIUS PRISCUS] Neque hic quis fuerit comperitur.

8. G. ATTEJUS PACUVIUS) Pompon. Lætus legit *G. Attejus*, relicto altero nomine. Quis ille fuerit itidem ignoratur.

9. LABEO ANTISTIUS) Hottomannus & alii lexici juridici authores jungunt nomen Cinnæ cum Antiſtio Labeone. Quaſi is & Cinna dictus fuerit, hunc ut videtur textum ſecuti, qui alias non decem ſed undecim haberet Servii Sulpicii auditores. Alii Cinnam ab Antiſtione ſeparant, & Gajum qui hic ſecundo loco eſt expungendum volunt. Quod Cinnæ quidem Claudiorum, Corneliorum & Helviorum: Antiſtiorum vero Labeonis tantum non etiam cinnæ agnomen fuerit. Plures Antiſtios Labeones, & patrem & filium

lium eo nomine fuiſſe conſtat, hic ille, Quem Appian. Alexandrin. *lib. 4. de bell. civ.* ſibi ipſi mortem præbuiſſe ſcribit de quo A. Gell. *lib. 13. cap. 12.* & Tacit. *in extremo 3. Annalium.* Hunc Pompon. lætus *de Magiſtratib. Roman. cap. de juriſperitis* vocat Antiſtium Labeonem primum. Alius ab eo de quo Cicero *in Bruto.* Publii Sulpicii in tribunatu plebis collega. *L. Corn. Sylla & Q. Pompejo Conſſ. Anno V. Cond. 665.* Alius ab eo qui Cn. Pompeji Magni ſocer, *anno V. Condit. 667. C. Mario, & l. 7. Corn Cinna Conſſ.* prætor fuit & quæſtionem peculatus exercuit, & teſte Plutarcho in *vita Pompeji* in bello civili Syllæ & marii, quod à partibus Syllæ ſtaret, à marianis cæſus eſt. Itemque alius ab eo qui C. *Valerio Flacco & M Herennio Conſ. Anno V cond. 660.* Quæſtor Flacci conſſ. fuit in Gallia Ciſalpina teſte Pigh. *in Annalib. ad annum. 660.* S. L.

10. Cinna] Hieron. Cagnol. hæc verba conjungit: *Pater Cinna*, expunctis prioribus, *labeonis Antiſtii*, quaſi illa abundarent, nec *Cinnam* ſed *Cecinam* legendum putat, quia duos Cecinas patrem & filium ex Cicerone *In Orat. & Epiſt.* fuiſſe conſtat. Et quod Seneca in Natural. lib. quæſtionib. ſcribat: *facundus hercle vir Cecina, ſi habuiſſet in eloquentia nomen, & niſi* Cic. *umbra eum præceſſiſſet.* S. L.

11. Publicus Gellius] Alii legunt, *Pub. Cecilius.* Sed eum Trajani Imperatoris tempore multo poſt Suſpitii ætatem vixiſſe probat A. Gell. *lib. 20. cap. 1.* Pompon. Lætus ſcribit. *P. Celſus:* quem poſt Raphael. Zaſius ſequitur. Hottomannus legendum putat, *Publicola Agellius*, pro pomponii & ipſius ætatis conſuetudine, ut ſit *L. Agellius Publicola*, de quo Cic. *in Bruto. non tam vendibilis orator, quam ut neſcires quid illi deeſſet* & Quem Val *Maxim. lib. 5. cap. 9.* omnibus honoribus ad cenſuram uſque functum tradit. Meminit ejuſdem Cic. *lib. 1. de legib.* Conſul fuit cum *Cn. Cornel. Lentulo anno V. Cond. 681* & cenſor fuit cum eodem lentulo *Anno V. Cond. 683.* ſecundum Pigh & Onuphr. S. L.

Omnem partem operis] At fundationem & conſtitutionem juris non longe ſupra aliis tribuit. Poteſt ſane Idem pluribus tribui: & forte Ofilius omnes ſpecies juris divinum & humanum, publicum & privatum explicavit, quod innuit Cujacius hic. *Bacchov.*

12. De legibus vicenſimæ] Intellige hereditatis dandæ fiſco, de quibus in M. Antonio apud Spartian. & Alciat. *lib. 3. ex punct. cap 6.* Variarunt ſæpe hæ exactiunculę, ut jam viceſima, jam decima, aliquando quadrageſima vel centeſima ſtatueretur. De quibus Appian. *lib. 1.* Tacit. *2. & 13.* Plin. *in panegyr.* Hieron. Cagnol.

Diligenter compoſuit] Id eſt in ordinem redegit edictum prætoris, quod poſtea perfecit & abſolvit Julianus, *Bacchov.*

Duos libros] Horum Mentio eſt apud Ulpianum *lib. 28. ad Edictum in l. 5. §. 1. ff. de juſtit act.* G. Coccejus.

13. Subſcriptos] Id eſt elegans loquendi figura ſecundum Zaſium, eſt etiam ſubſcribere, liti ſe obligare Plin. *5. Epiſtol.* & Cicer. *pro frontejo.* Aliquando ſubſcribere ſumitur pro approbare. *H. Cagnol.*

§. 45. Fuit eodem tempore & *Trebatius*, qui idem Cornelii Maximi Auditor: fuit *Aulus Caſcelius*, *Quintus Mucius* Voloſii auditor: denique in illius honorem teſtamento Publium Mucium nepotem

potem

potem ejus reliquit heredem. fuit autem quæſtorius: nec ultra proficere voluit cum illi etiam Auguſtus conſulatum offerret. ex his Trebatius peritior Caſcelio, Caſcelius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur, Ofilius utroque doctior. Caſcelii ſcripta non exſtant niſi unus liber Benedictorum. Trebatii complures, ſed minus frequentatur.

§. 46. Poſt

1. *C. Trebatius.*
2. *Q. Cornelius Maximus.*
3. *A. Caſcelius.*
4. *Q. Voluſius Mutianus*

TREBATIUS) Cajus Trebatius JC. Eques Romanus Ciceroni familiaris, cui ille inſcripſit topica ſua & multæ ejuſdem exſtant Epiſtolæ. Pygh. eum ad ann. 706. inter Tribunos plebis numerat. Scripſit ad eum Horat. *lib. 2. Sermonum.* inter Poëtas enim locum obtinuit, teſte Porphirione, & de religione novem ejus citantur libri a Macrob. *lib. 3. cap. 4.* & aliquot in Jure Civili libros compoſiuit. Codicillorum uſum ut Civibus utiliſſimum & neceſſarium Auguſto ſuaſit. *pr. justit. de Codicillis.* S. L.

2. QUI IDEM CORNELII) Cujacius Goveanus & Muretus legunt Quinti, pro, *qui idem.* Quis ille Q. Cornelius Maximus fuerit, non patet; niſi quod Cornelii mentio ſit apud Ciceronem *lib. 7. Epist. 8. ad Trebatium.* Et Q. Maximus Q. Filius prætor repereatur apud Pygh. *ad ann. V. Cond. 706.* S. L.

3. A. CASCELIUS) Hujus mentio eſt aput Horat. de arte poetica,

—Nec ſcit
Quantum Caſcellius Aulus.
Sed tamen in pretio eſt.

Ceſelium vocat Plinius *lib. 8. cap. 40.* & Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 2.* Urbanitatis laudatur a Macrobio *lib. 2. Saturn. cap. 16.* Et ejus meminit Jabolenus in *l. 39. de Vulg. & pupill.* G. Cocceius.

4. Q. VOLUSIUS *MUTIANUS*) Legendum *Q. Mutii Voluſii auditor.* volunt. Anton. Auguſt. Cujac Coraſius H. Cagnolius *arg. l. Divi fratres 17. ff. de jure patron.* Alii legendum cenſent Q. *Mutii Scævolæ Auditor.* Quod Voluſius non cognomen, ſed nomen familiæ fuerit. Plinius *d. cap. 40.* Volcatium vocat, qui Ceſelium jus civile docuit. Fuit alius voluſius Mutianus Præceptor M. Antonii, Phil. & pariter Antonini pii Conſiliarius, ſed longo intervallo poſt noſtrum Voluſium floruit. S. L.

DENIQUE) Alii *qui deinde.* Ruſſard.

IN ILLIUS) Puta, Quinti Mucii S. L.

IN ILLIUS HONOREM) Ut in *l. 76. 8. pater ff. de leg. 2.* Sempronius filiam ſuam, heredem inſtitutam rogat ut Sempronio nepoti ſuo, in honorem nominus ſui plus tribuat. *Cujac.*

§. 46. Poſt hoc quoque *Tubero* fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius & tranſiit à cauſis agendis ad jus civile: maxime poſtquam

Quintum Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud Gajum Cæſarem. Is eſt Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, in firmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire, quo nomine eum accuſavit, & Cicero defendit. Extat ejus oratio (ſatis) pulcherrima, quæ inſcribitur, *pro Quinto Ligario*. Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt juris publici, & privati: & complures utriuſque operis libros reliquit. ſermone etiam antiquo uſus affectavit ſcribere, & ideo parum libri ejus grati habentur.

§. 47. Poſt

1 Q. Ælius Tubero.
2 Q. Ligarius.
3 Cicero eloquentiæ magis quam Iuri Civili operam dedit.

POST HOC) Alii legunt *Poſt hos* Ruſſard.

TUBERO FUIT) Quintus Ælius Tubero L. Ælii Tuberonis filius, ejus qui cum Paulo *Fabio Maximo* conſul fuit *Anno V. Cond. 742.* meminit Cæſar *lib. 1. de bello Civili &* Cic. 1. *de Orat.* S. L.

2. Q. LIGARIUS) Hic a C. Conſidio proconſule Africæ Provinciæ præfectus quum bello Civili inter pompejum & Cæſarem gliſcente Actius Varus in eam, pulſus a C. Cæſare veniſſet: Tuberonem cui ea Provincia obuenerat, ne africam appelleret prohibuit, quam ob cauſam victo poſtmodum pompejo Q. Tubero eum accuſavit, Cicero defendit. S. L.

INFIRMUM) Infirmum pro ægro ponunt, tu exponas in firmum id eſt in terram: firmus enim ſtabilis & conſtans a ferendo dictus eſt, quod conſtanter omnia ferat, hinc firmamentum ſoliditas, ſtabilimentum *H. Cagnol.*

TUBERONEM) Tuberonem quum dicit patrem intelligit. *Hottomann.*

Quo nomine) Id eſt propter eam cauſam. *H. Cagnol.*

3. CICERO) Cicero Eloquentiæ magis quam juri civili operam dedit, eamque juris ſcientiæ anteponit. *2. officior.* Et hinc forte quod, ut cæteri, jus civile profeſſus non ſit, a Pomponio inter Veteres Juriſconſultos non reſenſetur. Hic quum a juvene Scævolam audierat a cujus latere non deceſſerat, omnes juriſprudentes perlegerat, & in eis ita conſueverat, ut ſicut erat Oratorum Princeps, ita juris civilis ſcientia clarus apud omnes haberetur. Hinc in Oratione pro murena triduo ſe Juriſconſultum futurum, ſi quis ei ſtomachum moveret, dicebat. Ejus anthoritas affertut *in l. 7. §. 4. ff. Quibus ex Cauſ. in poſſeſſ. & l. 39. in pr. ff. de. pœnis.* S. L.

SATIS PULCHERRIMA) Budæus legit, *Sane pulcherrima*, Verum omnes Codices habent *Satis*, Sic & Pomponius lætus refert Tu potes intelligere, ſatis, Id eſt abunde *H. Cagnol.*

SERMONE ETIAM ANTIQUO) Pro *etiam* lege *tamen* Idem *Cagnol.*

Usus) Alii legunt, *verſus*. Ruſſard.

§. 47. Poſt

§. 47. Poſt hunc maximæ auctoritatis fuerunt *Atejus Capito*, qui Ofilium ſecutus eſt, & *Antiſtius Labeo* qui omnes hos audivit: inſtitutus eſt autem à Trebatio. Ex his Atejus conſul fuit. Labeo noluit, cum offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret (&) honorem ſuſcipere, ſed plurimum ſtudiis operam dedit: & totum annum ita diviſerat, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina ex quibus plurima inter manus verſantur.

Hi duo primum veluti diverſas ſectas fecerunt. Nam Atejus Capito in his, quæ ei traditæ fuerant, perſeverabat. Labeo ingenii qualitate & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituit, & ita Atejo Capitoni *Maßurius Sabinus* ſucceſſit, Labeoni *Nerva* adhuc eas diſſenſiones auxerunt. [Hic etiam] Nerva Cæſari familiariſſimus fuit. Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publice primus ſcripſit. Poſteaque hoc cœpit beneficium [dari] à Tiberio Cæſare. Hoc tamen illi conceſſum erat. Et ut obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpondendi jus non à Principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa utique ſignata dabant: ſed plerunque judicibus ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus Divus Auguſtus, ut major juris auctoritas haberetur, conſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo *optimus Princeps Hadrianus*, cum ab eo viri prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis: Hoc non peti ſed præſtari ſolere: & ideo ſi quis fiduciam

ſui

ſui haberet, delectari ſe: populo ad reſpondendum ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet qui in equeſtri ordine jam grandis natu, & fere annorum quinquaginta receptus eſt: huic nec amplæ facultates fuerunt, ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt.

Huic ſucceſſit *Cajus Caſſius Longinus* natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Servii Sulpicii: & ideo proavum ſuum Servium Sulpicium appellat. Hic conſul fuit cum Quartino temporibus Tiberii: ſed plurimum in civitate auctoritatis habuit, eouſque donec eum Cæſar civitate pelleret. expulſus ab eo in Sardiniam, revocatus à Veſpaſiano, diem ſuum obiit.

Nervæ ſucceſſit *Proculus*. Fuit eodem tempore & *Nerva* filius: fuit & alius Longinus ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad præturam uſque pervenit: ſed Proculi auctoritas major fuit. nam etiam plurimum potuit, appellatique ſunt partim Caſſiani, partim Proculejani. quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat. Caſſio *Cælius Sabinus* ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo *Pegaſus*, qui temporibus Veſpaſiani præfectus urbi fuit Cælio Sabino *Priſcus Iavolenus*, Pegaſo *Celſus patri* Celſo Celſus filius; & *Priſcus Neratius*: qui utrique conſules fuerunt. Celſus quidem & iterum: Javoleno Priſco *Aburnus Valens*, & *Tuſcianus*. item *Salvius Iulianus*.

1 *Attejus Capito.*
2 *Antiſtius Labeo.*
3 *Suffecti Conſules.*
4 *Secta à ſecando.*
5 *Maſſurius Sabinus.*
6 *M. Coccejus Nerva.*
7 *Poteſtas publice reſpondendi à quo & quando impetrata.*
8 *Reſponſa prudentum quo tempore cœperint juris ſcripti partibus annumerari.*

9 Caſ-

9 *Caſſius Longinus.*
10 *Quartinus.*
11 *Proculus.*
12 *Nerva filius;*
13 *Longinus ſecundus.*
14 *Cælius Sabinus.*
15 *Pegaſus.*
16 *Priſcus Iavolenus.*
17 *Celſus;*
18 *Neratius.*
19 *Aburnius Valens.*
20 *Tuſcianus.*
21 *Salvius Iulianus.*

1. ATTEJUS CAPITO) Hunc principem in civitate locum ſtudiis civilibus aſſecutum tradit Tacit. *lib. 3. Annal.* circa fin. In eundem Pomponii Grammatici memorabile dictum celebratur apud Sueton. *de Illuſtr. Grammat. cap. 22.* Nam quum Pomponius ex oratione Tiberium repræhendiſſet; affirmante Attejo Capitone, & eſſe illud latinum, & ſi non eſſet futurum: certe jam inde, mentitur, inquit capito. Tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Meminit A. Gellius *lib. 13. cap. 12. lib. 13. cap. 14. & lib. 10. cap. 20.* Macrob. *Saturn. lib. 7. cap. 13.* Dion. *lib. 57.* S. L.

2. ANTISTIUS LABEO) Superioris de quo in *§. 44.* filius. Meminit ejus Tacit. *lib. 3. Annal. circa fin.* A. Gell. *lib. 10. cap. 20. lib. 13. cap. 10. & 12. & lib. 20. cap. 1.* Sueton. *in Auguſto* Citatur in *l. 19. ff. de verb. ſignific. l. 29. ff. l. 38. l. 116. l. 242. §. 4. ff. eod. l. 15. ff. de ſervitut. & alibi.* Alius ab hoc fuit Domitius labeo, qui vixit Adriani temporibus, cujus mentio eſt in *l. 27. ff. qui Teſtam. facere poſſunt.* S. L.

ATTEJUS CONSUL) Conſul fuit *cum C. Vrbio Poſthumo*, non cum *Germanico Cæſare.* Cujac.

LABEO NOLUIT) Homo liber & minime ambitioſus fuit. Idem fecit Aulus Caſſelius de quo ſupra. Idem legimus in Octavio, qui dictaturam, magna vi offerente populo genibus flexis deprecatus eſt. Sueton. *in Octavio.* Et Manlius torquatus conſulatum recuſavit quod diceret, neque ſe vitia populi neque illum ſeveritatem ſuam ſufferre poſſe, teſte. Plinio *de Viru. Illuſtrib. cap. 28.* Et Ulpianum, Scævolam, Papinianum, Martianum, Modeſtinum & cæteros pleroſque juriſprudentes, nolentes & refugientes Magiſtratus & imperia accepiſſe conſtat. *H. Cagnol.*

3. Alii ideo à labeone recuſatum volunt. Quod quum in locum tantum demortui conſulis ſuccederet, id minus honorificum eſſet & ominoſum. Quo faciunt verba textus: *conſulatus, quo ſuffectus fieret.* Illis enim temporibus plurimi conſules uno anno erant, & principes etiam viventibus pro lubitu, ut bene merere de pluribus poſſent alios ſubſtituerunt, qui ſuffecti dicebantur, qui autem in principio anni creabantur, ordinarii vocabantur, & in faſtos referebantur. S. L.

ET HONOREM SUSCIPERE) Particulo *&* ut copulativa abundat, vel pro *&* lege *eum.* G. Coccejus.

QUADRINGENTA VOLUMINA) Ita Florent. Alii rectius legunt quadraginta. A. G. *lib. 13. cap. 10.* quadraginta poſteriorum, id eſt poſt mortem editorum, meminit, Ulpianus *in l. 19. de verb. Signif.* citat labeonis librum, primum prætoris Urbani, & alibi librum trigeſimum prætoris peregrini, javolenus *in l. 115. ff. de verb. ſignificat. libri 4. epitomarum, & l. 16. cum ſeq. ff. eod.* itemque Pompon. in *l. 30. §. 1. ff. de Vſurpat. & Vſucap. lib. 7. & 9. Epiſtolar.* meminit. In indice veter. Juriſconſ. pandectis Juſtiniani præfixo, Labeonis pithanon ſive veriſimilium *lib. 8.* & poſteriorum decem tantum memorantur, quod forte hi tantum ex omnibus ejus libris Juſtiniani, aut eo quo conficeretur prædictus index, tempore ſupereſſent. S. L.

Di

Diverſas sectas) Sectas id eſt factiones, & ſchiſmata. Secta dicitur à ſecando, eo quod ea factio ab aliis ſit reſecta; aut ſeparata. Aliquando ſumitur pro ratione, ut in *§. ult. inſtit. de legat.* ibi: *ſecta meorum temporum non patitur.* & *in l. 2. Cod. ad l. Iul. Majeſtat.* & *l. 2. Cod. de delat.* Græcis dicitur αἵρεσις ab eligendo, ſed quæ vox in malam partem ſumitur pro falſa religione, ac doctrina. Hi ſectatoribus repertis, primi factionum principes in jure exſtiterunt. Secuti deinde ab aliis, ut à Caſſio Longino, Cælio Sabino, proculo, & Pegaſo. Unde eorundem ſectatores Caſſiani, Sabiniani, Proculejani, & Pegaſiani dicti. Quorum frequens in jure mentio fit. Tabellam de hiſce Juriſconſult. ſectis exhibet Ant. Contius *lib. 1. lect. ſubciſ. cap. 12.* S. L.

Labeo ingenii qualitate) Budæus pro *qualitate*, *facilitate*, legendum putat. Muretus recte Budæum judicaſſe ait, locum corruptum eſſe ſed pro qualitate, *acritate*, legi mavult. Coraſius autem bene legi exiſtimat, ingenii qualitate, hoc eſt pro eo quo fuit ingenio. *G. Coccejus.*

Fiducia doctrinæ) Alii, *doctrina fretus*, *quod præ cæteris.* Ruffard.

Qui et cæteris operis) Id eſt, cæteris partibus totius operis ſapientiæ juri ſcilicet publico & privato, divino, & humano, feciali, augurali, Senatorio, Flaminio, & ut ſupra de Ophilio, qui de jure civili plurimos libros reliquit, qui omnem partem operis fundarent, & de Q. Ælio Tuberone complures eum utriuſque operis liberos reliquiſſe. *Cujac.*

Quia præ cæteris ſapientiæ operam dederat, Budæus legit, ut qui cæteris temporibus. Muretus, *quia exceptu cæteru operu*, ut exceptæ operæ dicantur ſubſecivæ. *G. Coccejus.*

5. Maſſurius Sabinus) Citantur ejus libri ab Aulo Gellio, & Macrobio, diverſis in locis. Scripſit ad eum Ulpianus ut patet ex *l. 14. Cod. de hered. Inſtit.* Alius eſt à Cælio Sabino, unde Sabiniani dicti. S. L.

6. Nerva) M. Coccejus Nerva Antiſtio Labeoni ſucceſſit, fuit filius M. Cocceji Nervæ qui *Anno V. Cond.* 717. cum *L. Gellio* Conſul fuit, & ipſe Conſul fuit cum Haterio Agrippa ex Cal. Jul. ſuffectus. *Anno V. Cond.* 775. *Chriſt.* 23. ſecundum Onupht. fuit Avus Imperat. Nervæ ejus meminit Tacit. *lib. 4. annal. cap.* 58. *& lib. 6. cap. 26.* Jul. Frontinus *lib. 2. de Aquæ ductu.* G. Coccejus.

Publice primus scripsit) Alias, *reſpondit*, forte *reſcripſit* pro eodem ut in *l. 3. §. 1, ff. de bon. auth. jud. poſſi l. & l. 44. ff. de re judic.* Cujac.

Posteaque) lege, *poſteaquam.* Ut vulgo recte primus ſcilicet hoc beneficium à Tiberio Cæſare impetravit, & ex beneficio principis de jure reſpondit. Superiores ſine beneficio, ut ſubjicit, fiducia doctrinę. *Cujac.*

Primus non ſcripſit libros, quod ſuperioribus contrarium & manifeſto falſum foret: ſed authoritate publica primus reſpondit. *Bacchov.*

A Tiberio Cæsare hoc tamen) Alii: *A Tiberio enim Cæſare hoc tum &c.* Ruffard.

7. Ante tempora Augusti) At quomodo Maſſurius Sabinus ex Tiberii conceſſione publice primus ſcripſit, ſi primus Auguſtus, cui Tiberius ſucceſſit, ita conſtituit ut ex authoritate ejus reſponderetur? putat Zaſius beneficium Publice reſpondendi quidem cæpiſſe ab Auguſto, at publice ſcribendi à Tiberio. Utique de publica ſcribendi authoritate à Tiberio conceſſa, Pomponium loqui, conſtat, ſi vera ſit Florentina lectio, in verbo *ſcripſit.* Ut quum ceteri, quorum in ſuperioribus, quod ſcripta & libros ediderint, mentio eſt, privatim doctrinę ſuæ fiducia ſcripſerint, hujus prima ſcriptis principis acceſſerit authoritas. Sed tum inepte ſubjungit, *Ergo Sabino conceſſum*

ſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet. Bacchovius, qui probat Cujacii lectionem, ut pro *ſcripſit*, legatur *reſcripſit*, pro eodem cum reſpondit, ita dirimit: ut fortaſſis Auguſti temporibus necdum quiſquam id petierit, & Sabinus primus ante omnes fuerit, qui id petiit. Facit text. in verbo, *tum*, id eſt eo tempore primum, & in verbo *conceſſum*. Sic ut Tiberius primum conceſſerit, quod Auguſtus concedi petentibus conſtituerat. Hieronim. Cagnol. ut conveniat, textum ita reſtituit. *Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publice primus ſcripſit, poſteaque hoc capit beneficium à Tib. Cæſare dari; hoc tamen illi conceſſum erat*, &c. S. L.

8. PRIMUS DIVUS AUGUSTUS) Hinc quidam exiſtimant, ex eo demum tempore reſponſa prudentum authoritatemque juriſconſultorum inter partes juris ſcripti numerari cœpiſſe. Sed ab initio interpretatio juris duntaxat prudentibus permiſſa fuit, non etiam juris condendi poteſtas, & nec hæc eorum interpretatio ſtatim pro jure accepta fuit, ſed ubi ea in foro agitata & recepta eſſet, vocaturque jus quod ſine ſcripto venit. *§. 5. ſupra eod.* Divus Auguſtus quo major eſſet juris authoritas, conſtituit ut ex ſua authoritate reſponderetur, poſteaque id pro beneficio peti à principe cœpit. Sed nec cujuſque juriſconſulti etiam poſt Auguſti conſtitutionem & Tyberii beneficium ea authoritas fuit, ut aut legem condere, abrogare jura, aut corrigere potuerit, aut ab ejus reſponſis non licuerit diſcedere, ſed ſimul omnium eorum ea fuit authoritas, ut eorum omnium ſententiæ & opiniones juris authoritatem habuerint, nec judici à ſententiis eorum recedere licuerit. Secundum textum *§. 8. Inſtit. de jure natur. gent.* Ut poſt Marium Salomonium *ad d. §. 8.* notat Hieron. Cagnol. hic. S. L.

VIRI PRÆTORII) Notandum, quod non niſi magnæ dignationis viri Juris Civilis ſcientiam ſunt profeſſi. *Cujac.*

RESPONDIT HOC NON PETI) Addit Zaſius hoc non (*ſolum*) peti & quod non tantum peti, ſed & præſtari ſoleat, his qui ſe hoc munere & officio dignos probaverint. Quem non recte hujus loci ſententiam explicaſſe putat Bacchovius, qui hoc Pomponium voluiſſe exiſtimat, quod Hadriano probata magis fuerit vetus obſervatio, ut quiſque qui fiduciam ſtudiorum ſuorum haberet populo reſponderet, neque neceſſarium exiſtimaverit, ut hoc ſpecialiter à principe peteretur, ſed quod quiſque hanc facultatem ſibi ſtudio parare & eam etiam non impetratam à principe, præſtare debeat, quæ eſt ſignificatio verbi *præſtare*. S. L.

9. C. CASSIUS LONGINUS) L. Caſſii Longini, qui *anno V. cond. 764.* conſul ſuffectus fuit, filius, ipſe conſul cum *M. Vinucio Quartino. Anno V. cond. 782.* Imperante Claudio Syriæ præfuit: teſte Tacit. *Annal. XII.* G. Coccejus.

10. QUARTINO) Cuſpinianus legit Q. Haterio ſine authore alii M. Vinicium qui conſul fuit cum *L. Caſſio Longino*, & congener Tiberii Cæſaris cum eodem non cum Gajo ut Caſſiodorus ſcribit. Quartinum eſſe dicunt, ſine ullo etiam authore: ac profecto Quartinus & G. Caſſius ſuffecti fuiſſe videntur. *Cujac.*

DONEC EUM CÆSAR) Forte Claudius, nam eo Imperante Caſſius Syriæ præfuit. Tacit. *XII. annal.* Ruſſard.

REVOCATUS A VESPASIANO) à Veſpaſiano revocatum ab exilio, inde diem obiiſſe, hiſtorici non tradunt. *G. Coccejus.*

11. PROCULUS) Quis ille fuerit incertum eſt. Ruſſardus eum Othonis & Vitellii temporibus floruiſſe putat. Ex authoritate forte Taciti *lib. 1. & 2. hiſtor.* Ubi crebra mentio Licinii Proculi ſub Othone præfecti prætoris. Sed vix ille inter Juriſconſultos nomen habuiſſe creditur. De pro-

procul mentio fit in *l. 27. ff. de liberali cauſa. l. 17 ff. de jure patron. l. 20. & l. 48. ff. de legat. 2. l. 24. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. ult. cod. de prox. Sacror. Scrinior.* Ejus etiam meminit, procopius, fuit & alius Celſus Proculus, conſiliarius Alexandri Severi, teſte Ælio Spart. *in Alexandro. circa finem.* S. L.

12. Nerva filius) De hoc jam ſupra ad verba *Lebeoni Nervæ:* De dignitatibus hujus aut operibus nihil apud auctores occurrit. *G. Coccejus.*

13. Alius Longinus) Caſſius Longinus hic ſecundo relatus is eſt, ut puto, qui, ut Tranquillus *in Nerone* ſcribit, juſſus eſt à Nerone mori, eo quod C. Caſſii percuſſoris Cæſaris nomen & ſtemma haberet. Et ſic ſecundus hic Longinus vixit ante quam prior ille Longinus, qui mortuus eſt ſub Veſpaſiano, & conſequenter longo poſt Neronem intervallo. *H. Cagnol.*

Hiſtoriam vide apud Tacitum *lib. 16. poſt pr. & cap. 7. & 9.* & Sueton. *in Nerone cap. 37.* Quam tamen Cujacius, Bacchovius & alii de priori illo Caſſio longino intelligunt. S. L.

14. Cælius Sabinus) Tacitus *lib. 1. Hiſtor. cap. 77.* ſcribit Cælio & Flavio Sabinis ab Otthone bimeſtrem conſulatum deſtinatum. Ejuſdem meminit A. Gell. *lib. 7. cap. 4.* Hottom.

Plurimum potuit) Accedit ad Doctrinam commendatio potentiæ. *Cu ac.*

15. Pegasus) Pegaſi meminit Juvenal. *Satyr. 4.*

—— *Rapta properabat ab olla*
Pegaſus, attonitæ poſi us modo Villicus (*urbi.*
H. Cagnol.

Cælio Sabino) Ita legendum putat Hieron. Cagnol. *Cælio Sabino ſucceſſit Priſcus javolenus: Pegaſo Celſus pater, celſo patri Celſus filius, & Priſcus Neratius* &c. S. L.

16. Priscus Javolenus) Antonini pii conſiliarius fuit, teſtes Spart. & Capitol. in *Antonino pio, prope finem.* Præceptor pauli Patavini Juriſconſulti, ut ex *l. 5. ff. de manumiſſ. vind.* H. Cagnol.

17. Celsus) Celſi duo pater & filius pegaſianam ſectam ſecuti dicuntur. Celſus filius mentionem facit patris in *l. 29. ff. de legat. 2.* De filio juventio celſo intelligi volunt *l. 30. ſeq. eod.* Diverſitas ſententiarum inter patrem & filium proditur in *l. 3. §. 7. ff. de condict. cauſ. dat.* celſus filius eſt ille Adoleſcens cujus notabile dictum: in quæſtionibus de bono & æquo plerumque ſub authoritate juris pernicioſe errari, laudat Paulus *l. 91. §. 3. ff. de V. Oblig.* G. Coccejus.

18. Neratius) Adriani & Trajani Imperatoris fuit conſiliarius eique familiariſſimus, ita ut ei aliquando provincias commendaverit, ſi quid fatale ſibi contigiſſet, teſte Spartian. *in Trajano. Ex Hottomann.* H. Cagnol.

Qui Utrique) Celſus filius & Priſcus Neratius utrique conſules fuere. *Anno Urb. cond. 881.* de quorum Conſulatu teſtantur Diocletian. & Maximian. in *l. 3. Cod. de ſerv. reipub. manumitt.* S. L

Et iterum) id eſt Secundum, ut patet in *d. l. 3. cod. de ſervis reipub. manumit. Idem.* Jubentii celſi vulgo nota eſt reſponſio elegans in *l. 27. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ad Domitium labeonem, qua reſpondit: *aut te non intelligo, aut valde ſtulta eſt interrogatio tua.* Fuit Hadriani conſiliarius, teſte Ælio Spartiano *in Hadriano,* & tandem Bajis interfectus, quod necem imperatori moliretur. Ut traditur in *6. lib. Epiſtolar.* Plinii in *Epiſt. ad Urſum.* H. Cagnol.

19. Aburnus Valens) Capitolinus in Antonino Pio Salvium Valentem inter eos juriſconſultos numerat quibus Antoninum pium uſum tradit, ut hunc noſtrum Salvium Valentem Aburnum vocatum fuiſſe veroſimile fit. *Hottomann.*

20. Tuscianus) Ejus nuſquam mentionem reperiri, & inde pro T. Meciano, Tuciano ſcriptum ſuſpicatur Hottomannus. Poteſt & Fuſcianus fuiſſe, Divi enim Pii conſtitutio exſtirit, *ad Tuſtium Fuſcianum* Numidię legatum. *in l. 7. ff. de legat. præſtand.* G. Coccejus.

2. Salvius Julianus) Hunc Didii Juliani, qui poſt pertinacem imperium Romanum adeptus eſt proavum fuiſſe Spartianus ſcribit; quem bis Conſulem & Præfectum urbi adſcribit, ſub Aadriano edictum perpetuum compoſuit. Teſte Eutropio *lib. 9.* Quod ipſum Juſtinianus confirmavit. Eumque legum & edicti perpetui ſubtiliſſimum vocat conditorem *l. 2. §. 18. Cod. de Vet. jure Enucleand.* Tribuitur illi memorabile illud dictum: *Etſi alterum pedem in tumulo haberem non pigeret aliquid diſcere. l. 20. ff. de fideicommiſſ. libertat.* Ex Hottomann. S. L.

LUCII
FENESTELLÆ
DE MAGISTRATI-
BUS ROMANORUM
LIBELLUS,

CUI ACCESSIT

POMPONII LÆTI DE ROMANIS MAGISTRATIBUS, JURISPERITIS, ET LEGIBUS, AD M. PANTAGATHUM LIBELLUS.

Cum Selectis notis & Accurata Recenſione

S. LEEUWII. J.C.

AD LECTOREM.

Hunc libellum Lucii Feneſtellæ *nomine falſo inſcribi viri docti arbitrantur. Hoc potiſſimum argumento ducti: quod in eo non* Plinii *tantum qui* Veſpaſiani *&* Titi *temporibus floruit, ſed &* A. Gellii, *qui ſub* Adriano *vixit, crebra mentio ſit, quum* L. Feneſtella *ſub* Auguſto *vixerit &* Tiberii *Cæſaris noviſſimo principatu obierit. Teſte* Plinio Hiſtor. lib. 33. cap. 11. *&* Hieronimo in Chronico Euſebiano *ad annum* MMXXXVI. *qui in ſextum Tiberii annum incidit. Quod ut ſit, nos in medium relinquimus. Illud utique conſtat, hæc longe ante Pomponium ſcripta fuiſſe, neque hunc Pomponium, ſed à Pomponio paſſim ſecutum. Pomponius enim ſub* Alexandro *centum circiter annis poſt* Hadrianum *Imperatorem vixit.* Gerardus Voſſius *in elegantiſſimo ſuo* de Hiſtoricis Latinis *tractatu*, lib. 1. cap. 19. Andream Dominicum Floccum *Florentinum hujus libelli verum ſcriptorem facit, ex* Flavio Blondo in Hetruria ſua, *qui eum hujus argumenti librum ſcripſiſſe teſtatur. Cui tamen (pace iſtius viri) tantum deferre non poſſum, nec forte ipſe ille Floccus tantum ſibi adtribuit. Quod ſi forte factum, haud tamen ſententiam muto. Potuit enim is primus hunc libellum ut aliis ignotum ſuo nomine edidiſſe, & de ſuo quicquam addidiſſe: Sed quæ ejuſdem plane argumenti ſunt, neque ab ipſo* Feneſtellæ *Scopo aliena, alia quam quæ ex* Plinio *aut* Gellio *eodem pertinentia, collegerat, quiſquis ille fuerit. Cætera omnia ipſius* L. Feneſtellæ *eſſe nullus dubito. Et forte præter voluntatem ipſius etiam* Flocci *hunc libellum ei à poſteris ſuis adſcriptum, non levis eſt ſuſpicio. Quod teſte eodem* Voſſio, *primus* Ægidius Witſius *I. C. Brugenſis hunc libellum ejuſdem Flocci nomine edi curaverit,*

verit, non alia ratione, quam quod eundem in ſuo manu ſcripto invenerat: nullo forte præfixo nomine, ut in veteribus manuſcriptis adſolet. Accedit, quod Præfatio ipſius libelli ſive ipſius Flocci *ſive alterius ad* Brandem-*Cardinalem Placentinum dicata, & codicibus, quos* Lilius Giraldus Hiſtoriæ de poëtis lib. 4. *ſe habuiſſe ait, præfixa, in libris prælo excuſis ſuppreſſa ſit, neque ullubi inveniatur, quæ ſi exſtaret forte huic rei lucem daret. Nos eo contenti, quod communiter* L. Feneſtellæ, *nomine venire ſoleat, eodem hoc nomine eundem libellum iterum in lucem dari &* Pomponii *titulo* de Origine Juris, & omnium Magiſtratuum, *adjungi operæ prætium duximus. Cui accedit* Pomponii Læti de Romanis Magiſtratibus juriſperitis & legibus *libellus haud inutilis, additis ſingulis ſelectis variorum lectionibus, & Doctorum remiſſionibus ac notis, quibus obſcuriora illuſtrantur atque elucidantur. Neque lectorem movere debet hunc de Magiſtratibus tractatum, ab eo de Sacerdotiis Romanorum libello ſeparari, quod ille, ut alienæ ab hac materia in novam totius ejuſdem operis editionem, ſi Deus volet, differatur.* Vale.

L. FE

L. FENESTELLÆ[1] DE ROMANORUM MAGISTRATIBUS LIBELLUS.

1. *De majoribus & minoribus magiſtratibus.*
2. *Cum populo agere & Concionem habere quid?*

SED quoniam nunc de reliquis magiſtratibus,[2] qui ad religionem nonpertinent, tractare intendimus; alii quidem omnium Magiſtratuum majores, alii vero minores ſunt. Qui majores, quive minores eſſent, paucis animadvertendum eſt. Nam Aul. Gellius[3] pleraque hac in re ex M. Meſſalæ auguriis libris dicta reliquit, cujus verba hæc ſunt: *Patriciorum auſpicia[4] in duas poteſtates diviſa ſunt: maxima ſunt Prætorum, Conſulum, Cenſorum: neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut ejuſdem poteſtatis ſunt, ideoque collegæ non ſunt Cenſores Conſulum aut Prætorum, Prætores Collegæ Conſulum ſunt, ideóque neque Prætores aut Conſules Cenſoribus, neque Conſulibus Cenſores aut Prætoribus turbant aut retinent auſpicia. At Cenſores inter ſe, rurſus Prætores Conſuleſque inter ſe & vitiant, & obtinent, Prætor etſi collega conſulis[5] eſt, neque Prætorem, neque Conſulem jure rogare poteſt, ut quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora obſervatum eſt.* Et in commentario. xiij. C. Tuditani[6] patet, *quia imperium minus Prætor, majus habet Conſul, & à minore imperio majus, aut major collega[7] jure rogari non poſſunt. Nos his temporibus Prætores Prætore creante, veterum autoritatem ſumus ſecuti, neque his auſpiciis in[8] comitio fuimus. Cenſores æque non eodem rogantur auſpicio atque conſules & prætores. Reliquorum*

verò magiſtratuum minora ſunt auſpicia, ideo illi majores, hi minores magiſtratus appellantur. Majores centuriatis (inquit,) comitiis fiunt: minores [9] *creandis magiſtratibus tributis comitiis* [10] *magiſtratus, ſed juſtius curiata datur lege.* Ex omnibus his Meſſalæ verbis, inquit, manifeſtum fit, qui ſint minores magiſtratus, & quamobrem minores appellentur [11]. Sed & collegam eſſe Prætorem Conſuli docet, quod eodem auſpicio creantur. Majora autem auſpicia dicuntur habere, quia eorum auſpicia magis rata ſunt quam aliorum. *Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum, & concionem avocare poteſt, Prætor & comitiatum, & concionem non uſquequaque avocare poteſt, niſi à Conſule: minores magiſtratus nuſquam neque comitiatum, neque concionem avocare poſſunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit. Quoniam bifariam cum populo agi non poteſt, nec avocare alius alii poſſet, ſi concionem habere volunt* [13] *uti ne cum populo agant:* [14] *quamvis multi magiſtratus ſimul concionem habere poſſint.* Ex his verbis Meſſalæ manifeſtum eſt, aliud eſſe cum populo agere, aliud concionem
2 habere. Nam cum populo agere eſt rogare quid populus [15] ſuffragiis ſuis, aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum, ſine ulla rogatione.

De

1 FENESTELLÆ) Floruit Auguſti tempore, obiit ſexto Tiberii Cæſaris anno, ſeptuagenarius Hiſtoriarum & Carminum ſcriptor. Ejus meminit Plin. lib 8. Hiſtoriar. cap. 7. lib. 9. cap. 17. & 35. lib. 15. cap. 1. & 33. *cap. 11.* Diomedes *lib. 1.* Lactantius *lib. 1. de fal. relig. cap. 6.* Sueton *in vita Terentii* A. Gellius *lib. 15. cap. 28.* Seneca *Epiſtol. 108.* Ulpianus *l. 1. ff. de offic. Quæſtor.* Cenſorius, Macrobius, Priſcianus aliique. Plutarchus *in Craſſo*, & *Quæſtionib. Roman.*

2 DE RELIQUIS MAGISTRATIBUS) Tranſitio Operis de Sacerdotiis, de quibus ante egerat, ad tracta-

traſtatum, de magiſtratibus Romanis.

3 A. Gellius) *lib. 13. cap: 15.*

4 Patriciorum auspicia) Totus A. Gellii Contextus eſt, Unde & hoc proœmium ſuppoſititium eſſe videtur, nec ab ipſo Feneſtella conſcriptum. Senſus eſt, quod uno eodemque Augurio de prætoribus & Conſulibus majora auſpicia haberi potuerunt, non utique de cenſoribus & conſulibus, non de prætoribus & Cenſoribus ſimul. Quomodo auſpicia fiebant & quid ſit turbare aut retinere auſpicia, ex Cicerone Arnobio, & Ariſtophane docet Ant. Thyſ. *in notis ad A. Gell. lib: 3. cap: 2.* in Verb. *auſpicaverunt.*

5 Collega Consulis) Dicitur hic Prætor collega Conſulis, non imperii æqualitate, ſed auſpicii jure, quod eodem auſpicio crearentur.

6 Tuditani) Ejus meminit idem Gell. *lib: 6. cap: 4.* & Cic. *in Bruto.* Et *in Catone majore* quod admodum Senex ſuaſor *legis Cincia de donis & muneribus* fuerit.

7 Aut major. collega) Alii legunt, *aut a majore, collega rogari jure non poteſt.*

8 Neque his auspiciis) Alii legunt, *neque iis comitiis in auſpicio fuimus.*

9 Minores) Alii legunt, *Minoribus.*

10 Tributis Comitiis) Unde Comitia tributa dicta ſiut Docet Valer. Max. lib: 6. *cap: 1. exemplo 10.* Et quot ſunt Conitiorum genera vid. A. Gell. *lib: 15. cap: 27.* Et quæ fuſius ſupra *ad tit. ff. de Orig. jur. ſuo loco.*

11 Minores appellentur) Alii rectius legunt *Majores.*

12 Comitiatum & Concionem avocare) Eſt impedire, ne Comitia habeantur; ſive turbentur auſpicia, ſive ex malo augurio abnuantur.

13 Concionem habere volunt) Ita vulgo legitur, rectius tamen, *vel'et.*

14 Uti ne cum Populo) Alii, *cum populo*, dempta negatione.

15 Rogare quid populus) Alii, *rogare populum quid.*

De Senatorum origine.

CAP. I.

1 *Patres.*
2 *Senatores.*
3 *Patres conſcripti.*
4 *Patricii.*
5 *Pedarii.*
6 *Ordo Conſulendi Senatus.*
7 *Varronis liber de more habendi Senatum.*
8 *Locus.*
9 *Tempus habendi Senatus.*
10 *Senatoria ætas.*
11 *Senatoriæ perſonæ.*

Senatorum Originem à Romulo, inſtitutam eſſe nemo ambigit: quippe qui urbis parens & conditor, cùm jam novam civitatem viribus & robore juvenum affatim à ſe munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, ſi ean-

dem conſilii ope fulſiſſet, ex primoribus patrum, qui tunc aderant civibus, centum numero elegit [2], quos ob honorem *Patres* [3], ob ętatem *Sena-*
1 *tores* appellavit: ut apud Lacedæmonios ſenes
2 appellari eos, qui ſummum quendam magiſtratum gerunt, ait [4]. Qui verò ex his primoribus centum patribus geniti ſunt, *Patricii* nuncupati ſunt. Hunc ordinem mox Tullus Hoſtilius [5] explevit, Alba à ſe diruta, Albaniſque in urbem inductis. Tum Tullios, Servilios. Quintios, Geganios, Clodioſque Senatores accepit. Exactis autem regibus [6]. Brutus conſul [7], exhauſtum bonis viris ſenatum [8] intuens, primores equeſtris ordinis adſcribi in Senatores operam dedit, illoſ-
3 que *Conſcriptos Patres* appellavit: ex quo tempore Patrum Conſcriptorum appellatio locum habere inſtituit. Penes hos quidem Senatores adeo ſemper totius reipub. ſumma innixa eſt, ut ne Reges quidem, Conſules, aut Dictatores, aut alius quiſpiam Magiſtratus, inconſulto Senatu quippiam moliretur, adeò ut cum Tarquinius Superbus pleraque præter ſenatus autoritatem decerneret, tum demum amiſſo regio nomine, Tyrannus appellaretur [9]. Senatores verò triplicis ordinis fuiſſe reperi. alii enim patricii, alii pedarii,
4 nonnulli verò conſcripti appellabantur. *Patricii* ſunt hi maximè, qui centum illis patribus à Romulo lectis geniti ſunt. *Conſcripti* verò Senatores, hi qui Regum, Conſulum, Cenſorumve de-
5 creto in ſenatum lecti ſunt.. *Pedarios* [10] autem Senatores, variis rationibus appellatos invenio. Alii enim quod hi non haberent ſententiæ dictionem in ſenatu, ſed in aliorum ſententias pedibus irent, dictos pedarios putant. Alii, quod eſſent

ple-

plerique, qui magiſtratus curules adepti, ſella curuli in ſenatum veherentur. qui verò pedibus iter facerent, *Pedarii* nominabantur. M. autem Varro equites quoſdam eſſe ait, quibus amplioribus magiſtratibus functis, nondum tamen à Cenſoribus in ſenatos relectis non eſſet jus dicendæ in ſenatu ſententiæ, quum tamen in ſenatum venire liceret, ſed quas ſententias Principes dixerant, in eas deſcendebant. De ordine verò ac 6 ratione conſulendi ſenatus [11], quæ hucuſque reperi, ea potiſſimum adducam. Aliquando enim primo rogari mos fuit, qui princeps in ſenatu [12] à Cenſoribus poſitus fuerat: nonnunquam verò, ut etiam hi prius rogarentur, qui Conſules deſignati eſſent, inſtitutum eſt. Cicero autem in eo libro, quem inſcripſit *Catonem majorem de ſenectute*, tantum aliquando ſenectuti honoris tributum ſcribit, quod ut quiſque natu grandior eſſet, ita prior in ſenatu ſententiam rogaretur. Uſu tandem introductum eſſe dicitur, ut quem conſul ipſe rogaſſet, is prior ex ſententia verba faceret: alium tamen quam conſularem virum rogari fas fuiſſe negant. Ex qua ſanè conſuetudine [13] C. Julius Cæſar in eo conſulatu quem geſſit cum M. Bibulo, treis duntaxat viros extra ordinem rogaſſe dicitur, M. Craſſum, Cn. Pompejum, & M.Catonem. Poſt M. Craſſum Cn.Pompejum, ubi filiam illi in matrimonio collocavit, rogare primum cœpit. Cùm verò M. Catonem rogaret, atque idem cum conſulebatur de Republica nimis forté diceret, longioreque proinde oratione uteretur, qua omne ferè tempus quod eſt habendũ ſenatui, tereret. Cęſar viatorem vocavit, Marcumque Catonem, quoniam finem non face-

ſaceret, præhendi loquentem, & in carcerem trahi juſſit. Catonem cum imperio pareret, ſenatus conſurrexit, & ad carcerem proſequebatur. Cujus rei quaſi invidia motus Cæſar deſtitit, atque emitti juſſit. De more autem habendi ſe-
7 natus M. Varro rogatu Pompeji librum edidit, cum ille primum conſul cum M. Craſſo fuiſſet deſignatus. Creditur quia foris militiæque ad eam ætatem occupatus, vellet civilis conſuetudinis, cujus expers erat, fieri peritior. Sed eum librum in ipſa Varronis ætate periiſſe, idem ipſe in epiſtola ad Oppianum ſcripſit. Qua in epiſtola [14] multa ſcribere Varronem id genus Aulus Gel. in commentariis noctium Atticarum refert. Primum ibi ſcriptum fuiſſe, per quas perſonas haberi ſenatum liceret: nominat Dictatorem, Conſulem, Prætorem, Trib. Pleb. Interregem, Præfectum urbi, neque ullis aliis jus fuiſſe ſenatum frequentem fieri jubere aſſerit. Addit deinde extraordinario jure Tribunos militares, qui pro conſulibus fuiſſent: Item Decemviros, quibus imperium conſulare tum eſſet: Item Triumviros Reipub. conſtituendæ cauſa creatos, conſulendi ſenatum jus habuiſſe. Præfecto urbi, Latinarum [15] cauſa relicto, utrum ſenatum habere liceret, non ſatis convenire [16] ait, Mutius licere negavit, quod ille nequidem ſenator ſit: proinde jus dicendæ in ſenatu ſententiæ non habeat, cum ex ea ætate Præfectus fiat, quæ nondum ſit Senatoria. M. autem Varro [17], & Attejus Capito, jus eſſe Præfecto urbi, ſenatus habendi ajunt, quandoquidem & trib. pleb. quanquam non eſſent Senatores, ante Attinium plebiſcitum jus ſenatus habendi eſſet. Scripſerat etiam [18] de interceſ-

ceſſionibus [19], illis videlicet jus intercedendi
fuiſſe, qui vel ea poteſtate, vel majori fuiſſent,
iis qui ſenatuſconſultum, aut plebiſcitum, vel
aliud decretum rogarent. De loco habendi ſena- 8
tus [20], aut ſenatuſconſulti rogandi, niſi in locis
per augures conſtitutis, quæ templa appellabant,
haberi rogarive poſſe negabant. Unde & in cu-
ria Hoſtilia, in Pompeja, & poſt in Julia, cùm
profana eſſent loca, templa per augures ſunt
conſtituta, ut in iis ſenatuſconſulta more majo-
rum juſta fieri poſſent. De tempore verò haben- 9
di ſenatus, ita diſſerit [21]: Ante exortum, inquit,
ſolem, aut poſt ejus occaſum, ſenatuſconſultum
irritum eſſe, opus etiam Cenſorium eos feciſſe
exiſtimatos per quos [22] eo tempore factum eſſet
ſenatuſconſultum: De ætate autem ſenatoria [23] e- 10
tiam adoleſcentibus [24] ſenatorum ſenatum in-
gredi licuiſſe, veterum monumenta legentibus
apparet. Quo minus verò tandem in ſenatum il-
li ætati venire liceret, Papyrii prætextati [25] fa-
ctum in cauſa fuit, ut Valerius Maximus ſcri-
ptum reliquit. Tunc igitur conſtitutum, ne cui
paucioribus xx & quinque annis nato ſenatum
ingredi liceret, ut eſt apud Plutarchum in vita
Magni Pompeji. Item apud jus civile Romano-
rum [26], quo nos etiam hoc tempore utimur, faci-
le conſpicari licet. Qui verò ſenatum habiturus
eſſet, auſpicari primo [27], atque immolare ho-
ſtiam debere, idem Varro cenſebat. Docuit &
de divinis rebus, prius quam de humanis ad ſena-
tum eſſe referendum. Item ſenatuſconſultũ duo-
bus modis fieri, aut per diſceſſionẽ [28], ſi conſenti-
retur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſenten-
tias exquiſitas. De pignore [29] quoque capiendo diſ-
ſerit,

ſerit, de mulcta irroganda ſenatori, qui quo tem-
11 pore in ſenatum venire debuit, non interfuerit. Quantum verò ad ſenatorum familiam pertinet, ſenatoriarum perſonarum appellatione, & uxores contineri [30] decretum eſt. Adoptivos autem filios [31], etſi antequam patres in ſenatum eſſent ducti, ſeſe in adoptionem dediſſent, ſenatores eſſe placuit. Si quis autem ex patriciorum ordine, plebejo homini [32] ſe in adoptionem dederit, patricium tamen manere cautum eſt: quam legem ea tempeſtate nullam fuiſſe arbitror, cum P. Clodius vir patricius, quo tempore tribunitia poteſtate fungeretur, qua adverſum Ciceronem factione uteretur, plebejo homini ſe adoptandum prębuit. Contra ſenatorũ filiæ [33], niſi quæ ſenatoriis hominibus nuptui traditæ eſſent, clariſſimarum fœminarum nomine non continerentur. Senatoris verò filium à patre emancipatum [34], etſi filii nomen jure civili amittit, ſenatoriam tamen retinere dignitatem creditur. Poſthumi [35] autem, quamvis poſt patris mortem naſcuntur, ſenatorii tamen homines appellabantur: cum verò qui poſtquam pater ſenatu motus eſt [36], concipitur, & naſcitur, non eſſe quaſi ſenatoris filium Proculus & Pegaſus opinabantur. Si quis verò antè conceptus fuerit [37], quam ejus pater ſenatu moveretur, non nocebit filio caſus patris, quo minus ſenatoris filius cenſeretur: ſed ſi pater antequam conciperet filium, ſenatoriam dignitatem amiſerit, ac deinde deceſſerit, filii autem in avi poteſtate ſenatoris reciderent, etſi non quaſi ſenatore patre nati videantur, ſenatorii tamen eſſe cenſebantur. Mulieres autem [38] ſenatoribus primò, deinde inferioris ſortis hominibus matrimonio collo-

collocatæ, clariſſimarum ordinis non ſunt. Itaque impetrare pleræque à principibus [39] ſolent, ut nuptæ iterum inferioribus viris, in ſenatoria nihilominus maneant dignitate, ut dicitur Divum Auguſtum Juliæ Mammeæ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores verò ſenatorio ordine amotos, quamvis capite non minuantur, & civitatem retineant judicare tamen ac teſtimonium dicere [40], prohibet lex Julia repetundarum.

De-

CAPUT I.

1. Senatorum originem a Romulo) Vid. Liv. *lib. 1.* Dioniſ. Halycarnaſſ. *lib. 2.* Plutarch: *in vita Romuli. Tit. Digeſt. de Senatorib.* Et quæ fuſius ſupra *ad l. 2. §. 12. ff. de Origin. Iuris.*

2. Centum numero elegit) Unde & lunam dimidiatam in calceis ferebant, quæ centenarii numeri erat nota, & poſtea patriciorum à Plebęis diſtinctio facta eſt. Vid. Alex. ab Alexandr. *gen. diar. lib. 5. cap. 18.*

3. Ob honorem patres) Jul. Flor. *lib. 1. cap. 1.* qui ex auctoritate patres, ob ętatem Senatores vocabantur.

4. Cicero ait) Cicero *in Catone Majore, ſive de Senectute. cap. 6. Apud Lacedæmonios quidem ii, qui ampliſſimum Magiſtratum gerant, ut ſunt, ſic etiam nominantur Senes.*

5. Hunc ordinem Tullus Hostilius) Quę hic de Tullo hoſtilio ſcribit author, ad Tarquinium Priſcum potius referenda ſunt: & omittit, hunc Ordinem ab ipſo etiam Romulo auctum. Qui poſt receptos in Urbem Sabinos, ex illuſtrioribus familiis centum alios ex curiarum ſuffragiis in patres cooptavit, veteribus Senatoribus adſcripſit, & eorundem numerum ad ducentos auxit, Quibus Tarquinius Priſcus mox, ut Principatum acceperit, ad conciliandum ſibi Plebis favorem, ex omni plebeorum numero centum ſpectatę fortitudinis & prudentię viros addidit, ita ut tum primum pro ducentis, trecenti eſſent Senatores. Dioniſ. *lib. 2 & lib. 3.* Horum Ducenti illi à Romulo lecti eorumque progenies patricii Majorum gentium, illi qui à Tarquinio Pri co patrum numero adſcripti Minorum gentium Patricii appellati fuere, Liv. *lib. 1.* Plutarch. *in Publicola.* Tacit. *Annal. lib. 2.* & Sext. Aurel. Victor. *de Viris Illuſtrib. cap. 6.*

6. Exactis autem Regibus) Hanc Reipub. mutationem Vid. apud Liv. *lib. 2.*

7. Brutus Consul) Junii Bruti vitam deſcribit Sext. Aurel. Victor. *de Viris Illuſtrib. cap. 10.*

8. Exhaustum Bonis Viris Senatum) Tarquinius enim Superbus, oppreſſis majorum gentium Patriciis, novum Senatum conſtituerat, amicis ſuis in deficientium honores ſubſtitutis, *Dioniſ. lib. 4.* Qui poſt exactos Reges à J. Bruto pręcipuis è plebe in patriciorum ordinem cooptatis, iterum ad trecentos Senatores ſuppletur. Sic ut veterem numerum

non

non auxerit, ſed à Tarquinio ex-dibus & excurſionibus diminutum ſuppleverit, qui tum patres conſcripti dicti Dioniſ. *lib. 5.* Liv. *initio lib. 2.*

9. TYRANNUS APPELLARETUR) Tarquinius quam Tyrannice erga multos cives & ipſos Senatores ſe geſſerit, deſcribit Dioniſ. Halycarnaſſ. *lib. 4.* Anno 4. LXI. Olympiad.

10. PEDARII AUTEM SENATORES) Qui fuerint Pedarii Senatores, ſupra notatum eſt *ad l. 2. §. 12. ff de Origin. Iur.* & Docet A. Gellius ex Varronis Satyra Menippea. *lib. 3. cap. 18.* Unde hæc deſumpta ſunt.

11. DE ORDINE VERO CONSULENDI SENATUS) Ordinem Conſulendi Senatus ex M. Varronis *Commentario Iſagogico* ita deſcribit A. Gell. *lib. 14. cap. 7. Singulos debere Conſuli gradatim, incipique à Conſulari gradu. Ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui Princeps in Senatum lectus eſſet:* Hæc Varronis verba ſunt. *Tum autem*, infert Gellius, *quum hæc ſcriberet novum morem inſtitutum refert, per ambitionem, gratiamque, ut is primus rogaretur, quam rogare vellet, qui haberet Senatum, dum is tamen ex gradu conſulari eſſet.* Notandum vero duplicem fuiſſe modum atque ordinem faciendi Senatusconſulti: alterum per ſolam diſceſſionem, alterum per ſingulorum ſententias exquiſitas, in rebus ſcilicet dubiis & majoris momenti. In Senatusconſulto per diſceſſionem faciendo, moris fuit, ut is Magiſtratus qui de aliqua re ad Senatum retulerat, diceret: *qui hoc cenſetis, illuc tranſite.* Quod ſi in cauſis dubiis ſingulorum ſententiæ eſſent inquirendæ, poſt comitia Conſularia Conſules deſignati primi ſententias rogabantur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus eſſet, ante Comitia vero is, qui à Cenſoribus Princeps Senatûs lectus eſſet, deinde alii quos conſulibus videbatur, ne tamen prætorium conſulari, Ædilitium prætorio, aut Tribunitium ædilitio præferret. Rogatus Senator ſententiam dicturus aſſurgebat, & de ea re, de qua relatum eſſet, ut & de quacunque alia, & quamdiu volebat verba faciebat. Ut ex A. Gellio *lib. 4. cap. 10.* Tacit. *lib. 3. & 13. annal.* Plutarch. *in Catone* Cicer. & aliis conſtat.

12. QUI PRINCEPS IN SENATU] Quem in recitando Senatu Cenſor primum legerat Princeps Senatus dicebatur, & is dignitate omnes Magiſtratus anteibat, etſi nec imperium, nec poteſtatem haberet, in Principem enim Senatus nemo legi poterat, niſi qui & Magiſtratum, & omnia quæcunque ſummo cive digna, in omni vita ita præſtitiſſet, ut nemo ei in civitate anteferri, nec quiſquam ei comparari jure videretur. Vid. Liv. *lib. 27.* ejus etiam dignitatis meminit Zonaras.

13. EX QUA SANE CONSUETUDINE) Latius hæc explicat A. Gell. *lib. 4. cap. 10.* Ubi ex Capitonis Atei libro *de officio Senatorio*, hanc eandem J. Cæſaris & M. Catonis hiſtoriam refert. Ejus Hiſtoriæ ſed ſubobſcuræ etiam meminit Suetonius in vita Julii *cap. 20.* Sed plura addit. Plutarchus *in Catone.*

14. QUI in Epiſtola hæc ex A. Gellio *lib. 14. cap. 7.* tranſcripta videntur.

15. LATINARUM) Id eſt feriarum Latinarum. Quarum originem vide apud Dioniſ. *lib. 4.*

16. NON SATIS CONVENIRE AIT) Idem Gellius *lib. 14. cap. 8.*

17. M. AUTEM VARRO) Ex Eod. A. Gellio *d. lib. 14. cap. 8.*

18. SCRIPSERAT ETIAM) M. ſcilicet Varro.

19. DE INTERCESSIONIBUS) Intercedere, id eſt ſuadere, aut quovis modo impedire ne Senatuſcon-

conſulta fiant. Quod non cuivis è Senatoribus, ſed his tantum qui aut Magiſtratus majores erant, aut Tribuni Plebis, licuiſſe conſtat.

20. DE LOCO HABENDI SENATUS) Ex Gellio. *d. lib. 14. cap. 7*. Ubi vide quæ notat *I. Oyſel*

21. ITA DISSERIT) Idem M. Cato apud Gell. d. loco.

23. DE ÆTATE SENATORIA) Quæ fuerit Senatoria ætas vix conveniunt, ex eo tamen quod in Senat. ordinē allecti non ſunt, niſi qui cepiſſent Magiſtratum, & quæſtura primus Urbanus fuerit Magiſtratus, cujus capiundæ annus fuerit viceſimus ſeptimus, conſequens eſt, neminem ante trigeſimum annum in Senatorium ordinem adſumptum: ut rectè notat Carol. Sigon. *de Antiq. jure Civ. Roman. lib. 2. cap. 2.*

24. ETIAM ADOLESCENTIBUS) Mos Senatoribus Romæ antiquitus fuiſſe videtur, in curiam cum prætextatis filiis introire.

25. PAPYRII PRÆTEXTATI FACTUM) Nota eſt Hiſtoria ex A. Gellio *lib. 1. cap. 23.* Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 6.* & Plutarch. *in vita Pompeji magni.* Sed Val. Max. locus hic adductus non occurrit.

26 ITEM APUD JUS CIVILE ROMANORUM) Quod etiamnum ſupereſſe, aut in Digeſtorum libris relatum nuſquam inveni. Forte quod poſtea eodem jure abrogato nemini cum filiis ſuis Senatum introire licuerit.

27. AUSPICARI PRIMO) Iterum redit ad Varronis verba ex A-Gellio. *d. lib. 14. cap. 7*

28. AUT PER DISCESSIONEM) Senatusconſulta duobus modis fieri ſolita, aut per ſolam diſceſſionem, aut per ſingulorum ſententias exquiſitas. Dico per ſolam diſceſſionem, quia nullum Senatuſconſultum ſine diſceſſione, ſed non ſemper ſingulorum ſententijs exquiſitis, quum ſcilicet res eſſet minus dubia & exigui momenti, quo caſu non rogatis; aut exquiſitis ſingulorum ſententiis ſed ad nudam Magiſtratus, cui Senatum habendi jus eſt, relationem, in hanc vel illam partem diſcedebant. Unde & pedibus in ſententiam ire dicebantur. Quomodo Varronem cum Tuberone; quos hac in parte parum convenire putat A. Gell. *d. lib. 14. cap. 7.* ſub finem optime conciliat. Jacobus Oyſelius *in ſuis ad eum notis.*

29 DE PIGNORE CAPIENDO) Adverſus eos qui ſine juſta cauſa abeſſent, certa mulcta indicta erat, pro qua apparitores ad domum abſentis ad pignora capienda dimittebantur, ſciſcitandumque num Conſulto detrectarent. Teſte Livio. *lib. 3.* quæ pignora etiam vendi ſolita, ſi mulcta condicto tempore non ſolveretur Cic. *lib. 3. de Orator.*

30. ET UXORES CONTINERI) Facit *l. 1. & l. 8. ff. de Senatorib.*

31 ADOPTIVOS FILIOS) *l. 5. & l. 10. ff. de Senatorib.*

32. PLEBEJO HOMINI) *l. 6. §. 1. ff. eod.*

33. SENATORUM FILIÆ) *l. 8. ff. eod.*

34. A PATRE EMANCIPATUM) *l. 7. ff. eod.*

35. POSTHUMI) *l. 7. §. 1. ff. eod.*

36. PATER SENATU MOTUS EST) Hæc proculi & Pegaſi ſententia non exſtat, ſed Caſſii Longini quædam ſimilis *in l. 2. ff. de Senator.*

37. SI QUIS VERO ANTE CONCEPTUS) facit *l. 9. ff. de Senatorib. junct. pr. inſtit. de ingenuu.*

38. MULIERES AUTEM) Inferioris ordinis marito nubens mulier privilegia à priore marito quæſita amittit. *l. 13. Cod. de dignitatib.*

39. IMPETRARE PLERÆQUE A PRINCIPIBUS) Verba ſunt Ulpiani *lib. 2. de Cenſibus.* relata in *l. ult. ff. de Senatorib.*

40. JUDICARE TAMEN ET TESTIMONIUM DICERE) text. eſt in *l. 2. ff. de Senatoribus & l. 13. §. 2. ff. de judic.*

CAP. II.

De Tribunis Celerum equitum.

1 Tribuni Celerum.
2 Tres equitum centuriæ Ramnenſium Tatienſium & Lucerum unde dicti.
3 Tribuni & Celeres unde dicti.

1 TRIBUNOS Celerum [1] equitum primus Romulus creaſſe fertur, cum tres equitum centurias, quarum opera in omni Reip. diſcri-
2 mine uteretur adſcripſit. Eas centurias Ramnenſium, Tatienſium Lucerum appellauit [2] Ramnenſium à Romulo [3], Tatienſium à Tatio, Lucerum verò denominatio, ut Livio Placet, incerta eſt. Quos autem tertios his præfecit viros, quos ex tribus elegit tribubus, tribunos [4] no-
3 minavit. Fuiſſe autem numero trecentos ait equites, eo quòd ſingulis curiis, quæ triginta erant, decem adſciverit. Quòd veró celeriter accurrere eos voluit, ſi quando Reſp. illorum opera indigeret, appellari Celeres voluit. Sunt etiam qui à Celere quodam qui primus iis ordinibus à Romulo præfectus fuerit, Remi interfectore [6] hoc nomen inditum eſſe opinentur, ut Ovidius [7] in libro Faſtorum ſignificare intelligitur.

De

CAP. II.

TRIBUNOS CELERUM) De his vide Dioniſ. *lib. 2.* Liv. *lib. 1.* & Plutarch. *in vita Romuli.*

2 APPELLAVIT] Id eſt Romulus, non ipſo quidem initio Urbis Romæ, quo populum in tres illas partes ſive tribus diſtribuit, ex quibus ſingulis centum equites, ſive ſingulas, centum centurias deſcripſit: ut quidam putant ex iis quæ ſcribit Dioniſ. *lib. 2.* ſed poſt confectum tandem bellum Sabinum, & *Tit. Tatium* in Urbem & regni ſocietatem receptum, hæc no-

nomina iis impoſita ſunt, Secundum Varronem, Plutarch. & Liv. a Tito enim Tatio Sabinorum Rege Tatienſes dictos omnes conſentiunt.

3 RAMNENSIUM A ROMULO) Ramnenſes a Romulo, Tatienſes a Tito Tatio de nominati, quod ſub Romuli, ſive Ramnenſium centuria eſſent omnes illi qui cum ipſo Romulo primo Urbem Condidiſſent, ſub Tatienſi, omnes Sabini & quotquot ab ea Regione cum ipſo Rege Tatio vel poſtea advenerunt. Quemadmodum & Luceres a Luceo Ardeæ Rege, qui Romulo auxilio fuerat adverſus Tatium bellanti, Feſtus putat. Quibus annumerantur Ardeates, Latini, Etruſci, & cæteri adventitii & profugæ. Hos alii a luco Azylo ad quod confugerant, alii a lucumone vel lucretino denominatos volunt Unde lucerum denominationem incertam eſſe poſt Livium Author voluit. Plura Vid. *Supra ad t. ff. de Origin. jur. §. 15.*

4 TRIBUNOS NOMINAVIT) Vel a tribubus quibus præerant, vel a tribuendo, hoc eſt diſtribuendo.

5 APPELLARI CELERES) a Celeritate ita dictos ſcribit Dioniſ. Halicarn. lib. 2.

6 REMI INTERFECTORE) Vid. Dioniſ. Halicarnaſſ. lib. 1. Circa finem.

7 UT OVIDIUS) lib. 4. Faſtorum.

Quod Remus ignorans, humiles Contemnere muros
Capit, & his populus dicere tutus erit?
Nec mora tranſiliit retro Celer occupat auſum,
Ille premit duram ſanguinolentus Humum.

CAP. III.

De Quæſtoribus.

1 *Quæſtorum origo.* 2 *Quæſtores ærarii.* 3 *Candidati principis.* 4 *Quæſtores parricidii.*

QUÆSTORIBUS creandis origo vetuſtiſſima eſt, & ante omnes pene magiſtratus. Junius [2] certè Gracchanus in eo libro quem de poteſtatibus ſcripſit, ipſum etiam Romulum & Numam, duos habuiſſe Quæſtores, quos non ſua voce, ſed populi ſuffragio [3] creatos, ſcriptum reliquit. Ceterum ut Romulum Quæſtores habuiſſe non uſquequaque notum eſt, ita Tullum Hoſtilium [4] regem Quæſtores habuiſſe certum eſt. Quod vero publicæ quærendæ pecuniæ præpoſiti eſſent appellatos ajunt. Quæſtorum vero ærarii [5] & urbanæ pecuniæ curam agere, provincias partim exigendis vectigalibus ſortiri, ple- 1 2

rique (ut Gracchanus dixit) epiſtolis in ſenatu legendis[6] occupari. Iique nuncupati Candi-
3 dati principis. Nonnunquam autem maleficia conquirere quæſtoribus negocium traditum eſt: ex quorum exercendis quæſtionibus, quæſtores dictos fuiſſe, Mar. Var. opinari videtur. Quæſtores ut ferè omnes reliquos magiſtratus, tam plebeios quam patricios promiſcue creari[7] obtinuit: quæ poteſtas quoniam minoribus adſcribitur, neque prehenſionem, neque vocationem habet: & quemadmodum privati in jus ad prætorem vocari ſolent. Eadem gerendorum honorum, dicendæque in ſenatu ſententiæ initium fuiſſe perhibetur. Eti-
4 am quia de capite civis Romani[8] injuſſu populi non erat permiſſum conſulibus dicere, propterea quæſtores conſtituebantur à populo, qui in capitalibus præeſſent rebus. Ii appellabantur quæſtores parricidii, quorum & meminit lex duodecim tabularum.

De

FIRENZE

CAP. III.

1 QUÆSTORIBUS CREANDIS] Quare creati fuerint docet Pompon. *tit. ff de Origine Iuris l. 2. §. 22. & ſeq.* Ubi duo ponit Quæſtorum genera. Unum eorum qui Ærario alterum qui Capitalibus rebus præeſſet. Eorumque officium deſcribit Ulpianus *tit. ff. de Offic. Quæſtor.* Ubi & Feneſtellæ authoritatem probat, & legis principium ex eo mutaſſe videtur. Adde Varr. *lib, 1. de ling. Latin.*

2 JUNIUS CERTE GRACCHANUS] Junius Gracchanus C. Gracchi Tribuni plebis, æqualis fuit, & cum eo amicitiam coluit, Unde & Gracchanus appellatus, teſte Plin. *lib. 33. cap. 11.* Ubi apparet Hiſtorica quædam ejus exſtitiſſe, quæ injuria temporum periere. Ab eo traditum Voſſius ex Cenſorino refert annum ab initio X. menſium fuiſſe, poſtea autem a Tarquinio menſium XII. factum eſſe. Et de eodem Macrobium *lib. 1. Saturnal. cap. XIII.* ita retuliſſe: *Iunius Servium Tullium Regem primum interkalaſſe Commemorat.* Contra Euſebii authoritatem & l. Flori fidem qui a Numa Pompilio annum XII. menſibus *primo* deſcriptum memorant.

3 SED POPULI SUFFRAGIO] Nota lege Regia populum non omnem

nem poteſtatem in Reges tranſtuliſſe *Vid. l. 2. in pr. & §. 12. ff. de Orign. jur.*

4 TULLUM HOSTILIUM) Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſte Quæſtores ex crebriori veterum opinione probat. *l. 1. Digeſt. de offic. quæſt. in fin. princip.*

5 QUÆSTORES VERO ÆRARII] De Quæſtoribus Ærarii Vid. *l. 2. §. 22 ff. de Origine Iuris.*

6 EPISTOLIS IN SENATU LEGENDIS) Ulpianus *l. 1. § 2. ff. de offic. Quæſtor.* legit; *libris principalibus in Senatu legendis.* Quem text. Briſſon. pro *libris*, *litteris*, legendum reſtituit.

7 PROMISCUE CREARI) Quæſtorum enim primus erat gradus ad majores dignitates Ut patet ex *d. l. 1. §. 3. ff. de offic. Quæſtor.* quod & de Ædilibus ſuo loco dictum.

8 DE CAPITE CIVIS ROMANI) Lege ſc: Valeria lata de qua vid. notata ad *l. 2 §. 16. & §. 23. ff. de Orign. jur.* Ubi hæc eadem verba deſcripta ſunt,

CAP. IV.

De interregia poteſtate.

1 *Decuriæ patrum* 2 *Interrex.*

ROMULO ergo humanis iam rebus ſubducto [2] fluctuantibus patrum animis, quo pacto Rempublicam procurarent, in demortui regis locum ſuffecturi, aut quo tandem pacto eſſent, ne nova multitudo ſine rege ac duce paſſim vagaretur, ac vicinorum tandem irritatis animis, urbem rectore vacuam vis aliqua externa adoriretur: difficultati rerum conſulendum 1
rati, centum patres [3], decem decuriis factis, ſingulos ex ſingulis legunt, qui ſummæ rerum præeſſent. Ex iis unum qui inſignibus imperii, & faſcibus eſſet, decernunt. Quinque dierum ſpacio finiebatur imperium: eoque pacto viciſſim inter ſe ſortiebantur, dum orbe exacto annus circum ageretur. Id regni inter vallum [4] ab re inter regnum appellatum eſt: Sed hujus imperii cum iam pertæſum videretur, ac plebs pro uno rege, centum ſortitam eſſe quæreretur,

 audi-

audirentque ea moveri patres, qui vel imperium poſciturí eſſe videbantur, per ſpeciem beneficii ultro offerendum rati, ſummam poteſtatem populo permittunt, ſtatuuntque ne plus juris [5] ac poteſtatis futuro regi permitterent, quam apud ſe retinerent, ſimul decernunt, quem populus ipſe regem juſſiſſet, ita demum ratus haberetur, ſi patres auctores extitiſſent. Tum Interrex concione advocata, *quod bonum, fauſtum, fœlixque ſit,* inquit, *Quirites Regem create: ſi dignum, qui ſecundus à Romulo ſit, creaveritis, patres autores fient:* atque ea conditione regem creabant, apud quem ſumma rerum erat. Dum regia poteſtas vacans
2 erat, Interrex appellabatur. Apud minores vero Romanorum cum Reipub. cauſa abeſſent Conſules, neque habendis comitiis interreſſe poſſent, ſive vitio [7] conſules creati eſsent, ſi Dictatorem comitiorum cauſa dici non placuiſset, res ad Interregem deducebatur, ac per Interregem conſularia comitia habebantur.

De

CAP. IV.

1 DE INTERREGIA POTESTATE] Vide ad hunc tit. Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 2. & Liv. *lib.* 1. Plutarch. *in Vita Numæ.* Interregnum authore Feſto eſt ſpacium temporis intermedium quouſque in locum demortui Regis alius ordinetur. Is qui interim cum Regia poteſtate præerat Interrex vocabatur.

2 HUMANIS JAM REBUS SUBDUCTO] De Romuli obitu variæ diverſorum ſunt ſententiæ. Communior eſt, eum nonis quintilibus Anni Urbis Conditæ, itidemque & regni ſui XXXVII. poſt quam exercitum ad Capreæ paludem, recenſuiſſet, amplius non comparuiſſe. Unde in cælum eum delatum, ſuperſtitioſa credidit antiquitas. Liv. *lib.* 1. *cap.* 16. Jul. Flor. *Epitom. Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 1. *circa fin.* Dioniſius tamen *lib.* 2. *Roman. Antiquitat.* Proxime ad veritatem accedere eos ſcribit, qui a ſuis Civibus cæſum tradunt.

3 CENTUM PATRES] Ex Livio *lib.* 1. *cap.* 17.

4 ID REGNI INTERVALLUM] Livius habet: *Id ab re, quod nunc tenet nomen interregnum appellatum.*

NE PLUS JURIS] Idem fere Liv. *d. loco*

6 QUOD BONUM FAUSTUM] Verba ſunt Livii *d. cap.* 17. *Circa fin.* de hac ſolenni auſpicandi formula

mula omnibus rebus agendis uſitata vide B. Briſſon, *De formulis & ſolennibus populi Romani verbis*.

Minores Romanorum] Id eſt Ordinarii Magiſtratus, poſt exactos Reges.

7 Sive vitio creati] Et ob id abdicati id eſt in ſuſpenſo eſſent, Duplex enim erat abdicationis forma, alia criminis perfecti, alia pendentis & adhuc in conditione poſiti.

8 Si dictatorem] De dictatoribus & qua occaſione creati fuerint vide infra *cap. 8.*

9 Dici non placuissent] Non enim creabantur a Patribus vel a populo, ut alii Magiſtratus, ſed a conſule captatis auſpiciis nocte ac ſilentio dicebantur.

CAP. V.

De Duumviris capitalibus [1].

1 *Duumviri Capitales.*
2 *Horatii & Curiatii.*
3 *Triumviri Capitales.*

SI Duumviratus capitalis repetere originem 1
voluėris, uſque à Tulli Hoſtilii regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cum Albanis geſturus, copias jam è campis in aciem eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorum dux, regem Romanorum ad colloquium vocavit: qui ubi in conſpectum venerunt, diu de conditionibus pacis inter eos agitatum eſt, hanc tandem conditionem inierunt: Erant in exercitu Alba- 2
no tergemini fratres, qui Curiatii appellabantur, ut hi cum tergeminis Oratiis Romanis ferro dimicarent: utrius populi cives victores eſſent, is populus cum bona pace alteri imperaret. Armati ergo hinc Oratii, illinc Curiatii, in campum prodeunt: diu vario Marte pugnant, ad extremum tres Curiatii, atque ii quidem omnes ſaucii, duos ex Oratiis obtruncant, tertio integro relicto. Juvenis ergo integer corporis animique viribus, ne ſiſtendo tutari ictus non poſſet, ambire campum inſtituit: ex Curiatiis, qui validior erat, metu examinatum fugere ratus, perſequi illum ægrè licet, pergit. Oratius ubi alte-

rum longè ab aliis eſſe cernit, Curiatium aggreditur, parumque validum facilè obtruncat. Accurrentem fratri ferre auxilium, primo illo etiam infirmiorem, & vix ſuſtinentem arma, facilius occidit. Tertium gravi vulnere, metuque graviore, minore negotio confodit. Juveni ergo Oratio omnium conſenſu glorioſiſſimus triumphus decernitur. Triumphanti ergo cum omne genus hominum, tum Oratia ſoror venit obviam. Hæc Oratia alteri ex Curiatiis fortè deſponſata fuerat: quæ ubi conſpexit occiſi nuper à fratre viri pendentes ab haſta exuvias, lamentis & fœmineo ejulatu complebat omnia: cujus rei indignatione ſororem interfecit, ratus publicam lætitiam turbaſſe. Triumpho ergo acto, Oratius ad regem trahitur, in carcerem ſervandus traditur: ergo omnium ſententia Oratium damnat capite; ſed recens tam inſignis facti memoria permultum favoris à rege ipſo ſibi vendicat. Dilationem ergo judicii [3]. Rex quæritans, tum primum duos viros creat, quæſtionem judicii ab ſe ad illos rejicit. quid plura? duumviri plectendum capite Oratium pronunciant: ſed Oratius ab illa ſententia populum appellat: res ad populi judicium rejicitur. Tum verò ſenis, orbique trium liberorum parentis lachrimis, & pro concione orationibus acta, inſignis actæ rei recente memoria reum juvenem populus abſolvit. Tum ergo duumviris capitalibus initium eſſe cœpit, unius tamen [4], augmento triumviri collegæ facti ſunt.
3 Quòd verò capitalibus quæſtionibus præeſſent, & carceris rerum capitalium agerent cuſtodiam, capitales appellati ſunt: cujus etiam Magiſtratus in damnatione C. Manlii Capitolini opera uſum

pop.

pop. Rom. Livius meminit. Eorundem interventu triumvirorum in eos qui cum L. Catilina conjuraverant, animadverſum eſt, ut meminit Salluſtius.

De

CAP. V.

1. DE DUUMVIRIS CAPITALIBUS) De duumviris meminit Liv. *lib. 1.* & Dioniſ. *lib. 3.* ion. *lib. 37.* Plutarchus & Suetonius. Cicer. *pro Rabirio.* Varro *de lingua latina.*

2. *Hanc tandem Conditionem*) Hiſtoriam vide apud Liv. *lib. 1. cap. 43. & ſeqq.*

3. *Dilationem judicii*) *facit text. in l. Si vindicari 20. Cod. de pœnis.* Et hanc legem Jacobi Cujacii ſuggeſtione & conſilio ſalvaſſe Bituricenſes ab laniena illa quæ anno 1572. multis Galliæ locis exercebatur in eos, qui reformatæ erant addicti relligioni, refert Paulus Merula. *prax. Civ. lib. 1. tit. 4. cap. 2. num. 37.*

4. *Vnius tamen augmento*) Tranſit ad Triumviros rerum Capitalium, de quibus in *l. 2. §. 30. ff. de Origine Iuris*, quaſi ejuſdem muneris & functionis fuerint, nec in alio, quam in numero differant. Quum duumviri tantum in perduellionis judicio creati fuerint, ut hi perduellionem judicarent. Qui mos aliquamdiu retentus, tandem vetuſtate obſoletus, & prorſus intermiſſus eſt, quem à Labieno Tribuno plebis poſtremis temporibus in rempublicam relatam Cicero conqueritur. Triumviri vero carceris Cuſtodiam habebant, & eorum interventu in quoſlibet facinoroſos animadvertebatur. *d. §. 30. l. 2. ff. de Origin. Iur.*

CAP. VI.

De præfecto urbis.

1 *Præfectus Vrbis à quo primum Inſtitutus.*
2 *Iuriſdictio ejus.*
3 *Quæ ad officium ejus pertineant.*

DE præfecto vrbis[1] nuſquam antea quicquam reperitur, quàm de Sp. Lucretii, patris Lucretiæ præfectura: non tamen alios reges præter Tarquinium Superbum. præfectos urbi creare potuiſſe negaverim. Quo ſeſe res vertant, cum regibus proficiſci opus foret, penes Præfectum urbis ſumma rerum relinquebatur. Ubi au- 1
tem imperium propagatum eſt, totius Italiæ ju- 2

 riſdi-

riſdictio ad præfectum urbis delata eſt. Omnia enim crimina quæ per totam Italiam admittebantur, ut epiſtola divi Severi ad Fabium Cylionem cautum eſt, Præfectus urbis ſibi vendicat. In ini-
» tio verò [2] ejus epiſtolæ ita ſcriptum eſt: Cum ur-
» bem noſtram fidei tuæ commiſerimus, quicquid
» intra urbem admittitur, ad præfectum urbis vi-
» detur pertinere. Sed & ſi quid intra centeſimum
» lapidem [3] admiſſum ſit, præfecti urbis ad cogni-
» tionem pertinet. Si ultra centeſimum lapidem
» admiſſum fuerit, urbis præfecti notio non erit.
3 » Audiet ſervos qui ad ſtatuam confugerint [4], aut
» qui de dominis conquerantur, quòd de ſuo pe-
» culio empti, non manumittantur. Audiet domi-
» nos egentes, & qui ſe ægros eſſe dicant, deſide-
» rentque ſibi à libertis ſuffragium impendi. Relegandi etiam [5], deportandique in inſulam poteſtatem præfectus hujuſmodi obtinet. Si quis autem ſervum ſuum [6] in uxorem ſuam adulterium commiſiſſe aſserit, apud Præfectum urbis erit audiendus. Neque eſt alienum [7] ab ejus poteſtate, ut coram ipſo interdicatur quod vi aut clam exercetur. Solent item [8] ad præfectum urbis tutores curatoreſque remitti, qui malè in tutela curaque verſati fuerant, quique graviore animadverſione quàm ut ſuſpectorum crimen incurrant, indigent: ſeu quos probari poſſit, datis nummis tutelam occupaſſe, ſeu accepta mercede operam dediſſe, quo minus idoneus tutor aſſignaretur alicui, vel conſulto circa edendum patrimonium ejus quantitatem minuiſſe, ſive evidenti fraude pupilli bona alienaſse. Id quoque injunctum [9] eſt huic magiſtratui, à divo Severo, ut mancipia tueatur, ne proſtituantur [10]. Curare præterea Præfe-

ctus

ctus debet, ut nummularii [11] probè ſe agant circa ſuæ profeſſionis negotia obeunda: temperentque ab iis quæ leges non admittunt. Si autem patronus [12] ſe à ſuo liberto, aut contemni dixerit, aut contumelioſum ſibi libertum queratur, ſive ſe convitium ab eo paſsum, liberoſve ſuos, vel uxorem, aut quid ſimile objectum fuerit, præfectus urbis adiri ſolet: & pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare, aut ulterius procedere in pœnam ſolet. Quod ſi delatum ſe à liberto, aut contra ſe cum inimicis conſpiraſse doceat: etiam metalli Præfectus in eum pœnam conſtituet. Cura etiam rei macellariæ [13] omnis, ut juſto precio væneat, ad officium Præfecti pertinet: & ideo forum boarium, ſuarium, piſcarium, & olitorium ad eundem Præfectum pertinet. Ad tuendam [14] quoque popularium quietem, diſpoſitos ſtationarios milites habere debet, curareque ut ſibi quod ubique agitur, per delatores denuncietur. Poteſt etiam [15] urbi interdicere negociatione, profectionibus, advocationibus, & foro, ad tempus & in perpetuum. Sed cum multo tempore Præfectus urbi creatus fuerit, demum illius ditione delata ad prætorem [16], & tranſlata, Latinarum feriarum duntaxat creari cœptus eſt. Et cùm cæterorum omnium magiſtratuum fora quieſcerent, ſoli Præfecto urbi Latinarum ſubjacent, ne quis alteram magiſtratuum ſpeciem arbitraretur. Pleraque [17] quæ ad præfecti ditionem pertinere videbantur, de induſtria omiſſa ſunt.

De

CAP. VI.

1. DE *præfecto Vrbis nuſquam antea)* Notandum hic eſt duplicem fuiſſe Urbis præfectum, alium Extraordinarium alium Ordina-

dinarium. Extraordinarius fuit ille qui non ſingulis annis creatus fuit, nec annuam habuit poteſtatem, ſed qui neceſſitate urgente à populo electus fuit, & quando curationem illam cui præfectus erat abſolviſſet, magiſtratum depoſuit. Talis fuit ille qui præfectus Urbis latinarum dicebatur, qui interim dum Reges aut Conſules feriis latinis earumque ſacrificio quæ in monte Albano habebantur, operam darent, urbi præerat. De quo A. Gell. *lib. 15. cap. 8.* Qui deinde & alia quavis occaſione conſtitui cœpit. Ita Sp. Lucretium à Lucio Tarquinio Superbo contra Ardeates profecto præfectum Urbis, qui Imperium in Urbe Rege abſente haberet, inſtitutum fuiſſe ſcribit Livius. Unde quidam ejus præfecturæ primam Originem huic tribuunt. Quod forte nullius alterius ante eum mentio fiat. Verum Tacitus *lib. 6. Annalium* primam eorum Originem ad Romulum refert, & demonſtrat ſub Regibus ſemper uſitatum fuiſſe præfectos Urbis creari. Ubi à Romulo *Dentrem Romulium*, poſt à Tullo hoſtilio *Numam Marcium*, & à Tarquinio Superbo *Spurium Lucretium* Urbi præfectos refert. Ordinarius autem Urbi præfectus de quo hic potiſſimum agitur, qui præſentibus etiam Conſulibus Urbi præeſſet, neque Imperium habebat, ſed certis tantum rebus conſtitutus & quarundam tantum rerum curam habebat, primum ab Octavio Auguſto inſtitutus eſt, teſtibus Suetonio *in Auguſto*, Dioniſ. *lib. 52.* & aliis.

2. OMNIA *enim crimina*) Totus fere contextus ad verbum proditum *in l. 1. ff. de offic. præfecti Urbi.*

IN *initio vero*) *d. l. 1. §. 4. ff. eod.*

3. SI *intra centeſimum lapidem*) Alii habent centeſimum milliarium. Unde liquet in dimetiendis itinerum ſpaciis milliarium & lapidem pro eodem ſumi. Singulis enim miliariis, id eſt ſingulis paſſuum millibus, lapideæ columnæ ſpaciorum ſigna inſcripta habentes poſitæ erant. Teſte Plutarch. *in Gracchis* Quintil. *lib 4. cap. ult.* Briſſon. *lib. 4. ſelect. lect cap. 8.*

4. AUDIET *ſervos*) *d. l. 1. §. 1. 2. ff. de officio præfect. Urb.* Huc pertinet reſcriptum Divi Antonini ad Ælium Marcianum Beticæ Pro conſulem, de jure Civium Romanorum in ſervos. Cujus verba exſtant *in l. 2. ff. de his qui ſui vel alien. jur. & §. 2. inſtit. eod.* Horum interpretationem addit Ulpian. *in l. 1. §. 8. ff. de off. præfect. Urbi.*

5. RELEGANDI) Inſulas Principes adſignabant in quas præfecti relegabant, & deportabant. *l. 1. §. 3. ff. de offic. præfect. Urb.*

6. SI *quis ſervum*) *d. l. 1. §. 5. ff. eod. junct. l. 5. ff. de Accuſationib.*

7. NEQUE *eſt alienum*) *d. l. 1. §. 6. ff. eod.*

8. SOLENT *item*) Enumerantur hic, ut & in *d. l. 1. §. 7. Digeſt. de offic. Præfect. Urb.* graviora Tutorum, & Curatorum admiſſa: quibus adde. Si falſo, quaſi per inopiam pupillo alimenta negaverint. *§. 10. Inſtit. de Suſpect. tutorib.* Præfectorum etiam munus erat furioſis Curatores Conſtituere. *§. 3 Inſtit. de Curator.*

9 ID *quoque injunctum*) *d. l. 1. §. 8. circa fin.*

10. NE *proſtituantur*) Facit. tit. Cod. Si mancipium ita alienatum erit ne proſtitueretur. *l. 9. ff. de manumiſſionib. l. 24. §. 3. Dig. de pignoratit. act.*

11. UT *nummularii*) *d. l. 1. §. 9. Dig. offic. præfect. Urb. & l. 2. Dig. eod.* adiri eum ab argentariis, vel adverſus eos, & in pecuniariis cauſis. Erant autem Argentarii qui rei nummariæ negociationem exercebant, unde & nummularii & menſarii dicebantur. Erant hi

in

in foro ſtantes, ibique tabernas ac menſas ſuas poſitas habentes, apud quos etiam fenebres pecuniæ deponebantur. Quas duabus de cauſis ad eos delatas docet Ulpianus *in l. 14. §. 2. ff. de reb. auth. jud. poſſid.* aut ſine fœnore, propter fidem publicam duntaxat ut tutiore loco quam in privatis ædibus aſſervarentur quibus Ædes Caſtoris deſtinatæ. (Quemadmodum & apud nos mercatorum pecuniæ publico ad id deſtinato loco coaſervantur. Vulgo *VViſſelbanck*) aut ſub uſuris ipſis pecuniæ credebantur, quos deinde fœnori collocabant, *vid. l. 4. & l. 10. ff. de edendo.*

12. SI *autem patronus*) Verba ſunt *l. 1. §. 10. ff. de offic. præfect. Urb.* faciunt ea quæ ſupra num. 4. notavimus.

13. REI *Macellariæ*) Cura omnis carnis *d. l. 1. §. 11. ff. eod.*

14. AD *tuendum*) *d. l. 1. §. 12. ff. eod.*

15. POTEST *etiam*) *d. l. 1. §. 13. ff. eod.*

16. EJUS *ditione delata*) poſt introductum præturæ Magiſtratum præfectum Urbis fieri, deſiiſſe conſtat: niſi quod latinarum cauſa profectis Urbe Conſulibus, relinquendus domi erat Præfectus relligionis potius cauſa, quam quod eo Magiſtatu magnopere opus eſſet, cui non niſi latinarum feriarum tempore imperium erat, reliquo vero anni tempore, quam quam abeſſent conſules, nullus locus reliquus erat huic Magiſtratui, ſed ſumma poteſtas erat penes Prætorem Urbanum teſte Cicerone *lib. 10. Epiſt. familiar. 12.*

17. PLERAQUE) Quæ illa fuerint non conſtat.

CAP. VII.

De Conſulibus.

1 *Conſules dicti eorundem officia & inſignia.*
2 *Lictores unde dicti, & eorum officium.*
3 *Lex Valeria inſtituta, de provocatione adverſus omnes magiſtratus.*
4 *Manlius Torquatus.*
5 *Primus ex plebe Conſul.*
6 *Conſules quomodo creati.*
7 *Candidati qui.*
8 *Calata, Curiata, Centuriata, & Tributa Comitia.*

CONSULAREM poteſtatem regiæ poteſtatis exemplo accerſitam fuiſſe, vetuſtatis monumenta declarant. Exactis enim regibus [1], duo viri [2] creati ſunt, quibus præter quàm quod annuum imperium datum eſt, nihil aliud immutatum eſt [3]. Itaque lictores [4], & trabeam, cæteraque Regum inſignia tenuere. Quod conſulere [5] Rempublicam deberent, Conſules appella-

1 pellavere. Injunctumque, ut omnium quæ è Republica fore arbitrabantur, diligenter curam agerent. Primi Conſules poſt exactos reges fuere L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus[6]. Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat faſces forent: ne ſi penes utrunque[7] populus conſpexiſſet, duplicatum terrorem ex uno ad duos reges quereretur. XII. erant numero lictores, qui cum faſcibus virgarum[8] ſecurim[9] cuique conſulum præferebant. Quem numerum lictorum collegiſse Romulum[10] ferunt, eo quod duodecim vultures in Auentino monte, cum auguriis cum fratre contenderet, inſpexit. Nonnullis autem atque idoneis autoribus, hoc ut pleraque alia, ſcilicet apparitores, ſellam curulem, togam & pretextam, ab Ethruſcis[11] finitimis populis adſcivisſe veriſimilius videtur. Ethruſcos enim cum duodecim populis conſtarent, rege communiter creato, unum lictorem regi ſingulos exhibuiſse.

2 Lictores autem à ligando[12] dictos exiſtimant: quod quem Conſules prehendi ligarique juſſiſſent, præſto eſſent ad prehendendum[13], & venientes Conſulibus obuiam, de equo deſcendere[14] juberent. Iunio autem Bruto altero ex primis conſulibus in bello extincto[15], quum ſolus P. Valerius in conſulatu remanſiſſet (Hic enim in Tarquinii Collatini locum ſuſceptus erat, quod ille inviſum Tarquiniorum genus[16] ſe conſulatu abdicare compulſus eſſet) ut ſunt mutabiles vulgi animi, in ipſum non invidia modo, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine oborta eſt. & quum conſul advocata concione ſe expurgaſſet, autor eſſe inſtituit ferendæ legis, ut adverſus

verſus omnes magiſtratus eſſet provocatio ad
populum [16]. Tum vero conſularis autoritas, 3
regiæ poteſtatis longe inferior eſſe cœpit: ac
libertatis jacta ſemina mirum in modum con-
valuiſſe viſa ſunt. Conſules niſi à patribus
creari [17], quod apud alios auſpicia non eſſent,
religionem fore aliquando creditum eſt. Profli-
gato tandem Gallico bello (eo ſcilicet [18] quo
T. Manlius Torquatus [19] torque hoſti Gallo, 4
quem ſingulari certamine occiderat, detracto,
Torquati cognomen ſibi poſteriſque ſuis cla-
riſſimum dedit) aſſiduis tribunitiis ſeditionibus
victi, alterum ex plebe Conſulem creandum
conceſſere [20]. Primus autem de plebe Conſul
L. Sextius creatus eſt: & cum antea Tribunos 5
militum [21] qui pro conſulibus eſſent, ex ſuo
quoque ordine creari plebs obtinuiſſet, ſepe-
numero creationi tribunorum, conſularis po-
teſtatis intermiſſio [22] occurrit: adeo ut duobus
aliquando, nonnunquam pluribus, ſæpe etiam
paucioribus annis conſulare imperium vacaue-
rit. De conſtitutione vero conſularis pote- 6
ſtatis, id vulgo compertum eſt: habitis ſcilicet
per Conſules, ſive alterum duorum, ſive per
Interregem aut Dictatorem comitiis [23], quæ tri-
buum, centuriarumque conventu ac ſuffragiis
conſtant, & in campum Martium accitis [24] qui
conſulatum petituri erant, in campum deſcen-
dunt: atque eo quod tunc candidis veſtibus in-
duti ſunt, Candidati [25] vocantur. In quem igi- 7
tur populi ſuffragia, conſularibus habitis comi-
tiis, ſuffragiiſque rite peractis, concurrebant,
is erat conſul deſignatus. Sed quoniam de comi-
tiis habuimus mentionem, non incongruum
eſt

eſt, hic nonnihil ex iis quæ ad nos uſque pervenerunt, abſcribere. Comitiorum enim alia calata, alia tributa nuncupantur. Calata[26] vero dicta, quod per lictorem curiatim calari[27], id eſt, vocari ſolebant. Ea vero in centuriata & curiata[28] dividuntur. Curiata ex curiis, quæ triginta numero erant, & omne genus civium continebant, per curiatum lictorem vocabantur. Centuriata vero per cornicinem[29] ex cenſu & ætate[30] accercebantur. Tributa vero ex omnibus regionibus urbis, ac tribubus (ut reor) nuncupata conſtabunt. Centuriata autem fieri intra pomœrium nefas erat, quia Exercitum (ut ferunt) niſi inra urbem imperari jus non ſit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi quod exercitu imperari præſidii cauſa ſolitum ſit. Illud præterea neceſſarium conſulatum petentibus, ut per ſeipſos comitiis intereſſent, per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quinetiam perſcribendis cæteris magiſtratibus obſervatum video. Eam præterea poteſtatem[31], de qua agimus, & filii familiâs, & ſui juris conſtituti conſequuntur, ſeque ipſos[32] apud ſe ſua autoritate emancipandi facultas eſt. Tandem etiam inſtitutum[33] ut qui conſules fierent, ipſo jure ſine emancipatione à patriæ poteſtatis vinculo liberarentur.

8

De

CAP. VII.

1. EXACTIS *Regibus*) Hanc Hiſtoriam vide apud Jul. Flor. *lib. 1. cap. 9.* Liv. *lib. 1. circa fin. & initio lib. 2.* Dioniſ. Halicarnaſ. *ſub. fin. lib. 4. & initio lib. 5.* Conſules ut exactis Regibus Romæ conſtituti & quo tempore vid. not. *ad l. 2. §. 16. ff. de Origin. Iuris.*

2 DUO *viri*) Non tamen ſemper duo fuere Conſules, aliquando tres aliquando quatuor, aliquando unus tantum.

3 NIHIL *aliud immutatum*) Quæ fuerit Conſulum poteſtas deſcribunt Polyb. *lib. 6.* & Cic. *lib. 3. de legib.* Libertatis originem inde magis.

ſis quia annuum imperium conſulare factum eſt, quam quod diminutum quicquam ſit, ex regia poteſtate. Liv. *initio lib. 2.*

ITAQUE *lictores*) Inſignia Conſulum fuere ſella curulis eburnea in qua jus dicebatur, Trabea, id eſt prætexta purpurea, & lictores faſces præferentes.

5 QUOD Conſulere) Dioniſ. *initio lib. 5.* Quos Romani ſua lingua, a Conſulendo Conſules appellarunt.

6 L. TARQUINIUS *Collatinus*) Lucretiæ pater fuit. Hic propter affinitatem Tarquiniorum qui de recipiendis Regibus conjnravérant, poſtquam Brutus ad populum Senatusconſultum tuliſſet: ut omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent, Conſulatu ſe abdicare, & Civitate cedere juſſus eſt, & in ejus locum ſuffectus eſt P. Valerius Publicola, quo adjutore Brutus Reges ejecerat. Liv. *initio lib. 2.*

7 NE *ſi penes utrumque*) Vid. Liv. *initio lib. 2.*

8 FASCIBUS *Virgarum*) Lictores cum congerie virgarum cui ſecuris adligata erat præcedere ſolebant Conſules, ad terrorem malorum: ſicuti poſtea imperatori Gladius præferebatur ut ſupremæ poteſtatis ſymbolum. Hi faſces ex betula arbore, quæ candida levis & eximiæ tenuitatis eſt, fiebant, teſte Plinio, Sed Plautus *in Aſinario* faſces etiam ulmeos fuiſſe dicit quibus rei vapularent, alios forte ab his qui cum ſecuri præferebantur.

9 SECURIM) P. Valerius Publicola invidiæ Conſulum minuendæ faſcibus ſecures ſuſtulit, quas non niſi in bello & extra urbem prçferrent, quem omnes Conſules deinceps ſecuti Liv. *lib. 2. ſub. princip.* & *lib. 10. ad annum Urb. Cond.* 304. Plutarch *in vita publicola.*

10 COLLEGISSE *Romulum*) Hæc eadem vide apud Liv. *lib. 1. cap. 8.*

11 AB *Etruſcis*) Vetuloniæ Etruriæ Urbi faſcium inventum adſcribit, Silius Italicus:

Mæoniæque decus quondam Vetuloniæ gentis,
Bis ſenos prima illa dedit præcedere faſces,
Et junxit totidem tacito terrore ſecures.

12 LICTORES *a ligando*) Ita Nonius Marcellus. Feſtus, & alii Grammatici, forte ab antiquo. *ligo, ligui, lictum, ligere.*

13 AD *prehendendum*) Nonius Marcellus in verbo, *Lictores*, docet antiquitus Romæ nullos Carnifices fuiſſe, ſed eorum vicem lictores præſtitiſſe.

14 DE *equo deſcendere*) Quod equo deſcendere debebant obviam venientes, ex livio, *lib. 24. cap. 44.* & Valerio Maximo *lib. 2. cap. 2. exemplo 4.* in Q. Fabii Hiſtoria liquet, & ex Dioniſ. *lib. 36.* conſtat Pompejum per Lictores juſſiſſe ut Tigranes Rex obvius equo deſcenderet. Eundemque honoris habendi ritum explicat Appulejus lib. 3. Floridorum: *Si quem Conſpicantur ex principalibus viris bene Conſultum, bene cognitum, quanquam oppido feſtinant; tamen honoris ejus gratia cohibent Curſum, relevant gradum, retardant equum, & ilico in pedes deſiliunt: fruticem quem verberando equo geſtant, eam virgam in lævam manum transferunt.* Animadvertendi verbo clamorę hi Lictores utebantur, quo verbo Comprehendebant, quicquid honoris venienti Magiſtratui exhiberi ſolenne eſſet. Ut aſſurgerent, Curru aut equo deſcenderent, Caput aperirent, gladium, aut ferrum deponerent, & ſi quid tale. Plura de lictoribus, eorumque Origine, Conditione, miniſterio & ritu vide apud Juſt. lipſium *Electorum lib. 1. cap. 23.*

15 IN *Bello extincto*) Dum exſules Tarquinii res ſuas per vim repetunt, arma ſumpta ſunt a popu-

Populo Romano adverſus Vejentes & Tarquinienſes, qui dum reducere Tarquinios in regnum Conabantur, a Romanis ad Arſiam ſylvam victi ſunt, Ubi Brutus Conſul in mutuo certamine, cum Arunte Tarquinii Regis filio mutuis vulneribus moribundi ceciderunt. Liv. *lib. 2. cap. 6.* Flor. *Epitom. lib. 1. cap. 10.*

16 OB *inviſum Tarquiniorum genus*) Retulimus ſupra ad verb. *Lucius Tarquinius Collatinus.* Ex Livio. *lib. 2. cap. 2.*

PROVOCATIO *a lpopulum*) Quæ ab eo lex Valeria dicta eſt, de qua latius Vide *a l. 2. §. 16. ff. de Orig. jur.*

NISI *a patribus Creari*) Conſules enim non niſi Centuriatis Comitiis creabantur, quorum habendorum jus fuit penes Magiſtratus majores tantum, Uti ſunt Conſules, Prætores, Cenſores, Dictatores, Interreges, Tribuni militum Conſulari poteſtate, neque aliter quam captatis auſpiciis, & ſacris peractis.

18 EO *Scilicet*) Plura enim fuere bella Gallica, Primum de quo hic agitur, contigit Circa annum V. Cond. 364. ſub M. Camilli dictatura, qui Cladem Romanam a Gallis Senonibus acceptam reſtituit, & ad Octavum Lapidem Gallos via Gabinia aſſecutos profligavit. De quo l. Flor. *Epitom. lib. 1 cap. 13.* Alterum a Gallis Ciſalpinis, Boiis, & Inſubribus circa annum Urb. Cond. 528. Romanis illatum. De quo Idem l. Flor. *lib. 2. cap 4.* Epitome Livii *lib. 20.* Eutrop. *3. 1.* Oroſ. *4. 13.* & Polyb. *2. 24.* Tertium eſt bellum Gallicum quod J. Cæſar cum Gallo belgis geſſit ab anno V. Cond. 694 De quo late Idem J. Cæſar *de bello Gallico!* Jul. Flor. *lib. 3. cap. 10.*

12 T. MANLIUS *Torquatus*) Hanc Hiſtoriam vide apud Liv. *lib. 7. cap. 10.* Cicer. *lib 3. de offic. & lib. 1. & 2. de finib. &* A. Gell: *lib. 9. cap. 13.*

20 CREANDUM *Conceſſere*) Illud obtinuere anno V. Cond. 387. quo l. Sextius lateranus primus ex plebe Conſul factus eſt, Ut ſupra notatum *ad l. 2. §. 26. ff. de Orgni. Iur.*

21 TTIBUNOS *Militum*) De his actum ad l. 2. §. 25. ff. de Origine Juris.

22 INTERMISSIO *occurrit*) Intermiſſio Conſulum & reliquorum Magiſtratuum fuit per totum quinquennium *ab anno V. Cond. 378. uſque ad annum 383.* Licinio Stolone & L. Sexrio laterano Tribun. Pleb. perpetua interceſſione Comitia interturbantibus. *Sicut Licinius Calvus & L. Sextius Lateranus* qui poſtea primus ex plebe Conſul) per totum quinquennium Tribunatum Plebis geſſerint. Vacavit etiam Conſulare Imperium *Anno V. Cond. 420.* qui ſine Conſule fuit. Itemque *Anno 429.* quo l. Papyrius Curſor dictator ſine Conſule fuit, *& Anno 444.* quo Dictator & Magiſter Equitum ſine Conſule fuerunt.

23 COMITIIS) Comitia Centuriata non niſi a majoribus magiſtratibus convocari diximus ſupra, Ceterum de perſonis quibus jus erat comitia centuriata convocandi vid. Joann. Roſin. *Antiq. Roman. lib. 6. cap. 10.*

24 IN *Campum Martium accitis*) Centuriata Comitia non niſi Imperato exercitu haberi poterant, præſidii cauſa, dum populus in ſuffragiis ferendis occupatus eſſet teſte A. Gellio *lib. 15. cap. 27.* Exercitus autem extra urbem imperari debebat, intra Urbem imperari jus non erar. Cui campus martius deſtinatus erat, locus extra Urbem prope portam Flumentanam: ita dictus, quod Marti conſecratus ſit.

25 CANDIDATI) Candidati dicebau-

cebantur a candida toga qua Induebantur illi, qui honores petere volebant pro petitionis ſigno. Macrob. *lib. 1. Saturn. cap. 16.* mos enim petitoribus fuit ut trinuudino die ad comitia habenda edicto, candida toga induti iu comitium venirent, & in collo conſiderent, unde coram ab univerſis conſpici poſſent.

26 Calata) Calata Comitia apud antiquos eſſe labeo ait apud A Gell. *lib. 15. cap. 27.* quæ pro collegio, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa fierent. Erat & olim teſtamenti geuus quod calatis Comitiis Conficiebatur *§. 1. Inſtit. de Teſtam. Ordinand.* Hoc quomodo fieret, docet Græcus Interpres Theophilus *Inſtit. lib. 2. tit. 10.* Duo erant, inquit, apud veteres teſtamentorum genera, unum quod calatis Comitiis fiebat: alterum quod in procinctu. Teſtamentum calatis Comitiis tempore pacis fiebat, bis in anno, hoc modo: Præco univerſam Circumibat Civitatem, populum convocans, ac tum, qui teſtamentum condere volebat, in Concione populi, ipſo teſte Populo reſtamentum ſcribebat, ex quo etiam dictum eſt, calatis Comitiis. Nam calare eſt vocare: Comitia vero populi congregatio. Vide Sigon. *de antiq. jur. Civ. Roman. lib. 1. cap. 12. & 17.*

27 Calari) Calari A. Gell *lib. 15. cap. 27.* eſt Convocari; ἀπὸ τοῦ καλεῖν. Hinc Calendæ ut ſcribit Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 15.

28 Centuriata, *& Curiata*) Quæ ſunt Comitia centuriata Curiata, aut Tributa, dictum eſt *ad l. 2. §. 2. ff. de Origne. jur.* quibus adde Ioann. Roſin. *de Antiq. Rom. lib. 6.*

29 Per *Cornicinem*) Cornicines ſunt qui cornu Canunt, quibus olim in prælis utebantur.

30 Censu *& ætate*) Id eſt & opibus & majori ætate. Docet enim Dioniſius *lib. 4.* Servium Tullium Centuriarum authorem, cenſeri bona omnium Civium juſſiſſe, adſcriptis ætatis annis, & parentum nominibus, liberorum etiam atque conjugum, & quam quiſque regionem Urbis, quemve pagum incoleret. Quo cenſu peracto; quum ex ſcripto & ipſorum numerum, & opes, & ætatem cognoviſſet, unam ſelectam ex omni numero partem habuit, cujus maximus cenſus erat, nec minor centum minis in octuoginta centurias digeſtam, quibus arma habere imperavit, clypeum, arginum, loricam ex ære, galeamque, & ocreas, tela, haſtam, & gladium. Ex his quadraginta centurias fecit Iuniorum, qui foris bella gererent; totidem Seniorum, qui manerent ad Urbis cuſtodiam, ex quibus etiam centuriata comitia conſtitiſſe videntur, quod hic eſt, *cenſu & ætate accerſeri.*

31 Eam *præterea poteſtatem*) Sc: ut per ſe ipſos Comitiis interſint non obſtante patria poteſtate, quæ, Impedimento non eſt quod quis Conſul, aut Prætor creetur *l. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel. alien jur*

32 Seque *ipſos*) Idem docet Paulus *lib. 4. ad Sabinum. in l. 3 ff. de Adopt onib.*

33 Tandem *etiam Inſtitutum*) Apud Coſſiodorum ſcriptum eſt in form. *patriciatus: leges tantam patriciis dignitatem detulerunt, ut in ſacris poſitus, cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ poteſtatis nexibus exuatur.* Idem primo Iuſtinianus in *l. ult. Cod. de Conſulib.* in patriciatus dignitate Conſtituit: poſtea vero etiam ad alias dignitates, & ad eas omnes quæ a Curia liberant produxit, Idemque jus Conſulatui, Præfecturæ Prætorianæ, Præfecturæ Urbicæ, Præturæ magiſteriæ militum, & Epiſcopatui poſtea conceſſit *Nov 81. in pr. & cap. 1. & 4.*

CAP. VIII.

De Dictatore.

1 Primus Dictator.
2 Ejus poteſtas & inſignia.
3 Quo caſu & cui rei gerendæ creari ſolitus.
4 Dictaturæ tempus.
5 Dictator unde appellatus.

DICTATOREM [1] Albanos prius quam Romanos habuiſſe, quippe qui *Metium Suffetium* habuerunt, teſtis eſt Tit. Livius [2]. A-
1 pud Romanos verò primus Dictator factus eſt. *T. Largius* [3] primum Conſul, quo anno [4] quibuſve conſulibus, non ſatis conſtat. Illud verò liquet, Latino Sabinoque bello impendente [5], quadragintave populis in Romanos conjuratis, concitante Mamilio Octavio Tuſculano, Tarquinii ſuperbi genero, qui eum penes exulabat, dictato-
2 rem Romæ creari inſtituiſſe. Ea ſumma quidem poteſtas [6] apud Romanos fuit: à qua nec provocandi [7] jus fuiſſe, & animadverſum in caput cujuſque civis Romani, totiuſque Reipublicę ſummam ditionem penes ipſum habuiſſe, veterum ſcripta teſtantur. Lictores, & univerſa regum inſignia [8] dictatori attribuêre: quia autem ſummum ei in populum jus, ſummaque poteſtas fuit, magiſter populi [9] cognominatus eſt: ex quo factum, ut qui poteſtatem aliquam de publico haberet, utpote, quod à ſuprema dictaturæ poteſtate ortum duceret, magiſtratus, velut à candido can-
3 didatus vocaretur, Dictator autem nullo alio pacto creari conſuevit, quàm cum vis aliqua major [10] de improviſo oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur, prius non niſi è patribus, velut pleraque alia, Dictatorem legi fas fuit. Tandem ut cætera quoque id ipſum imminutum eſt.

Bello

Bello enim quod pop. Rom. cum Faliſcis geſſit [11],
Tarquinienſibuſque, primus de plebe Dictator
creatus eſt. C. *Martius Rutilius*, qui & ipſe Ma-
giſtrum equitum, etiam de plebe hominem *C.*
Plautium dixit. Hunc magiſtratum, quoniam 4
quam ampliſſimus eſſet, non niſi ſex menſes [12] re-
tinere licuit: quòd verò futuros dictitare magi-
ſtratus ſolitus ſit, [13] appellatum eſſe Dictatorem
M. Varro ait. Hujus etiam prætextu magiſtratus 5
L. Sylla, ac deinde *Julius Cæſar* [14] Remp. oppreſ-
ſere [15], tyrannidis inviſum atque infame nomen
evitare cupientes.

CAP.

CAP. VIII.

1. DICTATOREM] Sumpta hæc ſunt fere omnia ex Livii *lib. 2.* plura notatu digna ſcribit Dionifius Halicarnaſſ. *ſub finem lib. 5.*

2. TESTIS *eſt Tit. Livius*] *lib. 3. cap. 23.*

3. T. LARGIUS] Alii legunt. *T. Lartius*, primum Conſul fuit cum *Poſthumo Cominio Aurunco*. Anno Urb. Cond. 252.

4. Quo *anno*] Livius, Eutropius & Euſebius Anno V. Cond. 252. hunc primum Dictatorem creatum ſcribunt, quem hic author ſequi videtur, quum dicit, *primum Conſul*, hos ſequitur in faſtis ſuis Gubert. Goltzius, Dionifius & alii triennio poſt factum volunt quo anno cum Q. Clælio Siculo II. Conſul erat.

5. LATINO *Sabinoque bello*] Omnes Latini populi auctore Octavio Manilio, ad quem Tarquinius Superbus auxilii cauſa exulatum abierat, facta conſpiratione, quaſi in Regis ultionem bellum intulerunt, De quo Vid. Jul. Flor. *lib. 1. cap. 11.* Liv. *lib. 2. cap. 19. & ſeq.* Dioniſ. *lib. 5.*

6. SUMMA *quidem poteſtas*] Liv. *lib. 2. cap. 18.* Creato Dictatore, inquit, primum Romæ poſtquam præferri ſecures viderunt, magnus plebem metus inceſſit, ut intentiores eſſent, ad dicto parendum, neque enim, ut Conſulibus, qui pari poteſtate eſſent, alterius auxilium neque provocatio erat, neque ullum uſquam niſi in cura parendi auxilium.

7. A QUA *nec provocandi*] Vid. *l. 2. §. 18, ff. de Origin. jur. & ibi notat.*

8. UNIVERSA *Regum inſignia*] Ideoque quum Securim faſcibus Valerius in Urbe Conſulibus præferendis ademiſſet, Dictator reſumpſit, & quum ſinguli Conſules duodenis ſecuribus extra Urbem uterentur, Dictator duplicatum ubique habebat numerum. Ut etiam ſupra *d. loco*, ex Dioniſio, Polybio & Dione notatum.

9. MAGISTER *Populi*] Hinc ille quem Dictator ſibi poſtea adſcivit, quique proximam ab eo habebat poteſtatem Magiſter equitum vocatus.

10. QUUM *vis aliqua major*] pri-

mo quidem ſeditionis ſedandæ, & rei arduæ gerendæ cauſa conſtitutus hic Magiſtratus, quum aut belli externi, aut ſeditionis domeſticæ vis quædam major reipublicæ immineret, cui avertendæ majori ſeveritate & potentia, quam Conſulari opus eſſet, poſtea vero etiam propter alias cauſas Dictator dictus invenitur. Ut clavi figendi cauſa, in peſtilentia aut ſeditione, de quo more Liv. *lib.* 7. *cap.* 3. ſcribit, peſtilentiam quondam clavo à Dictatore fixo clave ſedatam. Deinde Comitiorum habendorum cauſa Dictator Creabatur, majori Magiſtratu abſente, itemque feriarum Latinarum, Ludorum Romanorum & Senatus legendi cauſa Dictator creatus eſt, Quorum omnium exempla paſſim occurrunt apud Livium, & in faſtis capitolinis, Sigonii, Onuphrii Panvinii, Goltzii & aliorum.

11. CUM *Faliſcis*] Non eſt illud bellum quod Populus Romanus cum Faliſcis & Fidenatibus ſub Furio Camillo geſſit. De quo Jul. Flor. *lib.* 1. *cap.* 12. & Liv. *lib.* 5. *cap.* 27. Sed illud quod cum Faliſcis & Tarquinienſibus geſſit ſub *M Fabii Ambuſti* 11. & *M. Popilii Lenæ* 11. Conſulatu, Anno Urb. Cond. 397. de quo Idem Livius *lib.* 7. *cap.* 17. hæc memorat.

12. NON *niſi ſex menſes*] In magnis tamen periculis quandoque ad annum continuatam dictaturam legimus. Uti in M. Furio Camillo L. Papirio Curſore, Q. Fabio Maximo, L. Sylla, & C. Jul. Cæſare, notavimus ſupra ad *l.* 2. *ſ.* 18. *ff. de Origin. Iur.* Sed & de pluribus legitur quod ante legitimum tempus, decimoquarto, vel quinto die, poſtquam dictaturam acceperint, eam iterum depoſuerint.

13. FUTUROS *dictitare Magiſtratus*] Varro *lib.* 4. *de ling. latin.* Appellatus eſt dictator, inquit, vel quod à Conſule diceretur, vel quod ejus dicto omnes audientes eſſent, idem docet Livius *lib.* 2. *cap.* 18. creato Dictatore, intentiores fuiſſe ad dicto parendum, & nullum niſi in cura parendi auxilium, & Dioniſ. Halicarn. *lib.* 7. ſcribit nomen Dictatori impoſitum, ſive à poteſtate jubendi, & præſcribendi aliis arbitratu ſuo quicquid vellet quod juſtum & honeſtum eſſet, ſive quod tunc dictus, ac nominatus fuiſſet.

14. L. SYLLA, *ac deinde Iul. Cæſar*] Primus L. Sylla, ac deinde C. Julius Cæſar dictaturam perpetuam fecit. Quam Sylla poſt triennium ipſe à ſe iterum abdicavit, Cæſar dum viveret retinuit. Poſt J. Cæſarem dictatura penitus eſt ſublata. Vide Sueton. *in julio cap.* 77. Plutarch. *in Sylla*. Dioniſ. ſub *fin. lib.* 5.

15. REMPUBLICAM *oppreſſere*] Dictatura per Syllę Crudelitatem in odium venit, & tyrannis eſſe comperta eſt. Dioniſ. Halicarnaſſ. *ſub fin. lib.* 5.

CAP. IX.

De Magiſtro equitum.

1 *Magiſtrorum equitum poteſtas.* 2 *Origo.* 3 *Officium.*

QUales tribuni Celerum 1 apud reges, tales ferme apud Dictatores magiſtri equitum

tum ₂ fuere, & ut Dictatori jus ſummum in po- 1
pulum fuit, ita in omnes milites [3] & accenſos [4]
Magiſtro equitum fuiſſe, traditum eſt. Primus 2
Magiſter [5] equitum Sp. Caſſius fuit, à T. Largio
primo Dictatore creatus. Id demum officii fuit 3
Magiſtris equitum apud Dictatores, quod tandem [6] Præfecto prætorio apud Cæſarem.

C A P.

CAP. IX.

1. Tribuni Celerum] De his ſupra actum eſt *cap. 2, & ad l. 2. §. 15. ff. de Origin. Iuris.*

2. Magistri *Equitum*] Magiſtri equitum dicti, quod ſummam in Equites habuerint poteſtatem, authore Varrone *lib. 4. de ling. latin.*

3. Ita *in omnes milites*] Ita tamen ut Dictatorum imperio fuerint ſubjecti, & ſine ipſorum mandato & permiſſu nihil moliri auſi fuerint. Uti patet *Q. Fabii*, & *M. Minucii* exemplo, qui cum abſentibus Dictatoribus, & ab ipſis prohibiti prælium cum hoſtibus commiſiſſent, quamvis re bene geſta capitis ſupplicio damnati, nec alio quam ipſius Populi Interceſſionis medio liberati, & vita donati ſunt. teſtib. *Liv. Plutarch. Eutropio* & aliis.

4. Et *Accenſos*] Accenſi erant qui in demortuorum militum locum ſurrogabantur, & ad cenſum legionum adſcribebantur.

5. Primus *Magiſter equitum*) teſtatur Dioniſius *ſub fin. lib. 5.* T. Lartium quam primum Dictator creatus fuerit, Spurium Caſſium ſibi equitum Magiſtrum elegiſſe.

6. Quod *tandem*) Univerſo ſcilicet imperio in unius manu poſito *l. 1. in pr. ff. de Conſtit. princip.*

CAP. X.

De Tribuno plebis.

1 Tribunorum Plebis origo.
2 Quot numero primo ac deinde creati.
3 Eorum authoritas & poteſtas.
4 Intercedere quid.

Tribunis plebis creandis [1] initium fuit ſeceſſio plebis [2] à patribus in montem Sacrum [3] facta. Tranſacto enim bello, hinc Volſcorum, illinc Æquorum atque Sabinorum, cum ex 1
promiſſis patrum ferendæ legis, de liberanda à nexibus [4] fœneratorum plebe, ſpes quibuſdam certis indiciis verſatur, quæ tum quadam ac ni-

mia luſione protrahi videretur à patribus, M. Valerio dictatore creato, qui ad populares ſeditiones comprimendas, ingenſque gerendum bellum[5] mitteretur: cumque pro plebe ad ferendam legem intercedere cœpiſſet, & ſe & plebem fruſtrari videret, magiſtratu ſe abdicaviſſet[6], accederetque ad indignationem plebis, quod patres plebis animos à ſeditionibus avertere rati, ſub prætextu ſacramenti conſulibus præſtiti, novo bello cogere ad militandum adnitebantur. Plebs permoleſte id ferens, in montem Sacrum, qui eſt trans Anienem, tertio ab urbe miliario, ſeceſſit. Quod cum ingentem trepidationem incuſſiſſet patribus (quonam enim modo urbem omnium militum robore exhauſtam, ſi qua vis belli aliqua ex parte irrepſiſſet, tutari Remp. facultas dabatur?) Menenium Agrippam[7] ſummæ ea tempeſtate autoritatis virum plebi charum pariter ac patribus, legatum ad componendam popularem ſeditionem decernunt: qui gravi uſus oratione, in qua apologum de conſpiratione membrorum[8] contra ventrem induxit, quemadmodum ventri ea conſpiratio cladem attulerit, uſque eo delinivit plebis animos, ut illius opera pacem cum patribus iniverit. In cujus pactione fœderis, convenit, uti plebejos in urbe magiſtratus obtine-
2 rent. Duos ergo tribunos[9] tum habere plebs cœpit, *A. Virginio & T. Vetuſio*[10] *conſulibus*. Alia rurſus ſeceſſione[11] tres additi *Appio Claudio*, & *T. Quintio conſulibus*. Mox quinque item alii[12], conſulibus *M. Oratio Pulvillo*[13], *& Q. Minutio*. Hoc pacto decem Tribunis in plebem-Romanam fuit juriſdictio. Tribunorum verò tanta crevit autoritas[14], ut quicquid ſenatus decreviſſet, ita de-

demum ratum haberetur, ſi tribuni approbaſſent.
Stabant ergo in veſtibulo curiæ ubi habebatur ſe- 3
natus (templum enim ingredi non licebat)& quę-
cunque ſenatores decreviſſent, Tribunis animad-
vertenda perferebantur: ut ſi pro republica fore
viderentur, approbarent: cætera ad arbitrium
rejicerent, tanquam ſenatuſconſulta approbaſ-
ſent. T. literam in tergo adjiciebant, haud alio
pacto rata judicatum iri. Sed de tribunitia pote-
ſtate, ſi latius facere verba vobis voluerimus,
Labeonis Antiſtii juris peritiſſimi conſtat ſenten-
tia: cujus verba, quemadmodum apud Aul. Gel-
lium ſcripta reperi[15], ita ipſe ſcripſi, In quadam,
inquit, epiſtola Attei Capitonis ſcriptum legimus,
Labeonem Antiſtium legum atque morum pop.
Rom. juriſque civilis doctum apprime fuiſſe: *ſed
agitabat*, inquit, *hominem libertas quadam nimia,
& vecors uſque eo, ut divo Auguſto jam principe,
& Rempub. obtinente, ratum tamen penſumque ni-
hil haberet, niſi quod juſtum, ſanctumque eſſe in Ro-
manis antiquitatibus inveniſſet.* Ac deinde narrat,
quid idem ipſe Labeo per viatorem à Tribuno
plebis vocatus, reſponderit. *Juſſit enim eum qui
miſſus erat, ad Tribunos plebis redire, eiſque dicere,
jus eos non habere, neque ſe, neque alium vocandi,
cum moribus majorum, Tribuni plebis prehenſionem
haberent, vocationem non haberent. Poſſe igitur eos
venire, & prehendi ſe jubere, ſed vocandi abſentem
jus non habere.* Idque etiam apud Varronem in li-
bro rerum humanarum ſcriptum aſſerit Aul. Gell.
Qui ſanè Varro cum triumvir eſſet, aſſerit ſe à
Tribuno plebis non vocatum fuiſſe: *cum Tribu-
nus plebis eſſet, neminem vocari juſſiſſe.* Maximæ 4
vero partes Tribunorum in interceſſionibus[16] ex-

titere (id quidem eſt vim à cæteris magiſtratibus prohibere fieri) at minores in legibus ad populum ferendis [13], quæ plebiſcita appellantur. In quibus ſanè rogandis, patrum intereſſe nulli admodum jus fuit. Quinetiam in provinciis proconſularibus aſſignandis [18], ut idem apud Plutarchum in vita M. Catonis, maximè in tribunatu P. Clodii videre licet. Iſtud etiam obſervatum eſt inter Tribunos, ſi cæteri omnes unam rem probaſſent, unus vero id prohibuiſſet, plus cæteris quidem omnibus in ea prohibitione polleret, & reliquos omnes facile impedire [19] poſſet.

CAP.

CAP. X.

1. TRIBUNIS PLEBIS) De Tribunorum plebis origine, electione, officio, & authoritate Vid. preter hunc Feneſtellam Liv. *lib. 2. cap. 52.* Dioni. *lib. 6. ſub fin.* Val. Max. *lib. 2. cap. 1.* Blond. *lib. 5. Roma triumphantu.* Alexand. ab Alexand. *lib. 5. cap. 2.* Auguſt. *de Civitate Dei lib. 2. c. 18.* A. Gell. *lib 13. cap. 12.*

2. SECESSIO *Plebis*) Hæc fuit prima ſeceſſio Plebis, facta anno ab Urb. Cond. 259. teſte Cicerone pro Cornelio. 16. anno poſt Reges exactos. Finita eſt anno 260. Tribunis Plebi conceſſis.

3. IN *montem ſacrum*) Situs eſt trans-Anienem fluvium ultra tertium ab urbe milliarium, ubi Plebs, poſt reditum in urbem jovi Fauno Aram poſuit, unde mons ille ſacer appellatus, quum ante aliud nomen habuerit. Illius etiam ſeceſſionis meminit Ovid. *lib. 3. Faſtorum.*

Plebs vetus, & nullis etiam ſat tuba tribunis,
Fugit: & in ſacri vertice montis abit.

4. DE *liberanda à nexibus*) Quum Romani poſt ejectos Reges continuis bellis vexarentur, plurimi quibus tenuis res erat, tum propter continuas illas expeditiones, tum propter tributa, aliaque onera, coacti fuerunt fæneratoribus nomina dare, qui ex bellis domum reverſi, quum ſolvendo non eſſent, à creditoribus vincti in ſervitutem ducebantur. Quibus miſeriis mota plebs aliquoties petiit illis levari, ac tandem Patrum pollicitationibus, qui egenornm querelis ſe ſubventuras ſæpius promiſerant, deluſi, ad ſeditionem ventum eſt, qua Plebs armata manu in proximum montem ſeceſſit, unde non prius revocari potuerit, quam Patres per legatos illi debitorum levationem & nexorum ſolutionem obtuliſſent, eique inſuper ſuum Magiſtratum concederent, quem *Tribunum plebis* vocaverunt, vel quia Tribuum ſuffragio creabantur, vel quod primi ex Tribunis militum creati fuerint, uti voluit Varro *lib. 4. de ling. latin.*

5. INGENSQUE *gerendum bellum*) ad-

adverſus Volſcos, Æquos & Sabinos, de quibus Triumphos egit. M. Valerius dictator Liv. *lib. 2. cap. 31.* Dioniſ. *lib. 6.*

6. MAGISTRATU *ſe abdicaviſſet*) Liv. *lib. 2. cap. 31. ſub fin.* Dioniſ. *lib. 6.*

7. MENENIUM *Agrippam*) Plures in ea legatione fuere, inter quos Manius Valerius, qui, quod ejus de nexu pro plebe relatio rejecta eſſet, ut ſcribit Liv. *lib. 2. cap. 31. ſub fin.* dictatura ſe abdicaverat, cujus etiam oratio ad plebem facta refertur à Dioniſio *lib. 6.*

8. APOLOGUM *de conſpiratione membrorum*) Hanc Apologiam ſive fabulam de conſpiratione membrorum vide apud Jul. Flor. *lib. 1. cap. 23.* Val. Max. *lib. 8. cap. 9.* & A. Gell. *lib. 17. cap. 21.*

9. DUOS *ergo Tribunos*) Quinque ſimul Tribunos primo creatos omnes fere conſentiunt, licet non omnes in monte Sacro, ubi duo tantum creati leguntur, qui tres alios ſibi adſumpſerunt, ut eſſent ſinguli ex ſingulis claſſibus. Ut Aſconius Pedianus *in Cornelianam* ex Tuditani, Attici, Ciceronis, & Livii ſententia tradit. Dioniſius quinque primos, quaſi ſimul creatos, nominat. Plutarchus *in Publicola* Livius *d. lib. 2. cap. 32.* & Zuidas *in verbo δήμαρχοι* duos tantum priores deſcribunt: ſed in nominibus variant. Livius *d. loco* probat, neque certa eorundem omnium eſſe nomina, neque omnibus eam fuiſſe ſententiam, quinque primo creatos, quibuſdam duos tantum in monte ſacro Tribunos factos fuiſſe affirmantibus, quos ſequi videtur author noſter qui ſub *Appii Claudii & T. Quintii* Conſulatu Anno ab Urbe Cond. 282. atque ita XXIII. poſt, tres alios duobus prioribus adjunctos fuiſſe ſcribit. Probat idem Livius *lib. 2. cap. 58.* Ubi, ſedata à T. Quintio Plebe. *Tum primum inquit tributu, & mitiis creati Tribuni ſunt: numero etiam additos tres, perinde ac duo ante fuerint, Piſo auctor eſt.*

10. T. VETUSIO) Alii legunt, *Veturio.* Variant Authores in anni computatione, quo primum Tribuni electi Alii eodem, alii altero poſt ſeceſſionem anno factitatum volunt. Quod per integrum fere annum in Sacro monte plebem delituiſſe Conſtet. Malim ego cum hoc noſtro authore eodem anno iiſdemque Conſulibus, & ſeceſſionem factam, & Tribunos Plebis electos. Quum enim Tribuni quarto Idus Decembris tribunitiam poteſtatem acceperint, Uti ſcribit Dioniſius *lib. 6.* Et conſules ipſis Januarii Kalendis initiarentur, qui ob id annum aperire dicuntur. in *l. 20. ff. de petit. hered.* conſequens eſt eos iiſdem Conſulibus ſub finem nempe conſulatus, quibus ſeceſſio facta, creatos eſſe, quamvis initium poteſtatis ſuæ a ſequenti anno numeretur. Si enim id ad 4. Idus Decemb. ſequentium Conſulum deferas, jam per bienium fere in ſacro monte conceſſiſſe conſequens eſſet, quod nuſquam legitur.

11 ALIA *rurſus Seceſſione*) Quænam hæc fuerit ſeceſſio, & quid circa eam contigerit vix conſtat. niſi quod de plebis indignatione & Tumultu ſub *Appio Claudio* & *T. Quintio* Conſſ. quædam referat Livius *lib. 2. cap. 55. & ſeq.*

12. MOX *quinque item alii*) Plebi decem tandem Tribunos ex Senatuſconſulto conceſſos ſcribit Dioniſ. *lib. 10.* ex L. Quintii & Appii Claudii ſententia, qui e re Senatus eſſe docuerunt, multos eſſe Tribunos Plebis, ut plurimi minus concordes forent quam pauciores. Unum eſſe reipub. remedium ſi hoc collegium diſſideret, nec omnibus idem videretur hoc Senatuſconſultum L. Trebonii rogatione promulgatum ſcri-

ſcribit Alexand. ab Alexand *lib. 5. cap. 2.* eoque cautum: ut decem numero poteſtas finiretur, binique ex ſingulis Claſſibus fierent, qui iterum ac tertio refici & in ſequentes annos a ſe ipſis creari poterant.

13. M. ORATIO *pulvillo*) Ita Livius & Caſſiodorus, Dioniſius legit *C. Horatius* quem ſequitur Contius. Conſulatum geſſit cum Q. Minucio Anno V. Cond. 296. ſecundum communem computationem.

14. TANTA *crevit authoritas*) De Tribunorum authoritate, potentia, & immunitate, qua tanquam telo armati adverſus Senatum & Conſules multo plus ſibi juris vendicarunt, quam initio fuerat conceſſum, & crebri auctores fuerunt maximorum tumultuum & malorum, paſſim multa leguntur apud *Livium* & *Dioniſium Halycarnaſſeum*. Poteſtatem eorum in multis breviter deſcribit Alexand. ab Alexandr. *lib. 5. cap. 2.* Hi inquit, eo poteſtatis venere, ut comitia Conſulum, Prætorumve, & aliorum magiſtratuum habere, & ne quid fieret inhibere, Senatum diſſolvere, reliquis Tribunis, & quibuſcunque Magiſtratibus diem dicere, ærarii curam gerere, patricios cogere, mulctam irrogare, atque Senatus decreta approbare, & improbare poterant.

15. QUEMADMODUM *apud A. Gellium ſcripta reperi*] Hæc ſuppoſititia eſſe videntur. A. Gell. locus cui hæc adſcribuntur *eſt in lib. 13. c. 12.*

16 IN *Interceſſionibus*) Intercedere, eſt quaſi medium ſe interjicere ſive ut noceas, ſive ut proſis. Intercedere, legi, aut ſententię alicujus idem eſt quod opponere. Intercedere Tribunorum Plebis fuit proprium, quibus jus intercedendi concedebatur ut intercederent, id eſt opponerent ſeſe potentium injuriis, ac violentiis.

17. IN *legibus ad Populum ferendis*) Quod Tribuni Plebis ſanxiſſent, lege primum ab horatio, quum plebs in Aventinum montem ſecundo ſeceſſerat deinde a Q. Hortenſio in tertia in janiculum ſeceſſione lata, cautum fuit, ut eo quod Tribuni Plebis ſanxiſſent omnes tenerentur. Et hinc quæ a Tribunis edita ſunt, plebiſcita dicebantur. *l. 2. §. 8. ff. de Origne. jur. §. 4. Inſtit. de jure nat.*

18. IN *provinciis proconſularibus aſſignandis*] Primum Cottam legem tuliſſe, ut Tribunus gerere honores & provinciis præeſſe, ac magiſtratus extra urbem ſortiri poſſet, ſcribit Alexand. ab Alexand. *lib. 5. cap. 2.* quum a Principio extra urbem ultra mille paſſus Tribuno nulla eſſet poteſtas, aut Imperium. Ut docet Halicarn. *lib. 8.* & Liv. *lib. 3.*

19. RELIQUOS *omnes facile impedire*) Hæc eſt ratio duplicati numeri Tribunorum à Senatu Conceſſi, ut aucto Tribunorum numero facilius inter ſe ipſos incidant diſcenſiones.

CAP. XI.

De Proconſulari poteſtate.

1 Proconſul quis.
2 Quis primo creatus.
3 Unde dicti.
4 Eorundem inſignia, & juriſd.
5 Poteſtas & Officium.
6 Merum Imperium.

DE HAC puidem poteſtatis ſpecie, nihil quicquam prius reperi, quam bello à popul.

pul. Rom. cum Æquis infœliciter geſto, maxi-
moque terrore urbi illato. Tum enim conſul,
qui in urbe remanſerat, quo celerius delectum
facere poſſet, Proconſulem creavit, qui *obſeſſo* 1
collegæ [1] auxilium afferret. Creatus eſt igitur
proconſul *T. Quintius* [2], àlbo Poſthumio, & 2
Sp. Furio conſulibus [3]. Quod vero pro conſuli-
bus mitterentur, eorumque vice functuri eſſent, 3
Proconſules appellati ſunt [4]. Iis magiſtratibus
cætera quidem conſularia inſignia conceſſa ſunt, 4
præterquam quod ſex duntaxat lictoribus [5] uti
iniunctum eſt. Qua tempeſtate non ordinaria
quidem, ſed delegata juriſdictione proconſul,
(de quo agimus) utebatur: quamvis poſtea uſu
evenit [6], ut propria huic magiſtratui juriſdictio
competere inſtituerit. Propagatis enim imperii
finibus, complurium & ingentium bellorum
adminiſtrandorum cura exorta, obſervari cœp-
tum, ut quo quidque anno conſules fuiſſent, ſe-
quenti proconſules remanerent, & varias pro-
vincias cum imperio ſortirentur. De finibus [7]
autem proconſularibus, quæ nanciſci potui, ea
breviter ſubjiciam. Poteſtatem ſuam procon-
ſul, niſi in ea provincia [8] quam eſt ſortitus, 5
exercere non poteſt, quamvis voluntariam [9] (ut
aiunt) juriſdictionem, eam eſſe autoritatem,
manumittere ſervos ſuos apud ſe volentes, aut
ſe adoptandos dari paſſim præſtare. Contentio-
ſam vero juriſdictionem, præterquam in pro-
vincia tractare non poteſt, nec quicquam [10]
in provincia negotiorum exorietur, quin ad
Proconſulis adminiſtrationem pertinere ſo-
leat. Sin autem fiſcalis cauſa inciderit [11], me-
lius faciet ad procuratorem Cæſaris deferre.

Si uxorem ſecum [12] in provinciam duxerit, quod non feciſſe decèntius putabitur, eaque deliquerit, in eam ipſam animadvertet. Obſoniis [13] dono miſſis ut prorſus abſtinere nòn debet, ſic in accipiendis modum ſervare: valde enim inhumanum eſt [14] a nemine accipere, paſſim vero viliſſiſſimum, & penitus avariſſimum. Ab aliis vero rebus dono miſſis omnino abſtinere proconſulem oportet. Item ab emptionibus omnium rerum, præterquam victus quotidiani [15] cauſa. Lites vero [16] quæ ſerioſa excuſſione, animadverſionéque indigent, ſummatim pertractare ac diffinire non debet. Quæ cognitionem [17] exactiorem nòn deſiderant, ut obſequim parentibus à liberis, & patronis exhibeatur à libertis, ſummatim animadverſa pronunciare pòterit. Parum autem obſequentes patronis ſuis Libertos, aut patribus filios, cum verbis paulo atrocioribus exterreat, tum etiam fuſtium caſtigatione coerceat, abſque judicio ſapientis, ac fori ſtrepitu. Non habentibus [18] autem advocatum ob inopiam, ſeu adverſarii potentiam, ultro exhibeat,
6 ac denique univerſa expediat [19] quæ mero (ut ajunt) imperio aſſignari ſolent. Id enim ſignificat [20] gladii poteſtatem in facinoroſos, ſervoſque animadvertendi. Sed quoniam negociorum provincialium multitudinem per ſeipſum obire Proconſulem difficile eſt, legatum proconſules habere ſolent, de cujus officio pauca videnda ſunt.

CAP.

CAP. XI.

1. CUM *Æquis infeliciter geſto*) Vide Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 9. ſub anno V. Cond. 289. & ſeqq.*

2. T. QUINTIUS) Titius Quintius Capitolinus poſt tertium conſulatum proconſul. Dioniſ. Halycarnaſſ. *d. loco.*

3. POST-

3. Posthumio *& Sp. Furio Conſulibus*) *Anno Vrb Cond.* 289.

4. Proconsules *appellati ſunt*) Proconſules proximo poſt Conſulatum anno in provincias mittebantur, ut eas pro Conſulibus gubernarent. Quod primo extraordinarium fuit, deinde ordinarium factum eſt. Lege enim C. Sempronii Gracchi Tribu. Plebis, *de provinciis decernendis* cautum fuit: ut Senatus quotannis ante comitia Conſularia duas provincias deſignandis Conſulibus decerneret, quas illi deſignati ſortirentur, vel inter ſe compararent: ita ut finito annuo Magiſtratu Urbano in eas proficiſcerentur. Quod uſque ad Auguſti Imperium obſervatum fuiſſe legimus.

5. Sex *duntaxat lictoribus*) text. eſt in *l.* 14. *ff. de offic. proconſ.*

6. Postea *uſu evenit*) dicta; ſcilicet, C. Sempronii lege lata.

7. De finibus) Id eſt juriſdictione.

8. Nisi *in ea provincia*) text. eſt in *l.* 1. *ff. de offic. proconſ.*

9. Quamvis *voluntariam*) voluntariam Juriſdictionem Proconſul etiam extra territorium exercere poteſt, ut eſt manumittere apud ſe volentes, aut ſe adoptandos dari præſtare. Contentioſam preterquam in provincia exercere non poteſt *l.* 2. *ff. de off. proconſ.*

10. Nec *quicquam*) pleniſſimam juriſdictionem proconſul in provinciis habet. *l.* 7. *§.* 2. *ff. de offic proconſ. junct. l.* 8. *ff. eod.*

11. Si *autem Fiſcalis cauſa*) text. eſt in *l.* 9. *ff de off. pro conſ. in princip.* Proconſul enim omnibus poſt principem majus habet imperium in provincia, *l.* 8. *ff. de offic. proconſul.* ſolus autem Procurator Cæſaris, rem Cæſaris gerit, quæque acta geſtaque ſunt à Procuratore Cæſaris ſic ab eo comprobantur, atque ſi à Cæſare, geſta ſunt. *l.* 1. *in pr. ff. de offic. procurator. Cæſ.*

12. Si *uxorem ſecum*) Ulpianus *in l.* 4. *§.* 2. *ff. de offic. proconſulis.*

13. Obsoniis) Alii legunt *Xeniis*, ut in *l.* 6. *§.* 3. *ff. eod.* quanquam & ibi pro *Xeniis*, *Exeniis*, quidam legendum putent.

Abstinere *non debet*) Ulpianus in *l.* 6. *§.* 3. *ff. de offic. proconſ.*

14. Valde *enim inhumanum*) Hæc verba deſumpta ex Epiſtola Divi Severi & Imperatoris Antonini, quæ recenſetur in *d. l.* 6. *§.* 3. *ff. de offic. proconſ.*

15. Victus *quotidiani cauſa*) In hoſpitiis præbendis onerare provinciam non debet. *l.* 4. *in pr. ff. eod.*

16. Lites *vero*) Facit *l.* 9. *§.* 1. *ff. de offic. proconſ.*

17. Quæ *cognitionem*) text. eſt *in d. l.* 9. *§.* 3. *ff. eod.*

18. Non *habentibus*) *d. l.* 9. *§.* 5. *ff. eod.*

19. Universa *expediat*) *l.* 7. *§.* 2. *ff. de offic. proconſ. l.* 6. *§.* 8. *ff. de offic. præſidis.*

20. Id *enim ſignificat*) *l.* 3. *ff. de juriſdict.*

CAP. XII.

De Legatis Proconſulum.

1 Legatorum Proconſulis juriſdictio, & officium.

Solent Proconſules ob rerum gerendarum multitudinem, in provincia legatos ſtatuere, qui non propria [1], ſed mandata juriſdictione utuntur

[1] tuntur: quos prius etiam quam [2] in provinciam pervenerint, ſibi ſubſtituere non poſſunt. Si quid autem legato occurrat [3], cujus rei gravitas exactiorem diligentiam exigat, ad proconſulem remittere legatus debet. Neque enim animadvertendi, coërcendi, ſeu atrociter verberandi legato licentia eſt. Judices tamen [4] litigantibus, tutores etiam [5] pupillis dare poteſt: cuſtodiarumque [6], quæ per provinciam diſpoſitæ ſunt in ſtationibus, Proconſul legatam cognitionem commendare, nec prius quam [7] è provincia proconſul diſcedat, legatum dimittere conſuevit. Etſi diem ſuum obierit in provincia, proconſul ita demum ſibi mandata negocia exiget, ac ſi res integra non inveniatur. Si vero abeſſe à provincia Proconſulem fortaſſe contigerit, cauſas etiam quæ animadverſionem exigant, delegabit.

CAP.

CAP. XII.

1. NON PROPRIA) *l. 13. ff. de offic. proconſul.* Cujacius tamen *lib. 7. obſerv, cap. 21.* legatum Proconſulis aliquid proprium habere putat, eo quod non ipſe optat ſibi legatum proconſul, ſed ei detur quaſi adjutor, qui juriſdictionem habeat ſuo jure, & cui mandare juriſdictionem proconſul cogatur. *l. 4. §. 6. ff. de offic. proconſ.*

2. PRIUS *etiam quam in provinciam*) *d. l. 4. §. 6. ff. eod.*

3. SI *quid autem legato occurrat*) *l. 11. ff. de offic. proconſ.*

4. JUDICES *tamen*) *l. 12. ff. eod.*

5. TUTORES *etiam*) *l. 15. ff. eod.*

6. CUSTODIARUMQUE) *l. 6. in pr. ff. eod.*

7. NEC *prius quam*) *l. 10. §. 1. ff. eod.*

CAP. XIII.

De Ædilibus plebis.

1 *Ædiles plebis quando creati.*
2 *Qui primum ædiles creati.*
3 *Cereales.*
4 *Curules.*
5 *Ædilium munera & officia.*

ÆDILITATEM [1] plebejam pro vetuſtiſſimo magiſtratu habeo; & utrum ædiles ante

trib.

Trib. Pleb. creare cæperint, ambigo, memor quod exactis regibus ad ſeceſſionem plebis in Sacro monte factam, maxima quidem pars populi Romani tanto tempore abſque aliquo in republica Magiſtratu, à quo tueretur, extiterit. Quin apud Livium2 haud multo poſt 3 Tribunos Plebis creatos peſtilenti quodam tempore, cum & Conſul alter obiſſet, alter vero ægram animam traheret, apud Ædiles plebejos, & conſularem, & tribunitiam poteſtatem, & tandem totius reipublicæ ſummam recidiſſe conſtat. Non quòd illos tunc primum creari cœptos appareat, ſed quod longe antea creatos eſſe potuiſſe facile ſit. Creſcentibus autem plebeis opibus, ita ut etiam Dictatores ac Pontifices de ſuo quoque corpore præſtarent, atque patres multoties à Plebe victi, duos Ædiles plebejos à patribus creandos, pervicerunt. Nam cum Ædilibus ludos faciendos, ſolenneſque pro ordinibus in concordiam redactis dies in faſtis referendos mandarent, negarentque ſe id eſſe facturos Ædiles Plebis: conclamatum eſſe 4 à juvenibus patriciis dicitur, ſe id honoris Deorum immortalium cauſa libenter acturos, ut Ædiles fierent, quibus cum ab univerſis gratiæ actæ eſſent, Senatuſconſultum factum eſt, ut duos viros ex patribus, qui Ædiles forent, Dictator populum rogaret, patres comitiis autores forent. Duo ergo patricii Ædiles5 creati ſunt *Cneus Quintius* 6 *Capitolinus*, & *P. Cornelius Scipio.* 2
Sed duos tandem Ædiles creatos alios à Julio Cæſare, 7 qui quoniam frumento præeſſent, *Cereales* appellati ſunt, apud idoneos invenio autores: & Ædiles, à ſacrarum ædium quam gerebant cura, appellatos eſſe. Curules vero ii qui ex patri-

bus, creati ſunt, quoniam ſella curuli[9] vehentur, cognominati ſunt. Plebei vero & Curules jam adeò manifeſto cognomine ſunt, ut interpretatione non egeant noſtra. Ludos inſtituere quave cauſa, quibuſve in ſpectaculis fierent, ad Ædilium partes pertinet. Id etiam erat haud leve ædilitatis munus, ut ſua quiſque Ædilis factus impenſa ludos pro modo patrimonii ac dignitatis ſuæ celebrandos procuraret: cujus inſtituti M. Cicero in iis libris[10] quos *de officiis* inſcripſit, cum de ſua & Magni Pompeji ædilitate meminit, locuples teſtis eſt. Aſconius autem Pedianus[11] Pompejum Ædilem creatum, theatrum, quod ſua impenſa ædificaverat, magnificentiſſimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicaſſe ait. Id etiam in argumentis comœdiarum, quibus nomina Ædilium[12] qui ludis præfuerant, adſcripta ſunt, facile eſt animadvertere. Locorum autem diſcretio, & cuilibet ordini pro dignitate aſſignatio, Ædilium muneris eſt. Valerius maximus[13] ſcripſit Attilium Seranum, & L. Scribonium Ædiles, Senatus ac Plebis loca ſecreviſſe. Quod ſi ſervum quiſpiam aut jumentum morboſum aut vitioſum pro integro ſanoque vendiderit, edicto Ædilium[14] emptori ſuccurritur. Quod vero cloacæ[15] publicæ, & aquæ ductus, cæteraque ædificia lauta, munda, integraque & expedita aſſervarentur, Ædilium officium eſt. Denique quicquid rerum vitioſarum pro ſincero, fractum pro integro uſquam veniſſet, ædilitio edicto redhiberi ſolet[16].

CAP. XIII.

1. ÆDILITATEM) Vide hanc materiam apud Liv. *in fin. lib. 6. & initio lib. 7.* Dioniſ. *lib. 6.* A. Gell. *lib. 17. cap. 21.* Varro *de ling. latin. lib. 1.* Flav. Blond. *lib. 3. de Roma Triumph.*

2. APUD *Livium*) Liv. *lib. 2. paſſim.*

HAUD *multo poſt*) Id eſt non multo poſt quam Tribuni plebis creari cœpiſſent, eodem enim anno Ædiles plebis creatos volunt.

3. NON *quod illos tunc primum*) poſtquam enim ex monte Sacro rebus compoſitis in urbem Plebs rediiſſet, & impetraſſet à Senatu, ut liceret ſibi quotannis è ſuo corpore Tribunos Plebis creare, petierunt etiam ſibi à Senatu permitti, ut quotannis duos è Plebe crearent, ſubminiſtraturos Tribunis, quicquid opus eſſet, lites eorum permiſſu judicaturos ædiumque ſacrarum, & locorum publicorum curam haberent. Unde & Ædiles plebis, dicti ad differentiam, Cerealium, & Curulium. Ædiles plebis *Anno V. Cond. 260.* primum creatos. *Sp. Caſſio Viſcellino, & A. Poſthumio Aurunco Conſſ.* Author eſt. Dioniſ. *lib. 6.* Sed qui primi fuerint non conſtat.

4. CONCLAMATUM *eſſe*) Verba ſunt Livii *ſub fin. lib. 6.*

5. DUO *ergo Patricii*) Quum ante ex Plebe crearentur. Primo ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat, poſtea promiſcuum fuit. Liv. *lib. 7. cap. 1.*

6. CNEUS *Quintius*) Horum meminit Liv. *initio lib. 7.* ſub conſulatu *L. Aimilii Mamercini. & L. Sextii Laterani Anno ab V. Cond 387.*

7. A. JULIO *Caſare*) Ædiles cereales primum à Julio Cæſare inſtituti Anno Urb. Cond. 709. eodem, quo XXIII. vulneribus ipſe in curia occubuit. Vid. Sueton. *in Iulio* & Dion. *Hiſt. lib. 43.*

8. II QUI *ex patribus*) Curules enim ex Patriciis, non ex plebeis creabantur, hinc eos *Majores Ædiles* appellat Plutarchus *in Mario.*

9. SELLA *Curuli*) Inſignia honorum his Ædilibus conceſſa fuerunt, teſte Cicerone *7. in Verrem*, toga prætexta, Sella Curulis, & jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam.

10. IN *iis libris*) Cic. *lib. 2. officiorum* docet quemque Ædilem ludos ſua impenſa, & ſumptibus pro modo patrimonii, ac dignitatis ſuæ celebrandos procuraſſe, Unde multi ut ludorum ſumptum vitarent, ædilitatem petere noluerunt.

11. ASCONIUS *Pedianus*) In *Orat. Ciceron. ad L. Piſonem.*

12. NOMINA *Ædilium*) Vide inſcriptiones Comœdiarum P. Terentii, quibus Ædilium Curulium nomina ſub quibus actæ, præfiguntur.

13. VALERIUS *Maximus*) *lib. 2. cap. 4.* exemplo 3.

14 EDICTO *Ædilium*) Ædilitium edictum de Venditionibus rerum refert Ulpianus *lib. 1.* ad Edictum Ædilium Curulium in *l. 1. ff. de Ædilitio Edicto.* Adde quæ de Ædilitiis actionibus ſcribit Aulus Gellius *lib. 4 cap. 2.* Et quæ de Manilianis legibus ſcribit Cicer. 1. *de Oratore.* Varro *cap. 2. 5. & 7. de re Ruſtica.*

15. QUOD *vero*) Vide *l. unic. ff. de via publica*, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur. Ad hos enim Magiſtratus viarum urbicarum publicarum cura pertinuit *l. 2. §. 24. ff. ne quid in loco publico & cloacarum l. 2. in fin. ff. de cloacis.* vetabant etiam qua vulgo iter fit, animalia haberi noxia *l. 42. ff. de Ædilit. edict.*

16. REDHIBERI *ſolet*) *l. 1. ff. de ædilit. edict.* & pro eo caveri debet *l. 21. ff. eod.*

CAP. XIV.

De decemviris Legum Ferendarum cauſa creatis.

1 *Legati Athenos miſsi.*
2 *Decemviri conſtituti.*
3 *Decem Tabulæ.*
4 *Decemvirorum tyrannus.*
5 *Appii Claudii libido.*
6 *Fuga.*
7 *Decemviri exacti.*

DECEMVIRIS ſummam poteſtatem ineuntibus, Magiſtratus omnes qui rempublicam agebant, exolvere fas erat, quibus creandis [1] hoc in cauſa fuiſſe perhibetur. Plebe enim quotidianis ſeditionibus, tum ob creandos de Plebe Magiſtratus, tum ad ferendam legem de ſolvendo à nexibus fœneratorum, ſæpe etiam de connubio ut inire liceret Plebi cum Patribus, nonnunquam ob ferendam legem agrariam [2], divina ſimul humanaque omnia miſcente, & tandem communes quaſdam leges ferri petente, ne quis eſſet invidiæ locus, leges extraneas accerſiri
1 placuit. Miſſi ergo tres Athenas ſunt legati, qui inclytas leges Solonis ſcriptas ferrent: jura etiam, & mores aliarum civitatum noſcerent. Ii fuere [3]. *Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus.* Legati igitur anno tertio [4] poſtquam receſſerant, leges ſcriptas referunt: pro quibus ſanè cenſendis, promulgandis, centuriatis co-
2 mitiis (quod, ut ſanctiores eſſent [5], fieri oportebat) decemviros creant, qui ſuo arbitratu leges promulgarent. Ii fuere *Appius Claudius*, *T. Genutius*, *P. Sextius*, *L. Veturius*, *C. Iulius*, *Aug. Manlius*, *P. Sulpitius*, *P. Curiatius*, *T. Romulius*, *Sp. Poſthumius.* Placuitque ne ab horum poteſtate eſſet provocatio. Penes vero alterum, ut fors fer-

ferret, quoaduſque omnem numerum pervaſiſſent, certis diebus lictores forent. Eodem ergo anno decem tabulas edunt, poteſtatem inſpiciendi omnibus faciunt, edicunt, agitent ſecum omnes, & ſi quid emendari, ſuppleri, minuive opus eſſe cenſeant, omnium ſententias æquo animo eſſe audituros. Poſtquam ſatis emendata eſſe apparuit, decem tabulis ſcriptas leges centuriatis comitiis proferunt, ac ſimul ſe Magiſtratu abdicant. Cùm veró rumor percrebuiſſet, duabus aliis [3] tabulis jus populi Romani plenum ac abſolutum fore iterum habitis comitiis, alii decemviri ſubrogati ſunt. Tum *Appius*, cui comitia habere datum fuerat, ſeſe contra jus faſque decemvirum creat. Collegæ fuere *M. Cornelius Maluginenſis*, *M. Sergius*, *L. Minutius*, *Qu. Fabius Vibulanus*. *Q. Petilius*, *T. Antonius Merenda*, *Cæſo Duillius*, *Sp. Oppius Cornicen*, *M. Robulejus*. Operæprecium eſt audire, quam ii decemviri per ſpem, ac libidinem dominandi, omnem reipublicæ ſpeciem conturbarent. Idibus Majis [6], quo die iniere Magiſtratum, cum duodenis ſinguli faſcibus forum complevere. Neque enim ad rem pertinere, demi ſecures [7], quando abſque provocatione creati eſſent, interpretabantur. Decem ergo Regum inſtar primo conſpectu prębuiſſe ferunt. Incredibile eſt enim quantum ea res urbi terrorem injecerit. Neque ſuus urbem fefellit timor. Primum cum abſtinere à Patribus cœpiſſent, in humiliores crudelitatem, libidinemque exercebant. Hominum, non cauſarum toti erant, ut apud quos gratia vim æqui haberet. Judicia domi contrahebant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellaſſet, ab eo quem

appellaviſſet, ita diſcedebat, ut pœniteret pri-
4 mo decreto non ſtetiſſe. Opinio etiam fuit, fœdus clam inter eos jurejurando ictum, ne comitia creandis novis magiſtratibus haberent, perpetuoque decemviratus poſſeſſum ſemel obtinerent imperium. Hac conditione jam major anni pars proceſſerat, & duæ tabulæ ad decem adjectę fuerant, nec quicquam aliud ſupererat, niſi ut centuriatis comitiis perferrentur. Hoc peracto cum laberetur annus,nullaque comitiorum mentio haberetur, & quamvis anni exactione factos privatos plebs obſtreperet, ac libertatem penitus amiſſam conquereretur, eo illi nihilo mitiores facti, hac petulantia abutebantur. Sed hos urbanos ſtrepitus nunciatum bellum [8] à Sabinis Æquiſve impendêre,paululum intercipit.Habito enim delectu Decemviri armato exercitu, in bellum prodeunt. Dum bellum vario eventu geritur, Appius Claudius decemvir, qui gerendis rebus urbanis remanſerat, plebejæ virginis, cujus amore deflagrabat, ſtuprandæ conſilium ca-
5 pit. Pater ejus L. Virginius [10], qui tum honeſtum ordinem in caſtris ducebat, Icilio cuidam tribunitio viro puellam deſponderat. Hanc virginem forma egregiam quam Appius prece & precio tentaſſet pellicere, parumque ſibi ſuccedere cuncta cerneret, animum ad crudelitatem ſuperbiamque convertit. Marco Claudio clienti negocium dat, ut coram ſe pro tribunali ſedente puellam in ſervitutem aſſerat: cæteros omnes, qui in libertatem aſſerant, rejecturum promittit. Opportunitatem ergo nactus Marcus Claudius libidinis Miniſter, tranſeunti per forum puellæ ſceleratas manus injicit, ſervam ſuam, ſervaque

natam

natam appellans, ac ſequi ſe puellam jubet: cunctantem vi abſtracturus eſſe videbatur. Quum ad clamorem ereptæ, nutriciſque fidem Quiritum implorantis, multitudinis concurſus factus eſſet, jamque à vi tuta eſſe videretur, tum Claudius nihil opus eſſe tumultu ait: ſe jure graſſari: ſi non crederent, ad tribunal ſequerentur. Quum ad tribunal ventum eſt, petitor apud argumenti autorem agit, puellam domi ſuæ natam, furtoque ſubtractam, in domo Virginii pro filia eſſe ſuppoſitam. Interim dominum ancillam ſequi, quod ita ęquitas dictaret, interloquitur. Compoſuerat ita ſe facturum Appius Claudius, ne ſine cauſæ cognitione pronunciare in ſervitutem videretur. Tunc advocatis puellæ intercedentibus, patrem reipublicæ cauſa abeſſe, iniquum de liberis abſentis agi, cæteraque hujuſmodi allegantibus, Icilius vir,& Numitorius avus ſuperveniunt. Icilium autem, ut erat vir acer, multa intrepide vociferantem, Appius per lictorem ſummoveri juſſit. Sed cum ille conſtantiſſimo animo reſiſtere pergeret, ac multitudinis concurſus ingens fieret, Appius, ne exòrtus tumultus novandi res occaſionem faceret, vades de virgine [11] in poſterum diem in judicium ſiſtenda dari juſſit. Interea patrem accerſunt nuncii, advolat in urbem pater: ac prima luce ſordidatus, filiam obſoleta veſte, cum aliquot matronis ſecum in forum ducit. Vociferat opem ferant, lamentatione & querelis omnia implet. Idem Icilius, idem puella ac matronæ faciunt. Adverſus hæc omnia Appius obſtinato animo tribunal aſcendit, Vindicias ſecundum ſervitutem decernit: quod decretum quum ingentem admirationem incuſſiſſet, ac M.

Claudius iret ad comprehendendam virginem,
tunc pater intentans in Appium manus, Icilio,
inquit, non tibi Appi filiam meam deſpondi ad
nuptias, non ad ſtuprum educavi: ſed quæſo pa-
trio dolori ignoſcas, ſi quid ſum in te invectus
vehementius. Sinas ergo coram virgine me nu-
tricem percontari, falſo pater ſim, ut re com-
perta: æquiore hinc animo diſcedam. Seductam
ergo filiam percontandi prætextu, rapto è taber-
naculo lanii cultro, filiam interemit. Quid mul-
ta? Rei indignitate pariter omnes commoti, in
6 forum concurrunt. Appius autem ut tumultuari
cœptum videt, ut vitæ conſuleret, obvoluto ca-
pite effugit. Plebs ergo recuperandæ libertatis
occaſione nacta, arreptis armis, duce Virginio
in Aventinum ſecedit. Nec minus Icilius in ca-
ſtris militum concitat multitudinem, Plebiſ-
que urbanæ exemplo decem tribunos militares
creant, ingentique cum exercitu ad urbem acce-
dunt, alteri ſe exercitui conjungunt. Hoc pera-
cto, armata Plebs ſecedere ſtatuit. Eo ergo qui-
cunque per ætatem valetudinemque potuerunt,
cum uxoribus, liberiſq; pervenere. Iis tantis mo
tibus perculſi Decemviri Senatum frequentem
fieri jubent. Rogant quid è Republica fore cen-
ſent, edicere. Demum cum multa ultro citro-
que in Senatu agitata eſſent, ac plerique Senato-
res intrepide Decemviros oratione caſtigaſſent,
decem Tarquinios appellantes: Decemviri tan-
dem futuros ſe in poteſtate Patrum affirmarunt,
modo ſeſe ab injuria tuerentur: ac ſimul legatos
mittere ad res componendas ſtatuunt. Miſſi ergo
legati M. Oratius, & L. Valerius probatiſſimæ
æſtimationis viri, de conditione pacis cum Plebe
agunt.

agunt. Petebat autem Plebs inter conditiones pacis, ad ſupplicium Decemviros: quod legati primum compoſitis orationibus diſſuaſerunt Plebi. Contenta ititur Plebs fuit, ut ſui ſibi reſtituerentur, & ut conſueverant, rediretur ad Conſules. Interim abdicant ſe Magiſtratu Decemviri. Comitia Conſulibus, Tribuniſque creandis habentur. Hoc pacto creatis, exactiſque Decemviris, ad prioris formam regiminis reditum eſt.

C AP.

CAP. XIV.

1. Quibus *creandis*) Satis hęc conſtant ex Liv. *lib. 3. cap. 30. & ſeq.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *ſub fin. lib. 10. & initio lib. 11.* Val. Maxim *lib 6. cap. 1.* A. Gell. *lib. 17. cap. 21.* Et quæ notantur ſupra ad *l. 2. §. 4. ff. de Origin. Iur.*

2. Ob *ferendam legem agrariam*) De agrorum ab hoſtibus captorum diviſione, & largitione, quæ Plebis concitandæ ſeditionis Tribunis Plebis occaſio ſemper fuit, ita ut de ferendis legibus agratiis non ſine magno civili motu ſæpe fuerit actum. Ut patet ex Livio *lib. 2. cap. 41. 52. & 55. lib. 3. cap. 1. & cap. 19. lib. 4. cap. 47. & lib. 6. cap. 11.* Ejus meminit Val Maximus *lib. 5. cap. 8.* De Origine & progreſſu legum Agrariarum Vid. Appianum Alexandrin. *lib. 1. de bello civili.*

3. Ii *fuere Sp. poſthumius*) Referuntur hæc à Livio *lib. 3. cap. 32.*

4. Legati *igitur anno tertio*) Quando hi legati miſſi, an ex ipſis decem viris conſtitutis delegati fuerint vix conſtat. Ex Livio *lib. 3. cap. 32.* Dion. Halicarn. *lib. 10.* & A Gellio *lib. 17. cap. 21.* colligunt tres primo legatos Athenas miſſos *Sp. Tarpejo Capitolino, & Atterio Fontinali conſſ. Anno V. Cond. 299.* Quibus tertio poſt anno reverſis decem conſtituti viri leges allatas in decem tabulis deſcriptas publice propoſuerint; Alii ab initio decemviros conſtitutos volunt, è quibus tres Athenas miſſi reliqui Rempublicam gubernaverunt, qui deinde tertio ſingulis annis continuati & alii in aliorum locum ſurrogati leges allatas promulgaverunt, & ad populum tulerunt. Quod anno áb Urb. Condita 304. conſummatum *M. Oratio Barvato, & L. Valerio potito Conſulibus.*

5. Sanctiores *eſſent*) Nulla enim comitia centuriata jure fieri poterant, niſi captatis ante auſpiciis, adhibito Augure, qui ſi adverſa auſpicia nunciaſſet, comitia eo die peragi non poterant.

6. Idibus *Maii*) Hæc omnia referuntur à Liv. *lib. 3. cap. 36.*

7. Demi *Secures*) Illi Magiſtratus qui ſine provocatione ſummam Imperii tenebant, ſecures cum faſcibus in Urbe præferebant. Primum Valerius Publicola, ut conſulatum ac ſe ipſum Plebi gratum redderit faſcibus ſecures dempſit, qui cum ſolis faſcibus ad populum concionatus eſt. Unde & in poſterum manſit, ut cum duodecim faſcibus totidem lictores ſine ſecuribus præirent. De

quibus inſignibus vide ſupra *notat. ad cap. 7.*

8. NUNCIATUM *bellum*) Sabini agrum Romanum populantur, Æqui Tuſculanum agrum vaſtant, & Romani milites odio Decemvirorum vinci ſe patiuntur Liv. *lib. 3. cap. 38. 42.*

9. APPIUS *Claudius decemvir*) Appii Claudii nefandum facinus vide apud Livium *lib. 3. cap. 44.*

10 L. VIRGINIUS] De ſecunda hac ſeceſſione ex virginii cauſa oborta vid. etiam notata *ad l. 2. §. 24. ff. de Origin. Iur.*

11 VADES *de Virgine*) Huc pertinet *l. 2. ff. in jus vocati ut eant, junct. l. 2. §. 2. & tot. tit. ff. Qui ſatiſd. Cog.*

CAP. XV.

De præfecto annonæ.

1 *Præfectus Annonæ quis primo & quando creatus.*
2 *Ejus munus.*
3 *Pompeii cordatiſſimum dictum.*

QUONIAM de poteſtatibus agitur, ratio etiam admonet, ut de Præfecto annonæ extra ordinem [1] tunc creari ſolito, nonnihil adiiciam. De quo ſane Magiſtratu nihil antea reperi, quam Appio Claudio, & P. Servilio conſulibus [2], eo quoque anno, quo Tarquinius Su-
1 perbus [3], apud Ariſtodemum tyrannum mortuus eſt. Tum inter Conſules orta contentio [4] dicitur de dedicatione ædis Mercurii: quæ ſanè hac conditione ſopita eſt, quod uter dedicaret Mercurii ædem, is quidem annonæ præeſſet. Populus dedicationem dedit M. Lectorio [5] primipili Centurioni, non tam ob hominis meritum, quam ob ignominiam Conſulum haud probè in Magiſtratu obverſatorum. Cæterum ut hoc apud Livium non mihi planum uſquequaque apparet) credo errore ſcribentium) ita de L. Minutio [7] Præfecto annonæ, haud multo tem-
2 pore poſt uſquequaque manifeſtum eſt. Hujus Magiſtratus difficili tempore, & caritate annonæ,

næ, uſus potiſſimum atque opera exigebatur.
Frumentum undique coemendum, & ſi quis
ultra proprios uſus poſſideret, in medium po-
nendum curabat, aduehi undique, & advectum
juſto precio venire nitebatur. Cujus ope magi-
ſtratus egregia populo Romano penuria labo-
ranti ſæpe opera nauata eſt. Eam poteſtatem de
qua agimus, cum Magnus ille Pompejus [8] age- 3
ret, atque è Sicilia cum magna vi frumenti ſol-
vere pergeret, gubernatores claſſis non ſe com-
mittendos maxime ſævienti pelago dicerent,
illam ſaluberrimam Reipublicæ vocem ediđiſſe
dicitur: *Navigare enim*, inquit *neceſſe eſt*,
vivere neceſſe non eſt. Tantus præterea annonæ
hujus cauſa favor, autoritaſque acceſſit, ut
quæ alioqui perſonæ [9] ad accuſationem minus
idoneæ eſſent, hac tamen in cauſa admitteren-
tur, hujuſmodi ſunt mulieres, infames. & quæ
ſunt ejus generis: quo nos etiam utimur. Sed
de Præfecto annonæ ſatis dictum eſt.

CAP.

CAP. XV.

1. EXTRA *Ordinem*] Fuit hic Extraordinarius magiſtratus, cujus munus erat ut videret, ne plebs annonæ inopia aut caritate laboraret, & juſto pondere ac debita bonitate panis veniret, Si quid ad annonam pertinens fuerit commiſſum, ad ejus ſpectabat cognitionem. Ejus mentio eſt in *l. 2. §. 33. ff. de Orig. jur. & l. 13. ff. de accuſationib.*

2 APPIO *Claudio, & P. Servilio Conſſ.*] Appium Claudium, alii vocant *M. Claudium Sabinum*, qui cum *P. Servilio priſco* conſulatum geſſit Anno *V. Cond. 258.* eorum meminit Liv. *lib. 2. cap. 21.*

3 TARQUINIUS *Superbus*] De Tarquinii morte apud Ariſtodemum Tyrannum, Cumis videlicet, ubi ſe receperat Idem Liv. d. *lib. 2. cap. 21.* & Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 7.*

4 ORTA *Contentio*] De contentione Conſulum ob dedicationem ædis mercurii ſcribit Val. Max. *lib. 9. cap. 3.* & Liv. *lib. 2. cap 27.*

5 M. LECTORIO] Alii legunt Lætorio, ita apud Livium *lib. 2. cap. 27.*

6 APUD *Livium*] Liv. *lib. 4. cap. 12.*

7 DE *L. Minutio*] Hic Præfectus Annonæ creatur *Pro ulo Geganio*

ganio Macerino, & l. Menenio Lanato Coſſ. Anno V. Cond. 313.

8 MAGNUS *ille Pompejus*] Hunc magiſtratum geſſit Cn. Pompejus eo anno quo Cicero ab exilio revocatur, ut Conſtat ex ejus *Oratione pro Domo* eique perquinquennium præfuit Liv. *Epitom. lib.* 104.

9 QUÆ *alioqui perſona*] Textus eſt in *l. 13. ff. de Accuſationibus & l. 3. in fin ff. de lege julia de Annona.*

CAP. XVI.

De Tribunis militum conſulari poteſtate [1].

1 *Tribuni milites conſulari poteſtate quando creati, & ex quibus.*

CREBRIS quidem ſeceſſionibus Plebis à Patribus, quibus Conſules de ſuo quoque corpore creari peteret, externis etiam bellis ingruentibus, Plebeque ipſa delectum pati negante, coacti tandem Patres ſunt [2], aut civibus, aut hoſtibus de victoria concederent. Ab eorum ſententiis, qui Tribunos Plebis cæde violandos putarent, quos fœdere cum Plebe icto [3], ſacroſanctos haberent, primores patrum abhorrebant. per hæc conſilia eo res deducta eſt, ut rogatione Camilli [4], Tribunos militum [1], qui pro Conſulibus eſſent, tam ex Plebe, quàm ex Patribus promiſcue creari Patres ſinerent, de Conſulibus nihil immutaretur. Tres ergo Tribuni conſulari poteſtate, qui militares appellarentur, creati ſunt, iique conſtituti ſunt vario numero. Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Sed de ſuperioribus tantum tribus hi fuerunt, *Au. Sempronius Atracinus*, *L. Attilius*, & *T. Cecilius*, Patricii omnes. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit, quod ejus ratio habita eſſe videretur. Tunc igitur primo à Conſulibus ad Tribunos militares conſulari poteſtate ven-

ventum eſt, *M. Genutio, & P. Curiatio* Conſulatu abeuntibus. Penes quem ſanè Magiſtratum (ut ipſum nomen indicat) eadem quæ apud Conſules, poteſtas erat collata, nominibus tantum immutatis, ac Plebis ratione habita.

CAP,

CAP. XVI.

1. Consulari *poteſtate*) Ad differentiam earum qui caſtrenſes Magiſtratus erant, & militare tantum officium præſtabant, peditibus legionis præerant, & penes eos, abſente Imperatore velDuce,ſumma militaris erat poteſtas. Hi ſimpliciter *Tribuni militum*, vocabantur.

2. Coacti *tandem Patres ſunt*) Cauſam huic Magiſtratui creando fuerunt Tribuni Plebis, ut referunt Liv. *initio lib. 4.* & Dioniſ. Halicarn. *lib. 11.* qui quum multa privilegia Patribus & Patriciis extorſiſſent etiam alterum Conſulem ex Plebe fieri petierunt, quod ut declinarent Patres, ne Conſulatus cum Plebe communicaretur, Senatuſconſultum factum eſt. Ut in locum Conſulum alii Magiſtratus, vel Præfecti partim ex Plebe, partim ex Patribus crearentur Conſularem poteſtatem habentes, quorum Imperium quum finitum eſſet, Senatus & Plebs convenirent & cognoſcerent, utrum Conſules, an Præfectos mallent Imperium ſuſcipere, & quod ferentibus omnibus ſuffragium fieret, firmum eſſet. Quod quum Plebs accepiſſet *Anno V. Cond. 309.* ut alii volunt *310.* Tribuni militum tres creati ſunt Conſulari poteſtate, ſed omnes Patricii, quo Plebs contenta primum, quod ejus, ratio in Comitiis habita fuiſſet. Sed qui tamen Magiſtratus pro firmato non ſtetit, quia tertio menſe quam eum inierunt, ut vitio creati, rurſum abdicarunt, & Conſulibus iterum locum fecerunt. Poſt aliquot annos *Anno* ſcilicet *V. Cond. 315.* Iterum Tribuni militum creati primo tres, Anno deinde 320. & deinceps quatuor, tandem ſex, & ſemel octo. Nec plures conſtitutos Faſti Conſulares probant, hi nonnunquam omnes Patricii, ut plurimum tamen partim ex Patribus partim ex Plebe creati ſunt. Poſt annum 386. nulli amplius Tribuni militum reperiuntur. Ita ut hic Magiſtratus poſt annum 77. quam primum in rempubl cam fuerit introductus, frequentari deſiit, à quo Conſules primum è Plebe creati cœperunt.

3. Quos *fœdere cum plebe icto*) Tribunos Plebis Sacroſanctos & inviolabiles fuiſſe notavi ſupra *ad l. 2. §. 20. ſ. de Origin. jur.*

4. Rogatione *Camilli*) pro Camilli, *Canulei* legendum puto. Cujus oratio ad Conſules facta extat apud Livium *lib. 4. cap. 5.*

Interdum *enim viginti*) Primo tres, deinde quatuor, aliquoties ſex, ſemel octo, nec plures ſimul creatos notavi ſupra. Alii volunt non plures quam ſex unquam creatos fuiſſe. Contra fidem Livii, qui *initio lib. 5.* uno in loco octo creatos memorat, ubi idcirco mendum eſſet volunt. Verum anno 348. uno intermiſſo, ſeptem alios numerat communis Faſtorum Conſularium Catalogus. Qui

Livii

Livii locum minime corruptum probat.

M. GENUTIO & *P. Curiatio*) A- lii legunt *Curtio*. Hi anno *V. Cond.* *308*. Conſulatum geſſerunt.

CAP. XVII.

De Cenſoribus.

1 Cenſores qui primo inſtituti.

2 Eorundem munus & officium.

3 Eorundem authoritas.

CUM ob multa & varia bella, civileſque ſeditiones, Romæ pluribus annis populus incenſus manſiſſet, neque eſſet luſtrum [1] aliquod de more conditum, neque diffiniri cenſus poſſet, neque Conſulibus, cum multum bellorum immineret, operæ eſſet id negocium agere. Mentio illata eſt à Senatu, rem videlicet operoſam, & minimè conſularem proprio Magiſtratu indigere [2], cui ſcribarum miniſterium, cuſtodiæque, & tabularum cura, cui arbitrium, formulæque cen-
1 ſendi ſubjiceretur. Tum duo Cenſores creati ſunt, *Papyrius*, & *Sempronius*, cenſuique habendo Præfecti, ab eaque re Cenſores appellati, *M. Gegano Macerino* [3] & *T. Quintio Capitolino* Conſulibus. Inſtitutumque ut quinquennio is Magiſtratus perduraret: quod tandem tempus ob Cenſorum inſolentiam immutatum eſt, ad annumque redactum [4], *A. Mamerco Æmilio* Dictatore [5] *Iulio Virginio*, *M. Appio* Conſulibus. Mirum quippe dictu eſt quanto cenſuræ initium parva re ortum, incremento ad auctum extiterit.
2 Eò quippe pervenit, ut morum, diſciplinæque Ro. Senatus, Equitumque regimen, decoris, dedecoriſque diſcrimen ſub ejus ditione Magiſtratus, privatorum publicorumque locorum vectigalia pop. Ro. repoſita eſſent, in Senatum allegere,

re, Senatus Principem deſcribere, cenſum agere, luſtrum condere, equos adimere [7]. Quos 3 autem putaſſent parum dignos Senatu amovere, ut feciſſe fertur C. Fabricius [8], qui Cenſor, P. Cornelium Ruffinum patricium virum Senatu amovit, quod decem pondo argenti facti pro convivio appoſuiſſet. M. autem Cato Cenſor [9], C. Flaminii fratrem Senatu ejecit, quod exoratus à ſcorto, ut aliquem ex his qui in vinculis erant (obtinebat enim proconſulari imperio Galliam) ſecuri percuteret, obtemperavit. Quid dicam, quam leviſſimis de cauſis cenſoriam inurere notam conſueverunt? Nimis corpulentis militibus, unguentoque nitidis, equis ademptis, ignominiaque notatis, exercitu dimiſere. Equiti Romano nimium compto, ſplèndidoque, equum ſtrigoſum, & vix hærentem pellem oſſibus habenti, cum obequitantes urbem Cenſores veniſſent obviam, percontantibus, ut quid ipſe tam ruber & comptus, equus tam macilentus, & ſqualore obſitus eſſet: Hic Eques Ro. quoniam, inquit, ipſe me curo, equum verò Statius meus ſervus. Viſum eſt id parum reverens reſponſum, atque ob id [10] ignominia à Cenſoribus notatus eſt. Civem Rom. qui altius oſcitaviſſet in auditorio Cenſorum, ignominiæ nota affecerunt. Sed cum id reſciſſent, non incontinentia, ſed valetudine factum eſſe, illico reſtituere. Cum celebrationi quorundam ſponſaliorum intereſſent, virumque num uxorem ex animi ſui ſententia haberet, de more interrogaſſent, illeque ex parentibus, non autem ex animi ſui ſententia ſe habere reſponderet, eveſtigio labe ignominiæ convulſus eſt. Magnopere enim ab eorum majeſtate alienum eſſe

rati

rati ſunt, quod in conſpectu cenſoriæ ſeveritatis, leviculus homo adeo ridiculoſe fuiſſet cachinnatus. Multa in hoc genere dici poſſent, ſed omittenda ſunt. Illud autem non eſt prætermittendum, quod altero ex Cenſoribus [11] morte ſubducto alterum in demortui locum ſuffici, religioſuit. Itaque reliquum abdicare ſe Magiſtratu, ut duo de integro Cenſores crearentur, inſtitutum eſt. Id enim huic obſervationi cauſam dedit, quod eo anno quo Galli Romam cœperunt, altero ex Cenſoribus mortuo, alter quidem in demortui locum fuerit ſubſtitutus. Omen ergo viſum eſt, & pro lege perpetuo, ne id amplius fieret, obſervatum eſt. Cenſores vero cum præterquam ex Patribus creari aliquando nefas fuerit: id quoque ut cætera immutatum eſt, [12] atque indifferenter fieri cœptum. Illud etiam Cenſoribus negotium datum eſt, ne in fœnore modus excederetur.

CAP.

CAP. XVII.

1. LUSTRUM] Luſtrum quinquennale tempus eſt, ita dictum a luendo, id eſt ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia & tributa per Cenſores perſolverentur. teſte Varrone *lib. 5. de ling. Latin.* De quo latius *ad. l. 2. 8. 17. ff. de Orig. jur.*

2 PROPRIO *Magiſtratu indigere*] Verba ſunt Livii. *lib. 4. cap. 8.* Unde hæc deſumpta ſunt.

3 M. GEGANIO *Macerino*] Anno Urb. Cond. 310. Liv. *d. lib. 4. cap. 8. circa fin.*

4 AD *annumque redactum*] Mamerco Æmilio Dictatore pro quinquennali non annua, ſed annua & ſemeſtris facta eſt cenſura, id eſt octodecim menſium, teſte Livio, *lib. 4. cap. 24. & lib. 9. cap. 33.*

5 MAMERCO *Æmilio Dictatore*) Conſtat ex Livio *lib. 4. cap. 24.* hoc factum eſſe a M. Æmilio Iterum, id eſt ſecundo Dictatore Anno ſcilicet V. Cond. 319. *C. Iulio L. Virginio,* & *M. Foſſio Flaccinatore Conſulibus.* Unde hic in recitandis Conſulum nominibus librarii error eſſe videtur, qui pro *Iulio* & *Virginio*, duobus Conſulibus *Iulium Virginium* tanquam unum eundemque ſcripſit, addito *M. Appio* pro altero Conſulum, Ubi alterum mendum eſſe videtur, Iterumque pro *M. Appio*, reponendum putem *Appio Claudio Cenſore.* Appio enim Claudio Cenſore, cum C. plautius Collega ejus circum-

cum actis decem & octo menſibus; quod Æmilia lege finitum cenſuræ ſpacium temporis erat, Magiſtratu ſe abdicaſſet, ut idem abdicaret inter eum & P. Sempronium Tribunum Plebis, qui finiendæ cenſuræ actionem ſuſceperat, inducenda Æmilia lege magna fuit contentio. De qua Vide Liv. *lib.* 9. *cap.* 33.

6 UT *morum*) Sed & alia ad Cenſorum munus pertinebant. Ut puta tueri Urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus & alia publica ædificia, elocare vectigalia, precia Sacrificiorum procurare, alere ſacros anſeres, in matrimonialibus cauſis leges condendi, abrogandi, & cognoſcendi poteſtatem habebant, equitibus emeritis vacationem dabant, Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, aut arborem vineamque pro derelicto habuerit Aut ſi Eques Romanus equum gracilentem aut parum nitidum habere viſus eſſet, eos incuriæ pœna notabant etiam Fullonibus modus in pingendis veſtibus a Cenſoribus fuit præfinitus & ne in fœnore modus excederetur curam habuere, & plura alia, de quibus paſſim apud *Livium*, *Plutarchum*, *Valer. A. Gellium*, *Plinium Alexandr. ab Alexandro*, & alios. Ut conſtaret quinam ab his notati eſſent, & equeſtri aut Senatorio ordine indigni, peracto cenſu Senatorum, atque equitum nomina recitabantur, ubi qui in recitatione primum habebat locum, eximius erat & aliis dignitate prævalebat, vocabaturque *Princeps Senatus*, & *Princeps Equeſtris ordinis* Reliqui extra Senatorium aut Equeſtrem ordinem a Cenſoribus notati, ærarii fiebant id eſt cenſu & ære damnati.

7 EQUOS *adimere*) Equiti equum & annulum adimebant ſi quid in vita ejus deprehenderet honeſtati contrarium.

8 C. FABRICIUS) Hiſtoriam habes apud Valerium *lib.* 2. *cap.* 9. *exemplo* 4. Plutarch. *in Sylla.* & A. Gellium *lib.* 4. *cap.* 8.

9 M. AUTEM *Cato*) Vide eundem Valer. *lib.* 2. *cap.* 9. *exemplo* 3. Liv. *lib.* 39. *cap.* 42. & Plutarch. *in Catone* & *Quinctio.*

10 PARUM *reverens reſponſum, atque ob id*) Aliam notandi cauſam collige ex A. Gell. *lib.* 7. *cap. ult.*

11 ALTERO *ex cenſoribus*) Quum C. Julius Cenſor *L. Valerio, potito*, & *M. Manlio Capitolino Conſſ.* Anno V. Cond. 361. deceſſiſſet, M. Cornelius ei ſuffectus fuit. Quod quum mali ominis eſſet, quod eo luſtro Roma a Gallis capta fuerit ea res poſtea relligioni fuit, ut nunquam in demortui locum alius ſufficeretur ſed altero mortuo collega ejus eo Magiſtratu etiam abire debebat. Liv. *lib.* 5. *cap.* 3. *lib.* 6. *cap.* 27. & *lib.* 9. *cap.* 34. & Plutarch. *in vitis.*

12 IMMUTATUM *eſt*) Primus & plebe Cenſor creatus C. Martius Rutilius. *C. Sulpitio Petito*, & *T. Quintio Penno Cincinnato Conſulib. Anno V. Cond.* 402. Liv. lib. 7. cap. 22.

CAP. XVIII.

De Triumviris Coloniæ deducendæ. [1]

1 *Triumviratus occaſio ex Livio petita.* 2 *Triumviri qui primo Conſtit.* 3 *Eorundem officium.*

ARINCINI, atque Ardeates, cum de ambiguo agro ſæpe bello, certâſſent, multis

invicem cladibus feſſi, Populum tandem Rom. ca de re judicem [2] conſtituere. Cum ergo utriuſque civitatis legati oratum cauſam veniſſent, concilio populi a Magiſtratibus dato, magna contentione actum eſt. Iamque editis teſtibus, cum tribus vocari, & populum inire ſuffragium oporteret, conſurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et *ſi licet*, inquit, *Conſules de Republica dicere, errare ego populum in hac cauſa non patiar.* Sed cum quaſi vanum & delirum reiicerent Conſules, audiendumque prorſus negarent, pergentem vociferare publicam cauſam prodi, per lictorem ſubmoveri juſſerunt. Hic ille Tribunos appellat. ad eos admiſſus, tertium & nonageſimum ſe annum agere inquit: eum agrum de quo duo populi ambigant, tenere memoria fixum, neutrius populi, ſed Coriolanorum fuiſſe, atque eo ſe tempore militaſſe. Captis Coriolanis is [3] ager jure belli Populi Romani factus eſſet: proinde ſe magnopere ſuadere [4] populum ne inutili pudore cauſam ſuam damnaret. Movit non tam hominis autoritas quam commoditas uſuſque agri: tantumque tribunitia poteſtas valuit ei [5] ut cum hac de re latum eſſet ad populum lex de agro Populo Romano adjudicando promulgaretur. Id ſane factum maxime dehoneſtavit majeſtatem populi Romani multumque apud finitimas civitates infamiæ dedecoriſque contraxit. Quamobrem cum id ægre ferrent Patres, ac non multo poſt judicium de Ardeatibus egregie pro auxilio illis adverſus Volſcos allato meriti eſſent, cum tam infamem judicii notam prorſus ex animis delere cuperent, Senatus conſultum fecerunt, quo-

niam

niam civitas Ardeatum inteſtino tumultu ad paucos redacta videretur, coloni eo præſidii cauſa adverſus Volſcos ſcriberentur. Id cum latum ad populum eſſet, placuiſſetque multo plures Rutulos quam Romanos colonos adſcribendos, priuſque is ager qui infami judicio interceptus erat, omnibus Rutulis divideretur, quam alterius agri gleba aſſignaretur ulla cuiquam, eo tandem pacto ad Ardeates reverſus eſt. Trium- 2
viros igitur deducendæ coloniæ creant, *Agrippam Menenium*, *T. Cloelium Siculum*, & *M. Ebutium Helvam.* Nec abnuerim hunc Magiſtratum alias à majoribus Romanorum creari potuiſſe. Cæterum ab inſigniori ratione, & ingenti Pop. Rom. poteſtate exordiri non piguit. Pertinebat 3
vero [10] ad hujus Magiſtratus officium, ut & agros novis colonis dividerent, urbes deſignarent, ædificare volentibus areas partirentur, commodis regionibus civitatem diſtinguerent, legibus Magiſtratibuſque ſiſterent, & ad ſpeciem optimi tabernaculi Rempub. effingerent.

CAP.

CAP. XVIII.

1. De *Triumviris Coloniæ deducendæ*) Ex appiani *lib. 1. de Bello civili*, conſtat, Romanos nunc hos, nunc illos Italiæ populos ſubjugando, parte agri mulctare, inque eam Colonias deducere, aut oppida ante condita præſidii Cauſa novis Colonis ad ſcribere, in quibus quantum erat culti agri inter Colonos dividebatur, & elocabatur, quod incultum ſupererat per præconem invitatis Colonis aſſignabant, quibuſcunque liberet colere, ſervata ſibi tributi nomine in ſingulos annos ex arbuſtis quinta parte, frugum decima, & gregibus tam minoris quam majoris pecoris vectigali indicto. Quum jam Decretum eſſet coloniam aliquam deduci, & Colonorum numerus ſcriptus eſſet, ſi veſi ſua ſponte dediſſent, ſive ſorte electi eſſent, Curatores creabantur qui Coloniam aliquam in agros definitos, deducerent, & ſingulis ſuos attribuerent è quibus Curatoribus dux aliquis eos tanquam exercitum ſub vexillo deducebat. Hi initio tres fuere unde *Triumviri*, deinde quatuor & plures, Unde *Quatuorviri*, *Quinqueviri*, *Septemviri*, *Decemviri*, &

gintiviri Coloniæ deducendæ dicti ſunt. Ubi Colonos in agris collocaverant, aratro omnem agrum circumſcribebant, deinde agri diviſionem ac ſuæ cuique partis aſſignationem tribuebant, De his paſſim apud *Appianum, Plutarchum, Ciceronem, Livium, Dioniſium*, alioſque. Horum inſignia, exſtant in Veteribus nummis quibus, ſub III. viratus inſcriptione vexillum Aquila, cohortis ſignum, aratrum, pertica agrimenſoria, ſacerdos jugum boum & ſulcum aratro ducens, circumſcripto agro repræſentatur, quorum pleraque apud me antiquitatis cauſa reconditos ſervo.

2 JUDICEM *Conſtituere*) Cauſam & originem Triumvirorum Coloniæ deducendæ captat ex Hiſtoria Livii *lib. 3. circa finem*, Cujus hæc verba ſunt.

3 CAPTIS *Coriolanis*) Alii legunt *Coriolis*.

4 SUADERE *populum*] Hæc aliquanto latius apud Liv. *lib. 3. circa fin.*

5 EI] Id eſt Populo.

6 QUAMOBREM *quum id agri*] Vid. Liv. *lib. 4. cap. 7.*

7 PLACUISSETQUE *multo plures*] Vid. Liv. lib. 4. cap. 11.

8 RUTILOS] Rutili iidem ſunt quum Ardeatibus ita dicti, quod rutilo & flavo eſſent colore.

9 AGRIPPAM *Menenium*] Factum hoc *Anno Urb. Cond. 311.* M. Fabio Vibulano & ipſo Ebutio Helva Conſulibus, aut certe anno ſequenti proxime poſt eorundem Conſulatum teſtatur Livius *d. lib. 4 cap. 11* Unde patet, ut plurimum ad id munus electos Conſules, poſtquam conſulatum depoſuiſſent. Et quidem ſolis patriciis hic Magiſtratus initio deferebatur, poſtea vero etiam ex plebe creari cœpit, primus ex plebe cenſor fuit *C. Martius. Rutilius Anno Urb. Cond. 402.* Liv. *lib. 7. cap. 22.*

11 PERTINENT *vero*] Plura de Triumvirorum officio notavi ſupra *num. 1.*

CAP. XIX.

De Prætoribus.

1 *Prætor quis.*
2 *Prætor Urbanus*
3 *Jus honorarium*
4 *Prætorum inſignia*
5 *Prætor peregrinus*
6 *Quinque viri*
7 *Prætorum numerus*
8 *Præfectus Urbis*
9 *Prætor Latinarum feriarum*

CUM crebris ac diuturnis certaminibus victi tandem à Plebe Patres, ex Conſulibus alterum ex Plebe creandum conceſſiſſent, id ſibi voluntate Plebis pro aperto ad conſulatum aditu
1 arrogavere, ut unicus Magiſtratus crearetur ex Patribus, iſque à præeſſendo [1] Prætor appellaretur: qui tandem eo quod inter urbanos jus dice-

diceret, [2] urbanus appellatus eſt. Penes hunc 2
vero Magiſtratum adeo omnis publici privatique
juris poteſtas fuit, ut novum jus condere, [3] &
vetera abrogare, facultas eſſet. Tantum vero
poſtmodum aucta eſt Prætoris autoritas, ut quod
Prætor ipſe dixiſſet, ob ipſius honorem jus honorarium [4] vocaretur. Prætori regia inſignia, 3
conſulareſque ferme apparatus [5], lictores vero 4
non amplius ſex, ſella curulis, & trabea, cæteraque hujuſmodi tradita ſunt. Ac quamvis ſex
numero lictoribus uti conceſſum Prætoribus
eſſet, Paulo quidem Æmilio Prætori in Iberiam
contendenti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores [7] comperi. Equis albis, trabea
candida utebatur Prætor. Nivei ad fræna Quirites ſubminiſtrabant, ut ait Iuvenalis. Demum
cum undique peregrinorum multitudo in urbem
conflueret, neque unus Prætor turbæ cauſarum
ſufficere poſſet, alter Prætor creatus eſt: qui
quoniam inter peregrinos cognoſcebat, Pere- 5
grinus appellatus eſt. Creſcente vero imperio [8],
tantum poſtmodum amplificatus eſt numerus,
ut XVIII. Prætores aliquando in verbe jus dicerent. Et quia Magiſtratus veſpertinis temporibus in publico eſſe, inconveniens erat, Quin- 6
queviri conſtituti ſunt citra Tyberim & ultra Tyberim, qui poſſent pro Magiſtratibus fungi.
Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hi- 7
ſpania, deinde Narbonenſi Provincia, totidem
Prætores quot Provinciæ in ditionem venerant,
creati ſunt: partim qui urbanis rebus, partim
qui provincialibus præeſſent. Deinde Cornelius
Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de
falſo, de parricidio, de ſicariis, ac Prætores

quatuor adiecit. Cajus Iulius Cæſar duos Præ-
tores, & duos Ædiles [9], qui frumento præeſſent,
& à Cerere Cereales conſtituit. Ita duodecim
Prætores, ſex Ædiles ſunt creati. Deinde Divus
Auguſtus ſexdecim Prætores conſtituit. Poſt
Divus Claudius [10] duos adiecit Prætores, qui de
fideicommiſſis jus dicerent, ex quibus unum
Divus Tiberius detraxit, & adiecit unum Divus
Nerva, qui inter fiſcum & privatos jus diceret.
Ita decem & octo Prætores in civitate jus dicunt.
Et hæc omnia quoties Romæ ſunt magiſtratus,
obſervantur: quoties autem proficiſcuntur,
8 unus relinquitur, qui jus dicat, iſqus vocatur
Præfectus urbi, qui Præfectus olim conſtitue-
9 batur. Poſtea vero alius Latinarum [11] feriarum
introductus eſt, qui quotannis vacantibus cæteris
Magiſtratibus creari inſtituerit. Quibus omni-
bus cum plurimi ingruentium bellorum uſus
exegiſſent, earundem adminiſtrationes man-
dari conſuevere, excepto Præfecto urbis in civi-
tate remanente. CAP.

CAP. XIX.

1. A PRÆESSENDO] Quia juriſdictioni præſunt *l. 12. ff. de Legib.* Alii a *praeundo* quod jure & exercitu præirent Ut Feſtus & Varro *lib. 4. de ling. Latin.*

2 JUS *diceret*] Conſules primis temporibus jus dixiſſe Conſtat ex *Livio*, *Dioniſio*, & aliis paſſim, uſque dum hi avocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in Civitate jus redderet, quo factum eſt ut Prætor crearetur qui in Urbe jus diceret, ideoque Urbanus appellatus eſt *l. 2. §. 27. ff. de Orig. jur.*

3 NOVUM *jus condere*] Ab initio Prætores edicta tantum propoſuerunt, de quibus rebus, & quomodo jus dicturi eſſent, poſtea vero permittente populo hoc ſibi uſurparunt, ut adjuvandi, ſupplendi, aut corrigendi juris jam conſtituti cauſa, aut de iis de quibus lege nihil cautum, ex bono & æquo ipſi aliquid edicendo conſtituerent. l. 7. *ff. de juſtit. & jure.* Quum enim lex quæ generaliter loquitur, omnes articulos ſigillatim compræhendere non potuerit, introductum eſt, ut quum in aliqua cauſa legis ſententia manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedat, atque ita jus dicat, & quoties lege unum vel alterum introductum

ductum eſt, ea quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel juriſdictione ſuppleat *l. 12. §. 53. ff. de legib.*

4 Jus *honorarium*) Honor pro Magiſtratu ponitur, unde a Magiſtratuum edicto honorarium vocari ſcribit Pomponius in *l. 2. §. 12. ff de Origine juris.*

5 Consularesque *ferme apparatus*) Dicit, *ferme* quia non omnia inſignia Regia, aut Conſularia habebat, ſex enim tantum lictoribus neque faſcibus utebatur.

6 Cæteraque *hujuſmodi*) Inſignia quibus utebantur fuere Prætexta, id eſt purpura toga, qua Calendis Januariis ſolenniter Initiabantur, ſella eburnea Curulis, trabea Candida, haſta & Gladius, Miniſtri Accenſiti, Scribæ & lictores. Quorum haſta & gladius, Prætorum propria fuerunt, ad Iuriſdictionem Civilem & Criminalem ſignificandam. Scribæ actiones in tabulas referebant, Accenſi horam eſſe tertiam, aut meridiem admonebant, lictorum erat coercere, aut ſummovere.

7 Duodecim *adhibitos lictores*), Paulus Æmilius, non ut Prætorium, cui ſex rantum erant lictores, ſed ut proconſulare imperium ejus declararet; duodecim lictoribus in Hiſpaniam miſſus, uſus eſt, Authore eodem Plutarcho *in Æmilio Paulo.*

8 Crescente *vero Imperio*) Duo primum Prætores conſtituti Urbanus, & peregrinus, qui privatis judiciis præfuerunt, dum Parricidii Quæſtores publicis judiciis præeſſet, de quibus Pomponius *in l. 2. §. 23. ff. de Orig. jur.* Prætor Urbanus primo Conſtitutus *l. Æmilio, l. Sextio Conſulib. Anno ab Vrbe Condita 387.* Quo Patres Sp. Furio Camillo primam præturam dederint. Cui poſt 124. circiter annos *Anno* ſcilicet *Vrb. Cond. 511. C. Luctatio, & A. Poſthumio conſulib.* prætor peregrinus adjunctus eſt Q. Valerius Falto, teſte Livio *Epitom. 19.* Hi ſoli prætura functi ſunt uſque ad annum *V. Cond. 556.* quo creſcentibus jam provinciis & latius pateſcente imperio ſex Prætores conſtituti ſunt *C. Cornelio Cethego & Q. Minutio Conſulibus* Liv. *lib 32. cap. 27.* Quorum quatuor in Sardiniam, Siciliam, Hiſpaniam & Narbonenſem provinciam mittebantur. Et totidem deinde Prætores quot Provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui Urbanus rebus partim qui provincialibus præeſſent. Donec poſt quæſtiones perpetuas inſtitutas, (quod ſub conſulatu *L. Marii Cenſorini & M. Manilii contigiſſe* Cicero teſtatur *in Bruto.* Anno V. Cond. 604.) Quatuor Ordinarii Prætores creati fuerunt, qui dum Urbanus & Peregrinus de privatis cauſis jura redderent, reliqui quatuor judicia publica ordinario Magiſtratus jure exercerent. Unus *de Repetundis*, alter *de ambitu*, tertius *de Majeſt.* & quartus *de peculatu.* quum antea tantum, ſi quando caſus tuliſſet, ut quærendū videretur, tum primum crearetur qui quæreret, quique abſoluto hoc judicio officio ſuo functus erat. Quod duravit uſque ad Cornelii Syllæ Dictatoris tempora, qui quum eos quatuor Publicis quæſtionibus non ſufficere videret, ut quibus deeſſent *Falſi, parricidii*, & de *Sicariis quæſtiones*, rurſum quatuor alios adjecit, ut vult Pomponius *l. 2. §. 32. ff. de Orig. jur.* & Feneſtella *hic.* Sic ut decem numero fuerint, Prætor Urbanus, & Peregrinus in Urbe, quatuor Provinciales, & quatuor judiciorum publicorum cauſa Conſtituti. Quibus deinde a Julio Cæſare duos additos & ab Auguſto ſexdecim Prætores Conſtitutos volunt quibus priores duo Urbanus & Peregrinus adjuncti XVIII. Prætores efficiunt, de quibus hic.

& l. 2. §. 52. ff. de Orig. jur. Sed quo tempore L. Corn. Sylla, Julius, & Auguſtus eos conſtituerint vix conſtat. Decem Prætores conſtituos *Cn. Papirio C. Mario Conſu ib. Anno V, Cond. 671.* Chronologi velint. Quibus occiſis L. Corn. Sylla ſe ipſum Dictatorem conſtituiſſe, probat Carol. Sigon. *in Faſtis Conſularib ad d. annum 671.*

9 Et *duas Ædiles*) De Ædilibus Cerealibus ſupra *cap. XIII.* & *l. 2. §. 32. ff. de Orig. jur.* Ubi vide notat..

11 Alius *Latinarum*) De quo Latius ſupra *cap. 6.*

De quinque viris menſariis. 1

CAP. XX.

1 *Menſarii qui & eorum officium*

CUM improbitate [2] fœneratorum, Plebs Ro. magnitudine æris alieni pene obruta eſſe videretur, eique difficultati Principes Plebis ſuccurrere ſæpenumero tentaſſent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum Conſules erant, funebrem quoque rem, quod deſtinere animos hominum videbatur, levare aggreſſi, ſolutionem, æris alieni in publicam curam verterunt, Quinque ergo viri creati [3] ſunt, quos a diſpenſatione pecuniæ Menſarios appellarunt qui inſigni æquitate, diligentiaque meriti ſunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Hi ergo fuerunt *C. Duellius*, *P. Decius Mus M. Papyrius*, Qu. Publius *T. Æmilius*, qui rem difficillimam tractatu, & plerumque parti utrique, ſemper certe alteri gravem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura ſuſtinuerunt. Tarda enim nomina, eſt impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aut ærarium menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit: ut populo pricaveretur; aut æſtimatio æquis rerum preciis liberavit, ut non modo ſine injuria, ſed etiam

etiam ſine querimonia partis utriuſque, exhauſta vis ingens æris alieni ſit.

CAP.

CAP. XX.

1. QUINQUE *viris Menſariis*] Cauſa horum creandorum fuit fæneratorum improbitas, & æris alieni plebis Romanæ magnitudo.

2 CUM *Improbitate*] Ad verbum hæc omnia deſumpta ſunt ex Livio *lib. 7. cap. 21.*

1 QUINQUE *ergo viri*] Facta hæc ſunt *P. Valerio Publicola & C. Martio Rutilo 11. Conſulibus* Anno V. Cond. 401. Liv. *d. lo. o* Triumviros deinde Menſarios Romæ propter penuriam argenti conſtitutos Idem Livius ſcribit *lib. 23. cap. 21.* belli punici ſecundi tempore *L. Aimilio Paulo & C. Terentio Varrone Conſulib.* Anno Urb. Cond. 437. Quorum etiam mentionem facit in *lib. 24. cap. 18.*

CAP. XXI.

De triumviris Reipublicæ conſtituendæ.

1 *Antonii Tyrannis* 2 *Triumviratus Reipub. Conſtituendæ.*

SI triumviratus Reipublicæ conſtituendæ originem quæris, ante ipſum quem Cæſar Auguſtus cum Antonio & M. Lepido geſſit, alter nullus apud Romanos prodiiſſe memoratur. Ego autem de eo ipſo nuſquam præterea offendiſſe memini: utrum poteſtatibus [1] annumerandum cenſuerim, haud ſatis ſcio quippe quod eas poteſtates, quas injuſſu, præterque Senatus autoritatem quiſque, non dicam ſortitus fuerit, ſed per libidinem dominandi arripuerit, tyrannides potius, quam poteſtates ſeu Magiſtratus appellandos duxerim. Utcunque ſe res habeat [2] illud facile animadverti poteſt, Iulio Cæſare in Senatu ab iis qui cum Bruto & Caſſio erant, occiſo, mox Antonium, quum ſtudia omnia ad componendam Rempublicam contuliſſe videretur, Principem civitatis evaſiſſe. Confeſtim vero dominandi libidine ejectum Cicero-

nem, Brutum, cæteroſque qui factioni ejus adverſabantur, urbe excedere contigiſſe. Octaviano autem, qui teſtamento Cæſaris hæres ſcriptus fuerat, ex Aſia reverſo, Cicero, ac cæteri qui ejus factioni obluctabantur [3], ad Octaviani potentiam confugerunt, ex quo factum eſt, ut Antonius urbe migrare adactus, hoſtis à Senatu judicaretur: ad quem opprimendum Hircius & Panſa Conſules miſſi, Auguſtuſque cum faſcibus Antonium apud Mutinam adepti fuerunt, fugaveruntque. Deſperatis ergo rebus, Antonius ſupplex ad M. Lepidum confugit, cujus potentia fretus, Octavianum, qui æque animum ad dominationem intenderat, ad fœdus ſocietatemque pellexit, illam videlicet ſocietatem, qua homicidia homicidiis in permutationem veniſſe dicuntur. Inter quos ad cædem deſtinatos [4], Cæſar Ciceronem pro L. Cæſare avunculo M. Antonii, eidem conceſſit. Igitur tyrannidem prætextu pio Magiſtratus palliare pergentes ſeſe Triumviros Reipublicæ conſtituendæ appellavere, quorum nutu
2 & auſpiciis omnis Reſpublica niteretur. Cæterum eorum animos quorſum inclinarent, mox ipſe eventus rerum oſtendit, omnes divinas humanaſque res commiſcens. Omnibus enim intra ſe opibus comſumptis, ad extremum unus Cæſar potitus eſt: qui & ipſe omnibus cæteris ſuperſtes, ipſum de quo loquor triumviratum annos circiter X. ut Suetonius Tranquillus refert, obtinuit. CAP.

CAP. XXI.

1. VTRUM *poteſtatis*] Contra leges enim hic Magiſtratus inſtitutus fuit, quum neque ad Senatum neque ad Populum de his retuliſſent.

2 UTCUNQUE *ſe res habeat*] Hiſtorica narratio eſt, qua occaſione & quomodo hic Triumviratus inſtitutus ſit. Quum igitur Julio Cæſare

Cæſare *Anno V. C. 709.* e vitis ſublato, *C. Octavianus* a Julio Cæſare adoptatus & in Cæſarum familiam tranſlatus, & *M. Antonius*, qui, quod ad Componendam remplicam omne ſtudium Contuliſſet, Principem Civitatis ſe evaſurum putaret, uterque animum ad dominationem intenderet, Antonius Octaviano cedere debuit, & ab Urbe diſcedere coactus a Senatu hoſtis declaratus eſt, ad quem opprimendum Octavianus miſſus eum apud Mutinam fudit, ut deſperatis rebus ad *M. Lepidum* confugeret. Cujus Interventu fœdus initum, ut hi tres Triumviratus nomine Rempublicam pro imperio gubernarent & Magiſtratus, alioſque honores, quibus ipſi vellent tribuerent; Cæſari Octaviano *Africa*, utraque *Sardinia*, & *Sicilia*, Lepido *Hiſpania*, ac *Gallia Narbonenſis*, Antonio omnis *reliqua Gallia* cis & trans Alpes, tribueretur, ut inimicos ſuos omnes proſcriberent, & cæderent, Lepidus in locum Bruti Conſul fieret, Romamque & totam Italiam in cuſtodia haberet. Antonius vero & Cæſar Brutum & Caſſium bello perſequerentur. Quibus Conſultationibus perfectis, Romam convolant, & ſinguli interjectis diebus Urbem ingreſſi, quæ decreverant exequuntur. Dum C. Cæſar Octavianus *Hirtio & Panſa* Conſulibus apud Mutinam occiſis, omni exercitu occupato ante legitimam ætatem; per vim adacto Senatu, ſe cum Q. Pedio J. Cæſaris herede ex quadrante Conſulem ſurrogavit. Factum hoc eſt *X. Kalend. Octob. Anno V. Cond. 710.* Quo eodem anno 5. Kalend. Decemb. iidem *Cæſar, Lepidus* & *Antonius*, quem dixi, Triumviratum reipublicæ conſtituendæ cauſa ineunt. Ut pridie Kalend. Januarias quinto poſt anno abdicarent. Sed quemadmodum Magiſtratus ille contra leges fuit inſtitutus, ita etiam non fuit diuturnus: nam non multo poſt diſſidiis ortis inter Octavium & Lepidum. Octavius Lepidum bello perſecutus eſt, eique victo, Triumviratus honorem abrogavit, Poſtea etiam Antonio bellum intulit, eoque victo, quum ipſi ſolus rerum potiretur, Triumviratu renunciavit. Eumque finem habuit Triumviratus Reipub. conſtituend. Hiſtoriam vid. apud Dion. *lib. 46.* Appian. *l. 3. & 4. de bello Civil.* Sueton *in Auguſto cap. 27.* Plutarch. *In M. Bruto & Antonio, & in Cicerone* Liv. *Epitom. lib. 120.* Jul. Flor. *lib. 4. cap. 7.* ejus etiam meminit Varro *in libro* quem Iſagogicum inſcripſit *de officio Senatus habend.* teſt. Gell. *l. 14. c. 7.*

3 Obluctabantur) Alii obtrectabantur.

4 Ad *cædem deſtinatos*) Fuſi enim inimici ſunt plurimi æquires CXXX. Senatores proſcripti, & qui necarentur deſtinati viri plures quam Ducenti, De Ciceronis proſcriptione maxima inter eos contentione certatum, Tandem permutatio ita inſtituta eſt, ut Lepidus Paulum fratrem, Antonius L. Cæſarem avunculum, Cæſar Ciceronem proſcribi permitterent. Cujus quum occiſi ab *Herennio* Centurione & *Popillio* legionario milite, caput cum manu dextra in roſtris exhiberetur, conclamavit Antonius, finitas jam eſſe proſcriptiones Plutarch. *in Cic. circa fin.*

CAP. XXII.

De præfecto Prætorio.

Quales apud Reges Tribuni Celerum Equitum, ſive apud Dictatores Magiſtri Equitum,

tum, tales demum fuere Præfecti prætorio [1] apud Cæſares. Nam cum ſecundas poſt Cæſarem partes geſtarent, præeſſentque diſciplinæ publicæ emendandæ, adeo à parvis orta principiis crevit autoritas, ut cum aliquo tempore à Præfectis prætoriis provocare liceret, extarentque exempla majorum, quo pacto ab iis provocaſſent lecta poſtmodum Principis ſententia, à Præfecto prætorio provocatio ſublata eſt. Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, fide illorum atque integritate explorata, ad hujus poteſtatis amplitudinem adhiberentur, non aliter pro ſapientia, ac ſplendore dignitatis ſuæ, quam eundem fore judicaturos. Alio etiam privilegio hujuſmodi poteſtas ſubnixa eſt, ne ab eorum ſententiis minores ætate (ut ab aliorum Magiſtratuum) reſtitui poſſent.

CAP.

CAP. XXII.

PRÆFECTO *prætorio.*) Prætorii Præfectura militare munus fuit, eratque Præfectus prætorio, qui militibus iis præerat, quos Imperator in ſui Cuſtodiam allegerat, Qui & ipſi Prætoriani dicti, & Cohortes Prætoriæ quæ ut validiores in provincias prætorias delegabātur, ad quas regendas viri conſulares & Prætorii Præfectorum nomine mittebantur, ſicut in Provincias proconſulares, & Præſidiales proconſules, & provinciæ Præſides. In eas enim provincias Auguſtus Romanum Imperium diviſerat. Is vero qui in Urbe cohortibus prætoriis Præfectus erat, maximæ poteſtatis & dignitatis fuit, de quo hic, Autor, ex Aurelio J. C. libellorum Magiſtro in ſingulari ſuo *de officio Præfecti Prætorio*, libello de verbo ad verbum ſua deſcripſiſſe videtur ut patet ex *tit. ff. De officio præfecti Prætorio.* Plura de præfect. prætorio vid apud Wolfgang. Lazium *Comment. Reipub. Roman. lib. 1. & 2.*

2. PROVOCATIO *ſublata eſt*) Quod & Conſtantini tempore *Baſſo & Ablavio Conſulibus* Anno Chriſti 331. Conſtitutum probat *l. 12. Cod. de appellat.*

CAP.

CAP. XXIII.

De quibuſdam minoribus magiſtratuum ſpeciebus [1].

1 *Prætorum munus.*
2 *Decemviri litium creandorum.*
3 *Quatuor viri.*
4 *Treſviri monetales.*

Alteram Magiſtratus ſpeciem in urbe
Roma jus aliquando dixiſſe reperi. Nam
cum bellorum munera, cæteris Magiſtratibus [1] 1
non ſufficientibus, ad Prætorem deferrentur,
quorum munus adminiſtratio juris [2] præcipuum
fuit, creati decemviri ſunt qui jus in urbe dice- 2
rent, Prætorumque partes eo tempore gererent,
litium judicandarum appellati [3]. Eo tempore 3
Quatuorviri [4] creati dicuntur, qui viarum curam
agerent. Ac tres monetales auri [5] argentique fla- 4
tores, quorum eſſet diligentia, numiſmata auro
argentoque fabricari.

CAP. XXIII.

1. Minoribus *Magiſtratuum ſpeciebus*) Qui ſint minores Magiſtratus docet A. Gellius *lib. 13. cap. 15.*

2. Administratio *Iuris*) Prętores enim juriſdictioni præerant *l. 12. ff. de legib.* & jus prætorium adjuvandi, vel ſupplendi vel corrigendi Juris Civilis gratia introductum eſt. *l. 7. §. 1. ff. de juſtit. & jure.*

3. Litium *Iudicandarum*) Hic Magiſtratus ab Auguſto Inſtitutus, poſt quæſturam cæptus eſt. Ut colligitur ex Suetonio *in Auguſto. cap. 37.* Vide porro notata *ad l. 2. §. 29. ff. de Origin. Iur.*

4. Quatuor *viri*) De his vid. *not. ad l. 2. §. 30. ff. de Origin. Iur.*

5. Tres *Monetales*) Hi Triumviri Monetales dicti *d. l. 2. §. 30.* Ubi vide *notat.*

CAP. XXIV.

De præfecto urbis & vigilum [1].

1 *Præfecti Vigilum à quo primum inſtituti.*
2 *Eorundem officium & poteſtas.*

Divus Auguſtus ſalutem publicam nullius alterius quàm ſuę diligentiæ congruere exiſtimans,

1 ſtimans, coërcendorum incendiorum cauſa ſeptem cohortes opportunis urbis locis diſpoſuit, ita ut binas urbis regiones unaquæque cohors præſidio tutaretur: tribunis, & ſuper omnes clariſſimo viro Præfecto vigilum 2 præpoſitis. Et licet apud veteres Ro. triumviris nocturnis, Ædilibus, tribuniſque id negocii quandoque eſſet aſſignatum, pluribus eodem die exortis incendiis, quibus accurrere, ſatiſque facere non poſſe eos appareret, creare Præfectum vigilum 3 Auguſt.
2 Cæſar in animum induxit. De incenſoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus, apud Præfectum vigilum cognitio eſt: niſi ſi quæ tam atrox, tam famoſa perſona ſit, ut ad Præfectum urbis remittenda videatur. Et quoniam incendia plerunque culpa exoriuntur inhabitantium, aut fuſtibus caſtigat eos qui negligentius ignem habuerunt, aut ſevera objurgatione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. Cum effracturæ in horreis (ut plerunque fit) inſuliſque, ubi precioſarum rerum ſuarum partes, patres familiarum ſervant, apparuerint, ſi quando cella vel armarium effringatur, effractorum ſæpe, nonnunquam etiam cuſtodum quæſtiones apud hunc magiſtratum exercentur. Et ita Divus Antonius Erithio Claro Pręfecto inſcripſit. Ait enim, effractis horreis de ea re ad illum ipſum pertinere. Sciendum autem Pręfectum vigilum ad plurimam noctem vigilare oportere, coërrareque calceatum cum hamis, & dolabris, curamque omnes inquilinos agere admonendi, ne per colonorum negligentiam, incendiorum caſus exoriantur. Quinetiam inquilinus ut quiſque aquam in cænaculo habeat, qua igneo terrore ingruente, præſto occurrere poſſe

cen-

cenſeatur. Adverſus capſarios autem, qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, judex quoque conſtitutus eſt, ut ſi quid in ſervandis veſtimentis admiſſum fuerit, ipſe idem de quo loquor, Magiſtratus quæſtionem exercebit.

CAP.

CAP. XXIV.

1. Præfecto *Urbis & Vigilum*) Ad differentiam ejus qui præfectus Urbi dicebarur, penes quem ſumma rerum erat. De quo ſupra *cap. 6.*

2. Præfecto *vigilum*) Antea incendiis arcendis præerant Triumviri nocturni, ſed & Ædiles & Tribuni Plebis nonnunquam interveniebant, & quandoque privatæ familiæ mercede ad extinguenda incendia conductæ fuerunt ut patet ex *l. 1. ff. de offic. præfect. Vigil.* Vide etiam Dion. *lib. 55* & Vell. Pateroul. *lib. 2.* Tandem ob crebra incendia orta Auguſtus ſeptem Cohortes nocturnas opportunis locis incendiis arcendis conſtituit. Quibus Tribunos, iiſque ſpectabilem virum *Præfectum Vigilum* præpoſuit. *l. 3. in pr. ff. de offic. præfect. Vigil.* Sueton. *in Auguſto cap. 25.*

3. De *Incenſoribus*) Hæc & ſequentia fere omnia recenſentur *in l. 3. ff. de offic. præfect. Vigil. §. 1.*

CAP. XXV.

De Duumviris claſſis reſtituendæ, & quibuſdam parvis Magiſtratibus.

1 Duumviri claſſis reſtituendæ. 2 Triumviri nocturni.

Duumviros claſſi reſtituendæ [1], utpote haud magni momenti [2] Magiſtratum, omiſſurus videbar, niſi quod Livio placet, minimè prætereundum viſum. Anno enim quo Appius Claudius, is cui poſtea Cæco cognomentum fuit, cenſuram geſſit, M. Valerio, & P. Decio conſulibus, duo imperia, ut ait [3] Livius, dari per populum cœpta ſunt, utraque ad Remp. pertinentia: unum ut Tribuni militum ſenideni in quatuor legiones crearentur, quæ ante perquam paucis populi ſuffragio relictis, Conſulum & Dictatorum

rum fuerant beneficia. Tulere eam rogationem Tribuni plebei *L. Attilius, & C. Martius.* Alterum imperium fuit, ut Duumviros claſſis ornandæ reficiendæque cauſa idem populus juberet. Tulit hoc Plebiſcitum *M. Decius Tribunus plebis.* Haud multo tempore poſt hujuſmodi rogationes Triumviri nocturni [4] creati ſunt, à quibus (ut exiſtimatione deducor) difficili bellorum & civilium ſeditionum tempore, muri cuſtodiæque portarum [5] per milites ſtationarios munirentur. Id etiam eorum curæ injunctum eſt, ut & nocturnas ſeditiones à civibus arcerent, & quies urbi conſervaretur. Hujus ſanè partes Magiſtratus, in officium Præfecti vigilum demum traductæ ſunt. Enimvero horum magiſtratuum nomina rem fermè ipſam cui addicti eſſent, facilè oſtendunt. Neque Livius ipſe rei autor, hac in re amplius verbòrum facit: apud alios verò nulla prorſus mentio fit.

CAP.

CAP. XXV.

1. DUUMVIROS *Caſſis reſtituenda*) Horum prima mentio fit apud Liv. *lib. 9. cap. 30.* Ubi ſub Conſulatu C. Junii Bubulci & Q. Æmilii Barbulæ *Anno V. Cond. 442.* (quo tempore Romanis cum Samniticis acerrimum erat bellum) rogante M. Decio Tribuno Plebis, Duumviros navales claſſis ornandæ, reficiendæque cauſa populum juſſiſſe ſcribit. Non tamen mari ſe commiſiſſe leguntur Romani, ante primum bellum Punicum. Quo, quum Cathaginienſes plurimum mari pollerent, & ipſi coacti fuerunt claſſem componere, & ſe mari committere, Quod Appio Claudio, & M. Fulvio Flacco *Anno V. Cond. 489.* initium ſumpſit. Horum officium fuit, reficere & ornare Claſſem, utque navalibus ſociis impleatur, commeatuque inſtruatur, curare. Plura Vid apud Flav. Blond. *lib. 4. de Roma triumphante.*

2. HAUD *Magni momenti*) Non fuerunt Ordinarii, ſed extraordinarii Magiſtratus.

UT *ait Livius*) *lib. 9. cap. 30.* Ubi hęc eadem exſtant verba.

3. TRIUMVIRI *Nocturni*) Antiquum, eum eſſe Magiſtratum conſtat. Quando autem creati fuerunt hi Triumviri nocturni, certum non eſt Livius *lib. 9. cap. 46.* ſub Conſulatu P. Sulpicii Averrionis & P. Pempronii Sophi *Anno Urb: Cond. 449.* de C. Flavio quodam Scriba, meminit, quod Ædilis factus dixerit, ſe prius Tribuna-

bunatum, & duos Triumviratus, nocturnum alterum, alterum Coloniæ deducendæ geſſiſſe. Tacit. *lib. 5. Annalium*, & Val. Maxim. *lib. 8. cap. 1. ſub Anno V. Cond. 585.* M. Mulvium. Cn. Lollium L. Sextilium Triumviros, quod ad incendium, in Sacra via ortum, extinguendum tardius venerant, à Tribuno Plebis die dicta damnatos ſcribunt. Et apud eundem Valer. *d. loco ſub Anno V. Cond. 698.* P. Villius Triumvir Nocturnus à P. Aquillio Tribuno Plebis accuſatus, populi judicio concidit, quia vigilias negligentius circumjerat. Ejus etiam officii meminit Paulus *in l. 1. ff. de offic. præfect. Vigil.*

4. Muri *cuſtodiaque portarum*) *Facit. l. 1. ff. de officio præfecti Vigilum. & l. 3. §. 1. ff. eod.*

CAP. XXVI.

De Procuratore Cæſaris.

1 *Procurator Cæſaris.*
2 *Ejus Officium.*
3 *Præſes Provinciæ.*

Ultimum eſt, ut de procuratore Cæſaris (is enim eſt inter Cæſarem & Romanum populum conſtitutus judex) pauca videamus. Quanquam principalem celſitudinem, à qua legum, Senatuſconſultum, Magiſtratuumque omnium origo manat, moribus introductum ſit, legum imperio, cui præeſt, non eſſe ſuppoſitam [1]. Cæterum quoniam majorem ſe, à quo jus inter privatum ac Rempub. decernatur, impoſſibile inventu ſit, ipſumque Principem in propria cauſa judicare [2] haud ſanè æquum eſſe videatur, Magiſtratum creari placuit, cui inter ſe, privataſ- 1
que perſonas, competens quidem eſſet juriſdictio, qui ſanè eſt appellatus Procurator Cæſaris [3].
Huic Magiſtratui principalis totius rei licentia 2
commiſſa eſt: ita ut quicquid ab eo negociorum imperialium geſtum eſt, perinde habeatur ratum, ac ſi ab ipſo Cæſare [4] fuerit peractum. Sed ſi rem ejus [5] quaſi propriam Procurator tradat, non putant dominium transferre. Tunc verò

transfert cum negocium gerens Cæſaris, ipſius conſenſu tradit. Denique ſi donationis, venditionis, tranſactionis cauſa quid agat, nihil agitur. Non enim alienare rem Cæſaris, ſed diligenter negocia Cæſaris obire, Procuratori Cæſaris injunctum eſt. Id verò in primis [6] Procuratori huic de quo agimus, adſcriptum eſt, quod ſervum Cæſaris hæredem inſtitutum adire hæreditatem jubet, & ea hæreditas Imperatori acquiritur. Quin ſi Cæſar ipſe hæres inſtituatur, ſi ſe Procurator opulentæ hæreditati miſceat, hæredem Cæſarem facit. Quod ſi ea bona [7] ex quibus Princeps hæres inſtitutus eſt, ſolvendo non ſunt, conſulendus erit Imperator, ne quid inde detrimenti patiatur. Hæredis enim inſtituti in adeundis repudiandiſve hæreditatibus, congruo tempore explorari voluntas debuit. Deportandi huic Magiſtratui facultas permiſſa non eſt. Sed de Procuratore Cæſaris, cæteriſque omnibus Romanis poteſtatibus,quæ à principio urbis conditæ uſque ad Auguſti Cæſaris tempora factæ
3 tractatæque ſunt, ſatis ad plenum diximus. Præſidis nomen [8] generale eſt, eo quod & proconſules, & legati Cæſaris & omnes provincias regentes, licet Senatores ſint, Præſides appellantur.

C A P.

CAP. XXVI.

1. NON *eſſe ſuppoſitam*) Princeps legibus ſolutus eſt. *l. 31. ff. de legib* attamen legibus vivere debet *l. 5. Cod. de teſtam.* neque vere legibus ſolutus eſt ſed videtur. *l. 23. ff. de legat.* 3. & *l. 3. & 4. Cod. de legib.* quia ſcilicet ſe majorem aut ſuperiorem non agnoſcit, & inferior Magiſtratus in ſuperiorem non cognoſcat *l. 4. de arbitru.*

2. IN *propria cauſa judicare*) Ut nemo in cauſa ſua judex detur, aut jus dicat Jure Civile Conſtitutum eſt *l. unic. Cod. nequis in ſua cauſa judic. l. 13. ff. Quod Metus cauſa.*

Cui

Cui omnes qui alicui poteſtati ſunt ſubjecti mutuo quaſi ſocietatis pacto alligantur. Hinc ipſi Principes in cauſis ſuis, & quoad bona & patrimonium ſuum, inter ſe & privatos, delegato judici ſe committunt.

3. Procurator *Caſaris*) Hunc ſub Severo primum introductum ſcribit *Spartianus*.

4. Perinde *habetur ac ſi ab ipſo Caſare*) *l. 1. in pr. ff. de officio procuratoris Caſaris vel rationalis.*

5. Si *rem ejus*) *d. l. 1. §. 1. ff. de offic. Procur. Caſar.*

6. Id *vero in primis*) *d. l. 1. §. 2. ff. eod.*

Quod *ſica bona*) *l. 2. ff. eod.*

7. Deportandi) *l. 3. ff. eod.*

8. Præsidis *nomen*) *l. 1. ff. de Offic. Praſidis.* Differentiam tamen inter Præſidem & Proconſulem Vid. apud Gujac. *lib. 20. obſ. 37.*

J. POMPONII LÆTI DE ROMANIS MAGISTRATIBUS, JURISPERITIS ET LEGIBUS, AD M. PANTHAGATUM LIBELLUS.

Cum Selectis notis & Accurata Recenſione.
S. LEEWII J.C.

POMPONII LÆTI VITA
EX
P. Jovii Virorum Doctorum Elogiis.

JUlium Pomponium Lætum Sanſeverina illuſtri familia, in Picentinis natum ferunt, adeoque inſigni cura educatum, ut ex adultera Matre, alioqui pudica, eludente ei Salernitano Principe, genitus putaretur. Sed vigente demum bello, & labante fortuna principalis domus, animum ad litterarum ſtudia convertit, tanta antiqui moris æmulatione, & naturæ temperantia optimas litteras complexus, ut Romæ inter præclara ejus ſeculi ingenia, conſpicuus monſtraretur. Nam Vallæ Præceptoris æquata eruditionis opinione locum exceperat, ſed eum mox Pauli Secundi injuria celebrem fecit, quum litteratos quoſdam, & in his Platinam atque Callimachum, tanquam impios atque maleficos tormentis excruciaſſet. Nam è Venetiis Romam pertractus ad dicendam cauſam perpetua vitæ innocentia tutus nihil terreri potuit. Xyſto Innocentioque fautoribus in Gymnaſio docuit incredibili nominis authoritate, auditorumque frequentia, adeo ut ante auroram profitentem Romana juventus à media ſtatim nocte præoccupandis ſubſelliis præveniret. Deſcendebat è Quirinali ſæpe ſolus, Diogenis more præferens laternam, quum opes contemneret, & jucunda frugalitate venerabilis haberetur. Septuagenarius exceſſit è vita. Elatus eſt auditorum inſignium piis humeris, honeſtante funus familia purpurata Alexandri Pontificis, & laudante Marſo Oratore.

G. Jo-

G. JOANN. VOSS. DE HISTORICIS LATINIS.

CAP. VIII.

De Ejuſdem ſcriptis Judicium.

EDidit præter alia Compendium Hiſtoriæ Romanæ *ab interitu Gordiani uſque ad Iuſtinum III. in quo Heraclii defecit Imperium. Dicavit vero* Franciſco Borgiæ Epiſcopo, *& Pontificalis ærarii præfecto, in hiſce Cæſaribus legas, quæ apud* Hiſtoricos *non reperias. Ea vero hauſit magnam partem ex Panegyr.Vett. Scripſit & librum* de Mahomete. *Item libellum* de Magiſtratibus Romanis *quem dicaſſe M. Pantagatho indicat Sabellicus. Item ſignavit* antiquitates Urbis Romæ: *quanquam has memoriæ tantum cauſa conſcribilaſſe videtur, non ut publici eas juris faceret. Nec enim ea eſt dictionis puritas, quæ in aliis ejus ſcriptis elucet: uſque adeo ut B. Rhenanus bene arbitretur alterius eſſe authoris. Etiam ad Gaſparem Blondi filium* vitam ſcripſit Statii Poëtæ, *uti* & patris *ejus.*

ERASMUS IN VITA B. HIERONIMI.

R*Omanæ vetuſtatis tantus erat admirator, ut quum è ſalario diſcipulorum Agellum & Domunculam in Quirinali ſibi pâraſſet, atque ibi* Sodalitium Litteratorum *conſtituiſſet, in ea Natalem Vrbis coleret, & Romulum.*

CAPUT I.

DE REGE.

1 *Romulus.* 5 *Curiatæ.*
2 *Tribus.* 6 *Curiones Decuriones.*
3 *Tribunus* 7 *Ius civile Papyrianum.*
4 *Curiæ.*

VRBIS Romæ, & imperii Romani conditor Romulus [1], Marte genitus [2] fuit. 1
Is poſtquam omnium conſenſu præfuit, legem tulit, ut nemo regnum aut Magiſtratum iniret, niſi autor fieret Deus, ipſeque per auſpicia confirmari voluit [3]. Vocabulum à regendo deductum eſt. Multitudinem omnem Romulus diviſit in partes tres quas tribus appellavit [4], & ſingularum tribuum duces 2
Tribunos nominavit, & ipſas tribus in triginta 3
partes diviſit, quas curias dixit, quoniam earum 4
cura Reſpub. ſententiam expediebat, & inde latæ ab regibus quædam leges curiatæ denominatæ 5
ſunt. Curiarum Præfectos Curiones [6] dixit, & Curionum Decuriones [7], L. Papyrius [8], qui fuit 6
tempore Tarquinii Superbi, latas leges in volumina redegit. Unde juris civilis Papyriani no- 7
men deducitur. Rex ſacrificiis [9], & templis, & omni cultui Deorum, & legibus, & moribus præerat, magnarum cauſarum Judex, minorum verò cauſarum Senatum voluit eſſe ipſe Romulus judicem.

CAP.

CAPUT I.

1 CONDITOR ROMULUS) Communis eſt opinio Urbem Romam à Romulo conditam eſſe. Diſcrepantes ſententias vide apud *Livium, Plutarchum, Dionyſ. Halicarnaſſenſem* & *Onuph. panvinum de Repub. Romana.*

2. MARTE *genitus*) Ex Ilia nu-

L 5 mito-

mitoris filia, quæ & Rhea Sylvia dicta, veſtali virgine natus. Quæ ab Amulio Albanorum Rege Numitoris fratre, ut ei ſobolis, & nepotis regundi ſpem auferret, poſt Lauci fratris necem, veſtæ Sacerdos facta, eoque modo perpetua virginitate damnata, à Marte compreſſa eſt. Unde nati *Remus* & *Romulus*, quos cum matre in Tyberim, præcipitari Amulius juſſit. Quos Fauſtulus Regii pecoris Paſtor reperit, & Laurentiæ Uxori ſuæ alendos tradidit. Quæ, quod vulgo corpore quæſtum faceret, inter paſtores lupa dicta, fabulæ locum fecit, qua Romulum & Remum lupa educatos ferunt.

3. PER *auſpicia confirmari voluit*) Quum Romulus & Remus fratres germani eſſent, & gemelli, nec ætatis verecundia differentiam faceret, orta inter eos contentione uter eorum novæ urbi nomen daret, & conditam Imperio regeret placuit rem avium auſpicio permitti. Quumque Remo in Aventino Vultures ſex, Romulo autem in Palatino duodecim apparuerint, omnium Conſenſu Romulus regno potitus eſt. Vid. Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 2. Liv. *lib.* 1 *cap.* 7. Ne quis inauſpicato Magiſtratum iniret longo tempore apud Romanos obſervatum fuit. Quibus non ſolum ſub Regibus verum etiam in Conſulum, Prætorum, cæterorumque Magiſtratuum Comitiis ſolennia auſpicia fuiſſe conſtat.

4 QUAS *Tribus appellavit*) Romulus univerſa multitudine in tres partes diviſa, ſingulis præclarum aliquem virum ducem præpoſuit, deinde unamquamque rurſum in decem partitus, totidem fortiſſimos viros eis præfecit, has *Curias*, illas *Tribus* vocari voluit. *Dioniſ. Halicarnaſſ. lib.* 2.

5. QUONIAM *earum cura*) *Vid. l.* 2. *ſ.* 2. *ff. de Origin. Iuris.* Unde hæc deſumpta videntur.

6. CURIARUM *præfectos Curiones*) Curiæ erant incolarum Urbis partes, non tantum loco, ſed etiam ſacris ſibi peculiaribus diſtinctæ, quibus, qui præerant Sacerdores, Curiones vocabantur.

7. DECURIONES) Decuriones Conſilio publico præerant, & ſuę curiæ quaſi Senatores erant *l.* 33. *Cod. de decurionib.* Decuriones generaliter apellari cœperunt Principes ſeu Capita cujuſlibet Ordinis. Quidam ita dictos volunt, quod initio quum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, Conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. *l.* 239. *ſ.* 5. *ff. de Verb. Signif.* De his eſt tit. *ff. & Cod. de Decurionib. & filiis eorum.* Sed quum ab ipſo Romulo ita denominatos conſtet, ante Colonias deducendas exſtitiſſe certum eſt, & à Curia cui præerat, denominatos malim.

8. L. PAPYRIUS) *Vid. l.* 2. *ſ.* 2. *ff. de origine jur. & ibi notat.*

9. REX *Sacrificius*) Hæc Regi munia Romulus attribuit. Ut ſacra curaret, & quicquid ad placandos deos attinet, ut legum ac morum Patriorum haberet Cuſtodiam, & graviſſimas cauſas ipſe decerneret, leviores Senatui permitteret. Dioniſ. *d. lib.* 2.

CAP.

CAP. II.

De majeſtate Regis.

1 *Purpura.* 5 *Celeres.*
2 *Lictores.* 6 *Tribunus celerum.*
3 *Faſces.* 7 *Troſſuli.*
4 *Secures.* 8 *Sella Curulis.*

Romulus, ut haberetur honor ac veneratio regiæ majeſtati, purpurea uſus eſt ve- 1
ſte [1]: duodecim legit [3], qui ſuccinctis veſtibus expediti multitudinem virgis coërcerent. Eos à ligandis hominibus, ut C. Valgius [4] meminit, lictores appellavit, ut eſt, *lictor colliga ma-* 2
nus [5]. Duodecim & hi faſces [6] ante Regem fere- 3
bant, ac totidem ſecures, quæ ſigna puniendi 4
erant. Legit & regii corporis cuſtodes milites ccc. quos à promptitudine, id eſt celeritate, celeres appellavit [7], & eorum ducem Tribunum ce- 5
lerum, cujus erat ſecundus poſt regem locus. 6
Valerius Antias [8] ait, à primo eorum duce [9], cui Celer nomen fuit, celeres nominatos. Ii erant Equites Romani, qui poſtea expugnato Troſſu- 7
lo oppido [10] Tuſcorum, ut Junius ſcribit [11], Troſſuli dicti ſunt. Sella uſus eſt curuli [12], & lo- 8
cum eminentem [13] in parte fori ædificavit, ubi jura daret.

CAP.

CAP. II.

1 Purpurea *uſus eſt veſte*) Hinc purpura Romanorum Magiſtratuum inſigne factum.

2. Lictores *appellavit*) De lictoribus & eorum officio vide Feneſtell. *cap. 7. & ibi not.*

3. Duodecim *legit*) Lictores primum à Romulo inſtitutos, author eſt Plutarchus *in Romulo cap. 5.* præcedebant (inquit) alii qui baculis turbam ſummoverent, loris præcincti, ut ſtatim, ſi quos juſſiſſet, ligare ii vincireque poſſent.

4. C. Valgius) Fuit hic *Cajus Valgius* Auguſti tempore Celebris Poëta ex illuſtri Romanorum familia, qui in rei herbariæ cognitione tantum profecerat, ut omnibus malis humanis ſemper mederi

deri potuerit; teſte Plinio *Nat. Hiſtor. lib. 25. cap. 2.* Sed cujus ſcripta injuria temporum interiere. meminit ejus Tibullus *lib. 4.*

Eſt tibi qui poſſit magnis ſe accingere rebus,
Valgius: æterno propior non alter Homero.

Hunc Apollodori Rhetoris diligentiſſimum diſcipulum vocat Quintilianus *lib. 3. Inſtit. Orat. cap. 1.* Ejus etiam meminit Horat. *Ode 9. lib. 2. & Sat. 10. lib. 1.*

Plotius & Varius, Mæcenas, Virgiliuſque
Valgius, & probet hæc Octavius.

5. LICTOR *colliga manus*) Locus eſt Ciceronis *in Orat. pro Rabirio.*

6. ET *hi faſces*) Faſces, & ſecures erant Magiſtratuum Romanorum inſignia, quæ illis à lictoribus præferebantur. Fiebant ex betulâ arbore, in eum modum, ut ex divulſis ramis & virgis faſces componerentur, quibus ita ſecures includebantur, ut acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circumducto loro tegeretur. His illi qui corrigi & emendari poterant virgis cædebantur, ubi vero malitia eſſet deplorata, capitis amputatione in eos animadvertebatur.

7. CELERES *appellavit*) Erant hi trecenti robuſtiſſimi, & ex nobiliſſimis familiis delecti juvenes, qui circa Regem eſſent, & ipſum haſtati per urbem aſſectarentur. In militia anteſignani erant & protectores, qui primi pugnam inirent, & poſtremo ſe reciperent. Hi in tres Centurias diſtincti, ſinguli ſuum præfectum habebant, qui *Centurio* dicebatur. Qui his ipſis Centurionibus præerat, *Tribunus Celerum* vocabatur. De quo Vid. Feneſt. *cap. 2.* & Pompon. *in l. 2. §. 15. ff. de Origin. Iur.* & quæ ibi notantur.

8. VALERIUS *Antias*) C. Valerius Antias Romanorum annales reliquit, quibus multa expoſuit quæ à Regibus geſta ſunt. Hiſce uſus eſt Livius, & Plutarchus, nec parum ei debet Plinius. Ejus etiam meminere Pedianus, Gellius, Macrobius, & Priſcianus, & eum Siſennæ, Rutilii, & quadrigarii æqualem fuiſſe dicit Vellejus paterculus.

9. A PRIMO *eorum duce*) Hic erat Romuli Comes qui eum in pugna contra Remum ſtrenue adjuvit, eumque occidit. Plutarch. *in Romulo. cap. 14.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 1. circa fin.* Ovid. *Faſtor. 4.*

10. TROSSULO *oppido*) Troſſulum Tuſciæ fuit oppidum novem paſſuum millibus diſtans à Volſiniis, quod quum Equites Romani ſine peditum adjumento cœpiſſent, *Troſſuli* dicti ſunt teſte Plinio, *lib. 33. cap. 2.* Nonius tamen Marcellus ex Varronis teſtimonio, *Troſſulos* dictos putat, quaſi *Toroſulos*, hoc eſt, nitidos, bene habitos, & muſculorum toris prævalidos.

11. UT *Iunius ſcribit*) Fuit is Junius Gracchanus de quo ſupra ad Feneſtellam *cap. 3.*

12. SELLA *Uſus eſt Curuli*) Sella Curulis è burnea etiam regiæ poteſtatis inſigne fuit, quod poſtea ad alios Magiſtratus fuit tranſlatum. In qua ſedentes jura reddebant, Curulis dicta, à curru cui impoſita circumferebatur.

13. LOCUM *eminentem*) Judicii locus apud Romanos primo in medio foro, in opaco in loco eminentiori exerceri ſolebat, donec in aliqua fori parte tectum fuerit expanſum variis ſtatuis ſuffultum.

CAP. III.

De Senatoribus.

1 Patres. 2 Patricii. 3 Multidinis patroni 4 Principes civitatis. 5 Patres Conſcripti. 6 Senatuſconſultum. 7 Plebiſcita.

SENATORES à Romulo electi centum [1], aut à nobilitate generis, aut ab ætate, aut a ſapientia, ut apud Athenas, nomen cepere. Iidem
Patres & eorum familia patricia, iidem multi- 1
tudinis patroni, id eſt, defenſores erant. Hos 2
appellabant peregrini Principes in civitate. Qui 3
poſt hos centum Senatui adſcripti fuere, Patres 4
conſcripti appellati ſunt. Quod vero ipſi con- 5
ſtituerent, ratum erat, Senatuſconſultum [2] di- 6
xere, & tunc eſſe cœpit cum plebes difficulter
conveniret. Nam cum à patribus per diſcordiam ſecederet, jura ſibi conſtituit, quæ Plebiſ- 7
cita [3] vocantur. CAP.

CAP. III.

1. ELECTI *centum*) Vid. Liv. *lib. 1. cap. 8.* Dioniſ. Halicarn. *lib. 2.* Plutarch. *in vita Romuli cap. 18. tit. ff. De Senatorib.* & quæ Latius *ad. l. 2. §. 12. ff. de Orig. jur.* & ad L. Feneſtellam *cap. 1.* notantur.

2. SENATUSCONSULTUM) Vid. *l. 2. §. 9. ff. de Orig. juris* & ibi notata.

3. QUÆ *plebiſcita*) Vid. *l. 2. §. 8. ff. eod.* & quæ ibi notantur.

CAP. IV.

De poteſtate Senatus & Plebis.

REX ad Senatum referebat. Senatus de omni re [1] cognoſcebat, & ſuffragium ferebat, & quod viſum pluribus fiebat. Populus Magiſtratum creabat, leges ſanciebat, & de bello decernebat. CAP.

CAP. IV.

1. SENATUS *de omni re*) Latius hæc deſcribit *Dioniſ. Halicarnaſſ. lib. 2.* Eam, inquit, dignitatem ac poteſtatem Senatui addidit

dit Romulus, ut de iis de quibus a Rege ad ipſum relatum eſſet, decernat, & calculum ferat, ita ut ſemper plurium obtineat ſententia, & ita Senatus erat poteſtas in negociis ad Rempublicam pertinentibus; Et lib. 6. ſcribit, legem ſemper ab urbe Condita fuiſſe, Reſpublica omnis in poreſtate Senatus eſſet, præter Magiſtratuum creationem, legum lationem & belli paciſque arbitrium. Et pluribus poteſtatem Senatus exponit *Polybius lib. 6.* quem vide.

CAP. V.

De Interrege.

SPATIUM temporis à defuncto Rege uſque ad creationem ſequentis, interregnum dicebatur: & qui præerat cum regia poteſtate, & ſignibus, Interrex erat.

CAP.

CAP. V.

1. SPATIUM *temporis.* Verba ſunt *Feſti*. Interregum origo poſt Romuli mortem cæpit. Eo enim defuncto antequam novus crearetur Rex, per Integrum annum Reſpublica ſine Rege fuit, & ad interregem Magiſtratum delata eſt Reipublicæ adminiſtratio. in hunc modum, ut patres Conſcripti, ex quibus Senatus Conſtitutus erat, in decurias diſtribuerētur, & ex his decemviris ſorte cōmitteretur Urbis Imperium, qui non ſimul, ſed unus poſt alium quinis diebus lictores & cætera inſignia habebat, quæ ceu per manus tradebantur, a primo deinceps uſque a ultimum. Obſervatum hoc fuit ſub Regum Imperio, ut quoties Rex vita defunctus eſſet, priuſquam novus eligeretur, Interreges vicem Regis obirent. Manſit & poſtea ſub Conſulibus Idem Magiſtratus, Quibus quum Ordinarii Magiſtratus abeſſent, & Comitiis interreſſe non poterant, neque Dictatorem dici placeret, res ad Interregnum veniebat, eodemque modo Interreges ex patriciis eligebantur, qui ſinguli etiam quinqueduanum habebant Imperium. Donec mutata veteri Reipublicæ forma, & ſumma rerum ad unum delata, Interreges creari deſierint. De interregia poteſtate vide Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 2.* Liv. *lib. 1. cap. 17.* Plutarch. *In Numa cap. 4.* & Luc. Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman. cap. 4.*

CAP. VI.

De Duumviris,

TULLUS Hoſtilius Rex duumviris [1] poteſtatem fecit judicandi de capite M. Oratii [2], qui ſolus ex tergeminis bello Albano remanſerat,

rat, & reus accerſitus quod extra portam Capenam obviam ſororem interfecerat, quæ maritum ſuum unum ex Curiatiis cæſum lugendo, victoriam & libertatem pop. Rom. ægre ferre videbatur, ſed abſolutus à populo fuit propter patris lachrymas. Nam dixerat Tullus, Si provocarit, provocatione certaret. Et hæc fuit prima apud populum provocatio [3], & hoc primum de rebus capitalibus judicium.

Cap.

CAP. VI.

1. Duumviris) Duumvirorum qui rebus capitalibus dijudicandis præeſſent, originem antiquiſſimam eſſe conſtat. Qui mos etiam poſt ejectos reges aliquamdiu obtinuit, ut in judicio perduellionis duumviri crearentur, qui perduellionem judicarent. Qui deinde ad Triumviros rerum Capitalium tranſiit, qui carceris cuſtodiam habebant, & quorum interventu in quoſlibet facinoroſos animadvertebatur. De quibus in *l. 2. §. 30. ff. de Orig. jur.* De his vide etiam Liv. *l. 1. & 6.* Ciceron. pro Rabirio. Dioniſ. *lib. 37.* Plutarch. & Sueton. Feneſtell. de Magiſtrat. Rom *cap. 5.*

2. M. Horatii) Hiſtoriam vide apud Liv. *lib. 1. cap. 43. & ſeq.* & Feneſtell. *d. loco.*

3. Apud *populum provocatio*) Poſtea lex Valeria de provocatione ad populum lata eſt. De qua vid. *l. 2. §. 16. ff. de Orig. jur.* & ibi Notat.

CAP. VII.

De Præfecto Urbis.

Romulus unum elegit, quem urbanis negociis præfecit, ut Dioniſius ait: hunc Præfectum urbis fuiſſe ſatis conſtat, Longo poſt tempore, tantum ſibi urbis præfectura vendicavit Cæſarum temporibus, ut crimina omnium [2] in urbe [3] cognoſceret: & demum cum Cæſares ab urbe abeſſent Præfectus, velut alter Cæſar, imperabat. De rebus omnibus [4] quæ ad urbem pertinebant, cenſebat.

Cap.

CAP. VII.

1. Dionisius *ait*] Dioniſius Halicarnaſſ. *lib. 2.* De Romulo & prima Senatus lectione ita ſcribit, Ipſe, inquit ex omni;

nibus unum declaravit, quem maximeidoneum Judicavit, cui rerum urbanarum adminiſtrationem Committeret, quoties ipſe copias extra agri Romani fines duceret. Idem probat Tacit *Annal. lib. 6.*

2 Ut *crimina omnium*] Textus eſt *in l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb.*

3 In *Vrbe*] Et extra urbem intra centeſimum lapidem *d. l. 1. § 4. ff. eod.*

4 De *rebus omnibus*] De officio Præfecti Urbis, & quid ad ejus juriſdictionem pertinuerit. Vide Feneſtell. *de Magiſtr. Rom. cap. 6*, & quæ ibi Notata.

CAP. VIII.

De Præfecto prætorio.

1 *Magiſter ſtabuli* 2 *Magiſter Equitum.*

PRÆFECTUS prætorio ſub Cæſaribus diſciplinæ militari præerat: ejus poſtea autoritas aucta erga forenſes cauſas [1], ubi imperium de-
1 clinare [2] cœpit, nomen mutavit, Magiſter ſtabuli[3] dictus, cum antea ſub Regibus Tribunus Cele-
2 rum[4] fuit, & ſub Dictatore Magiſter Equitum[5].

CAP.

CAP. VIII.

1. AD *forenſes Cauſas*] De officio & juriſdictione Præfecti Prætorio vide *l. unic. ff. de offic. Præfect. Prætor.*

2. DECLINARE] Alii legunt, *decimare*, id eſt decimam partem detrahere.

3. MAGISTER *Stabuli*] Poſterioris ſeculi officium eſſe videtur, quum illud nomen Romanis incognitum ſit.

4. TRIBUNUS *Celerum*] Hos Equites, ac pedites Regum Stipatores fuiſſe conſtat. De quibus vide Liv. *lib. 1. cap. 16.* Dioniſ. *lib. 2.* Plutarch. *in vita Romuli cap. 49.*

5. MAGISTER *Equitum*] Ita dictus, quod ei poteſtas in Equites Committeretur. De quo Pomponius in *l. 2. §. 19. ff. de Orig. jur.* Et Feneſtella *de Magiſtratib. Roman. cap. 9.* Ubi vide Cujacii, Vinnii, & aliorum Notas.

CAP. IX.

De Præfecto annonæ.

DICUNT quidam annonæ præfecturam habuiſſe initium quintodecimo anno poſt exactos reges, Appio Claudio Sabino & P. Servilio Piſco Conſulibus, ſed verius conſtat anno decimo octavo T. Geganio, & P. Munitio Conſſ.

quo

quo tempore annonæ maxima caritas fuit: miſſique in Siciliam fuere P. Valerius, & L. Geganius pro advehendo frumento, Volunt alii L. Minutium fuiſſe primum annonæ Præfectum, ſatiſque conſtat non niſi ex indigentia frumenti, hunc Magiſtratum creari.

Cap.

CAP. IX.

Annonæ *Præfecturam*] De Præfecto Annonæ quis primo & quando creatus ſit, & quale ejus fuerit officium, Vide Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman. cap. 15. l. 2. §. 33. ff. de Origine juris* & ibi notata.

CAP. X.

De Præfecto Vigilum.

Cum urbis ædificia ſæpenumero incendio flagrarent Divus Auguſtus quinq; cohortes, ut invigilarent urbi, diſpoſuit, & ſingulæ duas Regiones cuſtodiebant, tunc enim erant Regiones quatuordecim. His quinque cohortibus præerat Præfectus Vigilum, apud quem cognitio erat omnium ſcelerum quæ nocturno tempore fieri ſolent, præſertim de incendio & latrocinio.

Cap.

CAP. X.

Divus *Auguſtus*] De præfecto Vigilum, ejuſque officio & munere, Vide Sueton. in *Auguſto cap. 30.* Dion. *lib. 55.* Feneſtell. *de Magiſtratib. Roman. cap. 24. & l. 2. §. 33. ff. de Origine juris* & ibi notata.

Quinque *Cohortes*) Omnes alii habent, *ſeptem.*

Omnium *ſcelerum*) *Vid. l. 3. ff. de offic. Præfect. Vigil.*

CAP. XI.

De Præfecto in Militia.

1 *Præfecti alarum & cohortium.*

Singulorum ordinum in militia aliquando Præfecti creati ſunt, hoc eſt quæ ſæpenu-

1 mero de Præfectis alarum & cohortium legimus: hoc ſcilicet erat voluntate Ducis, id eſt exercitu Imperatoris, aut Regis,

CAP.

CAP. XI.

DE *Præfectis alarum*) Hi copiis ſociorum præpoſiti erant, De quibus Polibius *lib.* 6. Socii enim dicebantur alæ, ſeu cornua, quia plurimum ut alæ in avibus, corpus legionum tegebant ſocii, hiſce Præfecti jus dicebant, de capite cognoſcebant, ſignum excubiis dabant, vigilias, munitiones, & alia exercitia curabant. Eorum meminit Sueton. in *Auguſto cap.* 38. Polib: *dict. loco.*

CAP. XII.

De Præfecto Legionis.

1 *Primipilus.*

PRÆFECTUS legionis abſentis legati vicem tenebat, parebant ei Tribuni haſtati, pilani, centuriones & denique totus exercitus. Arma, equi, veſtes, diſciplina, jus, annona, ex ipſius cura erant, puniebat, ſolvebat. Eligebatur autem juſtus, diligens, ſobrius, cui neceſſe erat & alium titulum habere, ipſe etiam
2 erat Comes primi ordinis, quem Primipilum dicunt, qui centum & ſexaginta militibus præeſt.

CAP.

CAP. XII.

1 PRÆFECTUS *legionis*) Hi abſente legato proprii erant judices, Comitivam primi ordinis habentes dignitatem, quorum præcepta Tribuni, Centuriones, & Cæteri milites ſervabant De quibus vide Veget. *de re militari lib.* 2. *cap.* 9.

2. QUEM *Primipilum dicunt*) Primipilus erat is qui aquilæ præerat, & tanquam caput totius legionis, omnes Cohortes in ſuas ſcholas adminiſtrabat.

3. CENTUM *& ſexaginta militibus*) Author eſt Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib.* 9. *in M. Flavöleio*, in hoc a Vegetio diſcrepans, qui *lib.* 2. *cap.* 2. *de re militari*, Primipilum quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites gubernaſſe ſcribit.

CAP.

CAP. XIII.

De Præfecto Caſtrorum.

Castrorum Præfecto curæ erat caſtrorum poſitio, valli, foſſæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cetera talia: item ægri, & medici. Is eligebatur peritiſſimus, ut alios edoceret.

Cap.

CAP. XIII.

Castrorum *præfecto*) Latius hæc explicat Flav. Vegetius *de re Militari lib. 2. cap. 10.* Unde hæc deſumpta videntur.

CAP. XIV.

De Præfecto Fabrorum.

Artifices qui ſequebantur caſtra, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii &c. qui ad fabrilia officia deputati erant, Præfecto fabrorum parebant. Is eligebatur idoneus, qui ſciret bene caſtris providere, & præſertim in expugnatione urbium ſubterraneos cuniculos facere, & alia ſimilia.

Cap.

CAP. XIV.

Præfecto *fabrorum*) Qui præterea artifices, opificeſque hiſce paruerint, latius explicat Idem Vegetius *de re militari lib. 2. cap. 10.*

CAP. XV.

De Conſulibus.

1 *Conſules.*
2 *Eorundem poteſtas.*
3 *Accenſi & Præcones.*

Pulsis Regibus [1], autore L. Junio Bruto Tribuno Celerum, conſulare imperium factum eſt cum omni regia poteſtate [2] & inſigni-

1 bus[4]. Conſules dicti duo à conſulendo, id eſt providendo. Creati ſunt[5] comitiis centuriatis[6] à Præfecto urbis, ex commentariis Servii Tulli[7]: & hi fuere L. Junius Brutus, qui Tribunus celerum erat, & L. Tarquinius Collatinus, an. ab urbe cond. CCXLIV. Inde novi Conſules urbem luſtrarunt[8], & primi jurarunt[9] neminem Romæ ſe paſſuros regnare, & idem fecit populus.
2 Apud eos ſumma totius Imperii[10] erat, hi Sena-
3 tum populumque per accenſos & præcones[11] cogebant, hi exercitus ductabant. Ab eorum Magiſtratu numerus annorum[12] ſignabatur, provinciæ Conſulibus deſcribebantur: *penes quos*, ut inquit Pomponius[13] *ſummum uti jus eſſet, lege rogatum eſt: & ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vendicarent, lege cautum fuit, ut ab eis provocatio eſſet, neve poſſent in caput civis Romani animadvertere injuſſu populi. Solum relictum eſt illis, ut coërcere poſſent, & in vincula publica duci juberent.*

CAP.

CAP. XV.

1 PULSIS *Regibus*) *Vid. l. 2. §. 16. ff. de Origin. Iuris* & ibi notata.

2. CUM *omni regia poteſtate*) Ne tamen per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, repetita valeria lege cautum fuit, ut ab eis provocatio eſſet, neve poſſent in caput civis Romani animadvertere injuſſu populi. *d. l. 2. §. 16. ff. de Origin. Iur.*

3. ET *inſignibus*) Conſulum inſignia fuere prætexta purpurea, ſella eburnea, lictores, faſces, & ſecures.

4. A CONSULENDO) Conſules dicti ſunt ab eo quod plurimum reipublicę Conſulerent *l. 2. §. 16. ff. de Origin. Iuris.* Ita appellati vel quod alios Conſulerent, vel ab aliis Couſulerentur. Author eſt Varro apud Nonnium Marcell. & *4. de ling. latin.* Cicer. *lib. 3. de legib.* Juſtin. *Novell. 24, 25.* Vide etiam Ant. Cont. *lect. ſubſeciv. lib. 2. cap. 19.*

5. CREATI *ſunt*) Vid. Liv. *lib. 1. in extremo* & Dioniſ. *lib. 4. circa fin.*

6. COMITIIS *Centuriatis*) Inter ea quæ Comitiis centuriatis peragebantur, præcipua fuere Magiſtratuum creandorum, & legum ferendarum Comitia. Quæ quomodo inſtituta fuerint, quid ante, quid in ipſis Comitiis, & quid poſtea obſervari ſolebat, late tractat Johann. Roſinus Antiq. Roman. *lib. 6. cap. 13. & ſeq.*

7. Ex

7. Ex *Commentariis Servii Tullii*) De Comitiis ſcilicet Centuriatis habendis, quorum ille rationem habendorum primus tradidit.

8. Urbem *luſtrarunt*) Luſtrare idem eſt quod expiare, à luendo, id eſt ſolvendo, & liberando.

9. Primi *jurarunt*) Vide Liv. *initio lib. 2.*

10. Summa *totius Imperii*) De poteſtate Conſulum vide Polyb. *lib. 6.* & Ciceron. *lib. 3. de legib.*

11. Per *accenſos & Præcones*) Hi in eo conveniunt, Quod ambo Conſulis dicto ad imperium nutumque preſto ſint. Ille ut ad concionem, hic ut ad Comitia populum advocet. Alexand. ab Alexand. gen. dier. *lib. 2. cap. 27.* Accenſi officium docet Cicero, ad Quintum fratrem.

12. Numerus *annorum*) quia Magiſtratus fuit annuus, qui ſingulis Calend. Januariis inaugurabatur, qui ob id annum aperire dicitur ab Ulpiano in *l. 20. ff. de petit. hereditatis.* Hinc Sidon. Apollin. *carm. 2.*

Annum pande novum Conſul vetus.

13. Ut *inquit Pomponius*) *l. 2. §. 16. ff. de Origin. Iur.*

CAP. XVI.

De Dictatore & Magiſtro Equitum.

1 *Dictatura.* 2 *Magiſter Equitum.*

Anno duodecimo [1] ut alii volunt, nono [2] poſt exactos Reges T. Largio Flavio, T. Clœlio Siculo Coss. ut alii ſcribunt, T. Largio Flavio, & L. Poſthumio Cominio, cum XL. Latinorum urbes [3] autore Octavio Manlio conjuraſſent in Romanos, T. Largius à collega Clœlio, & à Senatu Populoque Ro. creatus Dictator fuit. Dictatura ſummus Magiſtratus [4] fuit: ha- 1
bebaturque in ſummo periculo [5] ultimum remedium. Duæ ſecures Dictatorem præcedebant. Ab eo ad populum provocatio non erat [6], & ei capitis animadverſio data eſt. Sex menſibus [7] durabat. Deſignabat ſibi Dictator Magiſtratum Equi- 2
tum [8], qui primus fuit Sp. Caſſius.

CAP.

CAP. XVI.

1 Anno *Duodecimo*) Auctor eſt Dioniſius Halicarnaſſ. *lib. 5.*

2. Ut *alii volunt nono*) Ita Livius *lib. 1. cap. 23.* Eutropius & Euſebius, quos ſequitur Hubert. Goltzius in faſtis ſuis Conſularibus.

3. Cum XL. *Latinorum Urbes*) Vide Liv. *lib. 2. cap. 19. & ſeq.* Dioniſ.

niſ. Halicarnaſſ. *lib.* 5. & Jul. Flor. *lib.* 1. *cap.* 11.

4. SUMMUS *Magiſtratus*) Vide Liv. *lib.* 2. *cap.* 18.

5. IN *ſummo periculo*) Belli externi, aut domeſticæ ſeditionis cedandæ cauſa primum inſtituta, poſtea vero etiam ob alias cauſas; ut clavi figendi, Comitiorum habendorum, & feriarum Latinarum cauſa, ut ſupra notatum ad L. Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman cap.* 8.

6. PROVOCATIO *non erat*) *l.* 2. *ſ.* 18. *ff. de Origine Iuris.*

7. SEX *Menſibus*) In magnis periculis ad annum fuit continuata ut ſupra ad *d. l.* 2. *ſ.* 18. notatum.

8. MAGISTER *Equitum*) Plura habet Feneſtella *de Magiſtrat. Roman. cap.* 9.

CAP. XVII.

De Quæſtoribus.

1 *Quæſtores unde dicti.*

ROMULUS, ut Iunius [1] libro ſeptimo ſcribit, ſuffragio populi [2] quæſtores binos [3] creavit, alii volunt Numam Pompilium. Sed verius conſtat de Tullo Hoſtilio. [4] Quæſtores ab inquirenda & ſervanda publica pecunia dicti ſunt. Capitalibus rebus [5] præerant, cives Romanos capite punire his licebat. Provincias ſortiebantur: primum patricii creati, poſtea indifferenter patricii & plebei. Et *Varro* [6] ſic ait, *Quæſtores à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ triumviri* [7] *capitales nunc conquirunt*. Et *Pedianus* ait, [8] Senatoris prima adminiſtratio erat quæſtorem fieri, & in provincia curam gerere, pecuniæ publicæ in diverſos uſus erogandæ. Cornelius ait [9], Repetita lege curiata [10] a Junio Bruto poſt exactos reges, quæſtores duo [11] creati, qui rem militarem [12] comitarentur, Valerius Potitus, & Æmilius Mamercus. Duos deinde addidit; [13] qui res urbanas curarent [14]. Mox cum ſtipendiariæ provinciæ fierent duplicatus numerus [15], poſt vero Syllæ legem [16] creati viginti.

CAP.

CAP. XVII.

1. JUNIUS] Fuit hic *Iunius Gracchanus*, cujus quædam Hiſtorica exſtitere; ſed quæ injuria temporum perierunt.

2. SUFFRAGLO *populi*] Idem refert Feneſtella, *de Magiſtrat. Roman. cap. 3.*

3. QUÆSTORES *binos*) Quorum unus ærario, alter capitalibus rebus præeſſet.

4. VERIUS *Conſtat de Tullo Hoſtilio*] Communem hanc fuiſſe opinionem docet *l. 1. in fin. pr. ff. de offic. Quæſtor.*

5. CAPITALIBUS *rebus*] Hi vocabantur Quæſtores parricidii. De quibus *l. 2. §. 23. ff. de Orig. jur.*

6. VARRO] *lib 4. de lingua Latina.*

7. TRIUMVIRI *Capitales*] Qui duumviri primo, deinde unius augmento Triumviri facti. De quibus ſupra *cap. 5.* vid. Feneſtell. *de Magiſtratib. Roman. cap. 5.* & ibid. notata.

8. PEDIANUS] *In Comment. ad Cicer. In Divinat.*

9. CORNELIUS] Cornelius Tacitus *lib. XI. Annal. cap. 22.*

10. REPETITA *lege Curiata*] Corruptus hic eſſe locus videtur, quum ita conceptus ſit, quaſi ſtatim poſt Curiatam legem a Junio Bruto poſt exactos Reges repetitam Quæſtores facti fuerint, Quod Taciti verba non patiuntur.

11. QUÆSTORES *duo*] Quando hi primo creati inter Tacitum & Livium non conſtare putant; niſi quod numeri errorem velint apud Tacitum *lib. XI. Annal. cap. 22.* Ubi pro *LXIII.* anno poſt Tarquinios exactos, *XXIII. anno* reponendum notat Lipſius, ut ratio conſtet. Eoque commento Livium & Dioniſium cum Tacito conferre ſe putat quod Livius *lib. 2. cap. 41.* & Dioniſius *lib. 8.* ſub Q. Fabii & Serv. Cornelii Conſulatu *Anno V. Cond. CCLXVIII* primo *Lucium Valerium* & *Cæſonem Fabium* Quæſtores faciunt. Verum in altero adhuc Quæſtore manet diſcenſus. Quum Tacitus *Æmilium Mamercum*, Livius & Dioniſius *Cæſonem fabium* alterum Quæſtorem ſcribant. Plutarchus *in Publicola cap. 18.* apertius rem explicat. Qui proximo ab ejectis Regibus anno *P. Veturium* & *M. Municium* primos Quæſtores facit. Neque enim Livius neque Dioniſius L. Valerium & Cæſonem Fabium primos Quæſtores factos ſcribunt. Neque ea Taciti ſententia fuiſſe poteſt, quod Valerius Potitus & Æmilius Mamercus primi Quæſtores fuerint. Quod autem de Valerio Potito hunc primum Quæſtorem creatum ſcribit, ſenſum habere poteſt, ut is tum prima vice Quæſtura functus fuerit.

12. QUI *rem militarem*] Qui Conſules in bellum euntes ſequerentur, iiſque ad miniſteria belli præſto eſſent.

13. DUOS *deinde addidit*) Lege, *Duo deinde additi.*

14. REM *urbanam Curarent*) Officia Quæſtoris Urbani varia fuerunt, præcipuum erat curam ærarii habere, vectigalem pecuniam erogare.

15. DUPLICATUS *numerus*) Hi Quæſtores provinciales erant, qui cum proconſulibus, aut proprætoribus in provincias exibant.

16. POST *vero Syllæ legem*) Cornelius Sylla quæſtiones publicas inſtituit, Quod factum eſſe Cenſorino & Manilio Conſſ. *Cicero* docet *In Bruto Anno V. Cond. 604.* Ac tum plures Prætores, & Quæſtores Ordinarios Conſtitutos fuiſſe Conſtat. vide *l. 2. §. 32. ff. de Orig. juris. & ibi notata.*

CAP. XVIII.

De Tribuno plebis.

1 *Mons ſacer.* 3 *Tribuni ſacroſancti.*
2 *Tribunitia poteſtas.* 4 *Tribuni unde.*

ANNO decimo ſeptimo [1] poſt fugam Tarquiniorum, Aulo Virginio Montano, & T. Vetuſio Geminio Coſſ. plebes nexu gravata, & ſæpenumero decepta ſeditionem fecit, & tandem Sicinio duce in Sacrum montem ſeceſſit, qui diſtat ab urbe tribus mil. paſſ. trans Anienem. Piſo autor eſt [2] in Aventino ſeceſſionem plebis factam eſſe: & cum illic plebes arma non
1 ſumpſiſſet, Mons ſacer putatus eſt, unde nomen monti impoſitum fuit. Hinc Poſthumio Cominio & Sp. Caſſio novis COSS. decernentibus, decem legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione ſua plebem Patribus conciliavit, menſe Septembri petivit plebes ex ſuo corpore Magiſtra-
2 tum creari. Tribunitia poteſtas hæc fuit, creati tribubus fuere Tribuni quinque L. Brutus, C. Sicinus, C. Licinius, P. Licinius, C. Juſilius Ringanus. Quidam duos ſcripiere [3], C. Licinium, & L. Albinum. Hæc fuit reipub. peſtis [5], hinc civile nefas ortum habuit, & quemadmodum propter ſeditionem eſſe cœpit ſæditioſus Magiſtratus, ſemper fuit conſulare jus imminu-
3 tum. Conſulibus Tribuni non parent, cum cæteri Magiſtratus pareant. Sacroſanctos enim voluit ſuos Tribunos vulgus: hi ſedebant primi ad limen [5], & acta Senatus modo probabant, modo ſcindebant. Dies vero quo Tribuni electi fuere

fuere, fuit, quarto Idus Decembris[6]: & in loco ubi caſtra poſuerunt, erecta ara Iovi[7] ſolventi metum. Triburi dicti ſunt, ut Pompo- 4
nius ait[8], quod tunc in tres partes populus diviſus erat, aut à tribuum ſuffragio, quæ (ut Dionyſius ait)[9] tunc quatuor fuere, Legimus in hiſtoriis[10] Diodori, Tribunos quatuor creatos, C. Sicinium, L. Metorum, M. Duillium, Sp. Attillium, Appio Claudio, & T. Curtio[11] Conſulibus, & poſt anno vigeſimoquinto[12] tres Tribuni conſulari poteſtate[13] creati, M. Genutio Agrippa, & Curtio Chilone[14] Conſulibus. Tribuni fuere[15] M. Sempronius, L. Attillius Longus, T. Quintius: & poſt annos ſex totidem Tribuni creati ſub eadem poteſtate, Manius Æmylianus, Mamercus Clulius, L. Quintius. Poſt quatuor annos quatuor[13] creati, M. Minius, Qu. Sontius, Servilius Prætextatus, Cornelius Coſſus. Sequenti anno tres, Marcus Fabius, Marcus Flavius, Lucius Servilius, & ſequenti anno L. Furius. Sp. Pinarius, & poſt annos ſeptem, quatuor, C. Furius, T. Quintius, M. Poſthumius, & Cornelius. Hos omnes Tribunos conſulari poteſtate fuiſſe conſtat.

CAP. XVIII.

1. Anno *decimo ſeptimo*] Hiſtoriam vide apud Liv. *lib. 2. cap. 52.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 6. ſub. fi.* Val. Max. *lib. 2. cap. 1.* Alexand. ab Alexandr. *lib. 5. cap. 2.* A. Gell. *lib. 13. cap. 12.*

2. Piso *author eſt*] Fuit hic L. piſo qui cum P. Mutio Scævola Conſulatum geſſit Anno V. Cond 620. Annales ſive Hiſtoriam Romanam eum ſcripſiſſe oſtendunt Cic. Plinius, Plutarchus, Gellius, Arnobius, Lactantius, Macrobius & alii qui eum paſſim ut teſtem adducunt, Cujus ſcripta apud Pomponium lætum etiam exſtitiſſe videntur. Hujus piſonis de ſeceſſione in Aventinum authoritatem, & Pomponii læti poſt eum, Sententiam, pro alia, de Sacro rans anienem monte, frequentiori fama refutat Hieronimus Cagnolus *ad. l. 2. §. iiſdem temporibus 20. ff. de Orig. jur.*

3. QUIDAM *duos ſcripſere*) De Numero Tribunorum & quo temporis ſucceſſu fuerint electi, vide notata ad L Feneſtellam *cap. 10.* qui hanc materiam fuſius tractat.

4. HÆC *fuit reipublicæ peſtis*) De Tribunorum plebis adverſus Senatum & Conſules, continuo Molimine multa paſſim apud Livium & Dioniſium leguntur, & poteſtatem eorum in multis breviter deſcribit Alexan. ab Alexand. *lib. 5. cap. 2.*

5. HI *ſc lelant primi ad limen*) Ipſum enim Senatum intrare iis non erat permiſſum.

6. QUARTO *Idus Decembris*) Author eſt Dioniſius *lib. 6.* Vide quæ notantur ad Feneſtellam *cap. 10. num. 10.*

7. ERECTA *ara jovi*) Aram poſuerunt in vertice montis ejus in quo caſtra habebant, quam a Panico terrore, quo tunc correpti fuerant patria lingua nominarunt, *Jovis Fauni.*

8. POMPONIUS *ait*) *l. 2. §. 20. ff. de Orig. jur.*

9. UT *Dioniſius ait*) lib. 4. cap. 18.

10. IN *Hiſtoriis Diodori*) In nominibus & numero & tempore quo quique primum creati Tribuni plebis, authores variaſſe notavi ſupra ad. l. Feneſtell. *cap. 10, num. 9.*

11. APPIO *Claudio & T. Curtio*) Lege Appio Claudio & *T. Quintio.* Qui anno 282. Conſulatum geſſerunt.

12. ANNO *XXV.*) Pro XXV. reponendum puto XXIII. quo poſt primam ſeceſſionem Tributis Comitiis, duobus prioribus tres alios Tribunos additos. ex Liv. *lib. 2. cap. 58.* ſupra, & ad l. Feneſtell. *cap. 10.* notavimus.

13. CONSULARI *poteſtate*) Non tamen ea qua Tribuni Militum de quibus cap. ſeq.

14. M. GENUTIO *& Curtio chilone*) *Anno Urb. Cond. 308.*

15. TRIBUNI *fuere*) Omnes hic Tribunos enumerare videtur Pompon. lætus, qui una cum Conſulibus Conſularem habuere poteſtatem, præter eos qui Tribuni milites fuerunt & ſoli ſummum obtinuerunt Imperium. De quibus infra *cap. ſeq.*

CAP. XIX.

De Tribunis Militum.

1 *Tribuni Militum.*
2 *Rufuli.*
3 *Comitiati.*

ANNO ferè ſeptuageſimo 1 poſt exactos Reges, ſequenti anno poſtquam tribunitia poteſtas conſulari juri ceſſit, oratione Camilli 2, tres è patriciis creati Tribuni militares, conſentiente plebe, omnem conſularem autoritatem 3 habuere. Et ii fuere 4 L. Furius, L. Clœlius Corinthius, Auguſt. Sempronius Atracinus. Sequenti anno 5 quatuor, P. Lucretius, Cajus Servilius, Menenius

nius Agrip. Sp. Veturius, Tertio anno quatuor, A. Sempronius, M. Papyrius, Quintus Fabius, Sp. Nautius. Quarto anno duo, P. Cornelius, Cajus Fabius. Quinto anno quatuor, L. Tube. C. Cornelius, C. Valer. Cenſores. Marcus Fabius. Hi creabantur ex Patribus, & ex plebe. Sexto anno[6] jus imperii Romani ad Conſules rediit, qui fuere M. Cornelius, L. Furius. Officium autem Tribunorum militum, ut Marcellus 1
de re militari[7] ſcribit, erat in caſtris milites continere, & ad exercitationem producere, vigilias circuire, rei frumentariæ præeſſe, quærelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere, quoniam is qui tali officio præeſt, & dare & obſervare[8] caſtrenſia omnia debet. Pædianus ait[9], Tribunorum militarium duo genera, primum eorum qui Rufulſi dicuntur, & in exercitu creari 2
ſolent. Alii ſunt comitiati, qui comitiis deſi- 3
gnantur.

CAP.

CAP. XIX.

1 ANNO *fere ſeptuageſimo*) Dicit fere ſeptuageſimo, quia ſi perfecta fiat Computatio non plures quam LXVI. numerantur anni.

2. ORATIONE *Camilli*) Alii legunt Canulei cujus oratio exſtat apud Livium *lib. 4. cap. 3.*

3. OMNEM *Conſularem authoritatem*) Plenius explicat Tribunorum militum authoritatem, ut decernas ab his qui quidem una cum Conſulibus ſummum Imperium, & Conſularem habuerunt poteſtatem, ſed non omnem, quam habuere militum Tribuni, qui ſoli ſummum habuere Imperium.

4. II *fuere*) Quemadmodum Tribunorum Plebis nomina, ita nec Tribunorum Militum qui primi creati fuerint, certa apud authores ratio conſtat. Livius & Dioniſius. *An. Sempronium Atracinum L. Attilium, & T. Cecilium* primo creatos ſcribunt. Quos ſequitur L. Feneſtella *cap. 16.*

5. SEQUENTE *Anno*) Non omnem tamen hi habuere Conſularem poteſtatem, quum enim tertio poſt quam creati fuerint menſe, iterum Conſulibus locus factus ſit, teſte Livio, *initio lib. 4.* & Dioniſ. *ſub. fin. lib. 11.* & Conſules & Tribuni milites uno eodemque anno ſummum ſimul habuerunt Imperium. Sed non in omnibus Romanis annalibus ambo, in quibuſdam Tribuni militum

tum ſoli, in quibuſdam Conſules in paucis ambo reperiuntur. Quos non ſine ratione ſe aſſentire dicto loco ſcribit *Dioniſius Halicarnaſſeus.*

6. SEXTO *anno jus Imperii ad Conſules*) Ad Conſules ſolos, nam & primo anno Conſulibus locum factum eſſe ex *Livio* & *Dioniſio* notavimus.

7. MARCELLUS *de re Militari*) M. Marcellus in militia Romana celebris, cujus res geſtæ à Livio, Plutarcho & aliis memorantur.

8 ET *dare & obſervare Caſtrenſia*) Militare hic Tribunorum officium deſcribitur in ceteris eandem cum Conſulibus habuerunt poteſtatem.

9. PEDIANUS AIT) in Commentariis *ad Ciceron. proœm. in Verrem.*

CAP. XX.

De Ædilibus.

1 *Ædiles Curules.* 2 *Cereales.*

PLEBES ubi è Sacro monte [1] ad urbem rediit, à Patribus impetravit, ut liceret ſibi alios Magiſtratus creare, qui Tribunorum miniſtri eſſent, qui & ædes ſacras & privatas procurarent,
1 & qui annonæ præeſſent. Creavit igitur Ædiles quatuor, duos qui ab ſolio eburneo Curules dicti ſunt, regiis utebantur inſignibus: & ornati purpura, curam ſacrificiorum & ludorum habebant. Scio & à quibuſdam ſcriptum [2] eſſe, Ædiles duos ex patriciis creatos Curules, eo tempore, quo primus ex plebe Conſul factus eſt. Sed credibilius eſt, ut iidem [3] intelligantur Ædiles. Meminit Dionyſius libro ſexto. Et alios duos creavit plebes præpoſitos annonæ, quos aliqui putant, à Di-
2 vo Julio [4] conſtitutos, & nominatos Cereales.
Ædilium Curulium poteſtas adeò crevit, ut ad eos ſumma rerum & Majeſtas conſularis Imperii venerit.

CAP.

CAP. XX.

1 PLEBES *ubi è Sacro monte*) Vide Liv. *lib. 6. in fine & initio lib. 7.* Dioniſ. Halicarn. *lib. 6. cap. 81. & ſeqq.* A. Gell. *lib. 17. cap. 21.* Varron. *de ling. latin. lib. 1.*

2. A QUIBUSDAM *ſcriptum*] Vide

de Liv. *lib.7. cap. 1.* quem ſequitur Feneſtell. *de Magiſtratib. Rom. cap. 13.* Plutarch. *in Mario* Qui Curules ex Patriciis non ex plebeis creatos volunt.

3. Iidem) Id eſt Ædiles Plebis ſive ex Plebe creati.

4. A divo *Iulio*] Sueton. *in Iulio.* Dion. *Hiſtor. lib. 43.*

CAP. XXI.

De Cenſoribus.

1 *Luſtrum.* 2 *Cenſus Civium Romanorum.*

Cum cenſus auctus eſſet, & Conſules non ſufficerent, duo creati fuere, ad quorum cenſionem, id eſt arbitrium, cenſeretur populus, & ad id cenſores appellati: & primi fuerunt [1] C. Papyrius, & Sempronius. M. Geganio Macerino, & T. Quintio Capitolino [2] Conſulibus. Creabantur autem quinto quoque anno, quod tempus luſtrum [3] appellabatur. Aſconius Pædianus ait [4]: Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. Hi prorſus [5] cives ſic notabant [6], ut qui Senator eſſet, ejiceretur Senatu: qui Eques Rom. equum publicum perderet: qui plebejus, in Ceritum tabulas [7] referretur, & ærarius fieret [8], ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ: ſed ad hoc eſſet civis tantummodo, ut pro capite ſuo tributi nomine æra præberet. Iidem completo quinquennio luſtrabant [9], & taurilia ſacrificia [10] de ſue, ove, tauro, faciebant. Civium Romanorum primus cenſus [11] factus eſt ſub Servio Tullo. LXXXIV. millium, & DCC. Secundus cenſus tertio anno poſt fugam Tarquiniorum, C. Valerio Publicola [12], & T. Lucretio Conſulibus. Inventa puberum Romanorum CCCXXX. millia. Tertius cenſus anno XII. T. Largio Flavio [13]. Qu. Clœlio Siculo Conſulibus, Idem T. Largius Dictator cenſum renovavit

vit. Inventa puberum Romanorum C L. millia, & D C C. Anno X I X. id eſt, ſecundo poſt tribunitiā, habitus à Conſulibus cenſus quartus, inventa civium Rom. C L X I. millia, & D C C. Anno X X X V I. Servio Servilio, & Aug. Virginio Conſulibus habitus cenſus, inventa civium puberum plura quàm centum & decem millia, & cæterorum trecenta & X X X. millia. Anno X X X V I I I. Aug. Manlio, & L. Furio Conſulibus habitus cenſus ſextus, & civium Rom. incertus numerus. Supra annum 14 Sexageſimum civium numero, ut diximus, creati Cenſores fuere.

CAP.

CAP. XXI.

1 PRIMI *fuerunt*) Vide Liv. *lib. 4. cap. 8. circa fin.*

2. M. GEGANIO) *Anno V. Cond. 310.*

3. QUOD *tempus luſtrum*) A luendo, id eſt ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia & tributa per Cenſores ſolverentur. Varr. *lib. 5. de ling. latin.*

4. ASCONIUS *pædianus*) *In Comment. ad orationem Ciceronis in Verrem.*

5. HI *prorſus*) De Cenſorum officio atque authoritate vide paſſim Livium, Plutarchum, Valerium Maximum, A. Gell. Plinium, Alexandr. ab Alexandro, Feneſtell. de Magiſtrat. *cap. 17. & ibi notata.*

6. CIVES *ſic notabant*) Verba ſunt Aſconii Pediani, *in Comment Cicer. in Verrem ſive de divinatione.*

7. IN *Coritum tabulas*] In Ceritum tabulas referre, eſt jus ſuffragii adimere, & in eorum civium tabulas referre, qui eo jure carent. Ita dictum à Cere, & ut quidam ſcribunt *Cæro* Hetruriæ civitate, eo quod Roma à Gallis capta, quum Cæretani eos, qui una cum ſacris, æternoque Veſtæ igne ad ſe profugerant comiter hoſpitio ſuſcepiſſent, Romani, deinde reſtituta in meliorem ſtatum urbe, haud dignam iis gratiam retulerint: quod civitate quidem eos donaverint, ſuffragii autem jus non conceſſerint. Hinc, quum aliquem ignominia & contumelia dignum volunt ſignificare, Cærite cera eum dignum eſſe dicunt, Hiſtoriam vide apud Strabon. *lib. 5.* & A. Gell. *lib. 16. cap. 13.*

8. ÆRARIUS *fieret*] Id eſt, non eſſet in albo Centuriæ ſuæ, ut Civium dignitate gauderet, ſed ad hoc tantum ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.

9. LUSTRABANT] Id eſt expiabant, ita Tullus Hoſtilius cenſu perfecto, quum juſſiſſet omnes cives adeſſe in campo maximo, & Equites in turmas digeſſiſſet, & pedites in acie collocaſſet, illos luſtravit, tauro, ariete, hirco. Teſte *Dioniſ. lib. 4.*

10. TAURILIA *ſacrificia*) Erant ſacrificia in honorem Deorum inferorum facta. Inſtituta feruntur hac de cauſa quod regnante Tarquinio Superbo, in mulieres gra-

vidas

vidas magna peſtilentia inciderit, ex carne taurorum populo divendita, quapropter diis inferis ſacrificia inſtituta ſunt, quibus ſues, oves, & tauri immolarentur, quæ ob id Taurilia dicta ſunt.

11. Primus *cenſus*] Teſtatur Julius Florus, *lib. 1. cap. 6.* & formam omnem diſtributionis iſtius in claſſes & Centurias *Livius* & *Dionyſ.* deſcribunt, ſed in numero Centuriarum & Civium Cenſitorum variant.

12. C. Valerio *publicola*] Lege *P. Valerio publicola*, quod iſtius familiæ prænomen fuit. Hic cum *T. Lucretio Tricipetino* Conſulatum geſſit *Anno V. Cond. 245.*

13. T. Largio *Flavio*) Lege *Lartio Flavio.*

14. Supra *annum* lx] Id eſt pluſculum annis lx. poſt exactos Reges. Anno enim lxvii. poſt Tarquiniorum fugam & exactos Reges *M. Gegamo Macerino & T. Quintio Capitolino Conſulibus* primos Cenſores creatos eſſe conſtat *Anno V. Cond. 310.*

CAP. XXII.

De decemviris.

1 *Decemviri.* 2 *Lex XII. tabularum.*

Anno ab urbe condita cccix. Decemviri 1
pro Conſulibus [1] creati ſunt, & tertio anno
depoſiti libidine [2] Appii Claudii, qui Virginiam
ſtupravit. Decemviri hi fuerunt, Appius Claudius Regilianus, T. Genutius, Publius Sextius,
Sp. Veturius, Cajus Iulius, A. Manilius, C.
Sulpitius, P. Curiatius [3], T. Romulius, Sp.
Poſthumius Calvinus, hi ex Athenis leges tulerunt in decem tabulis: datumque eſt eis jus
ſummum à quibus provocatio non erat, & datum etiam uti leges corrigerent, & interpretarentur. Sequenti anno duas tabulas addiderunt,
& inde appellatæ leges duodecim tabularũ. Qui- 2
dam volunt non eburneis, ſed æneis tabulis impreſſas leges pro roſtris poſitas. Quarum ferendarum autorem fuiſſe decemviris Hermodorum Epheſium exulantem in Italia, ſcribunt, ut Pomponius refert [5]. Dioniſius pro Curiatio Oratium dicit. Sequenti anno decemviri rurſus creati,

creati, Appius Claudius, Qu. Fabius Vibolanus, M. Cornelius Maluginenſis. Marcus Servilius, L. Minutius, T. Antonius Merenda, Manilius Robulejus Qu. Petelius, Cæſo Duillius, Sp. Oppius Cor. Apud Diodorum ſunt, C. Sergius, & P. Manius. Tertio anno iidem præfuere, neque Senatu, neque plebe ſuffragia dante. & ideo vi Magiſtratum obtinuerunt.

CAP.

CAP. XXII.

1. DECEMVIRI *pro conſulibus*) Vide *l. 2. §. 4. ff. de Orig. juris* & Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman. cap. 14.*

2. APPII *Claudei Libidine*) Hiſtoriam vide apud Liv. *lib. 3. cap. 44.* Dioniſ. *lib. XI.* & Diodor. Sic. *lib. 12. cap. 24.*

3. P. CURIATIUS) Alii legunt *Oratius.*

4. DATUMQUE *eſt eis jus ſummum*) Verba ſunt Pomponii in *l. 2. §. 4. ff de Orig. jur.*

5. UT *Pomponius refert*) *d. l. 2. §. 4. ff. de Orig. jur.*

CAP. XXIII.

De Proconſulibus.

1 *Proconſul.*
2 *Conſules.*
3 *Legati proconſulis.*

POSTHUMIO Albo[1], & Sex. Fuſco Conſulibus bello infœliciter contra Equos geſto,
1 proconſul creatus eſt T. Quintius, & is primus in eo Magiſtratu fuit. Eum ſex lictores præcedebant, cætera omnia habebat uti Conſules: &
2 inde ſtatutum eſt, ut qui Conſules uno anno fuiſſent, ſequenti proconſules eſſent, deinde proconſules ad provincias mittebantur, & ſinguli ſingulos legatos habebant, qui adminiſtrationi præſtarent auxilium. Proconſul poteſtatem exercet in ea provincia tantum, quæ ei tradita eſt, vel decreta, niſi vocaretur in juriſdictionem voluntariam. Apud proconſulem, ut Martianus

ait,

ait[2], ſervorum manumiſſio fieri poterat, & adoptio. Apud proconſulis legatum nemo manumittere poteſt. Sub Cæſaribus diſtinctæ provinciæ. Nam conſulares ſub Senatu populoque Romano erant, proconſules ſub Imperatoribus.

Cap.

CAP. XXIII.

1. Posthumio *Albo*) Plenius hæc apud L. Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman. cap. 23.*

2. Martianus *ait*) *l. 2. ff. de offic. procon. & legati.*

CAP. XXIV.

De Prætoribus & decemviris & curatoribus viarum, & triumviris & quinqueviris, & centumviris.

1 *Prætor Vrbanus.*	5 *Tres viri monetales.*
2 *Prætor peregrinus.*	6 *Tres viri capitales.*
3 *Decemviri.*	7 *Quinque viri.*
4 *Quatuor viri.*	8 *Ius honorarium.*

EO tempore quo pertinacia Tribunorum plebis, qui Romæ ſine Conſulibus [1] quinque annis præfuere, L. Seſtius ex plebe Conſul [2] creatus eſt, Patres præturam [3], novum Magiſtratum, Sp. Furio Camillo, M. filio dederunt: hic primus Prætor urbanus fuit, à præeſſendo Præ- 1
tor nominatus eſt. Prætoris inſignia, ſella curulis, trabea, lictores ſex, & cætera Conſulum inſignia [5], Pomponius in hæc [6] verba ait: *Cumque Conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, eo quod in urbe jus redderet. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret creatus eſt,*

N *& alius*

2 *& alius Prætor, qui Peregrinus eſt appellatus, ab eo quod plerumque inter Peregrinos jus dicebat. Deinde cum eſſet neceſſarius Magiſtratus, qui haſtæ*
3 *præeſſet, decemviri litibus judicandis conſtituti*
4 *ſunt. Eodem tempore conſtituti ſunt quatuor viri, qui curam viarum haberent. Et tres viri monetales,*
5 *æris, argenti, auri flatores: & tres viri capitales,*
6 *qui carceris cuſtodiam haberent: ut ſi animadverti oporteret, interventu eorum fieret. Et quia Magiſtratibus veſpertinis temporibus in publicum eſſe inconveniens erat, quinqueviri conſtituti ſunt cis Tyberim, & ultra Tyberim qui poſſent pro Magiſtratibus fungi.* Deinde Prætores [7] creati ſunt numero captarum provinciarum, qui partim urbanis rebus, partim provincialibus præeſſent. Deinde Corn. Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis: & Prætores quatuor adjecit. Ab honore qui præturæ habebatur, jus honorarium [8] appellatum eſt, quæ Prætorum edicta erant.

Cap.

CAP. XXIV.

1. Qui *Romæ ſine Conſulibus*) Ab anno V. Cond. 377. Licinius Stolo & L. Sext. Lateranus Tribuni Plebis perpetua interceſſione Comitia perturbarunt, Patribus ſedulo reſiſtentibus ne legem de Communicando cum plebe Conſulatu, de agrorum modo, & de fænore minuendo perferrent, quo factum ut C. Licinius Calvus & L. Sextius Lateranus per integrum quinquennium Tribunatum ſine Conſule geſſerint.

2. L. Sestius *ex plebe Conſul*) *Anno V. Cond. 387.*

3. Patres *præturam*) Vid. Liv. *initio lib. 7.*

4. Prætoris *inſignia*) Vid. L. Feneſtell. de *Magiſtrat. Roman. cap. 19.*

5, Et *cætera*) Prætorum inſignia fuerunt, prætexta, ſella curulis, Trabea Candida, haſta & gladius, accenſi, & lictores. Ut ſupra notatum ad Feneſtellam de *Magiſtrat. Roman. cap. 19.*

6. Pomponius *in hac verba*) *l. 2. ſ. 27. & ſeqq. ff. de Orig. jur.* Ubi vide notata.

7. Deinde *Prætores*) Vid. *l. 2. ſ. 32. ff. eod.*

8. Jus *Honorarium*) Textus eſt *in l. 7. ſ. 1. ff. de Inſtit. & jure & ſ. 7. Inſtit. de jure nat. gent. &* Civ.

CAP.

CAP. XXV.

De Procuratore Cæſaris.

PRocuratori Cæſaris omnis res familiaris commiſſa erat: etiam quicquid is egiſſet, ratum erat apud Cæſarem, & penes hunc magna erat autoritas.

Cap.

CAP. XXV.

PROCURATORI *Cæſaris*) Plura de Procuratore Cæſaris, ejuſque officio vide apud L. Feneſtell. *de Magiſtrat. Roman. cap. xxvi.*

CAP. XXVI.

De Juriſperitis.

1 *Appius Claudius Centimanus R. literæ inventor.*
2 *Ius Civile.*
3 *Edictum Prætor.*
4 *Ius reſpondendi publice.*
5 *Proculani.*
6 *Caſſiani.*

PAPYRIUS primus apud Rom. regias leges[1] in unum contulit. Ad hoc Appius[2] Clau- 1
dius Regilianus decemvir, cujus maximum conſilium in duodecim tabulis conſcribendis fuit. Poſt hunc ejuſdem familiæ Ap. Claudius Centimanus, qui viam Appiam ſtravit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbem non recipiendo ſententiam tulit, actiones ſcripſit, & primum de uſurpationibus, qui liber non extat. Idem R. literam invenit, unde Valeſii Valerii, & Fuſii Furii dicti ſunt. Fuit poſt hos maximæ ſcientiæ Symphronius, cognomento Cata. Deinde C. Scipio Naſica optimus à Senatu judicatus, cui publice domus in ſacra via data eſt, quo facilius Conſuli poſſet. Deinde Quintus Mutius qui ad Carthaginenſes miſſus eſt legatus, quum eſſent

duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, utram vellet, referret Romam: utramque ſuſtulit, & ait Carthaginenſes petere debere, utram mallent accipere. Poſt hos fuit Tyberius Coruncanus, qui primus profiteri cœpit, cujus tamen ſcriptum nullum extat. Deinde Sextus Ælius, & frater ejus P. Ælius, ambo Conſules, Ennius Sext. Ælium Catum appellat. Deinde Cato Porciæ familiæ Princeps Tuſculo genitus, cujus libri extant. Poſtea P. Mutius,
2 & L. Brutus, & P. Manilius jus civile fundaverunt. Ex his Mutius Conſularis fuit, & decem libros reliquit: Brutus prætorius ſeptem, Manilius Conſularis & Pontifex Maximus, treis. Ab his profecti ſunt P. Rutilius Rufus Conſul Romæ, & Aſiæ Proconſul, & P. Verginius, & Qu. Tubero ille ſtoicus Panſæ auditor & Conſul, & Sext. Pompejus Cn. Pompeji patruus. Eodem tempore Cælius Antipater, qui plus eloquentiæ, quam ſcientiæ juris operam dedit, & L. Craſſus Mucianus P. Mutii frater, quem Cicero juris Conſultorum diſertiſſimum dicit. Poſt hos Qu. Mutius, P. filius, Pontifex Maximus jus civile redegit in libros XVIII. Mutii auditores fuerunt complures, præcipuæ autoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, & Sextus Papyrius. Dehinc Servius Sulpitius, qui in cauſis orandis poſt M. Tullium primum obtinuit locum, reprehenſus à Qu. Mutio, quòd jus non intelligeret, juri operam dedit ſub Lucilio Balbo, & Aquilio Gallo. Servius cùm in legatione periiſſet, Pop. Rom. ſtatuam ei pro roſtris erexit, quæ hodie extat in foro Auguſti: reliquit CLXXX. libros de jure civili. E Servii diſciplina manaverunt Alphe-

phenus Varus, C. Flavius, A. Ofilius, Titius
Celſus, Aufidius Sura, Aufidius Mamuſa, Fla-
vius Priſcus, C. Attejus, Antiſtius Labeo pri-
mus, P. Celſus. Libri digeſti fuerunt ab Aufi-
dio Mamuſa. Ex his Alphenus Conſul fuit, &
Ofilius Equ. ordinis, qui edictum Prætoris dili- 3
genter primus compoſuit. Fuit eodem tempore
Trebatius Cor. Maximi auditor, Augu. Caſel-
lius, Quin. Mutius Voluſi auditor Quæſtorius,
Conſulatum enim renuit offerente Auguſto. Ex
his Trebatius peritior, Caſſellius eloquentior,
Ofilius utroque doctior. Deinde Ælius Tubero,
qui poſtquam accuſavit Qu. Ligarium, nec obti-
nuit apud C. Cæſarem, à cauſis agendis ad jus
civile tranſiit. Cicero Ligarium defendit oratio-
ne ſatis pulcherrima. Poſt hunc Attejus Capito,
qui Conſul fuit Ofilii imitator, annum ſic divi-
ſit, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet,
& totidem in ſeceſſu in conſcribendis libris, ideo
reliquit volumina XL. Labeo ingenii qualitate,
& fiducia doctrinæ, qui etiam præ cæteris ope-
ram philoſophiæ dederat, plurima innovare in-
ſtituit. Attejo Capitoni Maſurius Sabinus ſuc-
ceſſit. Labeoni Nerva, qui fuit Cæſari familia-
riſſimus. Maſurius Sabinus Eques Ro. publice
primus ſcripſit. Hoc beneficium à Tiberio Cæ-
ſare dari cœpit. Nam ante tempora Auguſti pu-
blice reſpondendi jus à Principe non dabatur.
Sed qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant, 4
conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa
utique ſignata dabant, ſed plerumque judicibus
ipſi ſcribebant, aut teſtabantur qui illos Conſu-
lebant. Primus divus Auguſtus, ut major juris
autoritas haberetur, conſtituit, ut ex autorita-

te ejus reſponderent, & ex tempore peti hoc pro illo beneficio cœpit: & ideo optimus Princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere: reſpondit eis, *hoc non peti, ſed præſtari ſolere.* Et ideo ſi quis fiduciam ſui haberet delectari ſe populo, ad reſpondendum ſe præſtaret. Igitur Sabino conceſſum eſt à Tyberio Cæſare, ut Populo reſponderet. Cui cùm amplæ facultates non eſſent, à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Sabino ſucceſſit Caſſius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Servii Sulpitii: is & Conſul fuit cum Cratino ſub Tyberio, à quo propter autoritatem civitate pulſus fuit: & ab imperatore Veſpaſiano revocatus, diem obiit. Nervæ ſucceſſit Proculus. Fuit eo tempore & Nerva alius, & alius Longinus Eques Ro. & prætorius, ſed Proculi autoritas major fuit. Nam & qui ſucceſſere, partim
5 Proculani, partim Caſſiani appellati ſunt: quæ
6 origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum ſub Veſpaſiano potuit. Proculo ſucceſſit Pegaſus, qui ſub Veſpaſiano Præfectus urbis fuit. Cælio Sabino Priſcus Jabolenus, Pegaſo Celſus, Celſo patri Celſus filius, & Priſcus Neratius, qui utrique Conſules fuerunt, Jaboleno Priſco Eburnius Valens, & Tuſcianus, item & Sabinus Julianus,

CAP. XXVI.

1 REGIAS *leges in unum contulit*) Vide *l. 2. §. 3. ff. de Origine Iur.*

2. AD *hoc Appius*) Omnia fere deſumpta ſunt ex Pompon. *l. 2. §. 35. & ſeqq. ff. de Origin. Iur.* Ubi vide notata.

POM-

POMPONIUS LÆTUS DE LEGIBUS.

1 *Ius Natur.*
2 *Ius Gentium.*
3 *Ius Civile.*
4 *Ius Publicum.*
5 *Ius Privatum.*
6 *Lex.*
7 *Legis Virtus.*
8 *Poteſtas Magiſtrat.*
9 *Primi Legum latores.*

IUS pluribus modis dicitur [1]. Natura- 1
le [2], quod eſt commune omnibus ani-
malibus. Jus gentium [3], quo gentes 2
humanæ utuntur. Jus civile [4], quod ex 3
Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Decretis
Principum, & autoritate prudentium venit. Jus 4
publicum [5], in Sacerdotibus & Magiſtratibus
conſiſtit. Jus privatum, ad ſingulorum utilita- 5
tem ſpectat. Jus etiam dicitur locus in quo jus
redditur, ut meminit Paulus [6] de lege & de legis
origine. Lex (ut Chryſip. definit) [7] eſt divina- 6
rum & humanarum rerum notitia. Lex dicitur
rogatio & obnunciatio. Lex donum eſt Dei [8],
dogma hominum ſapientum, coërcio voluntatis.
Legis virtus [9] eſt imperare, vetare, punire, per- 7
mittere. Lex eſt æternum quoddam [10], quod
univerſum mundum regit, imperandi, prohi-
bendique ſapientia. ex hac lege lex noſtra eſt, ra-
tio mensque ſapientis æqualis Dei eſt lex: con-
ſtatque ad ſalutem civium, civitatumque inco-
lumitatem, vitamque omnium quietam & bea-
tam. Igitur ubi lex non eſt, quies & beatitudo
non eſt: & apud illos antiquiſſimos, mos ſapien-
tum lex erat: id erat, quoniam antiquitas proxi-

mè accedebat ad Deum. Lex Magiſtratibus præeſt. & Magiſtratus populo. Optime putat Cicero [11], Magiſtratum eſſe legem loquentem. Imperandi & obtemperandi modus debet eſſe. Nam & qui bene imperaverit, aliquando obtemperet neceſſe eſt: & ipſi mortales non ſolum obtemperare & obedire Magiſtratibus debent, ſed eos
8 colere atque diligere. Poteſtas & facultas à populo ſeu Principe publ. data, Magiſtratus dici cœptus eſt, cum à populo creatus fuit Magiſter
9 populi, id eſt Dictator. Prima fertur Ceres dediſſe leges mortalibus, poſtea ipſi ſapientes, phoroneus argivis dedit, Moyſes Cælo lapſas Hebræis, Ægyptiis Mercurius, Draco, & Solon Athenienſibus, Minos Cretenſibus, Lycurgus Lacedæmoniis, Turriis Charundas, Romanis Romulus.

De

1 IUS *pluribus modis*] *l. 11. ff. de Iustit. & jure.*

2. NATURALE] *l. 1. §. 3. ff. de Iustit. & jure.*

3. JUS *gentium*] *l. 1. §. 4. ff. & l. 9. ff. eod.*

4. JUS *Civile*] *l. 7. ff. eod.*

5. JUS *publicum*] *l. 1. §. 2. ff. de just. & jure.*

6. UT *meminit Paulus*] *lib. 14. ad Sabinum* Unde ſumpta eſt *l. 11. §. alia Significatione. ff. de just. & jure.*

9. UT *Chriſippus definit*] Ita Chryſippus in libro, quem περὶ νόμων de legibus inſcripſit: ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Lex eſt tam divinarum quam humanarum rerum omnium Regina.

8. LEX *donum Dei*) Hæc definitio eſt Demoſtenis *in Orat. 1. adverſus Ariſtogiton.* quam refert Martianus in *l. 2. ff. de legibus.*

9. LEGIS *virtus eſt*) *text. eſt in l. 7. ff. de legib.*

10. LEX *eſt æternum quoddam*) Deſumpta hæc ſunt ex Cicerone *lib. 2. de legibus cap. 4.*

11. OPTIME *putat* Cicero) *lib. 3. de legibus cap. 1.*

De Lege Ælia & Fuſia.

ÆLIA & Fuſia lege [1] reſiſtebatur pernicioſis legibus in civitate, quæ ideo erant propugnacula & muri ocii & tranquillitatis. Sed

Clo-

Clodius Trib. pleb. L. Piſone & A. Gabinio [2] Conſ. IV. leges tulit: ex his ſecunda fuit, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, de cælo ſervaret [3]: & quarta cavebatur, ne quem Cenſores [4] in Senatu legendo præterirent, neve quem ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque Cenſoris ſententia damnatus eſſet: hac lege diminuta eſt cenſura, quæ eſt Magiſtra vitæ & modeſtiæ.

1 ÆLIA *& Fuſia lege*] De tempore & authore hujus legis vix conſtat. Niſi quod Cicero in Orat. *in Vatinium* ſcribat L. Æliam & Fuſiam in Gracchorum ferocitate vixiſſe. Tiberius autem Gracchus, *Scævola, & Piſone Conſulibus Anno V. Cond. 620.* in prima Gracchorum ſeditione occiſus eſt. Hujus legis capita fuere: Ut quoties cum populo ageretur augures de Cælo ſervarent Magiſtratus, & obnunciandi, & legiſlationi intercedendi poteſtatem haberent.

2. L. PISONE, *& A. Gabinio Conſſ.) Anno V. Cond. 695.*

3. DE *cælo ſervaret*) Adde, & omnibus faſtis legem fieri liceret.

4. NE *quem Cenſores*) Hujus legis à P. Clodio Tribuno latæ meminit Dion. Caſſius *lib. 38.* & *lib. 40.* & Cicero *in Piſonem*, & *Pro Sextio*, aliquoties quæritur L. Æliam & Fuſiam propugnacula & muros tranquillitatis, à Clodio ſublatam.

De Lege Aurelia.

AURELIA lege communicata ſunt judicia Senatui, Equitibuſque Rom. & Tribunis ærariis. Eam tulit Aurelius Cotta Prætor.

EAM *tulit Aurelius Cotta*) Hanc legem tulit C. Aurel. Cotta Prætor *M. Craſſo & Cn. Pompejo Conſſ. Anno V.* Cond. *683.* Ut judicia quæ penes ſolos Senatores erant, inter Senatores & equeſtrem ordinem, & Tribunos ærarios Communicarentur. Unde *Aurelia judiciaria* dicta fuit. Ejus crebra mentio eſt apud Ciceronem *in Verrinis* Fuit & alia *lex Aurelia, De Tribunis Plebis* dicta, ab eodem C. Aurelio Cotta Conſ. cum L. Octavio lata Anno V. Cond. 678. qua cautum, ut Tribun. Plebis liceret poſtea alios Magiſtratus facere, quod lege Syllæ iis erat ademptum. De qua Pedian. *in Cornelia.* & *in Verr. 1.*

De Lege Acilia.

MANIUS Acilius Glabrio legem tulit de pecuniis repetundis, in qua ne comperendinari quidem reum ſinit. L. Piſo primus tulit legem de pecuniis repetundis.

ACILIUS *Glabrio*) Pater ejus qui Verris in cauſa Prætor fuit. Quæ ab eo in Senatu Plebis lata et, ut repetundarum cauſa una actione abſolveretur, ut neque reum comperendinari, neque cauſam ampliari liceret. Comprehendebat præterea ut qui accuſatores conſtituti eſſent, poteſtatem haberent litteras & publicas & privatas conquirendi, adſignandi, deportandi. Vocatur hæc *lex Acilia Repetundarum*, ad differentiam, *Leg. Acilia minutia* de pace cum Carthagienſibus ineunda & *leg. Acilia de Coloniis deducendis*, mentio ejus fit apud Ciceron. *2. & 3. in Verrem.*

De Lege Annonaria.

CLODIUS Trib. pleb. de annona legem tulit,[1] ut frumentum quod antea ſenis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur[2].

1 DE *annona legem tulit*) Hanc legem tulit P. Clodius Tribun. Plebis *Piſone & Gabinio Conſſ. Anno V. Cond. 695.*

2. GRATIS *daretur*) Addidit præterea, ut Sext. Claudio frumentaria procuratio mandaretur. Vid. Cic. *in Piſon. pro Seſtio, & pro Domo.* Hæc dicitur lex Clodia frumentaria, ſeu, De annona.

De Lege Annaria.

EA lex annorum modum finit, quibus Magiſtratus capiendi poteſtas ſit.

HÆC *vocatur lex Villia Annalis*) quam tulit L. Villius Annalis, Tribunus Plebis *L. Manlio & Q. Fulvio Conſſ. Anno V. Cond. 574.* Continebat quot annos nati quemque Magiſtratum peterent, caperentque. Liv. *lib. 40.* ubi corrupte legitur à *L. Iulio*, pro *L. Villio latam.* Ut ex Manuſcripto notat Carol. Sigonius. Ejus quoque meminit Val. Maxim. *lib 9. cap. 11. exemplo. 6.* Annus Quæſturæ fuit XXVII. Tribunatus XXX. Ædilitatis XXXVII. præturæ XL. Conſulatus XLIII.

De

De Lege Aterina.

HÆC lex, cum mos priſcus fuiſſet irrogandæ multæ per Magiſtratus, ovis aut bovis nomine, ovis ære deno, bovis ære centeno diffinivit.

Rectius alii legunt *Ateria*: Vocatur enim lex Ateria Tarpeja de mulcta, quam tulere *Sp. Tarpejus Montanus & A. Aterius Conſules Anno V. Cond. 298.* Ut omnibus Magiſtratibus mulctæ dicendæ jus eſſet, quum antea ſolis Conſulibus id licuerit: ita tamen ne vel duos boves, vel triginta oves excederet. Vid. Dioniſ. Halicarn. *lib. 10.* A. Gell. *lib. 11. cap. 1.* legem Tarpejam vocat Feſtus. Ad hanc legem reſpexiſſe videtur. Ulpian. *in l. unic. ff. Si quis jus dicenti non obtemp.*

De Lege Aquilia.

AQUILIA lex ab Aquilio lata, de dolo malo, de fraude, de deceptione, de ſimultate.

Est lex Aquilia de damno injuria dato. Quam tulit C. Aquilius Gallus ejus tria fuere Capita, quorum primum & tertium exſtat in *l. 1. ff. ad l. Aquiliam.* Primum erat, ut ſi quis ſervum, quadrupedem, pecudemve injuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit domino damnas ſit. Tertium cæterarum rerum erat præter hominem & pecudem occiſos, ut ſi quis alteri damnum fecerit, quod uſſerit, fregerit, ruperit injuria, quanti ea res in diebus triginta proximis fuerit, tantum æs domino dare damnaretur. Et adverſus inficiantem in duplum actio ſit. Secundum caput in diſſuetudinem abiit, quod Cujacio fuiſſe videtur, de quavis alia ratione damni dati, etiamſi non fuerit læſa res noſtra, ſed intercepta forte nobis fuerit utilitas quædam.

De Lege Cincia.

CINCIUS legem tulit, qua cavetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam, donum pecuniamve acciperet.

Legem Cinciam de Donis & Muneribus tulit M. Cincius Tribun. Plebis *M. Cornelio, & P. Sempronio Conſulib. Anno V. Cond. 549.* Ut ne plus ducentis aureis donare liceret, extra quam ſi conjunctis perſonis donaretur. Et ne quis ob cauſam orandam donum Mu-

tatem minueret, legem promulgavit *ne quis, niſi per populum legibus ſolveretur*. Qua de re quum in Senatu actum eſſet magnis contentionibus rurſum ferre cœpit: *Ne quis in Senatu legibus ſolveretur, niſi* cc. *adfuiſſent, neve quis quum ſolutus eſſet intercederet, quum de ea re ad Populum ferretur.* Aliam deinde legem, quam etſi nemo repugnare auſus ſit, multis tamen invitis tulit: *ut Prætores* (qui varie jus dicere aſſueverant; pro ut quiſque avaritia, aut ambitione duceretur) *ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent.* Aſcon. Pedian. *in Oration. Ciceron. pro* C. *Cornelio.*

2. A. Corn. *Conſul*) Omnino reponendum C. *Cornelius Tribun. Plebis*, & verbum, *Conſul*; erroneè in textum irrepſiſſe videtur.

3 A. Cornelio *quodam*) Fuit hic L. Cornelius Sylla dictator, & Conſul cum Cn. Octavio *Anno V. Cond. 673*. Qui varias judiciorum publicorum leges tulit; Uti ſunt, Lex Cornelia *Repetundarum, Majeſtatu, de Sicariis & Veneficiis, de injuriis, de falſo.*

De Lege Caſſia.

A Caſſio Longino lex lata eſt Caſſia, qua populus per tabellam ſuffragia ferret.

C. Mario, C. Flacco conſſ. alia ab eodem lata, ut ille quem populus damnaſſet, cuive imperium arbogaſſet, in Senatu non eſſet.

1 Lex *lata eſt*) Eſt lex Caſſia de ſuffragiis: quam tulit L. Caſſius Longinus Tribunus Plebis. *Lepido & Mancino* C*onſſ. Anno Vrb.* Con*d. 616*. Ut judices ſententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent. Cic. *in Lælio*, & *Bruto*, & *lib. 3. de legibus.*

2. Alia *ab eodem*) Hanc tamen à L. Caſſio L. Filio, Tribuno Plebis latam C. *Mario & C. Flavio Conſulib. Anno V.* Cond. *646*. teſtatur Aſcon. Pædian. *In Cornel.* eamque tuliſſe dicitur propter ſimultates cum N. Servilio Cæpione, qui ante biennium Conſul fuerat, & cui populus Imperium abrogaverat, ob bellum male geſtum.

De lege Fabia.

Fabia lex à Fabio lata, qua adjecta pœna eſt illis, qui deducunt & ſectantur candidatos in comitia.

Est *lex Fabia de ambitu*, Ut certus numerus ſectatorũ eſſet, qui Candidatos in Campum deducerent. Cic. *pro mureno.* Quo anno hæc lex lata ſit non Conſtat, niſi quod ante annum V. Cond. 639. latam eſſe velint, quo quæſtionem ambitus perpetuam Conſtitutam, & proprium prætorem adeptam putant.

Pe

De lege Frumentaria.

FRUMENTARIA lex à Sempronio Graccho lata eſt, qua frumentum è publico diſtribueretur. pop. Rom.

HAnc legem tulit. T. Sempronius Gracchus II. Tribunus plebis *M. Fulvio Flacco & M. Plautio Conſulib. Anno V. Cond. 628.* Ut ſemiſſe & triente frumentum Menſtruum plebi ex publico viritim daretur. Hinc locus Romæ Conſtitutus, in quo frumentum publicum aſſervabatur una cum legibus frumentariis, qui dicebatur *Horreum Sempronianum. Vid. Appian. lib. 1. de bello Civ.* Cic. *pro Sextio.* Vellej. Paterc. *lib. 2.*

De lege Falcidia.

LEGE Falcidia, à Falcidio lata, cavetur ne plus dodrante legare liceret, propterea quod multi hæreditatem recuſabant.

LAta hæc lex eſt a P. Falcidio. Tribun. Plebis C. *Domitio & C. Aſinio Conſulib. A. Urb. Cond. 714.* Plura hæc lex habuit capita quæ referuntur a Paulo Juriſconſulto in *l. 1. ff. ad L. Falcidiam.* meminit ejus Dio Caſſ. *lib. 48.* & Hieronimus *in Euſebii. Chronicis.*

De lege Flavia.

FLAVIUS legem tulit de plagiariis, cum quis dolo ſervum aut pecus à domino, & filium à patre ſubtrahit.

COmmuniter legitur, *lex Fabia de plagiariis.* Quam *P. Quinto Fabio, & M. C. Claudio Marcello Conſſ. anno V. C. 570.* latam putant. Verba hujus L. Vid. in *l. 6. in fin. ff. de lege Fabia de Plagiariis.*

De lege Gabinia.

GABINIUS legem tulit, qua bellum Cn. Pompeio magno contra Piratas datum eſt, contra C. Trebellii Trib. plēb. interceſſionem.

LEgem Gabiniam de piratis perſequendis tulit A. Gabinius Trib. Plebis. *L. Cæcilio Metello, & Q. Martio Conſſ. Anno V. Cond. 685.* Vide Aſcon. Pedian. *in Cornelian.* Vell. *lib. 2* Dio. Caſſ. *lib. 38.* Plutarch. *In Pompejo.* Et Cic. *de lege Manilia.* hac lege Cautum erat, ut bel-

bellum adverſus piratas Cn. Pom. pejo in triennium ita mandaretur, ut toto mari, quod eſt inter Columnas Herculis, & in Maritimis provinciis uſque ad quadringenteſimum a mari Lapidem poteſtatem haberet Imperandi Regibus, Præſidibus, Civitatibus &c. ut ſe rebus omnibus ad ejus belli adminiſtrationem neceſſariis, invarent.

De lege Iunia.

Iunius Sylvius Conſ. cum Q. Cecilio. Metel. legem tulit. bello Cimbrico, quod diu prave & infœliciter geſtum eſt, propter diminuta militiæ ſtipendia.

Iunius *Sylvius*) Alii legunt M. Junius Silanus ut aliis placet Syllanus qui cum *Q. Cecilio Metello Conſul* fuit *Anno V Cond.* 644 Hic plures leges bello Cimbrico populo latas, quibus militiæ ſtipendia minuebantur, abrogavit & ad vetera militum ſtipendia reduxit. Aſcon. Pedian, *in Orat. Cic. pro Cornelio*.

2. Bello *Cimbrico*) De bello Cimbrico vide Jul. Flor. *lib. 3. c. 3.*

De lege Iulia.

Ulia lege puniuntur adulteri. Idem Iulius Cæſar legem tulit de peculatu in eos qui Rempub. vel ſacra furati ſunt, vel furantibus auxiliati ſunt, vel furta ſcientes ſuſceperunt.

Adulteri] Eam legem tulit. C. Julius Octavius Auguſtus. Hujus legis capita vid. apud Suet. *in Auguſto* Tacit. *lib. 2.* Jul. Paul. *lib. 2. ſent. cap. 22.* Juſtin. *in pr. Inſtit. Quibus alienare licet vel non.* Quæ hinc inde diſperſa collegit Barnabas Briſſonius, & Commentario illuſtravit. Vide etiam Alexand. ab Alexandro. *lib 4. cap. 8.*

De *peculatu*) Quid hac lege Cautum fuerit refert Ulpianus *in l. 1. ff. ad l. Iul. peculatus.*

De lege Lectoria.

Cum adoleſcentes in contractibus circumveniri ſolerent, Q. Lectorius pœnam deceptoribus adjecit.

Alii vocant *legem Lætoriam de minoribus*, eamque latam volunt a Lætorio Tribuno Plebis, hujus legis tria fuiſſe Capita Conſtat. 1. Ut curatores minoribus XXV. annis darentur, ſi laſcivi eſſent, aut dementes. *Iul. Capitolin. in Antonio Philoſopho* II. Ne minores XXV. annis ſtipularentur, id eſt ſpondendo ſe obligarent, Ut in *l. ult. ff. de adminiſtrat. tutor.* III. Ut creditor qui minori

XXV.

XXV. annis credidiſſet, creditum amitteret, quique eos circumſcripſiſſet Judicio publico teneretur. Cic. *lib. 3. de offic.* & *3. de natu-ra deorum* hinc dicuntur anni lætoriæ ætatis, & lætoria ætas, quæ nondum eſt legitima *l. 2. Cod. Theodoſ. de Donationib. l. 8. tit. 12.*

De lege Licinia.

P. LICINIUS Craſſus Orator, & Q. Mutius. Scævola Pont. max. legem tulerunt de regundis civibus, ut in ſuæ quiſque jus civitatis redigeretur., cum multi Itali cupuditate civitatis Rom. tenerentur.

EST lex *licinia & Mutia de Peregrinis*, lata a *L. Licinio Craſſo & Q. Mutio Scævo a Conſſ. Anno Vrb. Cond. 658.* Ut Socii Latini, Romanæ civitatis jure privati, in ſuas civitates redigerentur. Appian. *lib. 1.* Cicero *in Bruto*, *lib. 3. de offic.* De *Oratore 2. pro Corn. Balbo & pro Sextio.* Aſcon. Pedian. *in Cornelian. Sraura.*

De lege Manilia.

L. MANILIUS legem tulit, ut quando res à nobilibus adverſe geſtæ fuerant, illi ad Magiſtratus gerendos admitterentur, quorum majores in Romana Repub. Magiſtratum non exercuiſſent, hujuſmodi autem novi appellantur.

NOVI *appellantur*) Novitas media erat inter nobilitatem & ignobilitatem. Et novi homines dicebantur, qui nullis majorum imaginibus, aut nobilitate commendabantur, ſed ipſi primum aditum ad amplitudinem & nobilitatem poſteris ſuis pateſecerant.

De Lege Otthonia.

OTHO Trib. pleb. legem tulit, ne quis cum ordine equeſtri in ſpectaculis ſederet, niſi ſeſtertia quadraginta poſſideret: quod ſi contingeret, quiſquis eſſet, ſive ingenuus, ſive libertus, inter Equites ſpectare liceret in gradu xiiij.

EST *Lex Roſcia Theatralis*, quam tulit L. Roſcius Ottho Tribun. Plebis *L. Metello, & Q. Martio Conſſ. Anno Vrb. Cond. 682.* Ut in Thea-

Theatro Equitibus Romanis qui quadringenta ſeſtertia poſſiderent xiv. gradus ſpectandi gratia aſſignarentur, & his, qui ſive ſuo, ſive fortunæ vitio decoxiſſent certus locus aſſignetur, pœna irrogata ſi in xiv. ſediſſent, meminit Cic. *Philipp.* 2. Aſcon. *in Cornelian.* Flor. *Epitom.* 99. Tacit. *lib.* 15. Dion. Caſſ. *lib.* 26.

De Lege Oppia.

Oppius legem tulit, ne ſuperfluo ornatu mulieres Romanæ uterentur, neve pilentis, id eſt, rhedis penſilibus uterentur, neve plus uncia in auribus appenderent.

De Matronarum cultu, & mundo muliebri legem tulit C. Oppius Tribunus Plebis *Q. Fabio, & T. Sempronio Conſſ. Anno V. Cond.* 540. Liv. *lib.* 34. *in pr.* Tacit. *lib.* 3. Val. Maxim. *lib.* 9. *cap.* 1.

De Lege Hortenſia.

Hortensius legem tulit, ut eo jure quod populus ſtatuiſſet, & omnes Quirites tenerentur.

Omnes *Quirites tenerentur*) Primum lege Horatia *Anno ab Vrb. Cond.* 304. poſt ſecundam ſeceſſionem in Aventinum, cautum fuit, ut quum antea tribuniciis rogationibus Patricii non tenerentur, id quod tributim Plebs juſſiſſet, univerſum Populum teneret. Id poſtea, tertiæ ſeceſſionis in Janiculum reducendæ cauſa à M. Horatio Dictatore renovatum. *Anno V. Cond.* 467. Vid. A. Gell. *lib.* 15. *cap.* 27. §. 4. *In Tit. de Iure nat. gent. l.* 2. §. 8. *ff. de Orig. jur.* Liv. *lib.* 2. *lib.* 3. *& lib.* 8. Flor. *in Epitom.* 11. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Dioniſ. *lib.* 2.

De Lege Pompeja.

C. Pompeius Strabo [1] lata lege veteribus incolis Tranſpadanis jus Latii dedit, quod ceteræ coloniæ Latinæ habebant, ut petendi Magiſtratus, & civitatis Romæ jus adipiſcerentur. Cn. Pompejus magnus legem tulit, ut Quæſtor ſuffragio [2] populi, ex his qui Conſules fuerant, crearetur. Idem Pompejus legem tulit, qua aſperrima pœna parricidas [3] afficit. Si quis paren-

De Lege Roſcia.

L. Roscius Otho Conſul legem tulit, ut in theatro Equitibus Rom. ordines XIV. ſpectandi gratia darentur.

Est Lex Roſcia Theatralis. | De qua ſupra ad legem Otthon.

De Lege Satyra.

Satyra lex eſt, quæ uno rogatu multa & varia comprehendit.

Quæ *uno rogatu*) Satyra lex nomen accepit à Satyra, genere cibi ex variis rebus conditi, & hinc lex Satyra in qua Conjunctim multis de rebus, quarum quædam Comprobantur, quædam improbantur, populus una rogatione Conſulebatur. Quod lege Cæcilia & Didia vetitum fuiſſe teſtatur Cic. *in orat. pro domo ſua.* Hinc per Satyram collectum, dicitur utile cum inutilibus mixtum, Vid. Eraſm. *Chiliad. 4. Cent. 1.*

De Lege Scatinia.

P. Scatinius legem tulit, qua puerorum concubitores gravi ſupplicio afficiuntur.

Alii legunt *Scantinia, de pueru Impudicu.* Quam tulit C. Scantinius Aricinus Tribu. Plebis, ut qui præpoſteram vel adverſi vel averſi venerem exercuiſſent, vel, ut qui alienam pudicitiam ſollicitaſſent, vel ſuam ipſi proſtituiſſent pœna x. millium nummum coërcerentur, cui ſceleri poſtea gladii pœna conſtituta *l. 31 Cod. ad l. Iul. de adulter.* Et hodiernis Chriſtianorum moribus hujus ſceleris rei vivi igne concremantur. Hujus legis meminit Suetonius *in Domitiano.* Cic. *Philipp. 3.* Fab. Quintilian. *lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap. 4.* Val. Maxim. *lib. 6. cap. 1.*

De Lege Tutelari.

Lege Tutelari cavetur, ne quis tutor per ſimulationem pupillum fraudet.

Est lex lætoria Tutelaris, quia cautum fuit, ut iis qui furioſi vel prodigi eſſent Curatores darentur, & qui eos circumſcripſiſſent judicio publico damnarentur, ejus meminit Cic. *lib. 1 de Offic. & lib. 3. de natur. deorum*, & Jul. Capitolin. *in M. Antonino Philoſopho.*

De Lege Variana.

Q. VARIUS Trib. pleb. legem tulit, ut quęreretur de his quorum ope conſiliove ſocii, pop. Rom. arma ſumpſiſſent.

EST *lex Varia Majeſtatis.* Eam tulit Q. Varius Tribun. Plebis ad interceſſionem Collegarum, Cic. *in Orat. pro Scauro, & pro Cornelio*, & in eaſdem Aſcon. Pedianus, Val. Max. *lib. 8. cap. 6.*

De Lege Voconia.

VOCONIUS legem tulit, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus heredem unicam relinqueret filiam, erat autem cenſus ille, qui C. millia in pro:eſſione detuliſſet.

LEx Voconia de Mulierum hereditatibus lata eſt à Q. Voconio Saxa. Tribun. Pleb. *Cæpione & Philippo Conſſ. Anno 594* ne quis Cenſus eſſet, hoc eſt centum millia ſeſtertium poſſideret, virginem aut mulierem ſupra quadrantem bonorum ſuorum heredem institueret, pluſve cuiquam legaret, quam ad heredem, heredeſve perveniret. Et ne feminæ ultra Conſanguineos ab inteſtato ſuccederent. Cic. *Verron. 3. de Seneƈt. & de finib. 2.* Dion. Caſſ. *lib. 56.* A. Gell. *lib. 7. cap. 13.* & *lib. 17. cap. 5.*

De Lege Valeria.

VALERIUS Publicolà legem tulit, ut nulli Magiſtratui liceret corpùs Romani civis indicta cauſa condemnare, liceretqúe damnatis ad populum provocare.

FUERUNT hæc præcipua legis Valeriæ capita quum & alia multa contineret, ut ab omnibus Magiſtratibus provocatio eſſet, neve poſſent in caput Civis Romani animadvertere injuſſu populi. Hæc repetit. Pompon. *in l. 2. §. 16. & §. 23. ff. de Origin. Iur.* Hanc legem tulit P. Valerius Publicola Solus poſt Bruti collegæ obitum Conſul. *Anno V. Cond.* 245. Vid. Liv. *lib. 2.* Dioniſ. *lib. 5.* Plutarch. *in ejus vitæ.* Valer. Maxim. *lib. 4. cap 1.*

Hæ

Hæc habui M. Panthagathe, quæ de Magiſtratibus & Sacerdotiis & legibus compendioſe ſcriberem, ut ex eo compendio aliqua ad noſtros utilitas perveniat: & ita depinxiſſe opinor, ut ante oculos veluti in tabella poſuerim. Scribant alii diffuſius, Pomponio ſatis eſt placere ſuis.

LEGUM
XII. TABULARUM
FRAGMENTA
UNDECUNQUE COLLECTA,
EAQUE SUIS
NUNC PRIMUM
TABULIS RESTITUTA,
PER
JACOBUM GOTHOFREDUM J.C.
Una cum Paraphraſi.

Et ſelectis eiuſdem & aliorum notis.

JACOBI GOTHOFREDI J.C.
DE RESTITVTI RATIONE
PRÆFATIO AD LECTOREM.

INSTITVTI mei ratio, hujus Operis initio, tibi reddenda eſt, AMICE LECTOR, ne in duo obtrectatorum genera labor hic meus incurrat: Eorum videlicet, qui me decantata toties, præſentibus etiam ſtudiis ac moribus parum profutura reponentem, traductum irent.

Quibus ego minus occurrendum putarem, ſi ab imperitis modò rerum harum æſtimatoribus hâc mihi parte metuendum foret: ac non etiam ipſos, qui haberi volunt horum ſtudiorum Principes, & vertices, obtinendæ ſcilicet auctoritati, imminere mihi certò ſcirem. Ne luſoriam igitur novæ huic Editioni operam locaſſe cuiquam jure videar, repetendæ ejus cauſas, licentiore epiſtola narrare conſtitui.

Quemadmodum itaque *prioribus editoribus ego meritâ ultrò laude concedo (ut qui hoc ad ſcribendi genus, inſecutis nobis viam muniverunt) ita non pauca ab his commiſſa, quæ juſti adhuc operis materiam præberent, contendo:* Sive *nudam quis horum fragmentorum* collectionem *ſpectet, ſive eorundem inter ſe* connexionem *attendat.*

I. in COLLECTIONE Fragmentorum XII. Tabularum, plures errores admiſſi.

Neque in COLLIGENDIS etiam unus idemque, ſed varius ac multiplex admodum error ab his commiſſus.

1 OMISSA ab aliis XII. Tabul. fragmenta.

Quale illud, quod legem de familiæ erciſcundę judicio, *hac inter fragmenta non retulêre: Cum tamen Gajus* l. 1. ff. famil. erciſcund. *judicium id lege* XII. *Tabular. conſtitutum fuiſſe diſertis adeò verbis teſtetur.*

Quale illud, quòd cùm caput de Fundi Uſucapione, fragmentis his ex Cicerone in Topicis adjungerent, alterum (& connexum quidem) ex eodem Tullii loco, de cœterarum rerum, ſeu mobilium, Uſucapione *omiſerunt.*

Quale illud, quod cùm caput de Rationibus diſtrahendis in horum fragmentorum cenſum referrent, alterum, & conjunctiſſimum quidem, de ſuſpecti crimine ſeu accuſatione *pratermiſere: quam Ulpianus,* l. 1. §. 1. ff. de ſuſpect. tutorib. *eumque ſecutus Iuſtinianus* in pr. Inſt. de ſuſpect. tutor. *è lege* XII. *Tabul. deſcendere nominatim teſtantur. Deſcendere (inquiunt) id eſt, lege* XII. *Tabular. conſtitutum fuiße: Nam & eodem ſenſu verbum* deſcendere, *locis aliis,* l. 1. ff. ſi quadrup. paup. & l. 23. §. 6. ff. de Rei vindicat. *accipitur.*

Quale illud, quod cum caput de Statuliberi alienatione conciperent, Emptoris *in eo verbum, haud levis momenti tranſiêre: quod illius capitis legitimum, eoque nominatim comprehenſum fuiſſe, Pomponius* l. 29. §. 1. in fin. ff. de Statuliberis & *Vlpianus* Fragm. tit. 2. §. 4. *teſtantur.*

Aut qui cum Legem de Incendio ex Gajo ICto. l. 9. ff. de Incendio. *ab aliis erutam probarent, verbum* Ædium, *illius legis proprium fuiſſe, ex eodem Gaji loco non animadvertere?*

Oſcitantiæ hac exempla. At per Inſcitiam *omiſſa plura.*

Atten-

Attendenda quippe ſibi ſedulò ſcirent, qui in hujus alioquin Legis fragmentis eruendis tam ſolicitè adlaborarunt, ea quæ ſuperſunt è Gaji ICti ad legem XII. *Tabularum Interpretationibus fragmenta: Sanè,* votum *&* Abſentiam Reipublicæ cauſa, *juſtas inter vadimonii deſerendi cauſas, Lege* XII. *Tabular. expreſſa fuiſſe, eis conſtaret: Caput etiam* de Malo Veneno, *in eâdem lege fuiſſe tenerent: Denique &* de Plebe, Noxia, Pignore *iiſdem etiam Tabulis (& quidem poſterioribus) actum fuiſſe non ignorarent.*

Scirent illi, etiam, capita è XII. *Tabulis non diſertis ubique verbis à priſcis ſcriptoribus* Duodecim Tabularum *nomine, ſed aliis, haud ita propriis appellationibus quoque deſignari: (ut puta indefinitâ* Legis Antiquorum, *ſimilique aliâ appellatione) Planè, verbum* Endoplorato, ut & Tranſquedata: *item verba,* ex ea familia in eam farailiam, *ad libertorum bona manifeſtiſſimè pertinentia: verba* Erctumcitum, *Quin & legem* Qui parentem, *de parenticidio integram (cujus Auctor ad Herennium* lib. I. *& Feſtus* in v. Nuptias *meminerunt) non omitterent.*

Hæc quæ dixi, hujuſque generis alia, omiſſa, humana quis infirmati condonanda jure putet. Cui namque tanta vel induſtria vel diligentia in quocunque ſcribendi genere ratio conſtare poſſit, ut non ſpicilegium aliquod ſecuturis humanitus reliquiſſe ſe credat? præſertim in tam abditis antiquiſque. II. INTERPOLATA ab aliis XII. Tab. fragmenta.

At illa nemo excuſet, quæ cùm legitima forent, atque in oculos incurrerent, à ſciente prudente

dente nihilominus, conſilio repudiata rejectaque fuerunt.

VIS LECTOR exempla? Nonnulli, verba hæc, Atque eat, *primo harum Tabularum capiti ſubduxerunt, quæ tamen Cicero* lib. 2. de Legib. *pro legitimis nominatim laudavit. Verùm ſcirent illi. Morem hunc priſcis ſcriptoribus quibuſdam fuiſſe, ut capitibus, quæ è* XII. *Tabulis laudabant, legis ipſius initium (ſub quâ caput id conſtitutum erat)* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *præmitterent: non illa ſanè verba, velut irreptitia, expungenda putarent, primumque Caput (hoc videlicet,* Si in jus vocat, atque eat) *cum ſecundo* (Si in jus vocat, ni it, anteſtamino,) *idem facerent.*

Quis ſimiliter excuſet eos, qui à Secundo Primæ Legis capite, verba hæc: Igitur em capito (*quæ* Porphyrion ad Horatii Satyram 9. lib. 1. *legitima fuiſſe teſtatur) velut ſpuria abeſſe voluerunt? Verum ſi ſcirent illi, verbum* Capito, *ab hiſce (quæ ſequenti capite tertio ejuſdem Legis continentur)* manum injicito, *ſubtiliter diſtinguere, errorem illum non admitterent.*

Scire etiam illi debuerunt, non uno eodemque modo ab omnibus ſcriptoribus capita è XII. *Tabulis citari. Sunt enim, qui omiſſis interdum nonnullis, ſine quibus capitum ipſorum ſententia commode ſtare poteſt, ea proferunt. Sunt rurſus alii, qui pro argumenti genere; plenius modò, modò conciſius ea ſcriptis ſuis conſignant (quod, ut omittam alia, teſtantur omnium luculentiſſimè capita* de teſtamentariis & inteſtatorum ſucceſſionibus) *Hunc, inquam, veterum ſcriptorum morem ſcirent horum fragmen-*

mentorum Collectores, ex diverſorum utique, imò & unius quandoque ejuſdemque Autoris collatione, pleniorem capitis alicujus ſententiam ederent, neque verba quædam temerè rejicerent, alienove loco inſererent: hoc uno colore, quòd ab eodem auctore vel ab aliis, alibi caput idem laudantibus non uſurpata reperiant. Hæc, inquam, ſi cogitarent illi, verbum Ita, *capiti* Nį pacunt, *&c. Verbum* Jure, *legi quæ incipit*, Æris confeſſi: *Verbum* Pipulo, *legi quæ de Injuria publica eſt, reſtituenda ſcirent. Verba hæc etiam*, Aſt ei cuſtos nec eſcit, *capiti, quo de prodigi Tutela agitur, inſerere, reſtituereque minus dubitarent. Quin &* de furioſo ac prodigo *unicum tantum caput (præeunte ſcilicet Vlpiano* Fragm. tit. 12. ∫. 2. *Gajo* l. 13. ff. de curat. furio. *& Iuſtiniano* §. 3. Inſtit. de Curator, *conſtituerent.*

Scirent illi denique, Conjecturis *nudis adverſus expreſſa veterum teſtimonia locum non eſſe: Sanè ab hoc capite*, Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto, *verbum* Tempeſtas, *neſcio quâ antiquæ obſervationis fiduciâ, tollendum non putarent, cum id verbum capitis illius legitimum fuiſſe manifeſtiſſimè Varro* lib. 6. de lingua Latina, *Macrobius* lib. 1. Saturn. c. 13. in fin. *Cenſorinus* c. ult. de die Natali. *Feſtus* in verbo ſupremum, *poſtremò, teſtentur.*

Hactenus legitima XII. *Tabul.* Fragmenta: *quæ à quibuſdam vel omiſſa penitus, vel interpolata fuerunt*: *Sequuntur nunc* Aliena, *quæ in hanc fragmentorum collectionem conjecta ſunt, innumera penè. Cujus rei cauſas, etſi plures notare licet, omnes tamen pariter ab inſcitiâ Iuris* III. ALIENA ſine teſte in hæc fragmenta XII. Tab. ab aliis conjecta.

potiſ-

potiſſimum, ceu fonte, profectas quis comperiet: ſicut & ab eadem inſcitiâ cæteris pariter in artibus fieri ſolet, Ut imperito nonnunquam concha videatur margarita: vitrum, ſmaragdus.

1. Legis actiones, ab ipſa XII. Tab. lege multi non diſtinguunt

Scirent itaque primum illi, qui XII. *Tabularum fragmentis colligendis hactenus operam præſtiterunt ſuam*, Legis Actiones *ab ipsâ* XII. *Tabularum lege, ubique accuratè diſtinguere*: Nexûs *utique* Mancipii, Boëtius lib. 3. Comment. In Topica Ciceron. *Solemnia Nexus Mancipii Legis actionibus connumerat.* Repudii, Vindiciarum *ſeu* in jure manuum conſertionis ex Cicerone, & Ulp. Fragment. t. 10. in pr. & t. 12. §. 2. *formulas certas ſolenneſque, quibus inter ſe homines agitarent, à Prudentibus poſt legem* XII. *Tabularum excogitatas, inter legis* XII. *Tabul. fragmenta referri non oportere, certò intelligerent. Non, ſine teſte, Legem illi quaſi* XII. *Tabularum adponerent* de teſtamentis per æs & libram, *item*, de libripende & familiæ emptore. *Quorum & hic error eſt, quod dicam ex Gellii* lib. 15. cap. 3. *diſci, libripendis factam fuiſſe mentionem, ubi de teſtamentis agitur: caput enim quod ibi memorat Gellius, non pertinet ad teſtamenta.*

2. Elicita ex legis mente, ab ipſa XII. Tab. lege multi non diſtinguunt

Scirent etiam, ea, quæ lege XII. *Tabul. nominatim expreſſim, & exertè (ut Tertullianus loqui amat) ſeu propalam* in Ulp. fragm. t. 11. §. 1. *cauta erant, ſeu* προηγούμενα *ab his quæ ex* Legis Mente, P*rudentum interpretatione* per conſequentias *elicita poſtea fuerunt, ſeparare, Pauli*, lege Tutelas 7. ff. de Capite minutis. l. 80.

ff. de

ff. de V. S. *Vlpiani*, l. 3. in pr. ff. de legitim. tut. & fragm. d. t. 11. §. 3. *Iuſtiniani* Inſtit. de legit. Patron. tutela. *exemplo: non ſingulare caput* de filiabus; *non alterum*, de nepotibus, *ut & hi* ſui *eſſent*, *dicerenturque*, *in* XII. *Tabulis fuiſſe exiſtimarent: Solâ quippe* ſuorum *appellatione Lex* XII. *Tabular.* (*quo capite ſcilicet ſuos ab inteſtato ſine ulla graduum aut ſexus diſtinctione admittit,*) *filias & nepotes, &c. complexa eſt. Sic enim Calliſtratus* in l. liberorum 220. ff. de V. S. *ſcripſit*, Nepotes & Pronepotes, cæteroſque qui ex his deſcendunt, ſuorum appellatione Lex XII. Tabularum comprehendit. *Non eo rurſum capite, quo de bonis libertorum, deque patroni liberis ad ea poſt patronum ipſum vocatis agitur,* virilis ſexus fœminaſque liberos *lege* XII. *Tabular. expreſſim deſignatos exiſtimarent*: *Quandoquidem & hos omnes ſola* Liberorum *appellatione,* (*utpote generali & utrumque ſexum* v. l. cognoſcere 56. §. 1. ff. de V. S. *Et* obſervationem Calliſtrati in d. l. 220. Ulpian. fragment. tit. 29. §. 4. *complectente,*) *Lex* XII. *Tabularum comprehenderit.*

Non ſingulare etiam caput de Prodigi interdictione *comminiſcerentur*: *Cùm Lex* XII. *Tabularum eo ipſo, quod prodigum ejuſque pecuniam, id eſt bona, in Agnatorum Gentiliumque poteſtate eſſe jubet, bonorum ei ſuorum adminiſtratione ſatis interdicat. Idque eſt ſcilicet, quod Vlpianus*, l. 1. de curat. furioſo, Lege XII. Tabularum prodigo bonorum ſuorum adminiſtratione interdici, *ait.*

Non legem etiam de Aquæductu *aliam ab*

ea.

ea, quâ de jure aquarum aquave pluviæ arcendæ actione agitur, conſtituendam putarent: Non legem de Arborum conlucatione, *ab eâ, quâ, de Arboribus ſublucandis, luxuriaque ramorum compeſcendâ agitur, diverſam fingerent: Non fruſtra Legi de Incendio ſingularem hanc exceptionem à Prudentibus receptam ſive conſtitutam*, Aſt ſi ſtipulam incendenti ignis fugit, *adjungerent: Cum exceptionem illam in ſe ſatis contineat generalis*, caſu admiſſi incendii, *exceptio, quam lege illâ comprehenſam nominatim Gajus* l. 9. ff. de incendio *teſtatur.*

Non item legi de Parricidio exceptionem iſtam ſubjicerent, Aſt ſi telum manu fugit: *Cum exceptionem illam ex verbis ejus legis*, dolo ſciens, *argumento à contrario ſumpto, Prudentes poſtea deſumpſerint.*

3. quæ *Putavit* ſeu indicavit lex XII. Tab. ab expreſſis XII. Tab. capitib. multi non diſtinguũt.

Non denique legi de pauperie quadrupedis, alterum de paſtu pecoris *ſubnecterent: Quandoquidem Lex* XII. *Tabular.* pauperiei v. l. 1. ff. ſi quadrupes paup. in pr. Inſtit. eod. *appellatione damnum omne, quod quadrupes feritate commota facit, complexa fuerit.*

Scirent etiam illi, ea quæ Lex XII. *Tabularum* putavit *& uno plerunque verbo indicavit, ab iis, de quibus ſingularia ſeu expreſſa in ea capita integra erant, ſecernere. Sane, non caput* de filiis ſui ut eſſent, *in* XII. *fuiſſe, nonnulli cenſerent: Cùm eo ipſo quod Lex filios ſuorum appellatione*, v. l. 7. ff. de bonis damnat. *ad ſucceſſionem patris admittit, filios ſuos eſſe putet.*

Non duo etiam capita in his Tabulis de hæreditariis actionibus Concinnatores quidam conſti-

ſtituenda putarent, cùm utriuſque ſententia unico Legis XII. *Tabularum capite contineatur. Nam cum Lex* nomina ſive obligationes inter *HÆREDES* diviſas eſſe *jubet*, *eo ipſo ſanè* l. ult. C. de hæred. action. *hæredes hæreditario æri obnoxios evidentiſſimè facit, utpote quorum meminit: Legatarios non item: quin potius eos tacitè liberat, quos ſilentio tranſmittit.*

Non ſingulare poſtremò caput de ſtatulibero, ut eum vendere liceret, *alii conſtituerent: Nam cùm Lex ſtatuliberum venditum EMPTORI dando pecuniam ad libertatem pervenire jubeat, eò ſanè unico EMPTORIS verbo ſtatuliberos venundari poſſe Lex putavit, ut ſignatè loquitur Modeſtinus*: in leg. Statuliberos 25. ff. de ſtatulib. putavit, *inquit: (ſicut Cicero* lib. 4. de Republ. apud Nonium c. 5. in v. Jurgium *dixit.)* Legem XII. Tabularum *PUTARE* vicinos inter ſe jurgare non litigare. *Cur? Quia ſcilicet Lex de vicinorum controverſiis agens*, *non* litigandi, *verùm* jurgandi *verbo uſa deprehenditur. Alioquin dicendum foret, ſanciendæ huic verborum diſtinctioni ſingulare in* XII. *Tabul. caput deſtinatum fuiſſe: Hoc verò quam ineptum ſit, nemo non viderit.*

Scire & illud præterea debuerunt, qui ad XII. *Tabularum fragmenta colligenda animum adjecerunt, non ſuis neque legitimis ſemper verbis* XII. *Tabular. capita à priſcis ſcriptoribus efferri. Sunt enim qui aliis, neque eandem etiam ſententiam exprimentibus, ea extulerunt. Verbi gratia: Capitis de injuriis levioribus legiti-* *4 Variè* à priſcis ſcriptoribus, elata XII. Tabularum, capitaque omnia plerique pro legitimis putant.

ma verba ſunt hæc: apud Gellium lib. 20. cap. 1. Si qui injuriam faxit alteri, xxv. æris pœnæ ſunto. *Et Paulus* apud auctorem collat. legum Moſaicarum t. 5. *tamen ultima hæc verba ſic concepit*, xxv. Seſtertiorum pœnam ſubito. *Nempe, quod, quæ antiquitus ratio ſeu computatio ad aſſem* (xxv. æris *enim*, apud Gellium lib. 16. cap. 10. xxv. aſſes ſunt) *fiebat, auctis civium Romanorum facultatibus, poſtea* ad ſeſtertium *fieri cœperit. Quod idem de ſequenti capite, quod eſt* de oſſe fracto, *dicendum eſt, etſi diſſentientes hodie hâc in re ICtos videre licet.*

Sunt rurſus, qui aliis quidem, verùm eandem ſententiam exprimentibus, verbis (vitandæ ſcilicet obſcuritati) capita XII. *recitant: ut ecce: pro legitimis his:* ſi furioſus exiſtat, *ſubjecit hæc Cicero*, lib. 3. Tuſculanarum. Si furioſus eſſe incipit. *Et rurſus idem* lib. 4. de Repub. & D. Auguſt. lib. 2. de Civitate Dei, c. 9. & 12. *occentationem carmenque famoſum* capite ſancita *dixit, cum tamen* fuſtuarii à Cornuto in Perſii Satyram 1. *nominatim ſupplicii mentio* XII. *Tabulis facta fuerit. Auctor deniquè librorum ad Herennium*, lib. 1. (in lege, Qui parentem,) *pro* caput obnubito, *hanc vocem*, obvolutus, *repoſuit. Sed neque ſingularibus tantum verbis obſcurioribus, verum etiam capitibus integris factum id deprehendere licebit.*

Hunc igitur, quem dixi, veterum ſcriptorum morem ſcirent, qui fragmentis his colligendis operam dederunt, plane non diverſum caput ab iſto; Qui fruges excantaſſit, *hoc à Servio* ad

Vir-

Virgilii Eclogam. 8. *ita relatum*, Neve alienas ſegetes pellexeris, putarent.

Non aliud etiam caput ab iſto, Mulieres genas ne radunto, *hoc ab eodem Servio his verbis concinnatum*, Mulier faciem ne carpito, *exiſtimarent*, *vel etiam Servium falli proderent*.

Non caput præterea, de ſumptuoſa reſperſione, *à capite* de muratâ potione, *diverſum facerent*.

Non poſtremò, *ab hac lege*, de capite civis Romani, niſi per maximum comitiatum ne ferunto, *ſeparatam hanc*, de cive indemnato non occidendo, ad Virgilii Æneid. 12. ex Salviano lib. 8. de Guber. Dei. circa fin. *Maximi quoque viri cenſerent*.

Scirent illi præterea, Interpretationes veterum & Gloſſemata *ad* XII. *Tabularum verba capitaque*, *ab ipſis* XII. *Tab. verbis accuratè diſtinguere*, (*quod factum quidem jam à viris doctis in* l. ſi calvitur 233. in princ. ff. de V.S.) *Non hæc verba*: apud Ciceron. lib. 2. de legib. Et vincula purpuræ, *capiti de tribus riciniis adjicienda crederent*: *Cùm voces illæ interpretationem* Riciniorum *contineant*: *ut ex Feſto* in v. Ricinium, *manifeſtiſſimè liquere poteſt*. 5. *Interpretationes* & Gloſſemata Scriptorum à XII. Tab. verbis quidam non diſtinguunt

Non rurſum capiti Tabulæ primæ, *quod incipit*, Ni ita pacunt, *verba hæc*, apud Gell. lib. 17. cap. 2. ſi ambo præſentes, *aliena prorſus inſererent*. 6. *Conjecturæ nudis complurima à quibuſdam in* XII. Tab. fragmenta conjiciuntur.

Non in lege, ſi in jus vocat, *primâ*, *his verbis*, Ni it, anteſtamino, igitur em capito, *vocem* Anteſtari *ſubjicerent*; *illud enim verbum*,

Porphyrionis, ad Horatii Satyram 9. lib. 1. *caput illud allegantis & vocem* Anteſtari *exponentis*, *verborum principium eſt*.

Scirent inſuper illi, *non nudis ſuſpicionibus vel conjecturis hoc in genere indulgeri oportere*; *non tot capita fragmentis hiſce* XII. T*abul*. (*de quibus tamen nulla expreſſa veterum teſtimonia nobis extant*) *fidenter adjungerent*, *utputa* de fraude à cliente patrono facta: de percunctatione Matrisfam. de perpetuâ mulierum tutelâ: de communis parietis craſſitudine: de Jurib. Fœcialibus, de intercalatione.

Non ſibi Legem fingerent per-peram emendato Plinii loco, libr. 18. cap. 2. *de Termino*, *quem ex* XII. *nominare ſub tecto religio ſit*. *Non ſuſpicarentur*, *Nunc legem*, *ut Termino nonniſi ſub divo ſacrificaretur*, *in* XII. T*abulas tranſlatam*.

Non etiam (*quotquot ferme iiſdem occurrunt*) *leges* Regias *in haſce* T*abulas relatas plerique aſſererent*; *veluti*, *de* Matrefamilias ut viro filiæ loco eſſet: *de* bonorum inter conjuges communione: *de* Matrefamilias temetum bibente: *de* filio patrem verberante: *de* nocturnis externiſque ſacris: *de* ariete ſubjiciendo. *Ac maximè quidem cùm Livius* lib. 6. *autor ſit*, *præter* XII. T*abulas*, *Regias quoque leges ſeparatim Romæ habitas ſervataſque*: *Et jure noſtro in* l. 2. ff. de mortuo inf. *memoretur adhuc lex Regia*, *de muliere quæ mortua ſit prægnans*, *humandâ*.

Scirent etiam, *quæ alias à Decemviris facta fuêre*, *ab iis quæ in leges* XII. T*ab*, *nominatim relata ſunt*, *diſtinguere*, *non illi certè legem* de Inter-

Intercalatione *haſce in* Tabulas *relatum irent. Non leges*, *ſeu* jura fæcialia *quæ Servius* in 7. Æn. *ait populum Romanum à Faliſcis*, *miſſis decemviris accepiſſe*, *una cum nonnullis ſupplementis duodecim* Tabularum.

7. *Inemendatos Codices* quidam ſequuntur.

Non inemendatis Codicibus nixi, capita quædam in has leges referrent: *veluti de* Pluris petitionibus, *inemendato loco, imò ſuppoſitis verbis apud Ciceronem* 1. de Oratore.

8. *Ambiguitate* vocis nõnulli decipiuntur.

Non ambiguitate vocis deluſi, *aliud quoque caput hic retuliſſent* (*quod Balduinus jam rectè refutavit*) de errore calculi, *ex Cicerone pro Hortenſio*, *referente Nonio Marcello*: *ejus quippe verba pertinent non ad* XII. T*abulas*, *verùm ad* 12. *ſcriptorum*, *ſive ſcrupulorum luſum.*

IV. INEMENDATA capita XII. Tab. quædam a non nullis eduntur.

Iam ſi quis ad ea tandem capita mentem convertat, quæ apud priſcos auctores corrupta reperiuntur, *quàm inemendate & infeliciter reſtituta nonnulla reperiet? Hinc verò totius erroris cauſa dimanavit, quod videlicet ſenſum legis ſeu capitis cujuſque non prius diligenter attenderint*, *quam ad ejus emendationem temere confugerent. Alioquin in capite*, Ni pacunt, *hæc verba legitima non putarent*, cauſam conjiciunto; *verum hæc potius*, cauſam conſcito. *Nam cum caput illud in perſonam Prætoris conceptum ſit, quomodo verba illa legitima eſſe poſſunt, quæ non Prætorem, verum ipſos litigatores reſpiciunt? Non etiam in capite de* Tigno *juncto*, Concapes(*quod* depactum vineę ſuſtinendæ interpretantur)*reponerent, quaſi* concapis *proprie vineæ ſit*, Tignũ *verò ædificii*: *cum ſola* Tigni *appellatio in* XII. *Tabulis ambitu ſuo materiam quoque vineæ* Feſtus

in V. Tignum: Ulpian. l. 1. ff. de tigno juncto, *neceſſariam complectatur.*

II. de DISPOSITIONE fragmentorum Legis XII. Tab. 1 Ordinem XII. Tabularum ſecutus in aliquibus Julianus Edicti auctor. & Tribonianus in Pandectis.

Hactenus de XII. *Tabularum fragmentis, eorumque collectione. Nunc de eorundem inter ſe connexione videamus.*

Ut hæc quæ dixi in conquirendis XII. *Tabularum fragmentis à multis ſecus ac perperam admiſſa ſunt: Non aliter in his inter ſe concatenandis peccatum graviter à pleriſque.*

Illos tantum ſecerni oportet, qui ipſa Veterum (qui fragmentorum nobis è XII. *Tabulis memoriam ſervarunt) teſtimonia, ad notiſſimam Pandectarum ſeriem dirigenda putaverunt; partim, quia ſequentes conquirendorum fragmentorum labore levarunt: partim, quia & hæc ipſa Pandectarum Iuſtinianearum ſeries eſt, quam ad* XII. *Tabular. ordinem proximè acceſſiſſe comperio. Nam, ſive quis ſumma rerum genera in Pandectis pertractata ſpectaverit, Septem Digeſtorum partes, totidem Tabulis Decemviralibus, & quidem ſingulas ſingulis reſpondere deprehendet: Sive ſingulorum inter ſe titulorum & capitum connexionem quis attendet, ſanè non tantum Salvium Iulianum (Edicti Perpetui auctorem,) ſed & Tribonianum in aliquam multis locis* XII. *Tabularum ordinem ſecutum comperiet.*

Nam, ut ab in jus vocatione *Tabularum ſuarum initium Decemviros duxiſſe Cicero* lib. 2. de Legibus, *apertiſſimè docet, ut paulò poſt oſtendemus: Ita & Salvium Julianum Edictum ſuum ab* in jus vocatione *cœpiſſe docent, quæ ſuperſunt nobis è Pauli, Ulpiani, Gaji ad Edictum libris, leges* & nominatim l. 15. 21. ff. de

in

in jus voc. l. 1. & 2. ff. ſi quis cautionib. l. 1. ff. in jus vocati ut eant. l. 4. ff. ne quis eum qui in jus vocabit. l. 3. & 5. ff. qui ſatiſdare l. 1. ff. ſi quis cautionib. l. 103. ff. de R. I.

Rurſus, ut in his Tabulis capita de vindicibus, *leges de* pactis, *de* poſtulando, Prætoriſque cognitione *proximè excipiunt: ſic & in Pandectis, titulos de* cautione ſeu de fidejuſſoribus judiciove ſiſti *tituli de* Pactis *& de* Poſtulando *immediatè ſequuntur.*

Ad hæc, ut in XII. *Tabulis, articulus de cauſâ teſtati prior quàm de inteſtati ſucceſſione fuit, Similiter & in Prætoris Edicto tractatum de legitimis hæreditatibus, teſtamenti tractatus præceſſit. Et hoc quidem evidenter Vlpianus docet, cum ait:* l. 1. ff. ſi tabulæ teſtam. nullæ ex tab. Poſteaquam Prætor locutus eſt de bonorum poſſeſſione ejus qui teſtatus eſt, tranſitum fecit ad inteſtatos: *EVM ORDINEM SECVTVS, QVEM ET LEX* XII. *TABVLARVM SECVTA EST.*

Denique, ut de Hæreditatibus Gentilitiis ſeu Ingenuorum, prius quàm de Libertorum bonis in XII. *Tabulis actum, non diſſimilis etiam in Pandectis ordo ſervatus fuit.*

Præter unicum hunc, quem modò dixi, Pandectarum ordinem, alium alii vel ex ingenio commenti, vel quaſi legitimum Lectoribus obtrudere ſunt conati: Quos neque recenſere neque refellere nunc pluribus attinet.

Sanè plurimum ego ſemper ad genuinum integrumque cujuſque rei ſenſum intereſſe putavi, ſi in naturali nataliqueſuâ quaſi ſede res quæque con-

ſpicienda proponeretur, & unde dejecta multum gratiæ decoriſque deperire neceſſe eßet. Membra ſuo ſcil. quæque loco locata, ſuam & vim & dignitatem tenent, inquit Cicero in Bruto. *Quod & de hac nominatim Veteris Iuriſprudentiæ parte, pluribus argumentis ipſe comperi.*

II. ex IGNORANTIA ordinis XII. Tabul. errores admiſſi.

Enimverò, genuinum harum Tabularum ordinem horum Fragmentorum Collectores plerique exploratum habuißent: Sane, caput hoc, Qui ſe ſirit teſtarier libripenſve fuerit, ni teſtimonium fariatur, improbus inteſtabiliſque eſto, *non ad* Claſſicos *ſeu* Teſtamentarios *modò teſtes: vel, ut alii, ad* Anteſtatos *reſtringerent: Verum ad omnem omnino Teſtimonii defugam pertinere ſcirent. Non iidem etiam, caput,* Aſſiduo vindex aſſiduus eſto, *ad addictorum, verum ad in jus vocatorum vindices referendum intelligerent. Non pariter, caput* ſi morbus ævitaſve vitium eſcit, jumentum dato: *& alterum* de morbo Sontico diem Judicii diffindente, *(toto ſcilicet genere diverſa capita) eodem ſpectare crederent: verum prius illud, ad in jus itionem: poſterius autem, ad Iudicia legitimaſque Vadimonii deſerendi cauſas pertinere cognoſcerent.*

Non caput itidem, Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito, *ad teſtimonium defugientem pertinere putarent: Sed ad Teſtimonii denunciationem, cujus Prætor litigatoribus judicio conſtituto copiam facere ſolebat, relatum irent.*

Ut hæc quæ dixi per genuini XII. *Tabularum ordinis ignorantiam, perperam à nonnullis intellecta fuerunt: Sic & alia ab eadem lamâ vel lacunâ*

cunâ moleſte Repetita *deprehendi. Scirent enim, qui hæc fragmenta tractanda ſuſceperunt omnes, caput hoc*, Ni it, anteſtamino: *Item alterum hoc*, Si morbus ævitaſve vitium eſcit, *primæ omnium, hiſce in Tabulis, legis (quæ ab his verbis incipit: SI IN IUS VOCAT) membra eſſe (quod paulò poſt fuſius probaturi ſumus) Sane, non ad ſingula illa capita, verba hæc, SI IN IUS VOCAT, repetenda nonnulli ducerent.*

Scirent illi pariter, caput hoc: Aſt ſi inteſtatò moritur, *Legi* Paterfamilias uti legaſſit, &c. *ceu legitimum ejus membrum, ſubjiciendum eſſe*: *Plane vocem*, Paterfamilias, *illo capite repetendam non eſſe deprehenderent.*

Quid illi, qui integra capita non ſemel tantùm, verùm aliquoties totidem verbis obtrudunt? Illos dico qui caput, Paterfamilias uti legaſſit ſuper pecuniæ tutelæve ſuæ rei, ita jus eſto, *(quod teſtamentarias diſpoſitiones omnes ambitu ſuo complectitur,) non tantum cum* de teſtamentis, *ſed & cum* de tutelis *ſeparatim tractant, iiſdem verbis conſignant. Illos etiam complector, qui caput*, Quum nexum faciet mancipiumque, uti linguâ nuncupaſſit, ita jus eſto, *(omnes omninò nexûs mancipiique ſpecies in ſe continens) non modò cum de* Teſtamentis, *ſed & cùm de* Contractibus *ſeparatim agunt, iterare ſuſtinent.*

Hæc & hujus generis alia, mihi comperta, de genuino primum harum XII. T*abularum, mox & de ſingularum legum capitumque ordine, quà fieri poſſet, reſtituendo, ſeriò ut cogitarem fecerunt.*

 Ad

III. PROBATIO ordinis XII. Tab. *Ad TABULARUM ipſarum igitur ordinem, ſingularumque Argumentum eruendum, non unam neque ſimplicem mihi viam munivi. Primùm enim omnium, manifeſta in id veterum teſtimonia quæ supereſſent, omnia ſedulò conquiſivi. Deinde, Gaji librorum ad* XII. *Tabulas ductum, hâc mihi parte religiosè ſequendum putavi. Poſt hæc, velut apud eos qui temporum rationes (quas Græci* στοιχειώσεις *vocant) ineunt, uno ſemel intervallo deprehenſo, cœterorum cognitio expeditiſſima eſt (Antecedentium quippe & Conſequentium veritas ita eruitur) ſic & in his Tabulis ordinandis, certiſſimorum teſtimoniorum & argumentorum luce, ad nonnullarum Tabularum, quæ prius incerta videbantur, ordinem & argumentum dignoſcendum, manu ductus fui.*

I ad *Tabul.* ordinem & argumẽtum expreſſa teſtimonia. Expreſſa *enimverò certaque Veterum teſtimonia harum* XII. *Tabularum ordini firmando quæ perveſtiganti mihi occurrerunt, hæc ferme occurrerunt, numero ſex.*

I. *Primum omnium, tres Iuris poſitiones ſeu ſpecies Tabulis hiſce comprehenſas ſancitaſque fuiſſe apud Auſonium* (Grypho de ternario nũ.) *reperio: Cujus de eo notiſſimi verſus ſunt hi.*

Jus triplex, Tabulæ quod ter ſanxêre quaternæ:
Sacrum, Privatum, Populi commune quod uſquam eſt.

Ex ſuperioribus Auſonii verſibus conſtat, Decemvirales haſce Tabulas tripertitas fuiſſe: & earum partem unam, ad *Ius Sacrum*: *Aliam ad* Jus privatum; *Aliam denique ad* Jus publicum *pertinuiſſe. Neque tamen eo omninò ordi-*

ordine, quo ab Auſonio collocantur, (utpote verſuum lege adſtricto) diſpoſitas fuiſſe, mox apparuit

2. *Itaque quod ſecundo loco notandum, ab IN IVS VOCATIONE, Tabularum ſuarum initium, Decemviris duxiſſe, PRIMA proinde Tabulâ de IN IVS VOCANDO actum fuiſſe, ex Cicerone liquet. Nam quod is uno loco* lib. 2. de legib. *ait*, Diſcebamus pueri XII. ut carmen neceſſarium: *id ipſum aliâ ejuſdem libri parte ſic extulit:* A parvis, *inquit*, didicimus, *SI IN IVS VOCAT, ATQVE EAT*, & ejuſmodi leges alias nominare: *A primis videlicet totius legis verbis, legem* XII. *Tabularum integram deſignans.*

3. *Tertio, docet Atejus Capito Secunda Tabula de* Judiciis *cautum fuiſſe. Sic enim Iuriſconſultus ille, legis* de die Judicii obeundo *particulam, ſeu clauſulam allegans, apud Feſtum* in v. Reus. *ſcribit:* Numa in Secunda Tabulâ ſecundâ lege: in quâ ſcriptum eſt [ſi] quid horum fVat unũ Judici Arbitrove reove, eo die diffenſus eſto. *Eâdem ſimiliter Tabulâ ſecundâ, de* Furtis *etiam actum fuiſſe, teſtatur hic Labeonis apud Gellium* lib. 7. cap. 15. *locus.* Labeo *(inquit Gellius)* in libro de XII. *Tabulis Secundo*, acria & ſevera judicia de Furtis habita eſſe apud veteres ſcripſit, *&c.* *Scripſerat quippe Labeo* XII. *Commentariorum ad L.* XII. *Tabul. libros ſingulos, videlicet ſingulis reſpondentes* Tabulis.

4. *Quarto, Dionyſius Halicarnaſſeus* lib. 2. *tradit, Quarta* Tabulâ *de* Jure patrio *actum fuiſſe. Sic enim de jure patri filium ter venundandi conceſſo agens,* καὶ ἔστι *(inquit)* ἐν τῇ ΤΕΤΑ'ΡΤΗ τῶν λεγομένων δώδεκα δέλτων.

5. *Quin-*

5. *Quinto. Cicero* lib. 2. de Legib. *diſertis verbis teſtatur*, *DECIMA* Tabulâ *de* Jure Sacro *cautum fuiſſe: Sic enim de Iure Manium, & ſepulchrorum agens*, ſumptuoſa (*inquit*) funera & lamentabilia Solonis lege ſublata ſunt: Quam legem eiſdem propè verbis Noſtri viri in *DECIMAM* Tabulam conjecerunt, *&c.*

6. *Poſtremò, idem Dionyſius Halicarn.* lib. 10. *ait inter Leges quæ* duabus poſterioribus *tabulis comprehendebantur fuiſſe hanc*, *ne* Patribus cum plebe connubii jus eſſet.

Et hæc quidem, mihi cuncta rimanti, huic (quem tibi, Lector, nunc exhibemus primi) Tabularum *ordini firmando, perſpicua teſtimonia occurrerunt. Neque præter hæc, admitto conjecturam Scaligeri*, in Feſtum, *qui Leges Regias in tres priores* Tabulas *relatas ait. Ex quibus omnibus interim conſtat & illud, non de* Privato *tantum, verum & de* Publico *quoque iure, prius quam de* Sacro Tabulis *hiſce cautum fuiſſe: Nempe, cum Leges de* Iure Sacro *ultimam decem* Tabularum *occupaſſe* Tullius, *ut dixi, teſtetur.* Ultimam decem Tabularum *dixi: Nam cum de harum* Tabularum *ordine quæritur, poſteriores duæ à decem prioribus ſeparandæ ſunt: velut quæ, ſupplendis tantum decem prioribus adjectæ poſtea fuerint.*

è *Gaji* libris, ad XII. Tab. ordinem & materiam argumenta. *De Gaji Iuriſconſulti ad eaſdem* XII. *Tabularum leges libris, nunc videndum diligentius eſt; quodque Gajus adjumentum nobis ad præſentium Tabularum ordinem perveſtigandum contulerit, indicandum.*

Illud itaque primo loco ſciendum, Gajam ſex

In-

Interpretationum ad XII. *Tabulas libros ſcripſiſſe: & ita quidem confectos & concinnatos, ut libri ſinguli binis Tabulis interpretandis deſtinati ab eo fuerint: Et conſequenter ut primus, Primæ Secundæque Tabulæ: Secundus, Tertiæ & Quartæ: & ita deinceps, reſponderet.*

Hujuſce rei [ne quis à me confictam putet] certiſſimum quod ſequitur ſit argumentum. Ex prædictis veterum teſtimoniis liquidiſſimo conſtat, PRIMA SECVNDAQVE Tabulâ, *de his tribus actum fuiſſe; de* in jus vocando *ſcilicet*, de Judiciis, & de Furtis. *Atqui, ſi ea, quæ ſuperſunt è Primo Gaji ad* XII. *Tabulas libro, fragmenta omnia percurramus, protinus & indubitatè, Gajum ſuperiora illa tria genera ſeu capita, primo ad Leg.* XII. *Tabularum libro, nec quicquam aliud præterea, executum fuiſſe deprehendemus. Pertinet enim* lex 18. 20. 22. in pr. & §. 1. ff. de in jus vocando, ut & lex ſi calvitur 233. in princ. ff. de V. S. *ad articulum de IN IVS VOCANDO, quod primæ* Tabulæ *argumentum fuit: Paragraphus vero primus dictæ* legis 233. *ut &* lex 6. ff. ſi quis cautionibus, *ad tractatum* de *IVDICIIS, qui priorem Secundæ* Tabulæ *partem occupabat: Poſtremo, paragraphus ſecundus dictæ legis* 233. ff. de V. S. *ut &* lex 2. & 4. ff. arborum furtim cæſarum; *ad leges de FVRTIS pertinet, quæ poſtremâ parte ſecundæ* Tabulæ *continebantur.*

Alterum ſit & hoc ordinis ejus, quem à Gajo in libris ad Leg. XII. *Tabularum obſervatum diximus, indicium. Teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus,* lib. 10. *quod paulo ante dixi, Legem*

gem, de Jure Connubii Patribus cum PLEBE interdicto, *in poſteriores duas Tabulas conjectam fuiſſe. Atqui ex* l. 238. in pr. ff. de V.S. *conſtat, Gajum* lib. 6. *ad Leges* XII. *Tabularum, legem illam interpretatum fuiſſe.*

Illud itaque fixum maneat, ſingulis libris binas Gajum Tabulas interpretandas ſuſcepiſſe: biniſque Tabulis libros ſingulos dedicaſſe.

Et hic quidem primus ordinis in Gaji libris ad XII. *Tabulas, à me deprehenſi gradus fuit. Proximus nunc ille, quo ſcilicet ſingularum Tabularum, (quas binas ſingulis libris Gajum interpretatum diximus,) Argumentum deprehendere potui. Et verò reductis, quæ ex uno Gaji libro ſuperſunt, ad ſumma quædam genera fragmentis (quod primi quoque libri exemplo ſuperius oſtendimus) ad Tabularum quarundam argumentum cognoſcendum perductus fui. Ut ecce, quæ ſuperſunt è Quarto Gaji ad* XII. Tabulas *libro (quo ſeptimam Octavamque* Tabulam *interpretatus fuerat) fragmenta, ad hæc duo ſumma genera reducuntur:* Delicta *videlicet, &* *PRÆDIORUM quorumcunque jura. Quid hinc colligo? Septimâ & Octavâ* Tabulâ *de Delictis & Prædiorum juribus à Decemviris actum fuiſſe. Et ſeptimâ quidem de* Delictis: *Octava autem, de* Prædiorum Juribus. *Quandoquidem & hic quoque Gaji fragmentorum ordo ſit: videlicet ut interpretationes ad delicta pertinentes, ea quæ* Jura Prædiorum *ſpectant, præcedant: ut ex* l. 236. ff. de V. S. *perſpicitur: Principium quippe legis illius* 236. *de* Malo veneno *eſt: Paragraphus verò Primus*, de Glande legenda.

Et

2 de *Partibus* ſingularum Tabularum.

Et hæc quidem, in iis quæ ſuperſunt XII. *Tabul. fragmentis ſuas ad* Tabulas *ſummaque ſua genera referendis, ut ſequenda duximus: Ita genera* Tabulaſque *rurſus ipſas ſuas in ſpecies legeſque minutatim poſteà diviſimus: capitaque unius etſi generis ſingularibus tamen adhuc* legibus *ſuis ſubjecimus. Vt ecce: Fragmenta* Ta*bulæ ſextæ, ad* Iura Dominii & Poſſeſſionis *pertinent. Hoc illorum fragmentorum, ſic ut dicam, genus eſt. Et eadem tamen ad quatuor haſce ſpecies referuntur: ad Nexum videlicet Mancipiumque: ad Vſum-auctoritatem: ad Vindicias: ad Repudium denique. Itaque fragmenta, quæ ad Nexum Mancipiumque pertinere deprehendi, ut & quæ ad Vindicias,* &c. *in unum (niſi quid aliud obſtaret) cógenda duxi.*

3 *De Capitum & Legum* in ſingulis Tabulis ordine.

Nunc de ſingularum ſpecierum, & ſingulorum capitum ſerie atque inter ſe connexione videamus. Et verò manifeſtis partim Veterum teſtimoniis, partim & argumentis certiſſimis ad eam ſeriem quam tibi damus, primi perducti ſumus.

Teſtimonium ad legum ordinem.

Eorum capitum legumque, quæ expreſſum teſtimonium habent, exemplum hoc unicum extat apud Feſtum in v. Reus. Numa *(inquit)* in Secundâ Tabulâ *SECVNDA LEGE*, in quâ ſcriptum eſt:[ſi]quid horum fVat unum Judici Arbitrove Reove, eo die diffenſus eſto.

Argumenta ad legum & capitum ſeriem.

Argumenta *verò, quæ in hac capitum legumque diſpoſitione ſecutus ſum, numero plura ſunt hæc.*

1 ab *Ordine Gaji* ſententiárum, ad capirum in XII. Tab. ſeriem argumēta.

Primum enim: Cùm liquidò mihi conſtaret, Tribonianum ſub uno Digeſtorum titulo varias ex uno Eodemque Iuriſconſulti alicujus libro ſen-

ſententias, eo fermè ordine, quo ab ipſis ICtis conſcriptæ fuerant, collocaſſe: Sanè, qua ſerie Gaji *ad* XII. T*abulas interpretamenta ſeu ſententias ſub eodem titulo relatas conlocataſque reperi, ad eandem ipſa* XII. T*abularum capita, quæ Gajus interpretatus fuerat, collocari oportere cenſui. Vt ecce,* T*abulâ ſecundâ leges de Iudiciis priore loco: leges autem de Furtis poſteriore fuiße didici: quòd (ut certiſſima alia nunc omittam argumenta) PARAGRAPHVS PRIMVS* l. 233. ff. de V. S. ad *Iudicia pertineat: Paragraphus verò SECVNDVS ejuſdem legis, ad tractatum de Furtis referatur: Et rurſus,* T*abulâ* T*ertiâ hoc caput.* Adverſus hoſtem æterna auctoritas eſto, *prius quam legem* Æris confeſſi *collocandum duxi, quod PRINCIPIVM legis* 238. ff. de V. S. *ad capitis illius interpretationem pertineat: RARAGRAPHVS autem Primus & Secundus dictæ legis* 234. *Poſteriorem hanc* XII. T*abul. legem reſpiciat.*

2 a *Principio Legis*, ad capitum in XII. Tabulis ſeriem argumenta.

Secundum argumentum, quod in horum capitum diſpoſitione ſecutus ſum, tale eſt. Cum hunc Morem (quem modò pauloque ante perſtrinxi) priſcis ſcriptoribus quibuſdam fuiſſe cognoſcerem, ut ad ſingula è XII. T*abulis capita, Legis ſimul ſub quâ caput unumquoque conſtitutum eſſet,* Initium *præmitterent vel inſererent: Sane certiſſimo hoc veſtigio nonnulla capita diſperſa ſuis legibus liquido reddenda comperi: ut ecce: Capita hæc tria, Nempe SI IN IVS VOCAT,* atque eat, *(hujus autem capitis Cicero* lib. 2. de legib. *meminit) Item,* Ni it, anteſtamino, *(quod Porphyrion* ad Horatii Satyram 9. lib. 1. me-

memorat:) *Denique caput hoc*, Si morbus ævitaſve vitium eſcit, qui in jus vocabit, jumentum dato, *in unam candemque Primæ Tabulæ legem (quæ incipit*: *SI IN IVS VOCAT) compuli*: *Nempe quòd tribus hiſce capitibus veteres ſcriptores, principium idem, (videlicet SI IN IVS VOCAT) ab initio præmittant*: *Et nominatim quidem Gellius* lib. 20. cap. 1. *tertium hoc caput ſic laudet*: Verba ſunt hæc, *inquit*, de lege *SI IN IVS VOCAT*: ſi morbus, *&c.*

Rurſus caput hoc, Aſt ſi inteſtatò moritur, *&c. Legis*, Paterfamiliâs uti legaſſit, *membrum fuiſſe manifeſtiſſimè (hoc, inter cætera, argumento) didici*: *quòd Ciceronem* lib. 2. de Inventione, *librorumque ad Herennium* lib. 1. *auctorem*, *illi capiti vocem* Paterfamilias *à principio Legis*, (*explendæ videlicet ejus ſententiæ cauſâ*) *præmiſiſſe videam*: *quam tamen vocem* Ulpianus apud auctorem collationis Legum Moſaic. t. ult. & Paulum l. 9. §. 2. ff. de liber. & poſthum. *ab eo capite abfuiſſe teſtantur.*

Tertium nunc & ultimum [*ne minutatim alia, quæ in proceſſu hujus operis Notiſque noſtris perſequemur, referam*] *argumentum quod in hiſce fragmentis ſeu capitibus ſuas ad leges revocandis ſecutus ſum*, *ab ipsâ capitum ſententiâ ſive mente deſumptum eſt*. *Quis enim* [*ut hoc exempli loco proferam*,] *non videt caput hoc*: Si cavitur pedemve ſtruit, manum endojacito, *Capiti*, Ni it, anteſtamino, igitur em capito, *ſi utriuſque capitis ſententiam ſpectet*, *ſubjiciendum eſſe*? *Quis non pariter legem*, ſi en-

3. *à Sententia* capitum, ad eorum ſeriem, argumẽtum.

Q

enſiet, [*primæ Tabulæ à nobis reſtitutam*] *ejuſque capita omnia legi primæ*, [ſi in jus vocat, *ſcilicet*] *immediatè ſubjicienda credat*, *ſi legis utriuſque mentem exploratam habeat?*

Separatorum capitum teſtimonia.

Vt hæc aliaque, *ſuperioribus partim teſtimoniis*, *partim argumentis*, *capita inter ſe devincienda duxi*: *Ita ſeparanda alia*, *quæ hactenus ab horum fragmentorum collectoribus omnibus perperam conjunguntur*, *aliis teſtimoniis didici*. *Legem itaque*, *Tabulæ ſecundæ*, *in qua de* Morbo Sontico *agitur*, *ab hoc capite*, *Tab.* 1. Si morbus ævitaſve vitium eſcit, *diſtinxi*; *quod ſcilicet Gellius* lib. 20. c. 1. *verbis conceptis ALIO LOCO conſtitutam fuiſſe teſtetur*. *Pari modo*, *duo hæc capita*, *Tab.* 7. Qui fruges excantaſſit: *&*, Qui malum carmen incantaſſit, *ideò à me ſeparata fuerunt*, *quòd Plinius* lib. 28. c. 2. *hoc ultimum*, *ALIBI fuiſſe expreſſe dixerit*.

de *Duarum Poſteriorum Tabularum* capitumque in his ſerie.

Et hæc de Decem priorum Tabularum *ordine dicta ſint*. *De duarum POSTERIORVM diſpoſitione*, *dicendum nunc paucis*. *Decem prioribus* Tabulis [*quibus aliquid deeſſe videbatur*] *ſupplendis duas poſteriores*, *undecimam videlicet & Duodecimam*, *adjectas fuiſſe apud omnes conſtat*. *Facit ea res ut credam in his duabus poſterioribus* Tabulis *Decemviros eundem ordinem ſervaſſe*, *quem in decem prioribus ſecuti fuerant*. *Hæc enim ſupplementorum omnium Lex eſſe ſolet*, *vel debet*. *Quid igitur? Hinc colligo*, Undecimam T*abulam quinque priorum* Tabularum: Duodecimam *verò*, *quinque poſtremarum*, *ſupplementum fuiſſe*. *Sanè*, *capita ipſa duarum poſteriorum* Tabularum *ad Decem priorum ordinem collocata fuiſſe*, *omnium apertiſſi-*

tiſſimè ex l. 238. ff. de V. S. *conſtat: quæ deſumpta eſt ex Gaji libro ſexto ad Leg.* XII. T*abularum, quò is duas has* T*abulas poſteriores interpretatus fuerat. Eſt enim PRINCIPIVM legis illius, ſupplementum* Quartę T*abulæ: PARAGRAPHVS PRIMVS, ſupplementum* Quintæ: *PARAGRAPHVS SECVNDVS, ſupplementum* Sextæ: *PARAGRAPHVS VLTIMVS ſupplementum* Septimę. *Certè quod & antea diximus in poſteriores has* Tab*ulas collatam fuiſſe legem de prohibito matrimonio inter patricios & plebejos teſtatur Dionyſ. Halicarn. in fine* lib. 10.

Atque hæc quidem, BENIGNE LECTOR, de Repetitis à me XII. *Tabularum fragmentis, & editionis hujus poſt ſuperiorum multorum diligentiam, cauſis, operæque mihi navatæ ratione, prolixè vel etiam plus ſatis.*

De OPERIS ipſius dignitate, vel ipſarum XII. *Tabularum utilitate, non pauciora dicenda mihi forent: niſi jam epiſtolæ modum exceſſiſſem. His interim fragmentis, dum vel ego, vel alius plura vel certiora eruimus, fruere benignus & VALE.*

SYNOPSIS ET OECONOMIA XII. TABULARUM.

I. De Jure PRIVATO.		
De In jus vocando.	Tab. I.	Supplementum harum Tabularum XIma. (Tab. I–V)
De Judiciis & de Furtis.	Tab. II.	
De Rebus creditis.	Tab. III.	
De Jure Patrio, & connubii.	Tab. IV.	
De Jure Hereditatum & tutelarum.	Tab. V.	
De Jure Dominii & possessionis.	Tab. VI.	Supplementum harum Tabularum XIIma. (Tab. VI–X)
De Delictis.	Tab. VII.	
De Jure Prædiatorio, id eſt, de juribus prædiorum.	Tab. VIII.	
II. De Jure PUBLICO.	Tab. IX.	
III. De Jure SACRO.	Tab. X.	

FRA-

FRAGMENTA XII. TABULARUM.

TABULA I.

De in jus vocando.

Lex I.	PARAPHRASIS.
* * * * * * * * * * * * * * *	
SIN JUS VOCAT QUEATI	SI *quis aliquem in jus vocet, vocatus ſtatim ſequitor.*
NIT, ANTESTAMINO: IGITUR, EM CAPITO.	*Si in jus vocatus non ſequatur, qui vocabit teſtes ante adhibeto: & tum in jus vocatum ſiſtere ei jus eſto.*
SI CALVITUR, PEDEMVE STRVIT, MANUM ENDO IACITO.	*Si & tum in jus vocatus moretur, fruſtretur, fugamve adornet, manum ei injicere jus eſto.*
SI MORBUS ÆVITASVE VITIUM ESCIT, QUIN IUS VOCABIT IUMENTUM DATO: SI NO-	*Si imbecillitas aut invalentia quædam ætasve ſenilis impedimento ſit, quominus vocatus in jus ſequatur, qui in jus vocabit*

cabit

LET, ARCERAM NE STERNITO.

cabit vocato vectabulum, ſeu vehiculum quod adjunctis pecoribus trahatur, dato: ſi nolet is qui in jus vocabit vocato petenti plauſtrum undique tectum munitumque ſternere ne cogitor.

Lex II.

L. II.

SI ENSIET, qui in jus vocatum vindicit, miTito.

Si tamen ſit aliquis, qui in jus vocatum, vel prenſum defendat, dimittitor.

ASIDUO VINDEX ASIDVS ESTO: PROLETARIO, CUI QUI VOLET VINDEX ESTO.

Ceterum locupleti vindex locuples eſto: pauperi, prolem tantum Reipub. ſufficienti, quilibet vindex eſto.

Endo via REM UTI PAICUNT, ORATO:

Item ſi de re tranſactum fuerit inter vocantem & vocatum dum in jus venitur, ita jus ratumque eſto.

Lex III.

De Cognitione Prætoris.

L. III.

NITA PAICUNT, IN COMITIO AUT IN FORO ab ORTU ANTE MERIDIEM CAUSAM CONSCI-

Si neque vindex aliquis ſit, neque de re in via tranſactum fuerit, tum in comitio aut in foro Prætor cauſam cognoſcito, ante meri-

TO; CUM PERORANT AMBO PRÆSENTES.	*meridiem, cùm ambo litigatores præſentes perorant.*
POST MERIDIEM PRÆSENTI STLITEM ADICITO.	*Poſt meridiem, etiamſi unus tantum præſens ſit præſenti actionem dato, judiciumque conſtituito.*
SOL OCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.	*Sole occidente ſupremus terminus judiciorum eſto, ſeu judicia ſolvuntor. Ad ſolem proinde occaſum Prætor jus reddito.*

NOTÆ AD TABULAM I.

De in jus vocando.

SI IN JUS VOCAT] Primam omnium his in Tabulis legem hanc fuiſſe ex Cicerone patet. *lib. 2. de legib.* SI IN JUS VOCAT, ATQUE EAT. Quod ipſum evincit primus Gaji ad leges XII. Tabul. liber: *in l. 18. 20. 22. in princ. & l. 1. ff. de in jus vocando: & l. ſi calvitur 233. in pr. ff. de V. S.* Quas leges, omnes, ad hujuſce legis primæ interpretationem pertinere docebimus, pariter ut cætera Gaii fragmenta pertinent ad ſecundam tabulam, puta lex 6. *ff. ſi quis cautionib.* & *d. l. 233. §. 1.* lex 2. *ff. arbor. furtim cæſ.*

Tria hæc, quorum primum incipit, SI IN JUS VOCAT, ATQUE, &c. Secundum, NI IT, &c. Tertium, SI MORBUS, &c huic legi, ceu membra, reſtituenda. Primum quippe verſum hunc, SI IN JUS VOCAT, (quod totius legis hujus principium eſt) non primo tantùm, verum etiam reliquis duobus, qui ea laudarunt, capitibus, ſcriptores præmiſiſſe comperio. Quemadmodum Cicero primum illud caput his verbis, SI IN JUS VOCAT,. Ita Porphyrion (ad Horatii *Satyram 9. libro 1.*) alterum vel ſequens caput, hoc modo. SI IN JUS VOCAT: *Ni it, anteſtamino*, expreſſit. Manifeſtius Gellius (*lib. 20. cap. 1.*) quartum illud hujuſce legis caput hoc modo laudavit. SI IN JUS VOCAT: *ſi morbus &c.*

SI IN] Ponitur pro, ſi in.

ATQUE EAT] Verba hæc, apud Ciceronem ſunt. *Atque eat* id eſt, ſtatim & protinus eat: Quo ſenſu vox *Atque* apud Ennium hoc verſu accipitur. *Atque accedit muros Romana juventas:* & apud Terentium: *Atque ubi pati non poteris, cum nemo expetat, Infectâ pace ultro adeam venies:* & ſæpe hoc ſenſu apud Plautum, & apud Virgilium Gell. *lib. 10. cap. ult.* Facit tit. *D. in jus vocati ut eant,* & *l. 1. D. Si quis in jus vocat, non ierit.*

NI IT] Pro ni it.

ANTESTAMINO] Pro, Anteſtare priſce. Ut apud Catonem *de Re Ru-*

ſtica cap. 141. præfamino janum & Iovem vino, pro, præfare. Anteſtari, eſt anteſtari, & *aliquem ex circumſtantibus teſtem facere*: Sic *Amtermini*, ſic *Amſegetes dicti &c.* Ex his *Niit*, *anteſtamino*, apparet falli eos, qui tradunt creditorem, cum reum deprehendiſſet, omiſſa formulâ, *in jus voco te*, anteſtari ſolitum. Neque ab his facit Horatius Satyr. 9. imò contra apertiſſimè. In fine Satyræ. Similiter jure Attico advocati hac in re teſtes. Vide Leges Atticas à Samuële Petito collectas *lib. 4. tit. 2. pag. 314.*

Quod ſi anteſtatus non eſſet actor, & manum injeciſſet injuriæ reus conſtitui poterat, ut exiſtimat Acro. Hinc illud Plauti *in Curcul.*

Hoccine pacto indematum, atque inſtatum me arripi?

Nec immerito, qui enim non reluctantem trahit, aut rapit, vim inferre videtur. Non ſemper tamen anteſtatione opus fuit. Nam ſi reus improbus eſſet, aut inteſtabilis, ut ſunt lenones, fures, & id genus alii, ſine anteſtatione, privata manu civiumque concurſu, ad prætorem rapiebatur. I. Ræyard.

IGITUR] *Apud antiquos*, (ait Feſtus) IGITUR *ponebatur*, *proinde*, & *poſtea*, & *tum*. *Apud antiquos*, id eſt, lege XII. Tabularum: ſic ut ſæpius apud Feſtum ea verba accipi oportet: vox *Igitur* hac notione apud Plautum non uno loco, *Igitur* eodem ſenſu, quo & aliquando vox ITA, ut in *l. 20. D. de excuſ. tut. l. 60. 77. D. de adquir. hæredit. & ſimilibus.*

EM CAPITO] Em, pro eum, lingua decemvirali CAPERE hoc capite non eſt, manu injectâ obtortoque collo in jus aliquem trahere, quod hactenus cenſent; ſequens alioquin caput ab hoc noſtro nil differret. CAPERE igitur hic nihil aliud eſt, quàm ſiſtere, implicare, impedire, detinere viâ publicâ pergentem, quod eſt *viam anteſtare*, viam alicui obſtare. Proinde, hujus & ſequentis capitis ſenſus hic eſt: *In jus vocatum, ni ſequatur, teſtib. adhibitu, ſiſti poſſe: ſi & tum ſequi nolit, aut etiam fugam adornet, duci, manumque ei tum injicere licere.*

Anteſtationes ſic fieri ſolebant. Qui anteſtabatur tangens auriculam ejus quem teſtē cupiebat, his verbis loquebatur: *Licet anteſtari?* Si ille reſpondiſſet, *licet*, per injectionem manus vadatus actor, quod ei non paruiſſet, adverſarium ſuum in judicium ducebat, trahebat, ſique opus eſſet obtorto collo rapiebat. Ejuſmodi anteſtationis ſolemnitatem probat Guidonis Laurini inventus lapillus, cui manus inſculpta, atterens auriculam, cum hac inſcriptione: ΜΝΗΜΟΝΕΥΕ, id eſt *memor eſto*. Quo pertinet Virgilii locus in Bucolicis.

——— *Cynthius aurem.*
Vellit, & admonuit.

Hunc ſibi exhibitum refert Jacob. Ræyard. *Lib. ſing. ad ll.* XII. *Tab. cap. 5.* ubi plura vide ad hanc legem pertinentia. Sed & priſcos Batavos in eundem modum per auriculi vulſionem teſtibus & teſtimoniis uſos fuiſſe, ſatis conſtat, ex ſuperſtiti verbo, *oorkunden*, quo teſtimonii fidem & teſſeram etiamnum explicare ſolent, quod lingua belgica nihil aliud ſonat quam per adhibitos & attactos auriculos atteſtari. S. L.

SI CALVITUR] Hoc verbum Gajus interpretatus eſt lib. I. ad l. XII. Tab. *in l. ſi calvitur. 233. in pr. ff. de V. S.* Hæc enim legis illius verba, *moretur & fruſtretur*, non legis XII. Tabul. verba ſunt, verum Gaji, caput hoc interpretantis. Ideoque Ranconnetus & poſt eum Cujacius pro *& moretur*, *id eſt moretur* in eâ l. legendum indicavit.

Reorum ire, ſive ſequi nolentium, diverticula erant: mora, fruſtratio, Calumnia. Quæ Decemviri verbo uno complexi, CALVITUR. Hinc *Calvitus* pro fruſtratione *in l. 29. §. 5. ff. mandati* Gloſſ. Ver.

Pri-

Priſcian. *Calvi*, interpretatur, *decipi*. Quod Veteres dictum voluere à calvis inimicis, ſive à calvis Mimis, quod calvi inimici & hoſtes fruſtratui ſint, quia nullus eis pilus quo trahi aut rapi poſſint, (quo refer priſcum ritum præhendendi inimicum aut hoſtem capillo) & mimi ridiculi calvos, ſive raſos in ſcæna prodiiſſe conſtet. Sic & moriones calvi ſive raſi priſco ritu. *Theod. Marcil.*

PEDEMVE STRUIT] Pedem ſtruere, eſt retrorſum ire, in aliam partem ire, fugere, quod Plauto eſt, fugam fingere, in Captiv. Sc. III. Servium Sulpitium in horum verborum Interpretatione laudat Feſtus *in v. pedem ſtruit*. Quem complura alia legis noſtræ verba interpretatum ex eodem Feſto diſcere licet, & colligi poteſt, Servium Sulpitium quoque Commentarios ad leges XII. Tabularum ſcripſiſſe.

ENDO JACITO] Pro injacito, Veſtigium eſt Juris Attici, quo creditori poteſtas erat, reum ni ſequeretur, rapiendi, trahendi in jus, aut judicium, manu collo injecta, ſive collo obtorto, ut Patrui Plautinæ *Sc. IX.* Rudent. *Sc. XVIII.* Curcul. *Sc. VII.* Amphytruon. *Sc. XIII* Crebræ autem ejuſmodi raptationes, tractuſque in litibus ex delicto magis, quam de pecunia, pro qua in jus vocatio inventa, *Th. Marcil.*

SI MORBUS] Hoc caput, hujuſce legis primæ fuiſſe oſtenſum eſt: ex Gellii loco, *lib. 20. cap. 1.* morbus hic non eſt febriculoſus aut nimium gravis, ſed vitium aliquod imbecillitatis, non vitæ periculum. *Gell. 7. 10. 0.*

ÆVITAS] Pro ætate & quidem mala, ſeu ſenili.

VITIUM] Pro impedimento ut *in l. 60. D. de re judic.* S. L.

ESCIT] Pro *erit*. Feſtus.

QUIN] pro *Qui in.*

JUMENTUM] Jumentum eſt vectabulum quod adjunctis pecoribus trahebatur, ita dictum à jungendo.

SI NOLET] Qui in jus vocabit ſcilicet: id eſt, *actor*. Varro, (apud Nonium *c. 1. in verbo Arcera*) *Vehebatur, cum uxore vehiculo ſemel aut* bis *anno cum arcerâ, ſi non vellet, non ſterneret.* Quem locum, ita reſtituendum puto. *Vehebatur cum actore vehiculo ſenex aut annoſus, cu ARCERAM SI NON VELLET, NON STERNERET.* Si non vellet, ſcilicet *actor.*

ARCERAM) Arcera vocabatur ploſtrum tectum undique & munitum, quaſi arca quædam magna, veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant, ut docet *Gell. lib. 20. cap. 1.* Goth.

Ea ſiquidem eſt (prout eam *Sextus Cæcil.* interpretatur) Decemvirorum ſententia, ut in jus vocato pauperrimo homini, vel inopi, qui aut pedibus forte æger eſſet, aut quo alio caſu ingredi nequiret, ploſtrum daretur, nec, ſi morbus ſonticus reum invaſiſſet, arceram ſterni permiſerunt, ſed judicii diem diffiſum eſſe voluerunt, *tab. ſeq.* J. Ræward.

Ad L. II.

SI ENSIET) Superius oſtenſum, Veteres caput è XII. Tabulis citaturos, legis principium, ſub qua caput id conſtitutum eſſet, præmiſiſſe. SI ENSIET, idem ſignificat, quod *ſi autem ſit.* Nam in Gloſſis Philoxeni (quæ complures linguæ ſecretioris, & verborum nominatim ad XII. Tabulas pertinentium expoſitiones continent) τὸ ENSIET hoc modo redditur. *ἐὰν ᾖ.*

Quonam autem adverſativa hæc verba pertineant, clarum & manifeſtum eſt. Superiore namque lege primâ, de in jus eundi neceſſitate tractatum fuit: Nunc autem ſubjungitur, quibus caſibus & cauſis quis ab eâ neceſſitate liberetur. Gajus *lib. 1.* Interpretationis XII Tabularum, cauſas illas, hac lege comprehenſas, his verbis in *l. 22. §. 1. ff. de in jus vocando* complexus eſt. *Qui* (inquit)

in jus vocatus eſt, duobus caſibus DIMITTENDUS *eſt: Si quis ejus perſonam defendet: Et, ſi dum in jus venitur, de re tranſactum fuerit.*

VINDICIT) Vindicit, pro vindicet.

ASIDUO) Aſſiduus ponitur pro locuplete, quaſi multorum aſſium; qui aſſes duit. Ælii J Cti auctoritate in hujus vocis interpretatione, uti tur Cicero *in Topicis: Locuples eſt* (inquit) *aſſiduus, ut ait Ælius, appellatus ab ære.* Ælii, id eſt, Sexti Ælii Cati, in Commentariis ad leges XII. Tabularum. Alio tamen pertinet *Locupletis* definitio apud Gajum *lib. 2. ad* XII. Tabulas, prodita in *l. 234. §. 5. ff. de V. S* Goth.

Aſſiduus & pro locuplete ponitur, & pro facile munus faciente, dictus ab aſſibus, id eſt ære dando, quum id tempora reipublicæ poſtularent: aut à muneris, pro familiari copia faciendi aſſiduitate Auctore Gellio Noct. Attic. *lib. 16. cap. 10.* J. *Ravard. lib. ſing. ad L. XII. Tab. cap. 9.*

VINDEX) Optime omnium Feſtus è Verrio Flacco. *Vindex* (inquit) *ab eo, quod vindicat, quominus is, qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur.*

ASIDUS) Aſidus, idem quod Aſſiduus, id eſt locuples.

PROLETARIO) Proletarii, iidem cum illis, qui apud Atticos Θῆτες dicebantur. Θῆτες (ait Harpocration) οἱ ὑπὸ πενίας θητεύοντες ἐλέγοντο. Θῆτες ab honoribus & à militiâ arcebantur: Quod ipſum de Proletariis Paulus apud Gellium *lib. 16. cap. 10.* tradidit. *Neque proletarii* (inquit) *neque capite cenſi* MILITES, *niſi in tumultu maximo, ſcribebantur.*

Proletarii à munere, officioque prolis edendæ appellati ſunt, quod quum re familiari parva minus poſſent rempublicam juvare, ſobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent. J. Ravard. *lib. ſing. ad L. XII. tab. cap. 9.*

CUIQUI VOLET) Cl. Samaſius *de fœnore Trapezitico p. 644. 645.* reſcribit CIVI, QUI SOLVET. Quod non admitto: ideo ſcil. quilibet pro proletario admiſſus, quod aſſiduum invenire facilè non poſſet. Illudque meminerimus, in plebis gratiam multa his legibus ſancita. *Goth.*

Aliud nihil viſi ſunt voluiſſe Decemviri, quam aſſiduos non ſervitiis cujuſquam, aut deditionibus ſed aſſibus vindicandos. Et proletario quemvis vindicem eſſe permiſerunt, quia eorum debita non ſolent eſſe grandiora, quam quæ ære exiguo lui potuerint. *Iacob. Ravard. d. cap. 9.*

ENDO VIA) Quod Gajus dixit *l. 22. §. 1. D. de in jus vocando* DUM IN JUS VENITUR. id ita in ipſa lege expreſſum fuiſſe minus dubito, ENDO VIA, *id eſt in via.* Tum enim fermè partes ipſæmet inter ſe de re tranſigebant.

REM UTI PACUNT, ORATO) Paco, pacit, pacunt, Pacio, pro paciſcor, paciſcitur, paciſcuntur, pactio. Mendoſe ubique caput hoc & ſequens legitur: apud Ciceronem *lib. 1. ad Herennium, rem ubi pagunt, orato: Ni Pagunt, &c.* Apud Priſcianum *lib. 10.* mendoſius adhuc, confuſo hoc & ſequenti capite. *Rem ubi pagunt orationi pagunt.* Reponendum itaque, *Rem uti pagunt orato, Ni pagunt:* quemadmodum apud Porphyrionem *Vocationi* pro *Vocat, Ni,* Ita hoc loco apud Priſcianum verba hæc, *Crato, Ni, in oratione* coaluerunt. Diſſimulare vix poſſum, locum hunce legendum ita videri: *Rem uti pacunto,* RATO, id eſt, *ratato* frequentativè pro *ratum habeto.*

Ad L. III.

NITA PACUNT) Id eſt ni ita, vocem hanc, ITA, unus Quintilianus, *lib. 1. cap. 6.* ad ſuperiora relativam, ſervavit: cùm cœteri, qui capitis hujus meminerunt, eam omnes omittant. ITA, id eſt aut vindice dato, aut tranſactione habita.

Notanda materiarum ſive rerum hic

hic conjuncta ſeries. Nam quâ ratione in hac Tabula, eâdem & in Digeſtis & Codice, tractatum de *in jus vocando*, ſequuntur leges & tituli ad *Vindices* pertinentes, mox tituli de *Pactis & tranſactionibus*: & proximè tituli de *Poſtulando*.

CAUSAM CONSCITO) *id eſt cognoſcito*) tu Prætor ſcilicet: *Conſciebat* vero Prætor, dum poſtulantibus ſeu petorantibus, per ſe vel alios, litigatoribus, de re totâ cognoſcebat J Rævardus lib. ſing. ad L. XII. cap. 7. pro *conſcito*, *gnoſcito* legendum probat.

MERIDIEM) Lux diei in XII. Tabulis duas in partes diſtincta ſic fuit, ut una *Ante meridiem*: altera, *poſt meridiem* diceretur.

STLITEM ADICITO] *Stlitem*, id eſt, *ſuper litem*. Hinc, *Decemviri*, *Stlitibus judicandis* in antiquis idem ſignificat quod ſuper lites conſtituti. Authore *Quintiliano* & *Feſto*. S. L.

Litem præſenti addicere, quod Prætor hac lege jubetur, non id ſignificat, quod vulgò exiſtimant, abſentē cauſę damno multare: verum præſenti actionem dare, judiciumque conſtituere: Quo ſenſu Trebatius *lib. 1. Regionum* JUDICIA ADDICERE dixit, apud Macrobium *lib. 1. Saturn. c. 16.* Pœna abſentis hæc eſt, quod eum regulariter judicium nonniſi cominus conſiſtentibus litigatoribus & ambobus præſentibus conſtituatur, hoc tamen caſu, id fiat. Jure Attico Arbitri ad ſolem occaſum ſedebant, ſi reus non adeſſet, actori pręſenti litem addicebant, de quo videleges Atticas à Samuele petito collectas. *pag. 346.*

SOL OCCASUS) Ita Terentius Varro V. & VI. *de lingua latina.* A. Gell. *lib. 17. cap. 2.* Feſtus *in verb. Supremum* Macrob. Saturnal. *lib. 1. cap. 3.* Cenſorinus *cap. 23. de die natali.* Tangit. & Plin. *lib. 7. cap. 60.* Sol occaſus, hora XII. Attici dixere ὁ ἥλιος ἐπὶ τῶν ὀρῶν Sol in Montibus. T. Marcilius.

TEMPESTAS) Suprema tempeſtas, id eſt extrema, pro ſummo diei. Tempeſtas pro tempore antiquitus dictum. Varro *lib. 5. & lib. 6. de ling. latin,* Macrob. *lib. 1. Saturn. 13. in fin.* poſt ſupremam, ſequitur veſpera. Cenſorin *De die Natali cap. ult.* Non rectè quidam hanc vocem hic expungendam putant. Totius legis ſenſus eſt, judicem ante meridiem cauſam utrimque cognoſcere oportere: poſt meridiem litem poſtulanti addicere, aut denegare, hoc eſt, ſi ita videretur, litigandi poteſtatem facere, ſin minus eam denegare; tempuſque pomeridianum ad occaſum uſque Solis extendi. J. Ræ-vard. *lib. ſing. ad L. XII. Tab. cap. 7.*

T A-

TABULA II.

De judiciis & furtis.

LEX I.

* * * * * *
* * * * *
* * * *

Lex II. NUMÆ R.

De Vadimonio, & legitimis vadimonii deſerendi cauſis.

* * * * * *
VADES SUBVADES . . . . . extra quàm ſi MORBUS SONTICUS . . VOTUM . . . . abſentia Reipublicę Ergo, AUT STATUS DIES CUM HOSTE intercedat: nam ſi QUID HORUM FUAT UNUM JUDICI ARBITROVE, EO DIE DIFENSUS ESTO.

PARAPHRASIS.

Iudicio conſtituto, Iudicéque adito vades & ſubvades judicio ſiſtendi utrimque dantor, iique ſiſtere tenentor: niſi ſi morbus vehemens vim graviter nocendi habens, votum aliquod, abſentia Reipublicæ ergo intercedat, aut conſtitutus ſit dies cum peregrino: nam ſi quid horum fuerit & obvenerit Iudici arbitrove, vel reo, judicii dies differatur.

Lex III.

De Teſtimonii denunciatione.

* * * * * *
CUI TESTIMONIUM DEFUERIT, IS

L. III.

Qui teſtimonium denunciare volet, is trinundino, i. ter intra 27. dies ad

TER-

TERTIS DIEBUS OB PORTUM OBVAGULATUM ITO.	*domum ejus cui teſtimonium denunciat, denunciatum ito.*

DE FURTIS.

Cap. I. *De Nocturno Fure.*

SI NOX FURTUM FAXIT, SIM ALIQUIS OCISIT, IURE CÆSUS ESTO.	*Si noctu furtum fiat, furem autem aliquis occiderit, impune eſto.*

Cap. II. *De diurno fure & manifeſto, vel quaſi.*

Si luci furtum faxit: sIm aliquis endo ipſo capſit, verberator, iLique cui furtum factum eſcit, aDicitor. Servus, virgis cæſus, ſaxo deIcitor: Impubes, Prætoris arbitratu verberator, noxiamque decernito.	*Si interdiu furtum aliquis fecerit, eumque aliquis in ipſo furto deprehenderit verberetur, illique cui furtum factum fuerit, addicatur. Servus prius virgis cæſus, ſaxo Tarpejo dejiciatur. Impubes, Prætoris arbitrio verberetur, noxaque ab eo facta ſarciatur.*
SI SE TELO defenſint, quiritato, ENDOQUE PLORATO: poſt deinde ſi cæſi eſcint, ſe fraude eſto.	*Quod ſi ſe telo defendant, dominus cum clamore prius id teſtificetur: tum ſi occiſi fuerint, jure cæſi ſunto.*
Si furtum lance licioque	*Si furtum per lancem &* con-

conceptum eſcit, atque uti manifeſtum vindicator.	*licium conceptum erit, perinde acſi manifeſtum foret, vindicator.*

Cap. III. *De nec manifeſto furto.*

SI ADORAT FURTO, QUOD NEC MANIFESTUM ESCIT, duplione decidito.	*Si agatur de furto non manifeſto, fur dupli damnator.*

Cap. IV. *De Arboribus furtim Cæſis.*

SIn juri Alienas Arbores cœſit, in ſingulas xxv. æris luito.	*Qui injuria ſeu furtim alienas arbores ceciderit, pro ſingulis arboribus cæſis 25. aſſibus multator.*

Cap. V. *Communia de Furtis.*

Si pro fure damnum deciſum eſcit, furti ne adorato.	*De furto paciſci jus eſto: & ſi pactum interceſſerit, furti amplius agere jus non eſto.*
Furtivæ rei ætern
Auctoritas eſto.	*Furtivam rem uſucapere jus ne eſto.*

AD TABULAM II.
De Iudiciis & de Furtis.

ACTUM ſuperiore Tabulâ *de in jus vocando*; deque iis, quæ in Jure, ſeu apud Prætorem, ante Judicium conſtitutum peragebantur. Priore nunc hujus Secundæ Tabulę parte, *de judicio ipſo* cavetur. Cujus tractatus (ac proinde hujus Tabulæ) lex PRIMA prorſus intercidit. Conjicere tamen non fruſtra licet, eâ lege *de Iudice Arbitrove à Pratore addicendo*, *ſeu dando*, & breviter *de Iudicio conſtituendo* actum fuiſſe: Quandoquidem lex hujus Tabulæ SECUNDA eſt, *de die Iudicii obeundo*, *legitimiſque Vadimonii deſerendi cauſis.*

NUMA R.]Hanc legem hâc in Tab. ſecundâ, atq; è Regiis Numę legibus, hûc tranſlatam, docet Atejus Capito apud Feſtum, *in v. Reus.*, ultimam ejus ſententiam recitans: NUMA

ma (inquit) IN SECUNDA TABULA, SECUNDA LEGE: *in qua ſcriptum eſt. Quid HORVM ſVat VNVM Iudici, Arbitrove, Reove, eo die diffenſus eſto,*

Hîc interim ex clauſulâ conſtat; CAUSAS aliquot, ob quas *vadimonium* deſerere liceret, hac lege deſignatas recenſitaſque fuiſſe. Id ita ſe habere oſtendit Ulpianus *l. 2. §. 3. ff. ſi quis cautionibus.* Quod cùm ita ſit, Regulam his quoque exceptionibus, legis hujus initio præmiſſam fuiſſe oportet. Et hanc quidem fermè, *Iudice arbitrove addicto,* VADES SUBVADES *danunto: Vadimonii deſerti uti pacunt pœna eſto* His enim verbis aptè exceptiones illæ coheſerunt. Teſtatur Gellius *lib. 16. c. 10.* de *Vadibus & Subvadibus* lege XII. Tabularum cautum aliquid fuiſſe.

VADES) *Vas* non quilibet fidejuſſor erat; verum *Vas*, fidejuſſor judicio ſiſti dicebatur: Ut *ſubvadem* proinde Judiciales ad ſponſiones pertinuiſſe oporteat: & quidem ab actore datum puto: ut *vadem* à reo. Salmaſius *de modo Vſurar. cap. 16.* proprie eum eſſe *Vadem* ſcribit, qui vocatus in jus vadere, id eſt ire debet, & ex inde qui exhibiturum ſe eum judicio cavebat, quaſi vadendi, & in jus eundi pro alio ſponſor, vadis etiam nomine nactus eſt, quod pro Vade caveret. Unde *Vadimonium promittere* hic ſponſor dicebatur, hoc eſt *itionem in jus pro alio.* Vid. etiam Varron. *lib. 5. de ling. latin.* Subvades, Ut idem Salmaſ. *d. loco* obſervat, ſunt Vadum Vades. Hi ſequentes vel ſecundi fidejuſſores dicuntur. *l. 38. D. de fidejuſſor.* S. L.

MORBUS SONTICUS) morbus ſonticus eſt qui cujuſque rei agendæ impedimento eſt, *l. 60. ff. de re judicat.* Goth.

Superiori capite rejiciuntur exceptiones inutiles, ut morbi leviculi, & ævitatis, hoc capite dantur juſtæ exceptiones, ut morbus Sonticus, votum, & aliæ. Quarum fidem facit Ulpianus in *l. 2. §. ſi quis, ff. Si quis Cautionib.* A. Gell. *lib. 16. cap. 4* Aur. Caſſiod. *lib. 9. epiſt. 4.* Goth. & T. Marcilius.

VOTUM, *abſentia reipublicæ ergo*) Hæ duæ legitimæ Vadimonii deſerendi cauſæ eruuntur, è primo Gaji ad l. XII. Tabul. libro: Gaji verba de Voto ſunt hæc (*in l. 233. §. 1. ff. de V. S.*) *Poſt Kalendas* inquit) *Ianuarias, die tertio pro ſalute Principis, Vota ſuſcipiuntur.* de Abſentia ſunt iſta in *l. 6. ff. ſi quis cautionibus. Si u qui fidejuſſorem dederit, ideò non ſteterit, quod* Reipublicæ cauſa afuit, *iniquum eſt fidejuſſorem ob alium neceſſitate ſiſtendi obligatum eſſe, cum ipſi liberum eſſet non ſiſtere.*

Pertinet ſententia illa Gaji *de voto* ad juſtas vaſtas vadimonii deſerendi cauſas: & nominatim quidem ad *Voti publici* exceptionem, ſeu excuſationem:

Itaque quod in ipſâ lege, *Reipublicæ Ergo*, addidi, non ad proximum tantum *Abſentiæ* verbum, verum & ad anterius hoc, Voti nempe, referri cupio. Quod exemplum à Gajo adductum mihi primum perſuaſit: Subjunge & exemplum Jurisjurandi Militaris, quod è libro quinto Cincii de re Militari memorat, Gellius *lib. 16. cap. 4.* quod etiam totius hujus legis inſtar, & ſimilitudinem quandam nobis exhibet.

STATUS *dies cum hoſte*) Hoſtis apud majores noſtros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus Cic. *lib. 1. offic.* Goth.

Status dies, Feſto eſt, qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. Ita Macrob. Saturn. *lib. 1. cap. 16. Dies ſtati ſunt, qui judicii cauſa cum peregrino inſtituuntur* T. Marcilius.

SI *quid horum*) Exceptiones enim in jus vocato, & Vadimonii reo multæ ſunt. De quibus *l. 2. D. de in jus vocand. & d. l. 2. §. 3. D. ſi quis cautionibus* T. Marcilius.

FUAT) pro fiat, per hypotheſin. Virg. *Tros Rutiluſve fuat.*

Ju-

Judici *Arbitrove*) Imitatus Julianus in *l.60. ff. de re judic.* Eſt autem hæc duplicatio Decemviralis, non ſine differentia tamen: judex enim in cauſis legitimis, ſive ſtricti juris, Arbiter in judiciis bonæ fidei eſt. Hinc formula rei à prætore petentis, apud Val. Prob. P. I. A. V. P. V. D. *prætor judicum Arbritrumve, poſtulo, uti des* T. Marcilius.

Reo) Reus eſt; qui cum altero litem Conteſtatam habet, ſive is agat, ſive cum eo actum ſit. Feſt. *in verbo Reus.*

Dies *Diffenſus*) Id eſt, is dies differatur. vid. *l. 60. ff. de re judicat.* à priſco, *fendo*, unde *infendo*, alii legunt *diffiſus*; diffinditur dies, quum differtur. vid. *l. 11. §. 5. D. Si quis Caution.* Gothofr. & Marcil.

Cujacius tamen pro diffenſus, diffiſus legendum putat, quod veteres, *di,eiſus* pro *diffiſus* ſcripſerint. Dies autem ita diffindi ſolet, ut ſi morbo ſontico actor, vel reus impeditus eſſet, morbum in jure allegari per amicum curaret: tunc prætor excuſatione cognita, in diffindendo hac formula utebatur: HIC DIES DIFFISUS ESTO. J. Ræward. *lib. ſing. ad l. XII. Tab. cap. 5.* S. L.

Ad L. III.

Cui Testimonium] Judicio à Prætore conſtituto, (id eſt, Judice arbitrove addicto, actioneque data: Vadibus item & Subvadibus à litigatoribus interpoſitis) ſequebatur *Teſtimonii denuntiatio:* Hanc Legem Cl. Salmaſius *obſerv. ad jus Atticum & Rom.* alteri illi; Qui *ſe ſinit atteſtarier*, quæ à nobis 7. Tabula collocata eſt cohæſiſſe putat: *defugerit*, pro *defuerit* ſubſtituit: mox totum hoc caput ita reformat. *Cui teſtimonium defugerit, is tertiis diebus ob portum ei vagulatum itor.* Mihi nil tale placet: hoc enim caput eſt de teſtimonii denuntiatione in judicio cōſtituto: teſtiſque *inquiſitione.*

Tertiis *diebus*) Id eſt Trinundino, ſive ter intra XXVII. dies, ut exſpectaretur teſtis, dum in Urbem ipſis nundinis adventaret. Tunc enim plerique Quirites rureſtres urbem reviſitabant. Plin. *lib. 28. cap. 3.* Liv. *lib. 2.* Macrob. Saturn. *lib. 1. cap. 16.* à qua Trinundini vagulatione ſive citatione, profluæ in cauſis Civilibus, trinæ decimis diebus inter dies triginta, citationes tribus edictis *l. 69. cum ſeqq. ff. de re judic. l. 13. §. 2. ff. Cod. eod.* T. Marcilius.

Ob *Portum*) Id eſt ad domum, Antiqui enim præpoſitione *ob*, pro, *ad*, uſi ſunt, & *portus* vocabulo pro domo. S. L.

Vagulatum) Vagulatio in hac Decemvirali lege eſt quæſtio cum convitio, authore Feſto, & Varrone de ling. lat. *lib. 6.* Cui enim teſtimonium deerat, tertiis diebus ad ædes adverſarii ob vagulatum ibat, hoc eſt, adverſario, juſtum te tibus adhibitis convicium faciebat. Veluti, ſi quid eſſet in tuis ædibus coutenderem, quod quum vere ad me pertineret, tamen apud te eſſe nullo teſtimonio poteram demonſtrare, illudque mihi reſtituere rogatus denegares, mihi permiſiſſe Decemviri videntur, quandoque deficiente teſtimonio, inutiliter jure, aut lege ageretur, ſingulis trinundinis ad ædes tuas venire, ibique rem meam repetere cum convitio. Sive ut utar Plauti verbis *te pipulo ante ædes tuas differre.* Plaut. *in Aulular.* Ubi pipulum idem eſſe quod convitium, Varro ſcribit *lib. 6. de ling. latin.* declinatum à pipatu pullorum. Cæterum effectus Obvagulationis is olim fuiſſe videtur, ut tertio die juſto, præſentibus ſuperſtitibus convitio ſolenniter ante ædes facto, licuerit convitiatori ejus qui convitium paſſus erat, ædes cum iiſdem teſtibus ingredi, & liberam res ſuas quærendi in ſuis ædibus poteſtatem facere, is, cui convitium fa-

factum erat, ſuo convitiatori cogebatur. Indeque Feſtum obvagulationem definiviſſe quæſtionem, hoc eſt, inquiſitionem cum convitio, veroſimile eſt. J. Ræward. *lib. ſing. ad l. XII. Tab. cap. XI.*

DE FURTIS.

De Furtis hâc ſecunda Tabula actum fuiſſe, ex Gellii loco *lib. 7. cap. 15.* clarum & manifeſtum eſt. Tribus præterea Gaji fragmentis, nempe, ex *l. 233. §. 1. 2. ff. de V. S.* & ex *l. 2. & 4. ff. arborum furtim cæſarum.* apparet *de Iudiciis* & *de Furtis* hac Tabula cautum fuiſſe. Illud dictu difficilius, quâ ratione ſcilicet Decemviri *de Furtis* hoc ordine ſeu hâc Tabulâ egerint, cum de reliquis Delictorum ſpeciebus ſeptimâ Tabulâ caverint: Quod idem de Edicto perpetuo, atque inde de Pauli ſententiis & Codice Juſtinianæo quæri meritò poteſt.

Ad Cap. I.

Mutatum hoc jus è Solonis legibus. Reſpondet *l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil.* Cui Tribonianus quæſito Gaji nomine, hanc conditionem, velut XII. Tabulis expreſſam, in interficiendo fure nocturno contra fidem adjecit. *Vt tamen id ipſum cum clamore teſtificetur.* Quum Cicero, Seneca, Ulpianus, & poſt hos omnes D. Auguſtinus, disertis verbis, lege XII. Tabularum, nocturnum furem impunè QUOQUOMODO, OMNIMODO occidi teſtentur? Et licet idem Ulpianus ad edictum ſcribens in *l. furem. 9. ff. ad l. Corn. de Sicar.* furem nocturnum ita demum impune occidi velit, ſi parcere ei ſine periculo ſuo qui occidit, non potuit. Quod, ſicut & illud non ex legib. XII. rab. proficiſcitur, verum à Jure Civili ſeu prudentum authoritate eſt.

Nox) Quod Decemviri in hac lege *nox* pro *noctu* & *im* pro *eum* dixerint notant Gell. *lib. 8. cap. 1.* & Macrob. Saturn. *lib. 1. cap. 4.*

Ad Cap. II.

SI LUCI) Hæc & ſequentia reſtituuntur ex A. Gellio. *lib. XI. cap. ult.* Nota differentiam inter furem nocturnum & diurnum 1. Quod furem nocturnō ex decemvirali lege quoquo modo impune occidere liceat. Interdianum vero, non niſi ſe telo defendat. De diſtinctione nocturni & diurni furis, & quænam potiſſimum differentiæ ratio fuit apud Hebræos, Athenienſes & Romanos Vid. Grot. *de jure belli ac pacis lib. 2. cap. 1. & 12.* Alexand. ab Alexand. *lib. 6. genial. dier. cap. 10* S. L.

VERBERATOR) Manifeſti ergo fures fuſtibus cæſi in ſervitutem tradebantur ei cui furtum factum eſſet. Quod & jure Hebræorum obtinuit, in iis qui rependere nequibant, Sed eorum Servitus Sexennalis tantum. *Exod. 22. verſ. 3.* illorum vero perpetua erat. Servos virgis cædi & è ſaxo ad internecionem præcipitari xviri voluere. Sol ſ impuberibus & doli incapacibus modo adhibito. Secundum *l. 23 ff. de furt. & l. 108. ff. de Reg. Iur.* S. L.

SI SE TELO DEFENSINT) Huc pertinet TELI definitio, apud Gajum *lib. 1.* ad l. XII. Tabularum, quæ extat *in l. 233. §. 2. ff. de V. S.* Teli appellatione, & ferrum, & fuſtis, & lapis, & denique omne quod nocendi cauſa habetur ſignificatur. Idem Gajus *lib 13.* ad Edictum *in l. 54. §. 2. ff. de furtis.* Neque indiſtinctè tamen; Sed ſi prius id cum clamore dominus teſtificaretur, ut docet Gajus *d. l. 4. ff. ad l. Aquil.*

Et eò referri convenit has voces ENDOQUE PLORATO, quas Feſtus, alibi ſic interpretatur, *Endoplorato, id eſt implorato, quod eſt cum queſtione inclamare.*

QUIRITATO] *Quirito*, ſeu *quiritor*, *quiritare*, *quiritari*, eſt clamare,

R &c mæ-

& mæſta voce deorum hominumque auxilium invocare, *quæ ſignificatio à Romanorum* conſuetudine, qui injuria affecti Quiritium opem implorabant. Unde Varro interpretatur, *Quiritare*, id eſt *Quirites ciere.*

Si *furtum lance licioque conceptum*] Furta quoque per lancem, & licium concepta à Decemviris XII. Tab. lege vindicata probat A. Gell. *d. lib.* *11. cap. ult.* cum quibus inepte vulgo, furtorum quæſtiones cum lance & licio (de quibus idem Gellius *lib. XVI. cap. X.*) in XII Tab. antiquitate reponunt, aut potius inter ſe confundunt. Differunt quærere furtum per lancem & licium, & concipere furtum per lancem & licium. Pro rei furtivæ inquiſitione, moris fuiſſe Decemvirorum temporibus videtur, ut ſi quis in alicujus ædibus furtum vellet quærere, comitatus ſervo publico accederet, juratu'que Deos legum cuſtodes ſeſe reperiendi ſpe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille apud quem furtum quærebatur, domum ſuam ei qui furtum quærebat, adhibito ſervo publico aperire, & in obſignatis, & non obſignatis locis liberam furti inquirendi poteſtatem facere cogebatur. Qui intrabat, nudus ædes ſuſpectas ingrediebatur, amictus tantum ſimplici cincticulo, quod veteres licium vocarunt, ne quid forte veſtibus conditum inferret, dominoque ædium falſum crimen objectari poſſet. Præterea lancem ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam. Quem morem primum à Græcis ad Romanam Rempublicam invectum probat Plato *lib. XII. de legibus.* Illud tamen notandum eam inquiſitionem non per ipſum dominum, ſed per ſervum publicum ſive adhibito ſervo publico factam, de cujus fide & officio alibi, non quod Dominus (quæ Feſti opinio eſſe videtur in *lance & licio*) licio cinctus alienam domum ipſe quæſiturus intraret, niſi quod ſervi publici comes eo uſque domum intrans, lancem etiam ante oculos teneret propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam, nec enim ipſe per ſe dominus eam quæritabat, ſed opera Servi publici. Ut apud Petronium: *Aſcyltus rei furtivæ dominus eſt: callam vero non ipſe, ſed ſervus excutit publicus.* Et hoc eſt quærere furta per lancem & licium. Furtum autem concipere per lancem & licium, hic non eſt furtum ab alio furtum celare aut retinere, quod ſimpliciter furtum conceptum dicitur, cujus propria actio eſt adverſus eum qui celavit rem quæſitam, & inventam quamvis fur non ſit. *§ conceptum 4. inſt. de obligat. quæ ex delicto.* Sed furtum concipere per lancem & licium, hoc loco eſt, ſub ſpecie ejuſmodi inquiſitionis, furtum facere. Solebant enim vecticulariæ vitæ diſcipuli, aut venerei nepotuli, & noctum furunculi, tanquam rei furtivæ domini eſſent, cum lance intrantes ne agnoſcerentur; cum licio aliquo ſervulo, aut clientulo ſuo, quaſi mantello ſervi publici, non furta quærere, ſed ipſi interim furta facere. Quibus eandem, nec minorem Decemviri, quæ poſita eſt furibus manifeſtariis, pœnam præſcripſere.

Sed poſtquam lege Æbutia, inter cætera XII. Tab. obſoleta & inutilia, etiam hæ ſcrutationes per lancem, & licium fuerint ſublatæ A. G. *lib. 16. cap. 10.* ipſi exaruere ſtolones & ultro etiam furta per lancem & licium concepta cum eorundem pœna exolevere. Poſteaque res furtivæ perquiri cœpere tali formula ſive ordine: cum teſtibus veniebat quæſiturus rem furtivam, ut ſi negata eſſet ea res, fieret anteſtatio, & raperetur inficiator ad prætorem, ſequeretur deinde ſcrutinium. Re ſic inventa, furti concepti actio fuit. *§. conceptum furtum 4. inſtit. de obligat. quæ ex delicto* & ibi Theoph. *§. præterea.* Paul. *lib. 2. ſent. tit. 31. §. 3.*

Ex.

Ex Marcilio & Revardo. S. L.

Ad Cap. III.

Si Adorat] Adorare antiquis eſt agere, celebrare, paciſci Feſto authore in verb. *adorare*. Manlius legendum putat, Adolat, id eſt fallit. S. L.

Nec Manifestum] *Nec*, ponitur pro *non*. Feſt. in verb. *Nec*.

Duplione Decidito] Quidam addunt, *Damnum decidito*. Alii legendum volunt Luito, Verbi tamen, *decidito*, crebra in decemviralibus mentio eſt. *vid. l. 61. §. 1. & §. 5. ff. de furt. l. 7. §. 1. ff. de condict. fur. l. 13. Cod. de furt. l. 9. §. 2. verſ. fui. ff. de minorib.* Et aliis deinde furtis omnibus quæ nec manifeſtâ dicuntur dupli pœnam impoſuerunt. Teſte A. Gell. *lib. II. cap. ult.* S. L.

Ad Cap. IV.

Si Iniuri Alienas Arbores] Huc pertinent duæ Gaji leges è primo ejus ad Leges XII. Tabularum libro: nempe *l. 2. & 4. ff. arborum furtim cæſarum*.

Ad Cap. V.

Si pro Fure] Et de furto paciſci lex permittit. ex Ulpian. *lib 4. ad edictum l. 7. §. 14. ff. de pact.* Paulus *lib. 3. ad edictum l. 17. §. 1. ff. eod.* pro jure damnum decidere, eſt de furto paciſci.

Ne Adorato] Id eſt ne agito. per pactum enim ipſo jure furti actio tollitur. *l. 17. §. 14. ff. de pact.* condictio, non utique *l. 7. ff. de condict. furtiv.* Vid. Cujac. *lib. 10. obſ. 11.* S. L.

Furtivæ rei, &c.] *Atiniâ* lege caput hoc poſtea reductum, repetitumque, non iiſdem omnino verbis: ſic enim lex Atinia concepta fuit, referente Gellio *lib. 17. cap. 7.* Quod *ſubreptum erit, ejus rei æterna auctoritas eſto*. Latior verò ſubrepti, quàm *furtivi* ſignificatio, velut ſi uxor amovit. Deinde & hæc exceptio addita, quâ furti vitium elueretur: his fermè verbis. *Ni in poteſtatem ejus, cui ſubrepta erit, revertatur*, ut docet Paulus *l. 4. ff de uſucap.* & in *l. poteſtatis 215. ff. de V. S.*

R 2 TA-

TABULA III.

De Rebus creditis.

* * * * * * *
* * * * * *

L. I. *De Depoſito.*	
SI quid endo Depoſito dolo malo factum eſcit, duplione luito.	*SI quid circa rem depoſitam apud ſe depoſitarius dolo malo admiſerit, dupli pœnâ afficitor.*
L. II. *De Fœnore.*	
Si qui Unciario Fenore amplius feneraSit, quadruplione luito.	*Si quis majus quam unciarium fœnus (quod unciam menſtruam dependit in centum) exercuerit, quadrupli pœna afficitor.*
L. III. *De jure crediti perſequendi adverſus hoſtem.*	
* * * * * * * * * * *	
ADVERSUS HOSTEM ÆTERN AUCTORITAS ESTO.	*Peregrinus quidquam uſucapere non valeto: cuivis adverſus eum in perpetuum actio eſto.*
L. IV. *De jure crediti perſequendi adverſus confeſſum judicatum.*	
ÆRIS CONFESI, REBUSQUE JURE JUDICATIS. XXX. DIES JUSTI SUNTO.	*Si debitum quis confeſſus fuerit, vel condemnatus jure fuerit, inducia ei menſtrua 30. dierum ad debitum exſolvendum dantor.*

Debi-

Si intra dies 30. illos debitor non ſatisfaciat, tum creditori capere eum ſive prehendere, atque in jus ducere jus eſto.

POSTDEINDE MANUS INJECTIO ESTO, IN JUS DUCITO:

Debitor ita nexus ſi poterit, ſuo vivat: ſi non habeat, tum creditor, qui eum vinctum habebit, ſingulas farris libras in ſingulos dies ei dato: ſi volet, plus ei pro arbitrio dare liceto.

NI JUDICATUM FACIT, AUT QUIPS ENDO EO IN JURE VINDICIT, SECUM DUCITO, VINCITO AUT NERVO AUT COMPEDIBUS XV. PONDO NE MAJORE: AT SI VOLET MINORE, VINCITO:

Si & tum judicatum non ſolvat, neque interea quiſquam eum in jure defendat, proque eo interveniat, in privatum carcerẽ ſeu vincula adducere creditori jus eſto, eumque vel nervo vel compedibus vincire: ſic tamen ut vincula non ſint graviora quam xv. pondo: leviora enim adhibere pro arbitrio jus eſto.

SI VOLET, SUO VITO: NI SUO VIT, QUIEM VINCTUM HABEBIT LIBRAS FARIS ENDO DIES DATO: SI VOLET, PLUS DATO.

Paciſcendi interea addicto cum creditore jus eſto: ſi non pactus fuerit, 60. diebus creditori addi-

Ni cum eo pacit, LX. dies endo vinculis retincto: Interibi trinis nundinis continuis in Co-

mitium procitato, æriſque æſtimiam judicati prædicato.

ctum in vinculis habere jus eſto: Intra eos dies trinis nundinis continuis ad Pratorem in Comitium producitor, quantaque pecuniæ judicatus eſſet prædicator.

Aſt ſi plures erunt rei, TERTIS NUNDINIS PARTIS SECANTO: SI PLUS MINUSVE SECUERUNT, SE FRAUDEsTO: Si volent, vLs Tiberim peregrè venumdanto.

* * * * * * * * *
* * * * * * * * *

At ſi plures erunt creditores, tertiis nundinis, i. 27. die corpus rei in partes ſecanto: ſi plus minuſve ſecuerint, ſine fraude eſto: ſi malent, trans Tiberim eum peregrè venundanto.

AD TABULAM III.

De Rebus Creditis.

DE *rebus creditis* hàc Tabulâ cautum fuiſſe, docet Gajus, cum Dionyſio Halicarnaſſeo collatus. Nam cùm ea, quæ ſuperſunt ex ſecundo Gaji ad l. XII Tabularum libro. (quo Gajus Tertiam hanc & Quartam Tabulam interpretatus fuerat,) fragmenta, ad tractatum *de Rebus Creditis* pertineant: at *de Iure patrio* Quartâ Tabulâ actum fuiſſe diſertis verbis Dionyſius *lib.* 2. teſtatur: ſupereſt omnino, ut Tertia hac Tabula *de Rebus creditis* actum fuerit.

Ad L. I.

SI QUID ENDO DEPOSITO.] *Depoſitarius*, qui in depoſito dolum admiſit, dupli pœna ex lege XII. Tabul. tenetur: *& l. 13. ff. depoſiti.* Edicto prætoris in ſimplum tantum tenetur. Paul. *lib. 2. ſentent. de Depoſito.*

Ad L. II.

SI QUI UNCIARIO FOENORE] Hæc lex non ex Attico jure deſumpta fuit, ubi uſura ſine modo certo fuit. verùm ex propriis moribus ut multæ aliæ. Vide quæ hanc ad rem Cl. Salmas præfat. *de fœnore trapezitico.* Tacit. *Annal. lib. 6 XII. Tabulis ſanctum, Ne quis unciario fœnore amplius exerceret.* quum antea ex libidine locupletum agitaretur.

Ad L. III.

ADVERSUS HOSTEM] Hoſtis pro

peregrino duobus locis in his Tabulis acceptus. Cicero I. *officior.* ad hunc locum omnino referenda eſt Gaji interpretatio, quæ extat *in l. 234. in pr. ff. de V. S.* ex ſecundo ejus ad XII. Tabulas libro. Error eſt nonnullorum, qui argumento hujus *l. Gaj* 234. legem comprehenſam fuiſſe in XII. Tab. volunt, in Juris publici tractatu, in perduelles, ſeu de pœna perduellionis. Quod non patitur argumentum & ſeries legum ex libro 2. Gaji de ſumptuarum.

ÆTERNA AUTORITAS] id eſt jus rei perpetuo perſequendæ. Hac lege *uſucapio* e ſibi adquirere PEREGRINUS prohibetur, Cic. *l. de offic. nolunt eâdem viri peregrino rem, uſu adpione acquiri civicam.* Ita & cœteris adquirendi modis jure civili prodi-tis arcebatur. *Mancipatio* (ait Ulpianus *in fragm. t. 19.*) *locum habet inter cives Romanos, eoſque* PEREGRINOS, *quibus commercium datum eſt.*

Ad L. IV.

ÆRIS CONFESSI] Ad hujus legis interpretationem pertinent duo Gaji fragmenta: *nempe §. 1. & 2. legis 234. ff. de. V. S.*

Quid ſit æs confeſſum interpretatur Gell. *lib. 15. cap. 13. & lib. 20. cap. 1.* Ex æris confeſſione reus pro judicato eſt. Eaque Regula juris eſt. *l. 1. l. 6. §. 1. ff. de Confeſſ. l. 56. ff. de Rejudicat.* Marcil.

REBUSQUE JURE JUDICATIS] Sic habet Gellius *lib. 20. cap. 1.* cùm tamen idem alibi, *lib. 15. c. 13.* vocem JURE omittat, Gothofr.

Pro *Rebuſque judicatis* Jacob Rævard. lib. ſing. ad l. XII. Tab. cap. 8. reponendum putat *æriſque debiti judicatis*. Quia in hac lege non de confeſſi tantum, ſed etiam de æris debiti judicatis tractatur. Idem ex mente A. Gellii probat Salmaſius *de modo Uſurarum cap. 18. pag. mihi 818.* Ut utrumque intelligatur, & æs confeſſum de quo confeſſio facta eſt à debitore, & æs ex crediti cauſa debitum. S. L.

XXX. DIES JUSTI] id eſt, illis qui debitum vel confeſſi ſunt, vel jure condemnati, triginta dies juſti ſunt ad conficiendam pecuniam, interim in jus ne vocantor, ſed jura pro illis ſtent, ac ſileant. Hi erant juſti dies privatis dati, ad exemplum eorum qui publice juſti dicebantur, quando in tota urbe juris erant feriæ. S. L.

ENDO EO] *Endo em jure*, i eum in jure: ita Salmaſ. *de modo uſurar. pag. 819* Imò ſervandum, Endo eo. i. interea, quod NI JUDICATUM FACIT, AUT QUIPS ENDO EO IN JURE VINDICIT] Sic Emendamus. *Ni judicatum faxit, nemut quips endo eo in jure vindex ſit.* Feſtus author eſt, Veteres, pro *fecerit*, *faxit*, & pro *egerit*, *axit* dixiſſe: eoſque pro niſi, unico verbo *nemut*, & *quips*, pro *quiſpiam*, uſos eſſe. An veteres *Vindicit*, ea forma, qua *lavit*, *ſonit*, dixerint, ſubſiſto. Quod autem *ſonit* & *lavit*, veteres dixerunt, inde eſt, quod iidem etiam *lavere*, & *ſonere* dixerint, ut teſtatur Non. Marcell. *Vindicere*, pro *Vindicare*, eoſdem dixiſſe non obſervavi. Illud certiſſimum eſt, *Vindicem ab eo appellatum eſſe*, ſi Feſto Credimus; *quod vindicat, quo minus is qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur.* I. Rævard.

Senſus legis eſt: niſi judicatum ſatisfaciat debitor, aut aliquis ſit qui eum in jure vindicet, Id eſt liberet, ducito eum, ac vincito creditor. S. L.

SECUM DUCITO] judicati, ſive damnati, poſt addicti, ducebantur à creditore domum, in carcerem privatum. Ut apud Plautum *Bacchid. Sc. ult. Menæchm. Sc. 1.* Terent. *phorm. Act. 1. Sc. 2.* Cic. *2. de Orat.* Liv. *lib. 6.* Hinc paulo poſt, *judicatos, addictoſque duc.* Marcil. De more ac jure quo Romani uſi ſunt in addictis ob æs alienum, ducendis vide Salmaſ. *de modo Uſurarum cap. 18.* S. L.

AUT NERVO] Nervus eſt vinculum

lum ferreum quo pedes vel cervices impediuntur. Vt notat Iſidorus *lib. 5. cap. 27.* Non ferreus modo nervus ſed & ligneus fuit, Vnde & lignea cuſtodia, apud Plautum *Patruo. Cic. u.t.* Marcil.

Aut compedibus] Itaque optio à Decemviris data creditori. Durius in nervo: leviuſcule in compedibus. Idem.

. xv. Pondo ne majore] Hæc inverſo modo in vulgata Gellii lectione ſcripta volunt xv. pondo ne minore aut si volet majore, Rationem addit Rævardus *lib. ſing. ad leg. XII Tab. cap. 8.* Quod ex Feſto *lib. 5.* (Vbi Sacrificia quædam fuiſſe ſcribit, in quibus ita clamitabat lictor: *Hoſtu, vinctus, mulier, virgo, exeſto:*) conſtet vinctos ſacris intereſſe ſolitos, ideoque compedes quindecim pondo majores requiri, ne, ſi minores eſſent, vinctis cuſtos perpetuo adſit in ſacris, aut ſine cuſtode, aliquod fugæ periculum ſubeat creditor. Quæ certe ratio ſibi non conſtat. Vt quod majoribus xv pondo compedibus vinctus, nihilo minus, cuſtodem requirat, & qui extra cuſtodiam vel gravioribus compedibus vinctus quovis modo facile diſſolvi poſſet. Probabilior certe eſt hæc noſtra lectio de minoribus non etiam majoribus nervis aut compedibus, quod forte ſufficere æſtimaverint Decemviri, nervos ſeu compedes, quindecim pondo gravitatem adæquantes, ne ſi graviores applicentur, movere ſe minione poſſent; Quales fuere maximi ponderis compedes ferreæ, quas excogitaverat Cardinalis Balvenſis Ludovici xi. Regis tempore apud Philipp. Cominæum *comment. lib. 10.* in quas primum quam perfectæ eſſent, incluſus eſt ipſe, perque totos quatuordecim annos detentus fuit.. Hanc quoque lectionem probat Theodorus Marcilius *in ſuis legis XII. Tab. Collectis.* Salmaſius tamen *tract. de modo Vſurar. cap. 18.* vetere illam Gellii lectionem probare videtur, niſi quod pro minore reponendum velit minoribus, ut ad compedes referatur illud, non ad verbum. S. L.

Svo vito] Id eſt ſuo vivito. Hoc legis verbum Interpretatur Gajus *l. 234. §. 3. ff. de V. Signif* non tantum cibum ſed etiam veſtimenta, & ſtramenta continere. adde *l. 43. & ſeqq. ff. eod.*

Libras Faris endo dies) Locus hic, ſi quis horum fragmentorum alius, viros doctos jampridem exercuit: quodnam vinctorum nexorumque diarium, his verbis contineatur Malè illi, qui *libra* ſeu *libram S.* id eſt *libram ſemis* hic legendum autumant. Neque enim hic diarii modus legitimus, verùm legitimo anguſtior, & iniquior fuit, *Libra farris in dies* hac lege ſunt, *ſingula libra in ſingulos dies:* Hic enim diarii modus erat, quod Horatius quoque *lib. 1. Satyr. 5.* teſtatur

Rogabat
Denique, cur unquam fugiſſet, cui ſatis una
Farris libra *foret.*

ita ut ne minus dare liceat: at plus dare licet. Ovidii illud ſimile *2. Faſtor.*

Tegula porrectis ſatis eſt vel ata coronis,
Et ſparſa fruges, ſparſaque mica ſalis.
NEC MAIORA VETO: ſed & his placabilis umbra eſt.

Lx. dies endo vinculis) Huic ſimile, quod conſtituitur *l. debitores 31. in fin. ff. de re judic.* & *l. 1. c. Th. de diſtrah. pignor. l. un. C. Th. de uſuris rei judic.* Hæc ita illucidat A. Gellius *lib. 20. cap. 1. Erat jus interea paciſcendi, ac niſi pacti forent habebantur in vinculis dies ſexaginta, inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantoque pecuniæ judicati eſſent, prædicabatur, tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim venum ibant.* Omnia enim quæ in ſervos ære emptos licita dominis, eadem & in nexos, ob æs alie-

alienum crediroribus permiſſa e-rant, atque adeo jus vitæ ac necis habebant, & in eos ſævire poterant, quomodocunque vellent. S.L.

INTERIBI) Id eſt interea, inter illos dies. S. L.

PROCITATO) procitare veteres dixiſſe, pro vocitare, & producere, Feſtus ſcribit. J. Ræyard.

ÆSTIMIAM) æſtimiam pro æſtimatione veteribus uſitatum idem Feſtus notatum reliquit. Idem.

PRÆDICATO) J. Rævardus ex iis quę A.Gellius de hac lege meminit, hæc interponenda, & hiſcę addenda voluit: *Tertiis nundinis capito pœnas luito, aut trans Tyberim venum ito.* S.L.

PARTIS SECANTO) Permiſere hanc Decemviri tanquam in ſervos vitæ neciſque poteſtatem, venumdationem & nexorum in partes ſectionem. Nuſquam tamen legitur eam fuiſſe uſurpatam. Quod humanitatis illius, quem lex concedebat odio & averſione factum ſcribit, *A. Gell.* quod ſcil. ſævitiæ pœnæ deterruerit homines, ne eam incurrerent. Ob id repræhenſus à Cl. Salmaſio. *de modo Uſurar. cap. 18. pag. mihi 823.* Qui humanitati creditorum id potius imputandum quam pœnæ immanitati, quæ quenquam deterruerit, multis probat. S. L.

VENUNDANTO) v. Matthæi *c. 18. v. 25.*

TABULA IV.

De Iure PATRIO *&* *Iure* CONNUBII.

CAP. I.

PATER inſignem ad deformitatem puerũ citò necato.	*Pater filium ſibi natum monſtroſum vel prodigioſum ſtatim necato.*

CAP. II.

Endo libetis juſtis jus vitæ neci: venundandique poteſtas ei eſto.	*In liberos juſtis ex nuptiis quæſitos patri jus vitæ necis vendendique eos jus eſto.*

CAP. III.

SI PATER FILIUM TER VENUMDVIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO.	*Si pater filium ter vendiderit, filius poſt tertiam venditionem plene à patre liber fiat.*

CAP. IV.

Si qui ei in X. MENSIBUS PROXIMIS poſtumus natus eſcit, juſtus eſto.	*Si filius patri poſt mortem ejus intra decem menſes proximos à morte natus ex uxore erit, juſtus ei filius eſto.*

De Iure CONNUBII.

. . . .
. . . .
. . . .

. . . .
. . . .
. . . .

AD TABULAM IV.

De Iure PATRIO.

DE *Iure Patrio* hac QUARTA Tabulâ ſancitum fuiſſe diſertis verbis Dionyſius Halicarnaſſeus *lib.* 2. teſtatur.

PATER inſignem) Corruptus de hoc capite Ciceronis locus *lib. 3. de legibus* vulgò creditur. *Cùm eſſet*, inquit, *citò legatus, tanquam ex XII. Tabulis inſignis ad deformitatem puer*. Ita reſtituunt: *citò necatus*: Necati certè monſtroſi partus vel aqua vel igni.

INSIGNEM) aliquo membro mutilato.

Ad Cap. II.

Endo liberis, & SI PATER) Ut ſuperiùs caput, ita & hæc duo è legibus Regiis tranſlata fuiſſe docet idem Dionyſius Halicarnaſſ. *d. lib.* 2. Ideoque Papinianus *apud Auctorem Collationis legum Moſaicarum tit. 4. Cùm patri* (inquit) LEX REGIA *dederit in filiam vitæ necique poteſtatem*. Ubi notandum, etſi nonnullæ leges Regiæ in XII. Tabulas conjectæ fuiſſent, à primâ nihilominus earum origine *Regias* dici perſeveraſſe. Imò & Regum ipſorum nomina, à quibus latæ fuiſſent in XII. Tabulas adſcripta fuiſſe Feſtus oſtendit, *in v. Reus*.

Cœterùm, quod patriæ poteſtatis jus *lege Regiâ* inductum Papinianus ait, idem & Dionyſius Halicarnaſſeus XII. *Tabulis repetitum* docet: Id Ulpianus, *moribus receptum* ſcribit in *l. 8. ff. de his qui ſui*, & Conſtantinus Imp. (in *l. 2. Cod. Theod. de liberali cauſa*) *a majoribus conſtitutum* ait.

Ex hoc capite patri poteſtas fuit filium vinciendi, virgandi, ſive ſcopandi, habendi in ergaſtulo, venumdandi, & occidendi. Adde & ſanguinolentum exponendi, de quo *tit. Cod. de infantis expoſit.* & in *Cod. Theodoſ. De expoſitis*. Occidendi ſuis tangitur in fin. *l. 11. ff. de lib. & poſthum. l. 5. ff. de parricid. l. ult. Cod. de patr. poteſtat.* Quod autem eſt in *d. l. 11. ff. de lib. & poſthum. licebat*, tanquam id ſuo obſoletum ſit. Tribonianiſmus eſt, qui loco, *liceat*, quo verbo Paulus uſus fuerat, hanc vocem ſubſtituit. Nam occidendi poteſtas primo jure Codicis a Diocletiano ſublata eſt ut &, vendendi in *l. 1. Cod. de patribus qui filios ſuos diſtrax.* T. manil.

Ad Cap. III.

SI PATER &c.] Hoc caput non videtur rectè intellexiſſe Dionyſ. Halic. *lib. 2.* ubi de trina filii venditione à patre per tres vices facta id accipit: eaque occaſione, in hanc legem invehitur, quaſi duram & tyrannicam, cùm ſervi una venditione & poſt eam manumiſſione liberi fierent.

Vult igitur Gothofredus hanc legem non de vera, ſed imaginaria venditione intelligi, mancipatione ſcilicet ſolenni, tertio repetita non pretii ex filio percipiendi, ſed emancipandi filii cauſa Quod ex Ulpiani *fragment. tit. 10.* & Caj. Inſtit. *lib. 1. cap. 6.* Magis perſpicue docet & probat *lib. ſingul ad l. XII. Tab. cap. 3.* Rævard. vera venditio, etſi moribus Ulpiani tempore non fuerit abrogata, tamen moribus vix recepta erat, nec fere unquam eveniebat, ut pater filium venderet, at emancipatio per trinæ venditionis imaginem quotidiana erat, de qua etiam Juſtinian. *in §. 9. Inſtit. Quib. mod. patr. poteſt. ſolvat.* & ibi Theoph. S. L.

DUIT) Id eſt *dederit*, alii legunt DUUIT Feſt. in verb. *duit.* S. L.

LIBE-

Liber esto) T. Marcilius, addit, Liberos cæteros semel. Cæteros, id eſt filiam, aut nepotes, facit *l. 8. §. 2. ff. de injuſto rupto*, Cajus *lib. 1. Inſt. t. tit. 6.* Theophil. *§. praterea Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv.* S. L.

Ad Cap. IV.

Si qui ei in X. Mensibus) Hujus capitis meminit A. Gellius *lib. 3. cap. 16. Quoniam* inquit, *Decemviri in X. menſibus gigni hominem ſcripſiſſent.* Et in X. *menſibus proximis* decem viros dixiſſe, indicio eſt Scævola in *l. 29. §. 1. ff. de liber. & poſthum.* Veſtigia hujus antiqui juris, Vid. in *l. 3. §. penult. ff de ſuis & legitim. l. ult. Cod. de poſt. hered. & novell. 39. cap. 1.* T. Marcil.

De jure Connubii) Supplementum earum legum de jure Connubii pete ex tab. XI. De mulieris uſu & repudio agetur infra tab. VI.

TABU-

TABULA V.

De Hereditatum & Tutelarum jure.

Lex I.

De Teſtamento.

PATERFAMILIAS UTI LEGASIT, SUPER PECUNIÆ TUTELÆVE SUÆ REI, ITA JUS ESTO.

Paterfam. uti legem dixerit ſeu prout diſpoſuerit de bonis ſuis & liberorum ſuorum tutela, ita poſt mortem ejus obſervator.

Lex II.

De Succeſſione ab Inteſtato.

AST SI INTESTATO MORITUR CUI SUS HERES NEC ESCIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO.

Ac ſi inteſtato moritur paterfamil. neque ei ſuus heres erit, tum agnatus proximus heres eſto: ſi agnatus non erit, tum gentilis heres eſto.

Cap. I.

De gentilitiis hereditatibus.

SI AGNATUS NEC ESCIT, GENTILIS FAMILIAM HERES NANCITOR.

Cap. II.

De bonis Libertorum.

Si Libertus inteſtatò moritur, cui sUs heres nec eſcit, aſt patronus patronive libri eſcint,

Si libertus inteſtato decedat, neque ſuum heredem reliquerit, ſed patronum tantum vel etiam pa-

EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM, proximo pecuni ADuitor.

troni liberos. tum liberti bona ex ejus familià in patroni familiam tranſlata proximo in patroni familia addicuntor.

Cap. III.

Communia hereditatum.

Nomina inter HEREDES pro portionibus hæreditarIs ERCTA, CITA ſunto.

Ceterarum FAMILIÆ rerum ERCTO NON CITO ſi volent HEREDES ERCTUM CITUM faciunto: Prętor ad ERCTUM CIENDUM arbitros tris dato.

Defuncto creditore vel debitore, ejus hæredes pro portionibus hereditariis convenire & conveniri tantùm poſſunt: ipsóque jure inter eos obligatio dividitur. At cæterarùm rerum ſi volent hæredes diviſionem faciunto: ad eam diviſionem Prætor tres arbitros dato.

Cap. IV.

De legitimis Agnatorum & Gentilium Tutelis.

Si paterfamilias inteſtato moritur, cuInpubes ſuus hæres eſcit AGNATUS PROXIMUS TUTELAM NANCITOR.

Si paterfamilias inteſtatus decedat, cui ſuus heres extabit impubes, agnatus proximus tutor hujus ſui hæredis eſto.

Cap. V.

De Furioſo, aut prodigo.

SI FURIOSUS AUT PRODIGUS EXI-

Si quis furioſus aut prodigus eſſe incipiat, neque is cu-

STAT, AST EI CUSTOS NEC ESCIT, AGNATORUM GENTILIUMQUE IN EO PECUNIAVE EIUS POTESTAS ESTO.

is curatorem habeat, agnatorum, iiſque deficientibus gentilium curæ tam ipſe quàm ejus bona committuntur.

AD TABULAM V.

De Iure Hæreditatium & Tutelarum.

PATERFAMILIAS] De *Teſtati cauſa* XII. Tabulis priùs, quàm de *ſucceſſionibus ab inteſtato* actum fuiſſe, verbis expreſſis Ulpianus *in l. 1. ff. ſi tabul. teſtamenti nulla extabunt*, Goth. Dicit *paterfamilias*, quia nisi ſui ſuæ tutelæ non erat, neque teſtamentum faciebat aliter quam tutore authore Ulpian. *tit. 20. §. ult.* T. Marcil.

UTI LEGASIT) Diverſimode conceptum hoc legis caput, Pomponius *l. 120. ff. de Verb. Signific.* PATERFAMILIAS, inquit, UTI LEGASIT SUÆ REI. Aliter Paulus in *l. 53. ff. eod.* Aliter & Ulpianus *Regul. tit.* XI. SUPER PECUNIA TUTELAVE SUÆ REI. Neque ſimiliter Juſtinianus *§. 1. Inſtit. de lege falcid.* UTI QUISQUE LEGASIT SUÆ REI. diſſimiliter idem Novell. XXII. UTI LEGASIT QUISQUE DE RE SUA. Cic. II. *de invent.* & Auctor *ad herennium lib. 1.* UTI SUPER FAMILIA PECUNIAVE LEGASIT, ITA JUS ESTO, Pauli verba & Ulpiani expreſſiora puto. Familiæ nomen adſcripſere aliqui in hoc legis caput, ſed diſconvenit. T. Marcil. *Legare* autem Decemviris eſt teſtari, quia decemvirali hoc jure fas legatis exhaurire patrimonium ſive pecuniam. Recte hoc Tribonianus *§. 1. inſtit. de lege falcid.* idem.

SUPER PECUNIA) Pecunia Decemviris hereditas Cic. *in Topic. ad Trebat.* Et interp. Terentii *ad Phorm. Act. 2. Scen. 3.* indicatur hic ritus in *l. 22. Cod. de administrat. tutor.* idem.

TUTELAVE) disjunctum pro connexo ſive, pro *tutelaque ſua rei.* Nam tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. *l. 53. ff. de Verb. Signific. l. 3. §. Si pupillus ff. de tutelis.* idem.

ITA IUS ESTO) Data hoc capite legis poteſtas ampliſſima Patri familias, heredis inſtituendi, legata, & libertates dandi tutelas conſtituendi. *l. 120. ff. de Verb. Sign.* Recte Paulus Monet. *d. l. 53. ff. eod.* amplitudinem illam coanguſtatam eſſe, interpretatione, vel authoritate. Hujus anguſtationis exemplum patet in legatis: ſed poni & aliud in curationibus poteſt. Nullum enim Romana legiſlatio diſcrimen fecit tutelæ Impuberum, & curæ minorum, ut & lex Attica. Nulla tunc interſtitio tutelæ & curæ, quia ſeculo decemvirali & jure Attico, alias ocius, alias ſerius in ſuam tutelam veniebant, neque tutela exibant, ut hodie, maſculi XIV. feminæ XII. anno, ſed per inſpectionem corporis de qua eſt *§. 1. inſtitut. Quib. mod. tutela finitur. leg. ultim. Codic. Quando tutor vel curat. eſſe deſin.* Et ad jus hoc decemvirale reſpexit forte Papinianus non diſtinguens tutelam, & curam *in l. 6. ff. de confirm. tutor.* Th. Marcil. Ex coanguſtata hac teſtandi ampliſſima poteſtate vel legum, vel jura conſtituentium authoritate *l. 120. ff. de Verb. Significat.* Originem habent leges tot teſtamentariæ, Falcidia,

cidia, Furia, Voconia, Velleja, Cornelia, Caninia Sentia, Papia, Glicia, Hinc regula Catoniana *quæ in* D. & Aquiliana formula quæ in *l. 29. ff. de lib. & poſthu.* & ſam. *firm. tutor.* Th. Marcil erciſcundæ actio. Ex Ræward. S. L.

Ad L. II.

Ast si intestato) Ita ex Ulpiani libro ſingulari ſub tit. *de legitimis heredit atibus*, apud author. collat. leg. moſaicar. *tit. ult.* & ex iis quæ ſuperſunt Ulpiani fragm. *tit. 26. §. 1.* & libro 46. ad edictum in *l. 195. §. 1. ff. de V. Sign.* Goth.

Decemviri inteſtatum appellant, eum qui aut nullum, aut qui non jure fecit teſtamentum. JC. vero etiam eum cujus ex teſtamento hereditas adita non eſt. *l. 64. ff. de Verb. Sign.* Et hoc inde, quod heredes quos ſuos dicebant, eoſdem Decemviri neceſſarios eſſe voluerint, ſiquidem illi ſive vellent, ſive nollent, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento heredes XII tab. lege fiebant *§. neceſſarii inſtit. de hered. qual. & diff.* I. Ræward.

Succeſſiones legitimæ; Gentilitiæ aliæ, Libertorum aliæ. *Gentilitiæ*, eorum, qui genus gentemque habent, Gentilitiarum ſucceſſionum *Ordo* hoc capite conſtituitur. In quo lex Suos hæredes primo loco non tam vocat, quam in conditione poſitos ratione naturali, lege quaſi tacitâ, jam vocatos, (ut Paulus ait *in l. 7. ff. de bonis damnatorum*) admittit. Neque enim lex hæc ita concepta eſt: *ſuus hæres eſto:* ſed, *Cui ſuus hæres nec extabit, Agnatus*, &c.

Suorum appellatione liberos in poteſtate poſitos, filiam etiam, poſtumos item nepoteſque hac XII. Tabularum lege comprehenſos, Prudentes ſcribunt. *l. liberorum 220. ff. de V. S.*

Ad Cap. I.

Gentilis) Tres hos gradus obſerva: Suorum, Agnatorum, Gentilium: item hos: Domus, Familiæ, Gentis. *Gens* plures in ſe familias complectitur, *Familia* plures in ſe domos. *Sui* ſunt, ejuſdem domus: *Agnati*, ejuſdem familiæ: *Gentiles*, ejuſdem gentis. Goth.

Decemviri conſanguineorum nomen non agnoſcunt, liberos enim appellant ſuos heredes, conſanguineos vero, omneſque qui ex latere familiam attingunt per ſexum virilem communi nomine agnatos vocant Reliqui qui agnati non ſunt Gentiles vocantur. ex Ræwardo. S. L.

Nancitor) Cajus lib. 12. ad Edictum provinciale in *l. 9. ff. de legitim. tutorib.* nanciſci tutelam dixit. Cæterum nuſquam decemviros *Nancitor* in hoc capite dixiſſe putat T. Marcil. authore Feſto, apud quem oppoſitæ voces *Nancitor*, & *habeto.* S. L.

Ad Cap. II.

Patronive liberi) *Liberorum* appellatio hæc, ad utrumque ſexum porrigitur: ut de hoc capite nominatim Ulpianus *tit. 29. §. 4.* teſtatur Errant itaque qui ſingularem huic capiti *de liberis virilis ſexus fœminiſque* clauſulam intrudunt. Goth.

Et recte notat J. Rævardus lib. ſing. ad l. XII. tab. Hic de hereditate, non de Tutela, niſi per conſequentiam agi. Non enim, inquit, expreſſa lege aliqua Decemvirali Impuberis liberti patrono defertur tutela, ſed quia patronis hereditates libertorum lege XII. tabul. ab inteſtato conceduntur, & quia natura æquum eſt ad eum onus tutelæ pertinere, ad quem commodum ſpectat ſucceſſionis: ideo per conſequentiam manumiſſor Impuberis manumiſſi tutor efficitur; non tam verbis, quam legis ſententia. S. L.

Ex ea Familia in eam Familiam) Fragmentum hoc, extat apud Ulpianum in *l. pronunciatio 195. §. 1. ff. de V. S.* Ulpianus etiam alibi hujus

hujus capitis ſententiam edens, ad hęc verba indubiè alluſit; videlicet in *l. 3. §. 7. ff. de legitimis tutoribus*, & rurſum *in l. 5. de adſignand. libert.* Horum verborum, EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM, manifeſtiſſima hęc ſententia eſt: *Ex liberti familiâ, i. deficiente ſuo liberti hærede, in patroni familiam, i. ad patronum, ſuumque patroni hæredem bona liberti ſucceſſionis jure tranſire ſeu transferri.*

Pecunia duitor) Id eſt, pecunia detur pecunia e t hereditas in decemvirali lege. ut ſupra l. 1. S. L.

Ad Cap. III.

Nominia inter HÆREDES) Sequuntur, ſucceſſionibus, de quibus ſigillatim ſuperius actum, communia. Sic ſolent & in Digeſtis & in Codice ſpeciebus enarratis communia illis ſingulari titulo ſubjici.

Hujus Capitis ſententia hęc eſt, *Obligationes hæreditariæ inter hæredes proportionibus hæreditariis ipſo jure dividi.*

ERCTA CITA) De his vocibus præterea, quæ alii afferunt, multa habet Cl. Salmaſius in Solinum pagina 1262 1263 1264. Cui tamen accedere non poſſum. I. In eo quod *erctum* propriè patrimonium, hæreditatem interpretatur. Nam imò *Erctum* eſt indiviſum in ſe coërcitum: nam & inde *Ercti* vox. ERCTUM à coërcendo dictum, inquit Feſtus. II. Fruſtraque adeò Tribonianus ab eo incuſatur qui *familiæ erciſcundæ* actionem dixit: rectè enim ita ea vocatur, familiæ ſcilicet non diviſæ dividendæ: III. *Familia* pro patrimonio univerſo ſeu hereditate rectè ibi uſurpatur: nam & ſic in hac ipſa Tabula *Agnatus proximus familiam habeto*. Quomodo etiam Ulpianus interpretatur *l. 195. §. 1. de V.S.* Tria interim hoc ca. hęc nota. 1. ERCTA, CITA. 2. ERCTO, NON CITO, 3. ERCTUM, CIENDUM.

CITA) Citum diviſum ſignificat, à Cio, id eſt divido. hinc ciunda, aut cienda, pro dividenda. S. L.

Prætor ad ERCTUM CIENDUM) meminit Gajus lib. 7. ad Edictum provinciale *l. 1. ff. famil. erciſcund.* S. L.

Ad Cap. IV.

SI PATERFAMILIAS) De *Tutelis Teſtamentariis* junctim eodem capite, quo de ſucceſſionibus ſuperiùs actum fuit. Sequuntur Legitimæ Tutelæ. Legitimam Impuberis, Furioſi, Prodigi Tutelam, *Agnatis*, Gentilibus lex XII. Tabularum *propalam* defert, Ulpianus *tit. 11. §. 3.* Paulus, *in l. tutelas 7. ff. de cap te minutis*, circumſcribit: *tutelas, quæ* IN JURE ANTIQUO PERSONIS POSITIS *deferuntur*, id eſt, tutelas quę perſonis nominatim in lege XII. Tabularum (quod *jus Antiquum* hic vocatur) expreſſis deferuntur. Et Ita quidem lex illa Pauli reſtituenda eſt.

Ad Cap. V.

FURIOSUS AUT PRODIGUS) De utriſque unicum caput conſtituendum hinc apparet, de utriſque junctim Juriſconſulti plerumque. Ulpianus in *fragmentis tit. 12. §. 2.* Gajus *l. 13 ff. de curatoribus furioſo.* Juſtinianus *§. 3. Inſt. de Curatoribus.* Neque quemquam ideo in contrarium abduci oportet, quòd Ciceronem *lib. 2. de Inventione*, & auctorem librorum ad Herennium *lib. 1. Prodigi* mentionem omiſiſſe deprehendat; Id ab his factum, quod de *Furioſo* tantùm locis illis quęrant, eam legis partem proferre illi contenti, quę ad inſtitutum eorum faceret. Quem veterum ſcriptorum morem, non hîc tantùm, verùm locis aliis pluribus qui non obſervant, in multis fruſtrà ſe torqueant neceſſe eſt.

Prodigum igitur ejuſque bona in Agnatorum Gentiliumque *Poteſtate* eſſe jubet lex XII. Tabularum Ideo Ul-

eo Ulpianus *l. 1, ff. de curatoribus furioſo. Lege XII. Tabularum prodigo interdicit bonorum ſuorum adminiſtratione* ait. Eo enim ipſo, quod lex XII. Tabularum prodigum ejuſque bona in Agnatorum Gentiliumque poteſtate eſſe IUBET, bonorum ei adminiſtratione interdicit.

AST EI CUSTOS NEC ESCIT] Fragmentum hoc apud Feſtum extat: *in v. Nec.*

Cuſtos nec eſcit] id eſt cui pater non eſt. Furioſo enim ſi exiſtet pater, is cuſtos eſt. T. Marcil.

AGNATORUM GENTILIUMQUE) connexe pro disjunctim. teſtis eſt Paulus in *l. 53. ff. de V. Signif.* Ulpianus autem Regul. tit. XII. de capite hoc iſto agens prætermittit gentiles, ut & Iuſtinianus *§. furioſi institut. de curat.* Quod horum ſeculo deſitum jus gentilitatis. idem.

POTESTAS ESTO) Poteſtatem dixere hi Solones, *Cura* nomen eis inſolitum. idem.

TABU-

TABULA VI.

De Dominio & Poſſeſſione.

L. I. *De Nexu & Mancipio.*	
QVM NEXUM FACIET MANCIPIUMQUE, UTI LINGUA NUNCUPASIT, ITA IUS ESTO.	*Cùm dominus rei ſuæ nexum faciet vel mancipium uti nominarit locutus pactuſve erit, ita jus eſto.*
SInficias ierit, duplione damnator.	
Statuliber, EMPTORI dando, liber eſto.	*Statuliber ſub hac conditione liber eſſe juſſus*, ſi hoc vel illud dederit, *ſi venditus poſtea fuerit. emptori dando liber eſto.*
Res Vendita TRANSQUEDATA emptori non acquiritor, donicum ſatisfactum eſcit.	*Res vendita traditaque non ante emptori acquiratur, quam ab emptore venditori aliquâ ratione ſatisfactum fuerit.*
L. II. *De Vſucapione.*	
Vſus AUCTORITAS FUNDI, BIENNIUM: aNVs usus ESTO.	*Fundi biennio: cæteræ res anno uſucapiuntur.*
Mulieris, quę aNum matrimonI ergo apud virum re manſit, ni trinoctium ab eo uſurpandi ergo abeſcit, uſus eſto.	*Mulier, quamvis ſine legibus viro juncta, ſi viro anno ſine uſurpatione, i. interruptione trinoctii apud unum virum fuerit, uſucapta eſto.*

L. III.

De Vindictis, & jure poſſeſſionis.

SI QUIN IURE MANUM CONSERUNT, ſecundùm eum qui poSidet:
Aſt ſi qui quem liberali cauſa manu adſerat, ſecundum libertatem Vindicias dato.

Si de quâ re in jure apud Prætorem diſceptetur, ſecundum eum qui poſſidet Prætor vindicias dato: exceptâ liberali causâ, in quâ ſecundum libertatem Prætor vindicias ſemper dato.

De tigno juncto.

TIGNUM JUNCTUM ÆDIBUS VINEÆVE NE CONCAPET NE SOLVITO;
Aſt qui junxit, duplione damnator.
Tigna QUANDOQUE SARPTA, DONEC DEMPTA ERUNT, vindicare jus eſto.

Omnis materia juncta ædibus aut vineæ ne vindicator, neque ſolvitor; qui alienam junxit, duplo damnator: Certè ubi ſoluta, demptaque fuerit, tum eam vendicare jus eſto.

L. IV.

De Repudiis.

Si vir mulieri Repudium miTere volet, cauſam dicito harumce unam,

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Si vir ab uxore divertere voluerit, cauſam divortii dicito.

AD TA-

AD TABULAM VI.

De Iure Dominii & Poßeſſionis.

DE *Iure Dominii & Poſſeſſionis* hac actum Tabulâ, Quo pertinent quatuor, quæ ſuperſunt è tertio Gaii ad L. XII. Tabularum libro, fragmenta. Nempe lex 48. *ff. de pactu: lex 125. in prin. & §. 1. ff. de V. S. lex 43. ff. ad l. Iul. de adulteriis.*

Ad L. I.

QVVM NEXUM) Hujuſce legis ſententiam his verbis Gajus, lib. 3. ad L. XII. Tabularum, expreſſit. *In Traditionibus rerum quodcunque pactum ſit, id valere manifeſtiſſimum eſt.* Scripſerat Gajus: vel *in Mancipationibus vel traditionibus*: ut hæc duo quoque junguntur *in l. 4. 5. 7. C. Th. de donationib* Verùm ſublatis rerum mancipi, & nec mancipi, item nexus mancipi, & traditionis differentiis, à Triboniano *mancipationis* nomen detractum: vel certè ſcripſerat tantùm Gajus, *in mancipation b.* Nam & de *Mancipationib.* eſt tantùm lex XII. Tabularum, (utpote cùm nulla alia tum prædia in orbe Romano eſſent, quam Italica,) neque in Traditionibus fundorum ſtipendiariorum, quælibet lex apponi potuit: ſalvo enim ſtipendio ſeu tributo tantum alienari potuêre.

Cœterùm, etſi *Nexus Mancipiique* ſolennitatem, legitimoſque hos adquirendi modos hâc lege: XII. Tabulæ memorent: Non ideò tamen illorum ſolemnia, quibus videlicet peragerentur, XII. Tabulis præſcripta fuiſſe dicendum eſt. Iſta enim non lege XII. Tabularum, ſed Legis actione, Prudentumque auctoritate poſtea inducta fuerunt. Perperam itaque Nexus Mancipiique ſolemnia inter XII. Tabularum fragmenta retulerunt. Ut & Hotomanni error eſt, qui hoc caput refert ad teſtamenti nuncupativi formam: quod apertè ad *dominii* cauſam pertinet, non, ut alii, ad *contractus.*

NEXUM MANCIPIUMQUE) Videntur hæc verba, licet conjuncta ſint, pro disjunctis à Decemviris poſita, ſicut illa, *agnatorum, gentiliumque l. 54. ff. de Verb. Sign.* Nexus enim & Mancipium quodammodo inter ſe differunt, ſic ut duplicem & ſeparatam habeant ſuppletionem. Nexum mancipiumque facere, eſt per nexum, id eſt per æs & libram alienare, & in alterius dominium transferre. Mancipium enim pro dominio ſumitur Inde res aut mancipi, aut nec mancipi, id eſt quæ pleno dominii jure alienari, aut non alienari poſſunt. Eſt igitur mancipatio illa (referente Boëtio *lib. 3. commentarior. in topic. Cic.*) prout eam Gajus in inſtitutionibus exponit, imaginaria quædam venditio, quæ agitur adhibitis non minus quàm quinque teſtibus puberibus, civibus Romanis, ac præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium, aut rem mancipi accipit, æs tenens ita dicit: *Hunc ego hominem*, aut ſi quid aliud, *ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſt, hoc ære, æneaque libra* · deinde ære percutit libram, indeque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. Quæcunque igitur res mancipi lege XII. tab. haud alia quam hac ſolemnitate alienari poterant. Res mancipi erant, quæ alicujus dominio ſemper erant ſubjectæ, quibus Ulpian. *in fragmentu* annumerat prædia in Italico ſolo tam urbana, quam ruſtica, eorumque jura, item ſervos, & quadrupedes, quæ collo & dorſo domantur, veluti equi, boves, muli, aſini. Reliquæ res quæ ſui juris erant,

: ut ſui juris fieri poterant, Veluti ſtatu liberi, nec mancipi vocabantur, Eædem vero etiam in jure cedebantur. Quæ ceſſio tali fiebat modo (ut idem Gajus 2. *commentar.* exponit) apud Magiſtratum Pop. Roman. vel apud Prætorem, aut Præſidem provinciæ, is cui res in jure cedebatur, rem tenens ita vindicabat. *Hunc ego hominem* aut ſi quid aliud, *meum eſſe ajo.* Deinde poſtquam hic vindicaverit, Prætor interrogabat, eum qui cederet, an contra vindicet, quo negante, aut tacente, ei qui vindicaverat, eam rem addicabat, eaque *legis actio* dicebatur. Extra quam ſolemnitatem res ſive mancipi, ſive nec mancipi abalienari, niſi per uſucapionem, haud recte poterat. S. L.

LINGUA NUNCUPASIT] Ita legem hanc ex Feſto *lib. 12. de V. Sign.* reſtituunt. idem.

SInficias ierit] Hæc ex Cic. lib. 3. offic. addita Videntur *nam*, inquit, *ex XII tab. ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata, quæ qui inficias iiſſit, dupli pœnam ſubiret* &c idem.

Statuliber EMPTORI dando, &c.] hæc quoque lex ad *Mancipationem* pertinet. *Mancipatio* legitimum quidem optimumque dominium emptori præſtat, at non perpetuum ſemper: Sunt enim res quædam, quæ aliquo caſu ab Emptoris dominio recedere poſſunt: Qualis eſt *ſtatuliber*, qui quidem quandiu conditio pendet, hæredis ſervus eſt, & ab eo mancipatione abalienari poteſt: verum (ut Ulpianus, *in fragm. t. 2. §. 3.* ait) libertatis conditionem ſecum trahit: vel (ut Papinianus *in l. 34 D. de ſtatulib.*) conditio ejus ambulatoria eſt. Ideoque lex hæc XII. Tabularum, ſtatuliberum abalienatum, *Emptori* dando pecuniam, ad libertatem pervenire jubet: ut Ulpianus *in fragm. t. 2. §. 3.* docet. *Emptori*, i. omni, qui quocunque jure dominium ejus nactus eſt. Ita enim verbum hoc Pomponius accipit, ſimulque id hoc capite nominatim comprehenſum fuiſſe oſtendit *in l. 29. §. 1. ff. de ſtatulib.* Ex prædictis apparet, graviter illos peccare, qui in concipiendo hoc capite, legitimum EMPTORIS verbum omittunt: Gravius adhuc illos, qui ſingulare caput in XII. Tabulis, *ut ſtatuliberum vendere liceret*, fuiſſe exiſtimarunt: quod etiam Cujacius recte obſervavit libris differ. Modeſtini *ad d. l. 25.*

Res Vendita TRANSQUE DATA) Eo pertinet Juſtiniani relatio in *§. vendita verc. 41. Inſtit. de Rer. diviſ.*

TRANSQUEDATA] pro *& tradita*, veteribus uſitatum. S. L.

Ad L. II.

VSUS AUCTORITAS] Traditionib. (ex hoc jure *Mancipationibus*) & uſucapionibus rerum dominia transferuntur. *l. 20. Cod. de pactis:* & Horatius, *lib. 2. ep. 9.*

Si proprium eſt, quod quis LIBRA *mercatur &* ÆRE.
Quædam, ſi credis Conſultis, mancipat uſus.

AUCTORITAS hac l. ut & apud Ciceronem *in Topicis* eſt, jus legitimi dominii, quod uſus præſtat. Uſus proprie inchoata, imperfectaque uſucapio & quaſi inſtrumentum Uſucapionis perfectæ ut in *l. 19. 20. 23. §. Is autem ff. ex quib. cauſ. major l. 10. ff. Si ſervit. vind. l. 28. De ſervit. præd. Urban. l. 5. §. pen. ff. de itinere actu privat.* At uſus authoritas perfecta Uſucapio eſt, ex qua jus dominii & titulus ſine cauſa. Ut in lege Atinia apud A. Gell. *lib. 17. cap. 7.* Autoritas nempe uſu quæſita T. Marſil.

FUNDI] fundus quæ vis res ſoli eſt ut in *l. 211. ff. de V. S.* idem.

Agitur autem hac Tabulâ tantum de *Temporibus* uſucapionum: De rebus quarum uſucapio prohibita, aliis Tabulis agitur, ad rerum mobilium & immobilium differentiam, quæ in uſucapionum temporibus hâc lege conſtituitur, pertinet quod Gajus *in l. 235. in pr. ff. de V. S.* de verborum *Ferri, Portari, Agi* proprietate ſcribit. Ecquid enim *res mobilis*, niſi quæ

quæ ferri, portari, agive poteſt?

Adde *pr. inſtit. de Uſucap.* ubi res immobiles biennio, mobiles verſus anno ubique uno ex hac lege antiquius uſucapi ſolere refert Iuſt. S.L.

Mulieris quæ a Num] De Uſucapione uxoris in XII. tabulis caput fuiſſe teſtis eſt Gell. *lib 3. cap. 2.* & Macrob. *Saturn. lib. 1. cap. 3.* Vxor quæ Vſucapitur Ciceroni in Topicis ad Trebat. eſt *Vxor tantum*, uxor nempe quæ neque coëmptione, neque confarreatione, ſive pane farreo, aut mola ſalſa: ſed unius anni vertentis uſucapione uxor fit. Plaut. Amphitr. Sc. XI. *Uxorem Uſurariam* vocat. Peracta uſucapione uxor illa Materfamilias ante Vſucapionis finem, uxor tantum, ſive matrona A. Gell. *lib. 18. cap. 6.* Neque illa necdum uſucapta viro illi concubina, ſed *Matrona*, ſive animi deſtinatione ac ſpe Materfamilias. *Concubina* neque re unquam Materfamilias, neque animi deſtinatione ſive ſpe. Sic cape animi deſtinationem in *l. pen. ff. de concu.* & opponitur concubinę Materfamilias *l. 1. §. 1. ff. eod.* Neque item uxor illa uſuraria ea eſt, quæ dicitur *injuſta uxor, l. 13. §. 1. ff. ad l. jul. d. adulr.* injuſta ibi uxor, eſt liberta, concubina patroni. juſta uxor eſt confarreatione, coëmptione, uſucapione, injuſta uxor liberta patroni ſui concubina, aut & extranei. *l. 3. §. 1. ff. de Concubin.* Injuſtam dico non illegitimam. Quippe concubinatus jure civili legitimus olim *d. l. 3. l. Stuprum ff. ad l. Iul. de adult. l. 4. Cod. de Nupt.* juſta uxor eſt, quæ optimo jure uxor eſt, ſive tota uxor: injuſta eſt concubina ſemipleno jure uxor, ſemiuxor, ſeminupta, quæ ab uxore juſta, ſicut legitima à meretrice diſtinguitur. Injuſtarum uxorum duo genera ſunt: *injuſtæ & legitimæ*; ut concubinę, aut *injuſtæ & illegitimæ*, ut inceſta uxor, aut latina, aut peregrina, aut ancilla. Multimoda enim matrimonia ſunt, & ad omnia lex julia pertinet de adulteriis *d. l. 13. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult.* Ex T. Marcilio S.L.

Ni trinoctium] Vxor illa prius quam uſucapta eſſet, uſurpari à ſuo ſibi tutore potuit, ſive abduci à viro, interrupta uſucapione, teſte A. Gel. & Macrob. *d loc.* idem.

Ad L. III.

SI QUI IN JURE MANUM CONSERUNT) Hic rurſum ſeparanda nobis Lex ipſa XII. Tabularum à Legis actione. Vindiciarium, ſeu in jure conſertionis meminit hoc capite Lex XII. Tabularum: At formulam ipſam ritumque manuum conſertionis, quo ſcilicet actus hic ex lege XII. Tabularum expediretur, quo lite vindiciarium inter ſe homines diſceptarent, Prudentes excogitarunt. De hoc jure ita Gell. *lib. 20. c. 9. Manum,* inquit, *conſerere, eſt, de qua re diſceptabatur, in re præſenti, ſive agere, ſive quid aliud eſt, cum adverſarium ſimul manu prenderet, in ea re omnibus,* (alii legunt, optimis, id eſt, ſolemnibus) *verbis vindicare* S.L.

In Jure) eſt in re pręſenti, ut fundo, ſive qua de re agitur. Nam in jure eſt ubi prætor jus dicit, etiam domi & in itinere. *l. 4. ff. de Interrogat. in jure fac. l pen, ff. de juſt. & jure,* T. Marcil.

Secundum eum qui poſſidet) Veſtigium eſt interdicti prætoris, *Uti poſſidetis, ita poſſideatis, in ff. & Cod.* S.L.

Secundum libertatem) Hujus juris meminit Pomponius in *l. 2. §. 24. ff. de Origine juris.* Idem.

Vindicias dato) Hinc formula prætoris, mittentis in rem præſentem, de qua Feſtus in verbo, *Superſtites.* & formula deductionis, quæ Ciceroni *pro Cæcina*, eſt *vis moribus facta, & vis quotidiana.* A. Gellio *lib. 20 cap. 9. vis Civilis & feſtucaria.* Hujus etiam veſtigium eſt, *iactus capilli in l. 6. §. ſecundum ff Si ſervit. vind. & l. 5. §. meminiſſe. ff. de op. nov. nunciat.* T. Marcil.

TIGNUM) Ad hujus legis ſeu capitis

pitis interpretationem pertinet quod de Fabrorum Tignariorum ſignificatu Gajus *lib. 3.* ad XII. Tab. in *l. 235. §. 1. ff. de V. S.* tradit. Spectat hæc lex, ſicut & ſuperior ad *Litem Vindiciarum. Lis Vindiciarum* quippe *eſt* (ut inquit Aſconius 3. *in Verrem*) *cum litigatur de re apud Prætorem, cum incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor.* Ideoque Gajum libro 26. ad Edictum provinciale, quo is de causâ poſſeſſionis egit, hoc quoque caput tractaſſe ex *lege Tigni 62. ff. de V. S.* comperi.

Hujus porrò capitis verba apud Feſtum *in v. Tignum* ſic leguntur. *Tignum junctum ædibus vineave & concapet ne ſolvito.* Quę, antiqua ſcriptura eſt. At hodie, pro *Concapet* in vulgatis legitur *Concapis*. Cui verbo medelam doctiſſimi quique viri tentarunt. Omnium ingenioſiſſimè Scaliger, *Concapes*, repoſuit: quod interpretatur, depactum ac defixum terræ ad vineam ſuſtinendam: qua formâ *Precapes*, & *Formucapes* apud eundem Feſtum legere licet. Verùm ne *Concapes* hûc facere putem, retrahunt me vel Feſti ipſius verba, ad quæ non attendiſſe Virum longè Maximum miror Ait Feſtus, *Tignum non ſolùm in ædificiis quo utuntur, appellatur: ſed etiam in* vineis, *ut eſt in XII. Tabulis* TIGNUM &c. Si tignum ambitu ſuo, materiam etiam vineæ neceſſariam hoc capite ſatis complectitur: quid hac voce *Concapes* opus, quam nihil aliud præter materiam vineæ neceſſariam ſignificare Scaliger tradit? Feſti præterea mentem Ulpianus noſter quoque apertiſſimè probat: cùm & is de capite agens, in *l. 1. ff de tigno juncto* ſcribit: *ſed & in vineis, Tigni appellatione omnia vineæ neceſſaria continentur: ut puta* perticæ, *pedamenta.*

Itaque repono ego ad veſtigia vetuſtiſſimæ ſcripturæ proximè: NE CONCAPET NE SOLVITO: *Ne concape,* i. ne vindicato. Teſtatur quippe Ulpianus *d. l. 1. ff. de tigno juncto* diſertis verbis, hanc XII. Tabularum legem, *neque ſolvere tignum ædibus vel vineis junctum, neque* VINDICARE, permiſiſſe. Quod confirmat etiam Gajus *l. 7. §. 10. ff. de adquir. rer. dom.* eumque ſecutus Iuſtin. in *§. 29. Inſt. de rerum diviſ.* & Paulus in *l. 23. §. 6. ff. de rei vindicat. Ne concape igitur hic eſt, ne vindicate. Concapere* eſt, rem, de qua controverſia eſt, ſimul cum adverſario capere, contrà vindicare.

Vindicari Tignum ædibus vineæve junctum nominatim prohibetur: ad eum effectum, ut id ſolvatur, ejuſque poſſeſſionem Dominus nanciſcatur. vindicari tamen alio ſenſu, i. peti poteſt, videlicet ut duplum ejus domino præſtetur

NE SOLVITO] Id eſt neque diſſolvito, ne aut ædium ruinis urbis facies diſformetur, aut vinearum cultura turbetur. *l. 1. §. 1. ff. de tign. juncto,* S. L.

Duplione damnator] Quod duplum totum pœnæ, quippe in furem *l. 11. ff. de tigno juncto.* Qui bona fide junxit duplum luit, non mere pœnalem, ſimplum rei, ſimplum pęnæ, ſi tignum furtivum eſt. *l. 23. §. pen. ff. de rei vind.* Si tignum illud furtivum non eſt, actio competit in factum ad æſtimationem ſive pretium tigni. *l. 98. §. penult. ff. de ſolut.* T. Marcil.

SARPTA] Sarpta, id eſt putata. Sarpuntur vineæ, id eſt putantur. Feſtus in verb. Sarpuntur.

Voluere decemviri, quandocunque, aut à quo tempore ſarpta, ſive putata eſſent vineta, non ſolvi *concapis*, ſive non vindicari tignum, donec demta, ſive vindemiata eſſent: ut neque tignum ædibus junctum vindicatur, niſi quum dirutùm caſu aliquo ædificium T. Marcil.

Ad L. IV.

Si vir mulieri repudium] *Repudium* mulieri lege XII. Tabularum certis de cauſis viro mittere conceſſum fuiſſe, teſtatur ſingularis Cice-

ronis locus Philippicâ tertiâ: *Mimam* (inquit) *ſuas res habere juſſit, ex XII. Tabulis CAUSAM addidit, exegit, Cauſam divortii* addi voluit lex XII. Tabul. non temerè repudium mitti. Antiquiſſimo ſanè Jure repudii cauſam addi oportuiſſe, teſtatur Varronis locus, apud Nonium, in v. *Betere. Aſt, annos multos* Quod *parere ea non poterat mulier, foras betere juſſit.*

Si non legitimam cauſam vir adderet, nupta mulier manebat: Quo pertinet quod Gajus lib. 3. ad l. XII. Tab. in *l. 43. ff. ad l. Iul. de adult.* ſcribit: *Si ex Lege repudium miſſum non ſit* &c.

Quęnam autem divortii cauſę hac lege legitimæ fuerint, liquido dici non poteſt. Quæ Romuli lege legitimæ fuerint, notum ex Dionyſio *lib. 2.* Plutarcho *in vita Romuli.*

De viro tantum repudium mittente caput hoc. Ita lex Iulia de adulteriis, maſculis tantum dedit accuſandi facultatem jure mariti, idem privilegium, fœminis non tribuit, *l. 1. Cod. ad l. Iul. de adulter.* notum, antiquiſſimo jure non eandem à viro pudicitiam, quam â muliere exactam: Quod præter Plautum in Amphitryone *Actu 2. & 3.* docet M. Catonis locus *apud Gellium: lib. 10. c. 23.* Quod Moſaico etiam juri convenit. *Deut. 24. 5.* ſed Attico juri contrarium: quo, ſicut maritus mulierem ἀποπέμπειν poterat, ita uxor viciſſim maritum.

TABULA VII.

De Delictis.

L. I. *De Pauperie & damno dato.*

Cap. I.

SI QUADRUPES PAUPERIEM faxit, dominus noxi Æſtimiam oferto : ſi nolet, * quod noxit dato.

SIniuria RUPITIAS ....

....

Aſt ſi caſu, SARCITO.

SI quadrupes damnum dederit, dominus quadrupedis damni æſtimationem offerto: vel ſi malit, quadrupedem ipſam noxæ dato.

Si per injuriam damnum dederit, ... At ſi caſu, damnum ſolvito, præſtato.

Cap. II.

De damno frugibus dato.

QUI FRUGES EXCANTASIT ....

Qui Frugem aratro quæſitam furtim nox pavit ſecuitue, ſuſpenſus Cereri necator:

Inpubes Pretoris arbitratu verberator, noxiamque duplione decernito.

Qui fructus alienos, alienamve ſegetem incantamentis in alias terras transtulerit, pellexerit, vel ne creſcerent obligaverit....

Qui frugem induſtrialem, aratro videlicet partam, furtim noctu paverit immaturam vel maturam ſecuerit, Cereri ſacer & devotus ſuſpendio necator. Impubes tamen ſi id fecerit, arbitrio Prætoris verberator, damnumque datum in duplum ſarcito.

Cap. III.

Cap. III.
De paſtu pecoris.

QuiPecuENDO ALIENO IMPESCIT....
. . . .

Qui pecus in alienam ſegetem vel frugem immiſerit, paſcendi gratia.......

Cap. IV.
De incendio facto.

Qui ÆDES aceruumve frumenti ad ÆDES poſitum dolo ſciens INCENSIT, victus * verberatus igni necator:
Aſt ſi caſu, NOXIAM SARCITO:
Si nec idoneus eſcit, levius caſtigator.

Qui ædes aut æternum frumenti juxta domum poſitum ſciens prudens dolo incenderit, vinctus, verberatus igni necator: ſi verò caſu i. negligentia, damnum datum ſarcito: aut ſi minus idoneus ſit, levius caſtigator.

L. II. *De injuriis levioribus.*

SI QUINIURIAM ALTERI FAXIT, XXV. ÆRIS PŒNÆ SUNTO.

Si quis injuriam leviorem ſive re ſive verbis alteri fecerit, 25. aſſibus multator.

L. III. *De convicio publice facto.*

SI QUI PIPULOCENTASIT, CARMENVE CONDISIT. QUOD INFAMIAM FAXIT FLAGITIUMVE ALTERI, fuſte ferito.

Si quis publicè aliquem diffamuerit, eique convicium fecerit, vel carmen famoſum condiderit ad alterius injuriam, fuſtibus feriatur.

L. IV.

L. IV. *De pœna Talionis.*

SI MEMBRUM RUPSIT, NI CUM EO PAICIT, TALIO ESTO.

Si quis alteri membrum aliquod ruperit, ni cum eo paciſci velit, membrum ei pariter rumpere injuriâ affecto jus eſto.

L. V. *De oſſe fuſo, id eſt dentibus excußis.*

QUI OS EX GENETALI FUDIT LIBERO, CCC. SERVO, CL. ÆRIS PŒNÆ SUNTO.

Qui dentem ex gingiva excuſſerit libero homini, trecentis aſſibus multator: qui ſervo, CL.

L. VI. *De falſo.*

QUI SE SIRI TESTARIER LIBRIPENSVE FUERIT, NI TESTIMONIUM FARIATUR, IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO.

Si falſum teſtimonium DICASIT, ſaxo deIcitor.

Qui alicui actui teſtis adfuerit rogatus, vel libripens, ſi poſtea teſtimonium ferre detrectet, infamis habetor, neque ejus teſtimonium deinceps admittitor, néve ipſi teſtimonium dicatur.

Si quis falſum teſtimonium dixerit, ſaxo Tarpeio præceps dejicitor.

L. VII. *De Sicariis & Veneficio.*

Si qui hominem liberum dolo ſciens marti duit, QUIVE MALUM CARMEN INCANTASIT, MALUM VENENUM ſaxit divitve, PARICIDA ESTO.

Si quis hominem liberum dolo ſciens occiderit capitalis criminis reus eſto.

Item, qui magico carmine ſeu incantamentis alium defixerit.

Item qui malum venenum fecerit dederitve.

L.VIII.

L. VIII. *De Parricidio.*	
QUI PARENTEM NECASIT, CAPUT OBNUBITO, coleoque inſutus in profluentem mergitor.	*Qui Parentem necaverit, capite obvoluto, culleo inſutus in aquam abjicitor.*
L. IX. *De dolo Tutorum.*	
Si Tutor DOLO MALO gerat, vituperato *: quandoque finita tutela eſcit, furtúm duplione luito.	*Si tutor tutelam dolo malo gerat ſuſpectum eum facere cuivis liceto: ſi quid de rebus pupilli furatus fuerit, cum finita fuerit tutela, duplum præſtato.*
L. X. *De fraude Patroni.*	
PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FAXIT, SACER ESTO.	*Si quis, quo tutior eſſet à vi & injuria, alterius ſeſe patrocinio commiſerit, patronus autem cum fefellerit, execrabilis eſto.*

AD TABULAM VII.

De Delictis.

QUÆ ſuperſunt è quarto Gaii ad leges XII. Tabularum libro, fragmenta, ad hæc duo genera referuntur: ad *Delicta*, juraque *Prædiorum*. *de Delictis* prius quam de *Iuribus Prædiorum* his Tabulis actum fuiſſe, ex capitum ſeu ſententiarum ordine, quæ Gaii *lege 236. ff. de V. S.* continentur, apertiſſimè conſtat.

Ad Cap. I. L. I.

SI *quadrupes pauperiem*] *Pauperiei* appellatione lex hæc damnum omne, quod quadrupes feritate commota facit, complectitur: ut, ſi quid *depaſta ſit*, non immittente domino: Nam ſi dominus immiſerit, non hęc noxalis actio, verum altera, *de Paſtu pecoris* in dominum, ex ſuo proprioque delicto, his Tabulis prodita erat: cujus meminit Ulpianus in *l. 14. in fin. ff. de præſcr. verbis*. Et caput hoc *de pauperie*, ab altero illo, *de paſtu pecoris*, quod hactenus confundunt, contra apertiſſimam Ulpiani mentem in *d. l. 14.* ſeparandum.

Ex XLI. tabulis in edictum prętoris

ris migravit noxalis actio de pauperie ſive, *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicat l. 1. §. 1. ff. & §. 1. Inſtit. eod.* T. Marcil.

Æſtimiam offerto] æſtimiam pro æſtimatione veteribus uſitatum notatum ſupra. S. L.

Rupitias) Rupitias in XII. tabulis, damnum dederis, & ſarcito, damnum ſolvito, ſignificare ex Ser. Sulpitio notavit Feſtus J. Rævardus. Verius decemviros dixiſſe RUMPIT, putat. T. Marcilius *arg. l. 97. § Servi autem ff. ad l. Aquil. verb. ruperit injuria.* S. L.

Aſt ſi caſu) Igitur decemviri damnum non injuria, ſed negligentia datum ſarciri, hoc eſt ſolvi, ſive preſtari duntaxat, ſine caſtigatione aliqua voluerunt. I. Rævard.

Ad Cap. II. L. I.

Qui *Fruges ExcantaSit) Excantare* fruges primùm eſt, cantu foras elicere, de alieno in ſuum pellicere, de loco in locum carminibus traducere.

Eſt tamen hic *Excantare*, Magicis carminibus obligare ſeu excludere & impedire quominus quid creſcat, adoleſcat, vel ad maturitatem perducatur, imbribus forte intempeſtivis attractis, vel repulſis: quod Seneca 4. *Natural. 7.* de hoc capite agens, docet. *Apud nos* inquit, *in XII tabulis, cavetur* NE QUIS ALIENOS FRUCTUS EXCANTASSIT. *Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus & repelli: quorum nihil poſſe fieri tam palam eſt, ut hujus rei cauſa, nullius Philoſophi ſchola intranda ſit.*.

Qui frugem) Orſos caput hoc decemviros: Frugem aratro quæſitam, ex Plinii *lib. 28. cap. 3.* ſi conjecturam feceris, non male. T. Marſil.

Aratro quæſitam) Eſt enim & aliqua fruges non aratro quæſita, ut quod ex vino, ſylvis cæduis, cretifodinis, & lapidicinis capitur. *l. 78. ff. de V. S.* idem.

Suſpenſus Cereri) Recte in Plinii libris: *ſuſpenſumque Cereri.* Non ut critici reſcribillant: *Sacratumque Cereri.* Duo enim hæc voce una complexa decemviri Quia ſuſpenſus ille Cereri, eo ipſo & ſacratum cereri. Suſpenſum nempe reſte infelici arbori. Idem Marſil.

Inpubes) Impubens capitalem fraudem admittere non videntur *l. 23. §. 2. ff. de ædilit. edict.* ideoque hinc ætati ſubveniri, *l. 1. cod. Si minor ab here ſit.* & in pænalibus ſuccurri ſolet *l. 168. ff. de Reg. jur.* S. L.

Ad Cap. III. L. I.

Impescit) id eſt in lætam ſegétem paſcendi gratia immittit. Feſtus

Ad Cap. IV. L. I.

Qui ædes) Teſtatur Gajus ad lib. 4. XII. Tabular. *l. 9. ff. de incendio ruino & naufragio.*

Victus) Rectius alii legunt vinctus, ut in *d. l. 9. ff. de incendio.*

Aſt ſi caſu) *Caſus* appellatione hic lex omnem omnino caſum excepit:

Noxiam sarcito) Sarcire, eſt damnum ſolvere ſive noxiam præſtare, ſine pœnæ coërcitione. S. L.

Si nec idoneus) id eſt, ſi ſolvendo non ſit. Vt qui in ære non habet luat in corpore *l. 7. §. 3. ff. de juriſdict. l. fin. ff. de in jus vocando, & l. 1. §. 3. ff. de pænis* S. L.

Ad L. II.

Si qui injuriam) Injuriæ (quæ & *Contumelia* dicitur) nomen Iudiciumque hiſce Tabulis plures ſub ſe ſpecies complectitur: Injuriam ſcilicet Leviorem; & Atrocem: rurſus, vel verbo atrocem, puta Convicio facto, vel Carmine condito: vel Re, membro puta rupto, oſſéve fracto. *Injuriæ* item Levioris ſpecies ſunt duæ: una, quæ verbo tantum fit: altera, quæ re, puta depalmatione. Ad

quam

quam utramque, ſive linguâ, inquam, ſive manu pertinet Lucii Veratii exemplum, apud Gellium *lib. 20. cap. 1.*

XXV. ÆRIS,) Paucis immutatis Paulus apud auctorem collationis legum Moſaicarum *tit. 5. Qui injuriam alteri facit, xxv. ſeſtertiorum pœnam ſubito.* Nempe, quòd quæ antiquitus ratio ſeu computatio ad *aſſem* fiebat, auctis civium Rom. facultatibus, poſtea ad ſeſtertium fieri cœperit.

Ad L. III.

SI qui pipulo occentaſſit] Quod in Prætoris edicto eſt, convicium adverſus bonos mores: item, quod eſt, *convicium* cum vociferatione, *lege 15. §. 2. & 11. ff. de injuriis*, id in his Tabulis eſt, *pipulo occentare.* Quod vocem *pipulo* attinet, Cl. Salmaſius *Obſervat. ad jus Atticum, p. 264.* eam hic ſuperfluam putat: nam quod *pipulo differre* apud Comicum dicitur, id unâ voce Decemviros dixiſſe, *occentare:* cui ego non accedo. Plautus *in Aulular.* ait *Pipulo differre ante ædes.* Idem Plaut. *in Perſa act. 4. Sc. 4.* & *in Mercatore Act. 2. ſc. 3.* dicit *occentare oſtium.* Itaque *occentare pipulo*, eſt *publice invehi* in aliquem, quaſi furem, puta rei ſuæ, & detentorem eumque publice, *differre, diffamare.*

Fuſte ferito) Fuſtuarium ſupplicium publicè invehenti, lege XII. Tabular. conſtitutum erat. Præter Horatium *lib. 2. ep. 1.* Cornutus nominatim ad Perſii *Satyram. 2. Lege XII. Tabularum* (inquit) *cautum eſt, ut fuſtibus feriretur, qui publicè inveheretur.*

Ad L. IV.

SI *membrum rupſit*] His verbis talionis mentionem fieri in XII. tab. ſcribit Verrius apud Feſtum *verb. Talio*, & Favorinus apud Gell. *lib. 20. cap. 1.* meminit Juſtinianus *§. 7. Inſt. de injuriis.*

RUPSIT] *Rupſit; rupit* pro *corrupit. l. 27. §. inquit lex ff. ad l. Aquil.* T. Marcil.

TALIO ESTO] Fons taljonis lex divina *Exodi cap. XII.* Talio recte Verrio interprete, *par vindicta.* Fabio declamat 372. *Injuriæ ultro.* Eadem & *ſimilitudo ſupplicii l. ult. Cod. de accuſat. l. ult. ff. de calumniator.* eadem & *pœna reciproci l. 2. Cod. de exhib. reu.* ſic *eam ipſam ſententiam ſubire. l. 7. Cod. de vi publica.* T. Marcil.

Ad L. V.

QUI *os ex genetali*] Pauli de hoc capite, apud auctorem collationis legum *Moſaic. tit. 2. de Atroci injuriâ*, verba corruptiſſima ſunt hactenus. *Quæ lex* (inquit) *generalis fuit libero, trecentos, ſervos CL. pœnam ſubito ſeſtertiorum.* Cui vulneri ſanando imparem ſe quoque. V. C. P. Pithoeus ita faſſus eſt. repoſuitque. *Qui Os ex genetali fudit, libero, CCC. ſervo.* Viam munivit mihi Cæcilius apud Gellium *lib. 20. cap. 1. Injurias* (inquit) *atrociores, ut de oſſe fracto, non liberis modo, verum etiam ſervis impenſiore damno vindicaverunt. Genitale* verò dictum, olim, ubi quid genitur: ut genitale apud Plinium, quo homo genitus. Lucretius hoc verbo etiam utitur & Varro *lib. 1. cap. 40. & lib. 2. cap. 2. de re ruſtic.* Vide Priſcianum *lib. 3.* Adde & Feſtum in v. Genius & Genialis. Hunc igitur locum ita explica, qui dentem, *ex genetali*, id eſt ex maxilla, dentium genetali, *fudit*, id eſt percuſſit. S. L.

Ad L. VI.

QUI *ſe ſiri Teſtarier*) *Qui ſe amſirit teſtarier.* Ita ex vetuſtiſſimis libris Cl. Salmaſius ad jus Atticum pag. 815. pro *qui ſe ſirit amteſtarier.* Duo porrò errores circa hoc caput vulgò admittuntur. Primus eſt eorum

rum qui hoc caput ad *Teſtimonii denuntiationem* referunt: quaſi qui denuntiati teſtimonium detrectant, improbi inteſtabileſque eſſe hoc capite jubeantur. Perperam: eſt enim caput hoc de eo qui cùm ſe jam ſiviſſet teſtari, id eſt, cùm jam ut teſtis rei vel actui alicui, item velut libripens adhibitus fuiſſet, poſtea teſtimonium ferre de eo, cui interfuit, detrectat. Alter eſt eorum, qui hoc caput referunt ad cauſam formamque teſtamenti per æs & libram eique rei teſtimonium denuntiant Gellio *lib. 15. Noct. Attic. cap. 13.* ex quo tamen nihil tale conficitur.

Priſco ritu in omni libræ penſo, ſive mancipatione, ſive nexu; aut contractu *libripens*, & *antiſtatus*; & *quinque teſtes cives Romani puberes.* ad ſummam ſeptem adhibiti. De quibus T. Caii narratio eſt, ex *lib. 1. Inſtit.* apud Severin. Boët. *lib. 1. comment. ad Top. Cicer.* apud Priſcian. *lib. 6.* & in Anianis ſive Gothicis Caii Inſtitutis *tit. 9.* Narrat & Ulpianus Reg. *tit.* XIX. & Theoph. *§. præterea. Inſtit. Quib. mod. jus patr. poteſt.* Antiſtatus, eſt teſtis per aurem tractus, quinque præter hunc teſtes alii non attriti auricula, iique teſtes claſſici. duplex enim olim teſtium genus, Antiſtati, & Claſſici. ex T. Mar. S. L.

Qui ſe ſirit, pro, ſiverit, *teſſarier*, id eſt, qui ſe vocari in teſtem paſſus eſt, libripenſve fuit. J. Ræward.

Ni *teſtimonium fariatur*) Cujacius reponebat, *In teſtimonium feriatur*, i. pulſetur, cogatur; Cl. Salmaſius *obſervat. in jus Atticum cap. 30. pag. 816.* reponit *fariatur* ni teſtimonium eat dicere, *iatur* pro eat, ut alia lege, *ni itur* pro *ni it*, *ſitur* pro *ſit*.

Verbum fariatum priſcum eſt. Ejuſmodi in antiquis fuiſſe morem teſtatur Diomedes, ut in dictionibus quibuſdam ſermonem ex abundanti adderent, quomodo *aggrediri*, pro *aggredi*: item *moriri* pro *mori* & ita *fariari* pro *fari* veteres dixere ex J. Ræwardo S. L.

Ni teſtimonium fariatur) Hoc eſt, ſi de perhibito teſtimonio rogatus, illud fari, ejuſque approbare fidem non voluerit. J. Ræward.

Improbus *inteſtabiliſque*) *Improbus*, id eſt, *infamis inteſtabiliſque*, non tantum ut cum eo nulla teſtamenti factio ſit, ut quidam interpretantur, ſed potiſſimum ut ab omnibus nexus & mancipationum ſolennibus ſic arceatur, ut nunquam vel ejus recipi, vel ei teſtimonium dici poſſit. *l. 29. ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* S. L.

Si falſum) Hunc è Tarpeja rupe præcipitari voluere decemviri. De quo legis capite A. Gell. *lib. 20. ca. 1.* idem.

Ad L. VII.

Dolo ſciens) Hinc Prudentes in legis actionibus à contrario legitimam exceptionem illam eduxere: Si telum manu fregit, de qua Cicero in Topicis & *in 3. de Oratore.* Quod ipsâ lege XII. Tabular. comprehenſum fuiſſe malè plerique opinantur. Peius adhuc, qui quod de ſuccedanea hoſtia annexis hac in re ex Regum legibus Servius 3. *Georg.* notat.

Si qui hominem) Numæ Pompilii de Sicariis legem Decemviris in tabulas relatam, non levi teſtis fide eſt Cic. in *topic. ad Treb.* T. Mar.

Dolo ſciens) Dolo malo, *l. 1. §. 1. & ſeq. ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

Qui *malum carmen incantaſit*) *Diſparatum* hoc caput ab altero illo, *Qui fruges excantaſſit*, docet Plinius, *lib. 28. cap. 2.* Malè itaque qui ea cohæſiſſe putant. Illud ad frugum incantamenta pertinet, quæ propriè *excantari* dicuntur: hæc, ad perſonarum.

Malum *venenum*) Sicariis Venefici proximi, ut & in lege Cornelia combinati. Nam & Venenarii quaſi homicidæ ſunt & amplius *l. 1. Cod. de Maleſic.* In capite hoc legis nominatim eſſe venenum malum patet in

l. 236.

l. 236. ff. de V. S. T. Marcil.

Divir) Id eſt duit, ſive dederit, S. L.

Parricida) Parricidium, ſive *capital eſto*. Omne homicidium parricidium fuit veteribus, T. Marc.

Ad L. VIII.

Qui parentem] Legem hanc XII. Tabularum legibus connumerandam, docet auctor librorum ad Herennium, ſive is Cicero fuerit, ſive alius: Ejuſdemque meminit Feſtus in *v. Nuptiæ*: & Val: Max. *lib. 1. cap. 1. exempl. 13.* Eodem refero locum hunc Ennii, Hecubâ: *Sed nunquam ſcribſitu, QUIS PARENTEM aut HOSPITEM NECASSIT, quos quis cruciatus perwiteret?* ubi in principio ſic lego: *Sed nunquam ſcribſitus, QUI PARENTEM.*

Ex Feſti verbis apparet, in hac leg. Verba hæc, *caput obnubito*, legitima fuiſſe.

Pœna itaque parricidæ ex lege XII. Tabularum fuit hæc, ut *capite obvoluto, culleoque inſutus in profluentem dejiceretur.* Quo exemplo Publicius Malleolus matre interemptâ inſutus culleo in mare præcipitatus eſt, teſte Livio, *libro Epitomes ſexageſimo octavo*) Nam quod poſtea intra culleum ſeu vas parricidale animalia incluſa, ab alio jure id profectum.

Cæterùm hac lege, *parentem*, multa prætereà capita comprehenſa fuiſſe exiſtimo. Ac primùm quidem de Pupillo, tum de Hospite necato, mox de Cliente, quod & ſuperior Ennii locus ſuadet, & Sabini apud Gellium *lib. 5. cap. 13.*

Ad L. IX.

Si Tutor) Suſpecti crimen ſive accuſationem ex lege XII Tab. deſcendere Ulpianus *l. 1. §. 2. ff. de Suſpect. tutor.* & Juſtin. *pr. inſtit. eod.* teſtantur.

Ad L. X.

Patronus clienti) Scribit Dioniſ. *lib. II.* Romulum patriciis plebejos commendaſſe, optione cuique è vulgo data, quem vellet patronum eligendi: & eam pauperum tutelam appellatam fuiſſe; juſque patronatus, officiis tum inde apud Romanos durantibus, fuiſſe: ut patroni clientibus de jure reſponderent, cujus illi rudes erant, abſentium æque atque præſentium curam gererent, adeſſent in judiciis, omnemque accuſatoris impetum ſuſtinerent. Ex J. Ræward. S. L.

Sacer esto) Dioniſius *lib. II.* morem Romanis fuiſſe ait, ut quos vellent Inpune occidi, eorum corpora devoverent deo cuipiam, præcipueque diis inferis. Eumque morem obſervaſſe Romulum in fraudibus Patronorum, clientumque vindicandis. Quo ſenſu hominem ſacrum accepiſſe Decemviros conſtat. *idem.*

T TABU-

TABULA VIII.

De Iuribus Prædiorum. ſive Iure Prædiatorio.

Lex I. *De Iure parietum.*

AMBITUS PARIETIS, SESTERTIUS PES ESTO.

L. II. *De Iure Arvorum, ſive ſodalibus arvalibus.*

SODALES, legem * quam volent, dum ne quid ex publico coRompant, ſibi ferunto.

L. III. *De Iure finium.*

. . . .

. . . . de FINIUM ratione lex * incerta, ad exemplum legis . . . . Atticæ Solonis...

Intra V. P. æternAuctoritas eſto.

SI JURGANT adfines, finibus regundis Prætor arbitros tris aDicito.

L. IV. *De Iure Poſſeſſionum.*

...........HORTUS...........

..........HEREDIUM.........

.........TUGURIUM........

Inter vicinorum ædificia ad circumeundi facultatem ſpacium vacuum duorum pedum & ſemis relinquitor.

Sodales i. collegiati (quorum certa fuerunt corpora) leges inter ſe ferre liceto quas volent, dummodo publicis legibus contrariæ non ſint.

Spatium quinque pedum (quod vacuum inter duos agros erat ad acceſſum & circumductum aratri) uſucapere jus non eſto.

Si vicini de finibus diſceptent, decertent, Prætor dirimendæ controverſiæ tres arbitros dato.

Si Ar-

Si Arbor in vicini fundum impendet, XV. P. altiùs ſublucator.	*Si arbor ex vicini fundo in vicinum impendeat, arboris illius rami quindecim pedibus altius circumcidantur.*
SI GLANS in EM caduca ſiet, domino legere jus eſto.	*Si fructus e vicini arbore in vicini fundum cadat, domino arboris legere fructum jus eſto.*
L. V. *De Iure Aquarum.*	
SI AQUA PLUVIA MANU NOCET, Prętor arcendæ aquę arbitros tris aDicito, NOXÆQUE DOMINO CAVETOR.	*Si aqua pluvia opere manu facto nocere potuerit, Prætor ad arcendam aquam ne noceat, tres arbitros dato: damni infecti nomine caveto.*
L. VI. *De Iure Itinerum.*	
Via in poRecto VIII. P. IN AMFRACTO XVI. P. lata eſto.	*Latitudo viæ, quà ſe recte porrigit via, octo pedum eſto: at ubi flexum eſt, ſedecim.*
Si Via per AMSEGETES iMunita eſcit, quâ volet, jumentum agito	*Si via ab iis qui vicina prædia viæ poſſident munita non ſit, jumentum agere quo quis velit jus eſto.*

AD TABULAM VIII.

De Iure Prædiatorio.

IUs *prædiatorium* erat, quod verſabatur in controverſiis circa prædia: quò pertinebat etiam titulus Edicti *de prædiatorib.* unde ſupereſt *lex 54. ff. de jure dotium.*

Jura ſeu Leges prædiorum ſunt, vel Urbanorum, vel Ruſticorum.

De Urbanis primùm actum fuiſſe quis non credat, cùm & idem ordo à Gajo in Inſtitutis, & Juſtiniano in Pandectis obſervatus poſtea fuerit?

Ad Lex I.

AMBITUS) ambitus eſt iter quod

circumeundo teritur, quaſi circumitus. Varro *lib. 4. de ling. latin. nu. 4.*

Sestertius pes) Duo pedes & ſemis, ſeſtertius pes vocatur a voluſ. Metian. *in diſtribut. ad Cenſorem.*

Ambitus, authore Feſto, proprie dicitur inter vicinorum ædes locus duorum pedum & ſemi pedis, ad circumeundi facultatem relictus.

Ad L. II.

Sodales) De Sodalibus Arualibus nominatim hic locus accipiendus: qui de arvorum juribus, finibuſque judicabant. Quod ſi ita eſt, tum non diu quærendum fuerit, quò ea, quæ Gajus (lib. 4. ad l. xii. Tabularum,) de Sodalibus in *l. ult. ff. de collegiis* ſcribit, referenda eſſent.

De arvorum ſanè Sacerdotibus duodecim numero à Romulo inſtitutis vide Plinium *lib. 18. c. 2.* De hoc etiam ipſo *fratrum Arvalium* collegio & ſacerdotio Maſſurius Sabinus apud Gellium *lib. 6. cap. 7.* Quod legem Solonis attinet, quæ cum hac lege à Gaio comparatur, multa habes apud *Salmaſium & Heraldum & Petitum in legibus Atticis à pag. 427.*

Ad L. III.

de Finibus) Quæ de fundorum ſeu prædiorum ruſticorum jure Tabulis his ce ſancita ſunt, ad hæc quatuor capita referri oportet: videlicet, ad Jura Finium, Poſſeſſionum, Aquarum & Itinerum. De *Finibus agrorum* hac Tabulâ ſancitum fuiſſe, oſtendit *l. ult. ff. finium regundorum*, è quarto Gaji ad lege xii Tabular. libro deſumpta. Ubi quod Gajus ait, *de Finibus lege XII. Tabularum* Quodammodo *ad exemplum juris Attici cautum fuiſſe*, imperitiam eorum arguit, qui quam Solonis legem Gajus recitat, totidem verbis in Decemvirales haſce noſtras transferunt.

Intra V. pedes) De hoc quinque pedum ſpacio locus eſt Ciceronis *lib. 1. de legibus, item l. 3. 4. & ult. in Cod. Theodoſ. fin. Regundor.*

Æternа Auctoritas) id eſt Uſucapione ſit, ſed perpetuum jus perſequendi ſit S. L

Si jurgant) jurgium & lis hanc habent diſtantiam, quod jurgium levior res eſt, ſiquidem inter benevolos & propinquos diſſenſio vel concertatio jurgium dicitur, inter inimicos diſſenſio, lis appellatur Cic. *lib. 4. de Republ.*

Arbitros tris) liquidum ex *l. 3. Cod. 1. de legib.* Hi arvales Sodales, dicti à Gloſſ. vet. ex Ulpiani lib. de officio proconſulis T. Marcil.

Ad L. IV.

Hortus) Leges quibus horti, heredii tugurii mentio fiebat, incertæ.

Hortus in xii tab. Idem eſt quod villa Plinius *lib. 19. cap. 4. de Hortorum cura* author eſt. vide Feſt. *lib. 8.* S. L

Heredium) Heredium eſt prædium parvulum Authore Feſto *lib. 8* vide Var. *lib. 1. de re ruſtica* idem.

Tugurium) Tuguria à tecto appellantur, ædificia ruſticorum ſordida Feſt. in Verb. *tuguria.* Pomponius *lib. 30. ad Sabinum l. 180. ff. de Verb. Signif. Tuguris* (inquit) *appellatione, omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ convenit, quam urbanis ædibus, ſignificatur. Ofilius ait, tugurium a tecto, tanquam tegularium eſſe dictum.*

Si arbor in vicini fundum) De *ſublucatione* id eſt, de ramorum luxurie in vicini fundum impendente compeſcenda eſt hæc lex. Ad ejus Legis exemplum, quod in hac l. de ramis umbra vicino officientibus ſtatuitur, ad ipſam arborem in agrum vicini inclinatam, extendit Pomponius *in l. 2. ff. de arboribus cædendis. Si arbor* (inquit) *ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum ſit,*

Ex lege xii Tabularum *de adimendâ ea rectè agere potes, jus ei non eſſe ita arborem habere*. Perperam itaque faciunt illi, qui peculiare hoc caput his Tabulis affingunt. Benè Hotomannus, & Fr. Pithoeus, qui id in fragmentorum ſuorum ſyllogas referre non ſuſtinuerunt.

Ab hoc legis capite interdictum de arboribus cædendis *l. 2. §. 1. ff. de arbor. cæd.* Sublucare arbores, ſermo linguę Decemviralis, ut liquet Pauli ſent. *lib. 5. tit. 6.* at prætor coërcere dixit T. Manil.

Si Glans) Aliis placet, Si Glans procidua. Quia caduca magis de ſuo, ſibi prædio, procidua magis de vicini prædio dicitur. Sic *l. 30. ff. de Verb. Signif.* de Glande caduca quæſtio, ad jus utendi fruendi ſpectat, non ad interdictum *De glande legenda* ex xii Tab. T. Manil.

Caput *de arboribus cædendis* ſequitur proximè caput *de Glande* legenda. Edicti perpetui ordo poſtea fuit. Ad hujus capitis interpretationem manifeſtiſſimè pertinet, quod Gajus in *l. 236. §. 1. ff. de V. S. de Glandis appellatione* ſcribit.

Ad L. V.

Si *aqua pluvia manu nocet*) Quæ actio, ad *Aquam pluviam*, & ex opere manu facto in agro *privato*, agro alterius nocituram, arcendam, hac lege inducitur, huic ſimilis ad rivum Aquæductus per publicum privato pariter nociturum, interpretatione Prudentem inducta fuit: Paulus *l. 5. ff. ne quid in loco publico. Si per publicum* (inquit) *locum rivus Aquæductus privato nocebit, erit actio privato* Ex lege xii Tabularum, *uti noxa domino caveatur*. Malè igitur, qui de Aquæductu caput in xii Tabulis, ſeparatum ab hoc fuiſſe exiſtimant: Non quod aquæductus xii Tabulis nulli fuerunt, utpote per annos cdxlii, (quod Frontinus *libri de Aquaductibus initio* teſtatur) Romanis incogniti: eſt enim hic locus Pauli non de Aquæductu publico, ſed de privato, qui per publicum ducitur: verùm quia ex capitis hujus ſententia id educitur Goth.

Non de Natura vitiove loci, nocente aqua Decemviri: ſed. ea quæ manu ſine opere nocitura eſſet *l. 1. §. 1. §. 10. & §. 21. ff. De aqu. & ag. pluv.* T. Manil.

Arcendæ aquæ arbitros tris) De *Arbitro aqua arcendæ l. 24. ff. de aqua & aqua pluv. arc.* quæ deſumpta ex *lib. 4. Digeſtorum Alfeni Vari*.

Ad L. VI.

Via in PoRecto) Hæc eadem refert Gajus lib. 7. ad Edictum provinciale in *l. 8. ff. de Servit. Rustic. præd.*

Si via per Amsegetes) Amſegetes, inquit Feſtus, dicuntur quorum ager viam tangit. *T. Marſil.*

Munire viam Poſſeſſores pro modo & latitudine agrorum lege xii Tab. tenebantur. Quòd jus ſervatum. Imper. Julianus *l. 2. C. Th. de itinere muniendo*. Malè, legem hanc ad privatæ viæ jus referunt.

TABULA IX.

De Jure Publico.

L.I. *De Æqualitate & juris æquitate.* Cap.I.	
PRIVILEGIA NE INROGANTO.	*In ſingulos homines leges juraque ne feruntor.*
L. II.	
NEXO SOLUTO, FORTI SANATI ſiremps jus eſto.	*Nexo ſoluto, item ei, qui in ſide conſtanter manſit, ei, qui ſanatâ veluti mente ad obſequium rediit, jus idem eſto.*
L. III. *De Repetundis.*	
Si Judex Arbiterve jure datus, ob rem dicendam pecuniam aCepſit, capital esto.	*Si Iudex aut arbiter jure datus ob rem judicandam pecuniam acceperit, capite luito.*
L. IV. *De Capite Civis.*	
DE CAPITE CIVIS NISI PER MAXIMUM COMITIATUM NE FERUNTO.	*De vitâ, libertate, civitate, familia adimendâ civi Rom. populi judicium eſto Centuriatis Comitiis.*
L, V. *De Quæſtoribus Parricidii.*	
QUÆSTORES PARICIDI, qui de rebus capitalibus quærant, à populo creantor.	*Iudices rerum capitalium à populo conſtituuntor.*
L. VI. *De cœtibus nocturnis.*	
Si quIn urbe Cœtus no-	*Si quis in urbe coitiones a-*

cturn os

cturnos agitaSit, capital eſto.	gitaverit, capite luito.
L. VII. *De eo qui hoſtem concitavit.*	
Si qui perdueLem concitaSit, civemve perdueLi transduit, capital eſto.	*Si quis hoſtem in pop. Rom. ſeu patriam concitaverit, vel civem hoſti tradiderit, prodiderit, capite punitor.*

AD TABULAM IX.

De Iure Publicò.

HActenus de *Iure Privato:* ad quem tractatum ſuperiores Tabulas omnes pertinere liquidò probavimus. De *Iure publico* quoque prius, quàm de *Iure ſacro*, Tabulis hiſce cautum fuiſſe, hoc argumento certiſſimum eſt: quòd ultimam x. Tabularum legem de *Iure ſacro* occupaſſe, Cicero *lib. 2. de Legibus*, teſtetur.

Ad L. I.

PRIVILEGIA] *Privilegium* hâc lege eſt jus extraordinarium à jure communi exorbitans, quòd in ſingulis perſonis ſimul oritur & occidit.

Hujus legis meminit Cic. 3 *de legibus pro A. Sextio & pro domo ſua.* Cautum, inquit à Decemviris ne de privis, id eſt, ſingulis hominibus leges ferrentur, æquitatis ratione flagitante, ut omnes homines cujuſcunque conditionis pari jure tenerentur, & jura non in ſingulos, ſed univerſos conſtituerentur. Eadem de repoſtea leges Valeria & Porcia latæ. Liv. *lib. 10.* eadem ſignificatione A. Gell. *lib. 10. cap. 10.* ptivilegia vocat juſſa de ſingulis concepta. S. L.

Ineptè illi, qui favorabilia privilegia lege XII Tabular. non prohibita, Odioſa tantùm hac lege prohiberi putant. *Inrogari* enim privilegia dicuntur, non ea tantùm quæ in odium, ſed & quæ in favorem. Sic irrogare leges Ciceroni.

Ad L. II.

NEXO SOLUTO] Iis indicatur, eodem jure frui oportere etiam eos, qui ob quamcunque cauſam alieri nexi eſſent, atque ſolutos: & ſic nexos à ſervis diſtinguendos, quibuſcum nulla juris communio erat.

FORTI SANATI] Fortes ſunt boni & qui nunquam à populo Romano defecerunt. Sanates dicti ſunt qui ſupra infraque Romam habitaverint, quod nomen his fuit, quia eum defeciſſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Paulus in *verbo, Sanates.* Goth.

Siremps] Id eſt idem, *Siremps* authore Paulo & Feſto, dicitur quaſi ſimilis res ipſa, & ponitur pro eadem vel proinde S. L.

Ad L. III.

Si Judex pecuniam ob rem dicendam aCepſit, capital eſto] Hanc

 legem

legem imitatus Cic 4. *in Verrem. Non flagitioſum tantum, ſed omnium etiam turpiſſimum maximeque nefarium mihi videtur, OB REM IUDICANDAM PECUNIAM ACCIPERE, precio habere addictam fidem & religionem.* Hanc in XII Tabularum legem fuiſſe ſuggerit A. Gellius lib. 20. cap. 1. T. Marcil.

Ex eo quod Marcianus ſcribit in *l. 3. ff. ad l. jul. Repetund.* probari poteſt lege Julia repetundarum (quæ in eos exilio vel etiam durius extra ordinem animadvertit *l. 7. §. hodie ff. eod.*, legem hanc decemviralem abrogatam fuiſſe. Quæ & Ciceronis temporibus, quibus M. Cicero Verrem accuſavit, obtinuit. *actione 1. in Verrem* I. Ræuard.

Ad L. IV.

De capite civis] Capitis appellatione, vitam, libertatem, civitatem, familiæque jus hac lege accipi oportet. De his omnibus quippe ſolus populus Centuriatis tulit Comitiis. De *vitâ*, teſtis Pomponius *in l. 2. §. 16. & §. 23. ff. de origine juris*: Cicero 5. *in Verrem*. Polybius, excerptorum *lib. 6*. De jure Civitatis & libertatis, Cicero rurſum auctor. De jure *Famil æ* vide Gell. *lib. 5. c. 16.*

Nisi *per maximum comitiatum*) Hoc eſt, quod Salvianus *libro 8. de Gubern. Dei in fin.* ait, *Interfici* indemnatum *quemcunque hominem etiam XII. Tabularum decreta vetuerunt.* Quam Salviani ſententiam ad hujus legis interpretationem pertinere docet Cicero pro *domo ſua & 3. de legibus.*

Comitiatus maximus, idem quod comitia centuriata. Eademque conſularia prætoria, ædilitia, Quæſtoria, quia his comitiis magiſtratus creari ſoliti T. Marcil.

Ad L. V.

Quæstores *parricidi*) Parricidii Quæſtores nuncupatos in XII tabul. notat Pomponius *l. 2. §. 16. & §. 23. ff. de Origine Iuris.* Paricida eſt, non utique qui parentem occidiſſet, ſed qui qualemcunque hominem, quaſi qui parem ſib, ſive hominem liberum interficit: Referenda enim hæc lex eſt ad fontem legis Romuli & Numæ, quæ teſte Feſto in verbo, *Parici.* his verbis concepta erat, *Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit, paricida eſto* S. L.

Ad L. VI.

Si qui in urbe cœtus] Prodidit hoc caput clamator quiſquis eſt nomine porcii latronis in L. Serg. Catilinam Quo forte reſpexit Sp. Poſthumius Albinus Coſ. ad Quirites in cætus nocturnos invehens apud Liv. lib. XXXIX. cum ait, *Majores veſtri, ne vos quidem, n ſi cum vexillo in arce poſito.* T. Marcil.

Ad L. VII.

Marcianus lib. inſtit. in *l. 3. ff. ad l. Iul. Majeſtatis.* lex XII Tab. inquit, jubet, eum Qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri.

TABVLA X.

De Iure Sacro.

L. I *De jurejurando*	
. . . .	
, de IVREIVRANDO . .	
. . . .	
L. II. *De Iure Sepulchrorum*	
HOMINEM MORTVM IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO.	*Hominem mortuum in urbe humare vel vrere jus ne eſto.*
Cap. I.	
SVMPTVS ET LVCTVM A DEORUM MANIUM IuRE MOVETO *.	*Sumptuoſa & magnifica funera & lamentabilia prohibentor.*
Cap. II.	
HOC PLUS NE FACITO.	*Funerum modus qui nunc definietur deinceps eſto, neque eum excedere liceto.*
ROGUM ASCIA NE POLITO.	*Ligna ex quibus rogus comburendo cadaveri conſtruitur, dedolando ne lævigentur, ſed Rudia & impolita ligna rogo adhibentor.*
Cap. III.	
Tribus riciniis, & x. Tibicinibus foris eFeRe jus eſto.	*Tribus vinculis purpuræ, neque pluribus, componi, vel uri mortuum jus eſto: decem Tibicines neque plures funeri adhibere jus eſto.*

Cap. IV.

MULIERES GENAS NERADUNTO: NEVE LESUM FUNERIS ERGO HABENTO.

Mulieris ne genas unguibus dilanianto ſeu faciem carpunto.

Neque lugubrem ejulationem, ſeu fletum in funerib. adhibento.

Cap. V.

HOMINI MORTUO OSA NE LEGITO, QUO POST FUNUS FACIAS, extraquàm ſi beLi endóue hoſtico mortVs eſcit.

Homini mortuo è cadavere membrum aliquod ne adimito, cujus cauſa poſteà funus funeriſque impenſa de nouo iterentur, niſi ſi quis in bello mortuus eßet, vel peregrè.

Cap. VI.

SERVILIS UNCTURA, OMNISQUE CIRCUMPOTATIO auferitor.

Servorum cadavera ne unguntor. In funeribus epulæ omnes prohibentor.

Cap. VII.

MURATA POTIO MORTUO NE INDITOR.

Sumptuoſa aſperſio omnis in mortuum & rogum amovetor.

Cap. VIII.

NE LONGÆ CORONÆ, NEVE ACERRÆ PRÆFERUNTOR.

Ne longæ coronæ vel longæ coronarum ſeries, neve aræ thuri adolendo aliis ve odoribus funeri præferuntor.

Cap. IX.

QUI CORONAM PARIT IPSE, PECUNIAVÈ EIUS, VIRTVTIS ERGO, ARGUITOR: ET IPSI MORTUO PARENTIBUS QUE IUS DUM

Qui Coronam meruerit in ludicris, ſiue ſerui ejus equiue, in funere ob virtutem laudator: ipſique mortuo & ejus parentibus, & quandiu domi per novem dies colloca-

PO-

INTUS POSITUS ES CIT FORIS VEFERTUR SE FRAUDE IMPOSITA SIET.	*tum eſt cadauer, & cum effertur, coronam illam imponi jus eſto.*
Cap. X	
Vni plura funera ne facito, neve plures lectos ſternito.	*Unius hominis cadaveri funus unum fiat, & unus lectus ſternitor.*
Cap. XI	
NEVE AURUM ADDITO: AST SI CVI AURO DENTES VINCTI ESCINT, IM CUM ILO SEPELIRE, VREVE SE FRAUD ESTO.	*Aurum à funere omnino removetor: excipitur aurum quo dentes vincti, id enim cum cadavere ſepelire aut vrere jus eſto.*
Cap. XII.	
Rogum buſtúmue noVm propriùs LX. P. ædis alienas, ſi dominus nolet, * ne adIcito.	*Rogum vel ſepulchrum deinceps ædib. alienis dominio inuito propius 60 pedes admovere jus ne eſto.*
Cap. XIII.	
Fori buſtive ætern Auctoritas eſto.	*Veſtibulum ſepulchri, ſepulchoumve vſucapere jus ne eſto.*

AD TABULAM X.

de Iure Sacro.

SEquitur *Ius Sacrum* leges de Iure privato & publico. Quem ordinem imitatus poſtea Theodoſius Iunior in Codice nominis ſui faciendo, at non etiam Iuſtinianus.

In hanc Tabulam conjectas fuiſſe leges, *de Iure Sacro*, docet *lib, 2 de legibus.*

De IUREIVRANDO] Forté hæc de eo lex à Cicerone uſurpata *lib. 2 legib.* Goth.

Per dedecus, non intellige infamiam

miam ex lege, ſed ignominiam ex nota Cenſoria. A Cenſoribus Notati perjuri. Tull. *in fin. 3. de offic. A Gell. lib. 6 cap 18*, T. Marcil.

Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus eſto.

Ad Leg. II

Ne *Sepelito*] Ejuſdem ſortis Hadriani conſtitutio *l. 3. § Divus Cod. de Sepulch. vio ato.* & alia Antonini Pii de qua Jul. Capitolin. *in Anton.* Alia item Diocletiani in *l. 12 Cod de religioſ. & ſumptib. funer.* & Gratiani *l. 2. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & *l. pen. Cod. Theodoſ. de Sepulch viol.* Sanctum hoc caput ad exemplum Græciæ nam Idem ritus non ſepeliendi in urbe, etiam athenis. Ut *Epiſt. Serv. Sulpicii. ad Cic. lib. 4.* Idem & Smyrnæ. Tull. *pro Valerio* & maſſiliæ Valer. *lib. 2 Cap. 7* T. marcil.

Romani autem iſto Jure perpetuo uſi non ſunt. Ipſe enim Cicero author eſt, non nullos in hoc ſolutos legibus conſecutos eſſe in urbe & vri & ſepeliri poſſent. I. Ræva rd.

Ad L. II. Cap. I.

Sumptus *& Luctum*) Initiale hoc legis, de ſumptu luctúque minuendo, caput velut regula, ad quam ceu finem cœtera decem vel undecim hujuſce legis capita referuntur.

Ad. Cap. II.

Hoc *Plus ne Facito*) Summâ ſententiâ, velut fine, legis hujus initio præmiſſa, nunc *Hoc plus ne facito*, id eſt, eum, quem mox ſequentib. capitib. decem præſcriptû imus, modû, nullus excedere audeat. Cicero hæc verba capiti, *Rogum aſcia ne polito*, immediatè præmiſſa fuiſſe *lib. 2 de legibus* docet. Goth.

Hoc plus Ciceronis verba non Decem virorum eſſe putat Jacob. Rævard *ad l. XII tab. Cap. XV.* Et his. verbis hanc legem conceptam fuiſſe ſcribit: Ne *Facito Rogum Aſcia, ne Polito.* Vt ita affabre conſtrui Rogum, aut dolatis aliquibus lignis expoliri videantur decemviri prohibuiſse, ſed potius ex incompoſitis impolitiſque lignis, ſive arte ſimul congeſtis pyran fieri voluiſse, erat enim Aſciæ Inſtrumenti genus, non ſolum poliendis lignis, ſed etiam conſtruendis, connectendiſque aptum. Ex Rævardo. S. L.

Ad Cap. III.

Tribus Riciniis) *Ricinium* hi, qui XII. interpretati ſunt, eſse dixerunt virilem togam, qua mulieres vtebantur, prætextam clauo purpureo, air Feſtus. Itaque ricinia ſunt vincula purpuræ. Goth,

Peculiare hoc in luctu Romanico, fæminæ reiciniatæ viriliter, ſive lugentes in toga virili reicinio hæc itaque reicinia viris injecere mortuis, ut teſtificantes nullam, deinceps virilem togam habituras domi Et quidem duplex fuiſse videtur reicinium aliud muliebre, aliud virile. Neque alia Varroni mens *lib. 4 de ling. lat.* ubi ait, *Vt antiquiſſimum mulierum. Reicinium.* Diſtinguit nēpe à reicinio virili. *T. Marcil.*

Decem *Tibicinibus*) Huiuſce legis meminit & Ovidius *lib. 6. Faſtorum:*

Cantabat (inquit) *mœſtis tibia funeribus.*
Adde quod Edilis, pompa qui funeris irent,
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.

Pro *Edilis*, reponendum *Edictis*, pro *juſſerat*, lego *jus erat*. Sic Ouidij verborum ſenſus erit apertiſſimus, hic videlicet, *Edictis jus tantum fuiſſe decem Tibicines funeri adhibere. Edicta* vocat leges XII. Tabularum:

Ad Cap. IV.

Mulieres *genas ne Radunto*) His verbis

verbis conceptum fuiſſe caput hoc præter Ciceronem *lib. 2. de legibus*, docet Plinius *lib. 11. c. 37.* Feſtus *in v. Radere.*

Nvæ *Leſum*) De leſſo variavere Decemvirorum Interpretes S Ailus & L. Acilius veſtimentum eſſe funebre: Lailius funebrem ejulationem. *Hoc* Tullius, *verum eſſe*, inquit *Iudico.* Rationes ei: quia id *leſſi* vox ipſa ſignificat: & quia lex Solonis id ipſum vetat: Idemque *Tuſcul. 2.* Ejulatum eſſe ait leſſum quem XII. Tabulę in funeribus adhiberi vetuerunt. *T.* Marcil.

Ad Cap. V.

Homini *Mortuo* &c.) Vide Cuiacium *ad lib. 12. quæſtion.* Papiniani *in l. ult. ff. de his qui notant. infam.*

Osane *legito*) Non explicat Cic 2. de legib. ubi hanc legem refert, quid in ea lege ſibi Decemviri voluerint. Multum intereſſe puto inter oſſa legere homini mortuo, & inter hominis Mortui oſſa legere. Hominis oſſa legi dicuntur, quum ejus oſſa quæ diſperſa ſunt, & non coherent ſimul colliguntur. Cæterum homini Mortuo leguntur oſſa, quum ejus cadaveri aliqua oſſa adimuntur. legere ſiquidem pro adimere & auferre veteres dixerunt. Vnde Sacrilegus, qui adimit, qui aufert res rite deo conſecratas. Et id circo quum vetant homini Mortuo oſſa legi, per oſſa membrum aliquod ex oſſibus duobus aut tribus conſtans ut eſt digitus, decemviros intellexiſſe exiſtimo, illudque homini Mortuo adimi vetuiſſe *ni ſi peregre, aut in bello mortuus eſſet*, Quum enim alicui digitus legitur, eidem adimuntur oſſa Quo post funus facias, hoc eſt, ut Feſtus interpretatur, membrum adimitur, ad quod ſervatum juſta fiant reliquo corpore combuſto. Credo quia moleſtum eſſet ad eum locum amicos exequiarum cauſa evocare, ubi quis bello occubuiſſet, vel ubi Civis Romanus inter peregrinos mortem obiiſſet. Ideoque hujuſmodi homini oſſa legi permiſſerunt, ad quæ ſervata juſta Romæ fierent, reliquo corpore apud peregrinos combuſto *I. Ravard.*

Ad Cap. VI.

Servilis unctura) per hanc legem ungi ſervorum corpora Decemviri prohibuerunt, Solitas etenim alioqui in funus mortui ſervi impenſas fieri teſtatur Ulpianus *Cap. 13. §. 19. De action. Empti. Revard.*

Circum Potatio) Suſtulerunt etiam omnem compotationem ſervilem. Nam liberi homines quo minus Coronati parentantes, quum ſupra tumulum dapes poſuiſſent, circumpotare potuerunt, nulla lege prohibente. *Idem*,

In ipſa unctura circumpotavere, & mulſum ad portam dedere. Vt in funere P. Scipionis Africani apud Liv. lib. 38. At cum reverſi ab exequiis alia circum potatio homer. Iliad. Ult. in fun. hectoris. Lucian. de luctu.

Ad Cap. VII.

Murata Potio) Legitima hæc hujus capitis verba fuiſſe teſtatur Varro apud Feſtum *in v. Murrata.* Cicero tamen, *lib. 2. de legibus*, quod hæc verba obſcuriora eſſent, pro, *Murata potione*, *ſumptuoſam reſperſionem* dixit, Recte. Nam cum poſtrema lex Numæ ſimplici etiam vino rogum reſpergi vetuiſſet, Plinius *l. 14. c. 2.* propter inopiam vini. Decemuiri non adeò rigidi fuêre: Neque omnem vini reſperſionem, ſed ſumptuoſam tantam, & muratæ nominatim potionis, prohibuerunt. Malè itaque, qui præter hoc caput, *de Murata potione*, alterum de *ſumptuoſ*

ptuoſâ reſpertione fuiſſe his in Tabulis exiſtimarunt.

Ad Cap. VIII.

Ne longæ coronæ) hujuſmodi Coronis redimiri ſoluta funera, & ſepulchra. plin. *lib. 21. cap. 3* Tertull. *Coronamil.* T. Marcil.

Neve aceræ) Acerra feſto eſt Ara, quæ ante mortuum poni ſolebat: in qua odores incendebantur S. L.

Ad Cap. X.

Qui coronam) Duas de Circenſibus Coronis in XII tab. leges fuiſſe conſtat ex plinii loco lib. 21. cap. 3. unam quam is arguebatur, ejuſque pecunia, qui non virtute ſed pactione coronam acquiſierat, alteram, qua coronæ virtute, non pecunia acquiſitæ, commoditates, honoreſque deſcribuntur. Et proinde in hac lege, pro *Qui coronam parit*, reponendum, *Qui coronam pacit*, aut, *pecunia parit* legendum, ut ſit ſenſus, qui non virtute ſed pecunia coronam acquiſivit, quia virtuti fraudem fecit, virtutis ergo, & ipſum, & pecuniam arguendam eſſe I. Rævardus.

Arguitor] Arguere eſt accuſare, reum poſtulare, judicare, convincere. *l. 197. de Verb. Signi*, Aliter tamen T. Manilius & I. Gothofredus hanc legem explicant, ut de his intelligatur, quorum ſervi equive circenſibus ludis viciſſent, qui etiam abſentes Romæ coronati. Ut Arguitor, idem ſit, quod, honorator, & voce præconis laudator. Quo pertinent ſequentia, Se *Fraude ſiet*, Id eſt ſiue fraude ſit. S. L.

Ad Cap. X.

Uni plura] de multitudine lectulorũ funebrium Servius ad illud Æneid. VI.

aut quæ tiberine videbis.
Funera.

& ad illud. Æneid. V.

Mania reſpiciens.

C. Tacit *annal. IV. in funere Druſi.* & D *lib* LVI *in funere Auguſti*. T. Marcil.

Ad Cap. XI.

Neve aurum addito) Hæc verba quidem ad ſuperiorem legem male referunt, quaſi his quoque prohibeantur inaurati lecti.

Ad. Cap. XII.

Si dominus nolet, ne adiicito) Non aliò meliùs referas, quam ad hoc caput, quo Gajus *lib. 5.* ad leg. XII. Tabul. *in l. 237 ff. de V. S.* ſcribit, *Duobus negativis verbis quaſi permittit Lex magis, quàm prohibet, idque etiam Servius animadvertit.* Ac ſi diceret Gajus, Legem XII Tabularum cum ſanxit, *Rogum buſtumve novum propriùs LX. P. ad alienas ædes ſi dominus nolet, non adiicere licere* conſentiente domino ad fieri non prohibuiſſe, verùm permiſiſſe magis.

Ad Cap. XIII.

Ætern Auctoritas] id eſt jus perpetuo perſequendi.

TABU-

TABVLA XI.
Supplementum 5. Priorum Tab.

L. I prioribus Tabulis poſteriores derogant.	
QVOD POSTREMUM POPULUS IUSIT, ID IUS RATUM EST.	*Poſteriores populi leges prioribus potiores ſunto.*
L. II Quartæ Tab. Supplementum.	
Patribus cum PLEBE * coNubI jus nec eſto.	*Inter Patricios & plebejos matrimonia ne contrahuntor.*
L. III Quintæ Tab. Supplementum.	
. . . .	
....DETESTATUM.... ſeu de SACRIS DETESTANDIS	
. . . .	

AD TABULAM XI.

Supplementum 5. Priorum Tabul.

SVpplendis itaque decem prioribus, quibus deeſſe aliquid videtur, hæ duæ Tabulæ adjectæ fuerunt: ut exinde conſtet, capita his in Tabulis ad decem priorum Tabularum ordinem conlocata fuiſſe: ac propterea Undecimam Tabulam, quinque priorum Tabularum ſupplementum: Duodecimam, quinque poſteriorum videri. docet ſeries ſententiarum, quæ *leg: 238. ff. de V. S.* continentur, ex *lib. 6.* Gaij ad XII. Tabulas, deſumptarum: eſt enim principium legis illius ſupplementum *Quartæ* Tabulæ. §. 1. ſupplementum *Quintæ*: §. 2. ſupplementum *Sextæ*: §. 3. ſupplementum *Septimæ*.

Ad L. I.

QUOD POSTREMUM) Non quod hiſce Tab. legum priorib. Tab. comprehenſarum, ulla abrogata vel antiquata fuerit: Verum quod exceptionib. etiam additis, aliquibus derogatum fuerit.

Ad L. II.

Patribus cum Plebe) Ad hanc legem pertinet PLEBIS definitio tradita à Gaio *in l. 238. in princ. ff. de V. S.* libro. 6. ad XII Tabulas.

Hanc legem in XII Tab. ſcriptam fuiſſe teſtantur dion. lib. 2. & liv. *lib. 4.* I. Rævard.

Ad L. III.

DETESTATUM] Hoc verbum hiſce in Tabulis fuiſſe docet Gajus lib. 6. ad l. XII. Tabul. *in l. 238. §. 1 de V. S.* Et pertinet ad *ſacrorum hæreditariorum Gentilitiorumque deteſtationem.* Quæ appendix quædam ſucceſſionum erat. Quare & Servium Sulpitium ICtum, in *libro de ſacris deteſtandis ſecundo.* de jure teſtamentorum diſputaſſe auctor eſt Gellius *lib. 6 c. 12.* Idem Gellius *lib. cap. 17.* Calatis Comitiis & ſacrorum deteſtationem, & teſtamenta fieri ſolita ſcribit. Cicero teſtatur *lib. 2. de legibus* Pontificio & Civili jure, quò ſacra privata conſervarentur, nec morte patrisfamilias ſacrorum privatorum memoria intercideret, cautum fuiſſe, ut iis hæreditaria ſacra adſcripta eſſent, ad quos ejuſdem morte pecunia veniſſet. Aliò verò pertinet *Deteſtatio*, de qua *lege 40 ff. de V. S.* nempe pro denunciatione facta teſtatò, ſeu teſtibus præſentibus veluti in edicto vi bonorum raptorum, *l. 2 §. 1. ff. vi bon. rapt.* quæ dictæ legi 40 conjungenda eſt.

TABU-

TABULA XII.

Supplementum 5. Poſter Tab.

L. I *Sextæ Tabulæ Supplementum.*

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . de PIGNORE . .

L. II.

Si qui rem, de quâ ſtlis ſiet, in ſacrum delica Sit, duplione decidito.

Rem de quâ controverſia eſt, in ſacrum dedicare ne jus eſto: qui edicaverit, dupli pœna multator.

L. III.

SI VINDICIAM FALSAM TULIT, PRÆTOR REI SIVE STLITIS ARBITROS TRIS DATO: EORUM ARBITRIO FRUCTI DUPLIONE DECIDITO.

Mala fide poſſeſſionem ſi quis nactus ſit, Prætor ei rei definiendæ tres arbitros dato eorùmque arbitrio malæ f. poſſeſſor fructus in duplum præſtato.

L. IV. *Septimæ Tab. Supplementum.*

SI SERVUS SCIENTE DOMINO FURTUM FAXIT, NOXIAMVE NOXIT, NOXÆ DEDITO.

Si ſervus domino ſciente furtum fecerit, damnumve aliter dederit, Dominus eum pro delicto, injuriâ vel damno affecto dedito.

. . . .

. . . .

AD TABULAM XII.

SEquuntur hâc Tabulâ ſupplementa Quinque poſteriorum Tabularum. Quorum ſupplementorum, quæ quatuor ſuperſunt, probationem unus Gajus lib. 6. ad XII. Tabul. nobis ſuppeditavit. *in l. 238 §. 2. ff. de V. S. l. ult. ff. de litigioſis : l. 19. de uſuris : l. 238 §. 3. ff. de V. S.*

FINIS NOTARUM.

EDI-

EDICTVM
PERPETUUM
A
SALVIO JULIANO
JURISCONSULTO
COMPOSITUM,

Ad Ordinem Digeſtorum
reſtitutum.

AD TABULAM XII.

SEquuntur hâc Tabulâ ſupplementa Quinque poſteriorum Tabularum. Quorum 'upplementorum, quæ quatuor ſuper.unt, probationem unus Gajus lib. 6. ad XII. Tabul. nobis ſuppeditavit. *in l. 238 §. 2. ff. de V. S. l. ult. ff. de litigioſis : l. 19. de uſuris : l. 238 §. 3. ff. de V. S.*

. . . .

. . . .

. . . .

FINIS NOTARUM.

EDI-

EDICTVM
PERPETUUM
A
SALVIO JULIANO
JURISCONSULTO
COMPOSITUM,

Ad Ordinem Digeſtorum
reſtitutum.

EDICTUM PERPETUUM A SALVIO JULIANO JURISCONSULTO COMPOSITUM,

Ad Ordinem Digeſtorum reſtitutum.

EX LIBRO II DIGESTORUM.

De Iuriſdictione. Tit. 1.

[2] IN eum, eamve, qui quæve id quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa in albo propoſitum erit, dolo malo corruperit, quinquaginta aureorum judicium dabo.

[3] II. Si ſervus aut filius corrupiſſe dicantur, de eadem re in ſolidum adverſus ſingulos actionem dabo.

[4] III. Si is qui juriſdictioni præeſt, extra territorium jus dixerit, aut de pecunia, nomine, opere, locato conducto aut alia re, quæ juriſdictonis ſuæ modum excedat, impune ei non parebitur.

[5] IV. Si juriſdictionem ſuam mandaverit, ea mandata cenſebuntur, quæ ei jure magiſtratus competunt: non vero quæ legibus, ſenatuſconſultis, aut Principum conſtitutionibus ſpecialiter delata fuerunt.

Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur. Tit. 2.

[6] I. Quod juris in aliquem ſtatuerit IS, *qui juriſdictioni*

1 De edicti perpetui autoritate vide Epiſtolam Juſtiniani Imperatoris De confirmatione Digeſtorum ad Senatum & populum. § 18. verſ. Et hoc non. S. *L.*

2 L. 7. ff. eod.

3 L. 9. ff. eod.

4 L. 1. l, ſi idem. 11. l. ult. ff. eod. l. 4, 5, & 6. ff. de V. S.

5 L. 6 ff. de verb. ſign. l. 6. de juriſd. l. 1 de offic. ejus cui mand.

6 L. 1 & 3. & 4. ff. eod.

dictioni præeſt, quodque novi juris quis ab eo obtinuerit, eodem jure utatur quandoque adverſario poſtulante: *Præterquam*, *ſi quis eorum contra eum fecerit. qui ipſe eorum Quid feciſſet.*

Si quis jus dicenti non obtemperaverit. *Tit.* 3.

[1] I. Si quis jus dicenti non obtemperaverit, quanti ea res erit, intra annum adverſus eum judicium dabitur.

De in jus vocando. *Tit.* 4.

[2] I. PARENTEM, *patronum, patronam, liberos, parenteſque patroni & patronæ*, *in jus ſine meo permiſſu ne quis vocet.*

[3] II. Si quis adverſus ea fecerit, in eum quinquaginta aureorum judicium intra annum dabo.

Si quis in jus vocatus non jerit, ſive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit. *Tit.* 5.

[4] I. Ex quacunque cauſa ad eum qui jurisdictioni præeſt, in jus vocatus venire debet.

[5] II. Si quis in jus vocatus non jerit, cauſa cognita, multa eum coërcebo.

[6] III. Si quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit, qui vocatus erit, neque ſequatur, neque ducatur.

In jus vocati, ut eant, aut ſatis vel cautum dent. *Tit.* 6.

[7] I: In jus vocati, aut ſatis vel cautum dent. Fidejuſſor judicio ſiſtendi cauſa pro rei qualitate, locuples detur.

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat. *Tit.* 7.

[8] I. Ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat, neve faciat dolo malo, quo magis eximatur.

II. Si

1 Ex iuſcript. ex l. un ff. eod.
2 L. 4. ſ. 1. ff. eod.
3 L. 11, 12, 24, 25. ff. eod.
4 L. 2. ff. eod.
5 L. 2. ff. eod.
6 Ex in ſcript. & ex l. ſolutum. 48 ff. de verb. Sig.
7 Ex inſcript. l. 1. ff. eod.
8 Ex inſcript. & l 4 ff. eod.

L. 5.

[1] II. Si quid adverſus ea factum fuerit, in factum judicium dabo.

Qui ſatiſdare cogantur, &c. Tit. 8.

[2] I. Si *quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patronæ, liberoſve ſuos, eumve quem in poteſtate habebit, vel uxorem vel nurum, in judicium vocabit, qualiſcumque fidejuſſor accipiatur, judicio ſiſtendi cauſa.*

[3] II. In eum qui ſciens non acceperit, quinquaginta aureorum judicium dabo.

[4] III. In fidejuſſorẽ qui aliquem judicio ſiſti promiſerit, quanti ea res erit, actionem dabo.

[5] IV. Poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non cogam: ſed vel jurato promittere jubebo, vel ſuæ promiſſioni committam.

[6] V. Si quis cum Romæ ſatiſdare non poſſet, in municipium ejus rei cauſa evocaverit; cauſa cognita ad Magiſtratus municipales eum remittam, ut apud eos caveat, ſi prius juraverit, non calumniæ, aut vexandi adverſarii cauſa ſe id poſtulare.

Si ex noxali cauſa agatur, &c. Tit. 9.

[7] I. Si *quis eum de quo noxalis actio eſt, judicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa in qua tunc eſt, eum exhiberi, donec judicium accipiatur, jubebo.*

De eo per quem factum erit, quominus quis in judicio ſiſtat. Tit. 10.

[8] I. Adverſus eum qui dolo malo fecit, quominus in judicium vocatus ſiſtat: Quanti actoris interfuerit, in factum judicium dabo.

Si

1 L. 5. ff. eod.
2 L. 2 §. 2 ff. eod. l. 1. & 2 ff. in jus vocati ut eant.
3 L. 2 §. 2 ff. in jus vocati ut eant.
4 L. 2. §. ult. ff. eod.
5 L. penult. ff. eod.
6 L. 8. §. jubetur 8. ff. eod.
7 L. 1 in pr. ff. eod.
8 L. 1. § 2 l. 3. ff. eod.

 L. 1.

Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit. Tit. 11.

[1] I. Ei qui cautionibus in urbe ſe judicio ſiſti promiſerit, ſi de die non fuerit conventum, itineri faciundo vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari jubebo, præter eum diem quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in judicium oportet.

[2] II. In *bona ejus qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorum dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciat, neque defendatur, iri jubebo,* Eaque à creditoribus poſſideri permittam.

[3] III. Si valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis, aut quo alio juſto impedimento prohibitus, ſine dolo malo, ſe ſiſtere non potuerit, eo nomine cauſa cognita exceptionem ei dabo.

De edendo. Tit. 13.

[4] I. Actionem, qua quiſque agere volet, itemque inſtrumenta, quibus in judicio uti oportebit, adverſario edere cogam ſine die & Conſule.

[5] II. Argentariæ *menſæ exercitores rationes, quæ ad ſe pertinent, edere debent adjecto die & conſule iis omnibus, qui id poſtulabunt, ſi prius juraverint, non calumniæ cauſa petere.*

[6] III. Argentario, *eive, qui iterum edi poſtulaverit, cauſa cognita edi jubebo.*

[7] IV. Si quis dolo malo non ediderit, quanti agentis interſit non edidiſſe, cauſa cognita in eum actionem dabo.

De

1 L. 1 ff. eod. l. 2 & 3 ff. de verb. ſign.
2 L. 2. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. L. 10 11 12 ff. de verb. ſign.
3 L. 2 §. 2 & ſeqq. l. 4 ff. eod.
4 L. 1 ff. eod. l. 8 ff. de verb. ſign.
5 L. 4 & 9 §. 3 ff. eod.
6 L. 6 §. 7. ff. eod.
7 L. 6 §. 4. l. 9. l. 10. §. 2. ff. eod. L. 7.

De Pactis. Tit. 14.

[1] I. PACTA *conventa, quæ neque dolo malo, neque adverſus leges, plebiſcita, ſenatusconſulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus eorum cuiquam fiat, facta erunt ſervabo.*

EX LIBRO III.

De poſtulando. Tit. 1.

I. Minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum complevit: ſurdum quoque qui prorſus non audit: in totum poſtulare veto. SI *non habebunt Advocatum, ego dabo.*

[3] II. Mulier, cæcus, corpore ſuo muliebria paſſus, capitali crimine damnatus, is etiam qui operas ſuas, ut cum beſtiis depugnaret, locavit, pro aliis in jure apud me ne poſtulent.

[4] II. QUI *lege, plebiſcito, ſenatus conſulto, edicto, decreto, principum placito, niſi pro certis perſonis poſtulare prohibentur, hi pro alio quam pro quo licebit in jure apud me ne poſtulent.*

[5] IV. QUI *ex omnibus his, qui ſupraſcripti ſunt, in integrum reſtitutus non erit, pro alio ne poſtulet: præter quam pro parente, patrono, patrona, liberis, parentibusque patroni & patronæ, liberis ſuis, fratre, ſorore, uxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, cui eorum à parente aut de majoris partis tutorum ſententia, aut ab eo, cujus de ea re jurisdictio fuit, ea tutela curatiove data erit.*

De iis

1 L. 7 §. 7 ff. eod.
2 L. 1 ff. eod.
3 L. 1 ff. eod.
4 L. 1 §. 7. ff. eod.
5 L. 1 §. 8. & ult. & l. 3. ff. eod.

De iis qui notantur infamia. *Tit. 2.*

[1] I. INFAMIA *notatur qui ab exercitu cauſa ignominiæ ab Imperatore, eove cui poteſtas de ea re ſtatuendi fuerit, dimiſſus erit: qui artis ludicræ, pronunciandive cauſa in ſcena prodierit: qui in publico judicio calumniæ aut prævaricationis cauſa quid feciſſe judicatus fuerit: qui furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, & fraude ſuo nomine damnatus erit aut pactus fuerit: qui pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſuo nomine non contrario judicio damnatus erit: qui eam quæ in poteſtate ejus eßet Mortuo genero (cum mortuum eſſe ſciret) intra id tempus quo elugeri virum moris eſt, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit, eamve ſciens quis uxorem duxerit, non juſſu ejus in cujus poteſtate eſt, eamve de qua ſupra comprehenſum eſt, uxorem ducere paſſus fuerit: quive ſuo nomine non juſſu ejus in cujus poteſtate eſſet, ejusve nomine quem quamve in poteſtate haberet, bina ſponſalia, binaſve nuptias eodem tempore conſtitutas habuerit.*

De procuratoribus. *Tit. 3.*

[2] I. PROCURATOREM *ad litem ſuſcipiendam datum, pro quo conſentiente judicatum dominus ſolvi expoſuit, cauſa cognita judicium accipere cogam.*

[3] II. Ante litem conteſtatam domino libera poteſtas erit, vel mutandi procuratoris, vel ſibi judicium accipiendi: poſt litem conteſtatam id cauſa cognita permittam.

[4] III. CUIUS *nomine quis actionem dari ſibi poſtulaverit, is eum boni viri arbitratu defendat: & ei quo nomine aget, id ratum habere eum ad quem res ea pertinet, boni viri arbitratu ſatiſdet.*

Quid

1 L. 1 ff eod.
2 L. 8 § 3, ff. eod.
3 L. 16 17 24 ff. eod.
4 L. ſervum 33 §. 3 ff. eod.

L. 1

Quid cujuſque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.
Tit. 4.

[1] I. Quæ communiter agi fierique oportebit univerſitatis nomine, Actori ſive Syndico, cui lex agere permittit, aut qui ab ordine electus erit, de iis rebus actionem dabo.

[2] II. Non tamen judicati, niſi in rem ſuam procurator datus fuerit.

[3] III. Eundem actorem, ſi agat, defendere cogam, ubi adverſus univerſitatem agetur.

[4] IV. Si nemo univerſitatem defendat, quod ejus commune erit poſſideri: etſi admoniti non excitentur ad ſui defenſionem, venire jubebo.

[5] V. Si extraneus univerſitatem defendere velit, id ei permittam.

De negotiis geſtis. Tit. 5.

[6] I. Si *quis negotia alterius, ſive quis negotia quæ cujusque cum is moritur, fuerint, geſſerit, actionem eo nomine dabo.*

De calumniatoribus Tit. 6.

[7] I. In eum qui ut calumniæ cauſa negotium faceret vel non faceret, pecuniam accepiſſe depectuſve eſſe dicetur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ quam accepiſſe depectuſve eſſe dicetur, poſt annum ſimpli in factum actionem dabo.

EX LIBRO IV.

De eo quod metus cauſa geſtum erit. Tit. 2.

[8] I. Quod *metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo.*

II. Si

1 L. 1 ſ. 1 l. 3 & 6 ff. eod.
2 L. 6 ſ. ult ff. eod.
3 L. 6 ſ. ult. ff. eod.
4 L. 1 ſ. 1 ff. eod.
5 L. 1 ſ. ult. ff. eod.
6 L. 3 ff. eod.
7 L. 1 in princ. & 3 ff. eod.
8 L. 1 ff. eod.

L. 13.

[1]II. Jura quoque atque actiones quæ ad eos eaſve pertinebunt, eis ſervabo.

Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur. Tit. 6.

[2] I. Si *cujus quid de bonis diminutum erit, cum is metu aut ſine dolo malo Reipublicæ cauſa abeſſet, inve vinculis, ſervitute hoſtiumque poteſtate eſſet, poſteave: ſive cujus actionis eorum cui dies exiſſe dicetur: Item ſiquis quid uſu ſuum feciſſet, aut quod non utendo amiſſum eſt conſecutus, Actioneve qua ſolutus ob id quod dies ejus exierit cum abſens non defenderetur, inve vinculis eſſet, ſecumve agendi poteſtatem non faceret: aut cum eum invitum in jus vocare non liceret: neque defenderetur cum magiſtratus de ea re appellatus eſſet: ſive cui per magiſtratum ſine dolo ipſius actio exempta eſſe diceretur, earum rerum actionem intra annum quo primum de ea re experiundi poteſtas erit, item ſi qua alia mihi juſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam, quod eis per leges, plebiſcita, ſenatus conſulta, edicta, decreta principum licebit.*

De alienatione judicii mutandi cauſa facta. Tit. 7.

[3] I. Ne qua alienatio judicii mutandi cauſa fiat.

[4] II. Si dolo malo lis in alium tranſlata, quæve alienatio judicii mutandi cauſa facta erit, neque arbitrio judicis priſtina judicii cauſa reſtituatur intra annum, quo primum experiundi poteſtas erit, in integrum reſtituam, ut tantum officio judicis conſequatur actor, quanti ejus interſit alium adverſarium non habuiſſe.

III. Heredi integrum etiam poſt annum cauſa

co-

1 L. 8 & 10 ff eod.
2 L. 1 §. ff. eod.
3 L. ult. ff. eod.
4 L. Item ſi § 1. §. ſi quis ff. eod. L. Item ſi in pr. & §. ſi quis ff. eod. L. ex hoc. 8 eod. d. l. ex hoc l. 3 §. ult. eod. l. vel 6 eod. l. 3 §. ex quibus l. 4 §. hæc actio eod. L. interdum 19 ff. de min.

L. 3

cognita in integrum reſtitutionem dabo.

De receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant Tit. 8.

[1] I. Qui arbitrium pecunia compromiſſa recepit, ſententiam eum dicere cogam.

[2] I. Eumque, ſi ita conventum ſit, Diem *compromiſſi proferre* jubebo.

Nautæ, caupones, ſtabularii ut recepta reſtituant. Tit. 9.

[3] I. Nautæ, *caupones, ſtabularii, quod cujusque ſalvum fore receperint, niſi reſtituant, in eos judicium dabo.*

EX LIBRO V.

De judiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat. Tit. I.

[4] I. Si ſe ſubjiciant aliqui juriſdictioni & conſentiant facta hac de re ſponſione, inter conſentientes judicium dabo.

[5] II. Legatis in eo quod ante legationem contraxerunt, item his qui judicandi cauſa arceſſiti, aut in provinciam deſtinati, revocandi domum ſuam, jus dabo.

[6] III. Si judex datus ab iis qui dandi jus habent judicium protelaverit, ſententiam ferre cogam.

[7] IV. Si longius ſpatium interceſſurum erit, quominus judex datus operam dare poſſit, eum mutari jubebo.

De inofficioſo teſtamento. Tit. 2

[8] I. Si quis teſtamentum inofficioſum dicere velit, eo quod injuſte ſe exheredatum aut præteritum eſſe queratur, neque ei quarta pars debitæ portionis

1 L. 3 §. 1 l. 15 ff. eod.
2 L. 25 eod.
3 L. 13 & 15 ff. eod.
4 L. 1 & 2 ff. eod. l. 7 ff. de verb. ſign.
5 L. 2 §. legatis eod.
6 L. 12 ff. eod.
7 L. 18 eod.
8 L. 3 l. 5 l. 8 §. 8, 9, & 17 l. 9 ff. eod.

L. 9,

nis ab inteſtato relicta fuerit, inofficioſi teſtamenti intra quinquennium ei actionem dabo.

De hereditatis petitione. Tit. 3.

[1] I. Si hereditas petatur, adverſus eum qui jus vel rem aliquam hereditariam pro herede aut pro poſſeſſore poſſidebit, aut dolo malo fecerit, quominus poſſideat, heredi legitimo aut teſtamentario ad quem ea hereditas pertinere dicetur, actionem dabo.

[2] II. Si rei hereditariæ alienatio poſtuletur, & poſſeſſor hereditatis, aut pro tota hereditate ſatisdare, aut etiam ejus rei nomine cavere paratus ſit, cauſa cognita diminutionem concedam,

Si pars hereditatis petatur. Tit. 4

[3] I. Si pars hereditatis petatur, adverſus eum qui aliquid ex ea hereditate poſſidebit, dolove malo fecerit, quo minus poſſideat, legitimo aut teſtamentario heredi poſtulanti actionem dabo.

[4] II. Si pro parte heres, quam partem vindicare debeat, incertus ſit, ſi mihi juſta cauſa eſſe videbitur, incertæ partis petitionem dabo.

De poſſeſſoria hereditatis petitione. Tit. 5

[5] I. Quibus ex edicto bonorum poſſeſſio data eſt, hi ſi hereditatem partemve ejus petant, non minus atque iis ipſis heredibus eo nomine actionem dabo.

De fidei commiſſaria hereditatis petitione. Tit. 6.

[6] I. Qui reſtitutam ſuſcepit hereditatem ex Senatuſconſulto ex quo actiones tranſeunt, ſi hereditatem partemve ejus petat, ei tanquam heredi ex ea re actionem dabo, non tamen adverſus eum qui ei hereditatem reſtituit.

EX

1 L. 9, 10, 11, 13, 16, 18, ff. eod.
L. 1 ff. ſi pars heredit. pet.
2 L. 5 ff. eod.
3 L. 1 ff. eod.

4 L. 1 §. ult. ff. eod.
5 L. 1 ff. eod.
6 L. 1 ff. eod.

L. 2.

EX LIBRO VI.

De rei vindicatione. Tit. 1.

[1] I. Si dominus ſuæ rei poſſeſſionem amiſerit, cum eam non alienaſſe dicatur: neque ea arbitrio judicis ei reſtituatur, adverſus eum qui eam poſſidere aut tenere dicetur, rei vindicationem dabo.

[2] II. Superficiario cauſa cognita idem judicium dabo.

De Publiciana in rem actione. Tit. 2.

[3] I. SI *Quis id quod traditur ex juſta cauſa à non domino, & nondum uſucaptum petet, judicium dabo.*

[4] II. QUI *bona fide emit*, cui res empta eo nomine tradita eſt, quam poſtea amiſerit, SI *ea res poſſeſſoris non ſit*, neque arbitrio judicis emptori reſtituatur, niſi res talis ſit, ut eam lex, vel conſtitutio alienari prohibeat, eo nomine actionem dabo.

Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. Tit. 3.

[5] I. Si ager vectigalis petatur, cauſa cognita judicium dabo.

EX LIBRO VII.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. Tit. 1.

[6] I. Si de uſufructu agatur: judicis, qui de ea re datus erit, arbitrio æſtimabitur, quo modo antea uſusfruitus ſit is cui uſusfructus relictus eſt, & quemadmodum in poſterum utifrui debeat.

Si

1 L. 1 ff. eod. l. qui reſtituere. 68 ff. eod.
2 L. Alienationis. 28. ff. de verb. ſign.
3 L. 1 ff. eod.
4 L. 7 §. 6 & 8 l. 11 l. ult ff. eod. §. præterea Inſt. tit. de Actionibus.
5 Ex inſcriptione.
3 L. 13 §. 1 & 2 ff. eod.

L. 5 ff

Si uſusfructus petatur. vel ad alium pertinere negetur. Tit 6.

[1] 1. Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur, uſufructuario confeſſoriam neganti, negatoriam in eum actionem dabo.

Uſufructuarius quemadmodum caveat. Tit. 9.

[2] 1. Si cujus rei uſusfructus legatus eſſe dicatur, uſufructuarium ſe uſurum boni viri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſierit, ſe ei reſtituturum ad quem ea res pertinebit, ſatisdare jubebo.

EX LIBRO VIII.

Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. 1

[3] 1 Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur, vindicanti confeſſoriam, neganti negatoriam in rem actionem dabo.

EX LIBRO IX.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Tit. 1.

[4] 1. Si quadrupes PAUPERIEM FECISSE dicatur, ex lege XII Tabularum, aut noxam ſarcire, aut noxiam dare jubebo.

De his qui effuderint, vel dejecerint. Tit. 3.

[5] 1. UNDE *in eum locum quo volgo iter fiet, vel in quo conſiſtetur, dejectum vel effuſum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum qui ibi habitaverit, in duplum judicium dabo. Si eo ictu homo liber periße dicetur, quinquaginta aureorum judicium dabo.*

1 L. 5. ff. eod. l. 2. ff. ſi ſervit. vindicet.
2 L. 1. ff. eod.
3 L. 2. ff. eod.
4 Ex inſcriptione, & l. 1. eod. Ex collat. legis Moſaicæ cum Rom. Tit. de furib. 7.
5 L. 1. ff. eod.

X L. 5.

dabo. Si vivet, nocitumque ei eſſe dicetur, quantum ob eam rem æquum judici videbitur, eum cum quo agetur condemnari, tanti judicium dabo. Si ſervus inſciente domino feciſſe dicetur in judicio adjiciam, aut noxam debere.

[1] II. NE *quis in ſuggrunda, protectove ſupra eum locum quo volgo iter fiet, inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat, cujus caſus nocere cui poſſit, qui adverſus ea fecerit, in eum ſolidorum decem in factum judicium dabo. Si ſervus inſciente domino feciſſe dicetur, aut noxa dedi jubebo.*

De noxalibus actionibus. *Tit.* 4.

[2] I. Si ſervus deliquiſſe dicatur: Quantum ob eam rem æquum judici videbitur, eum in cujus poteſtate eſt comdemnari, tanti judicium dabo.

[3] II. Si ſervus inſciente domino feciſſe dicetur, noxæ dedi jubebo.

III. SI *is in cujus poteſtate eſſe dicetur negavit ſe in poteſtate ſervum habere, utrum actor volet, vel dejerare jubebo, In poteſtate ſua non eſſe, neque ſe dolo malo feciſſe quo minus eſset: vel judicium dabo ſine noxæ deditione.*

EX LIBRO, X.

Finium regundorum. *Tit.* 1.

[4] I. Finium regundorum ſi controverſia fuerit inter vicinos, judicium dabo: Ita ut judex qui de ea re datus erit, ex æquo & bono controverſiam dirimat, ejus habita ratione quod cujuſque interſit: eique

1 L. 5 §. 6 ff. eod.
2 L. 1 & 2 ff. eod. §. præterea Inſt. tit. de actionibus.
3 L. 21 §. prætor ait. ff. eod.
4 L. 2 & 4 ff. eod. §. quædam, Inſt. tit. de actionib.

que jus ſit rem uni adjudicare, eum invicem cert pecunia alteri condemnando.

Familiæ ercifcundæ. Tit. 2.

[1] I. Familiæ ercifcundæ judicium inter coheredes dabo : Ita ut judex qui de ea re datus erit, ſi commode diviſio fieri nequeat, uni rem adjudicare, eumque alteri certa pecunia condemnare. Atque præſtationum ratione habita, quanto æquius melius ei videbitur, cætera dirimere poſſit.

Communi dividundo. Tit. 3

[2] I. Communi dividundo judicium inter eos quibus res communes erunt, dabo.

II. judicium qui de ea re datus erit, ſi commode diviſio fieri nequeat, uni rem adjudicare certa pecunia alteri eum condemnando, atque præſtationum ratione habita, quanto æqujus melius ei videbitur, cætera dijudicare jubebo.

Ad exhibendum. Tit. 4

[3] I Si quis rem quam judicio petiturus erit, ſibi exhiberi poſtulet ab eo qui eam poſſidet, aut dolo malo fecerit quominus poſſideret, eam arbitrio judicis jubebo.

EX LIBRO. XI.

De interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoris actionibus. Tit. I.

[4] I. QUI IN JURE INTERROGATUS RESPONDERIT, qua ex parte ſit heres, aut bonorum poſſeſſor : ex ſua reſponſione actionem dabo.

II Ad-

1 L. 1 & 2 & 22 §. ult. ff. eod. §. quædam. Inſt. de actionibus.

2 L. 2 3 & 4 ff. eod. §. quędam Inſt. de actionib.

3 L. 3 l. 8 ff. eod. §. præterea. Inſt. tit. de actionib.

4 L. 2, 3, 4, ff. eod.

[1] II. Adverſus eum qui OMNINO NON RESPONDISSE dicetur, in ſolidum actionem dabo.

De ſervo corrupto. Tit. 3.

[2] I. QUI *ſervum, ſervam, alienum, alienam recepiſſe perſuaſiſſe quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deteriorem faceret: in eum quanti ea res erit, in duplum judicium dabo.*

De aleatoribus. Tit. 5.

[3] I. SI *quis eum apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberaverit, damnumve ei dederit, ſive quid eo tempore domo ejus ſubtractum eſt, iudicium non dabo.*

II. IN *eum qui aleæ ludendæ cauſa vim iutulerit, uti quæque res erit animadvertam.*

Si menſor falſum modum dixerit. Tit. 6.

[4] I. Si menſor falſum modum dixiſſe dolo malo: aut cujus alterius rei menſuram falſam renunciaſſe dicetur: eo nomine adverſus eum in factum actionem dabo.

De religioſis & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat. Tit. 7.

[5] I. *Sive homo mortuus, oſſave hominis mortui in locum purum alterius, aut in id ſepulchrum in quo ius non fuerit, illata eſse dicentur, qui hoc fecit, in factum actione tenetur, & pœna pecuniariæ ſubiicitur.*

II. Si locus religioſus pro puro veniſſe dicetur, adverſus venditorem rei ad quem ea res pertinebit, in factum actionem dabo.

[6] III. Si in locum publicis uſibus deſtinatum dolo malo quis mortuum intulerit, in eum judicium dabo, ut extra ordinem plectatur.

[7] IV. Ei qui mortuum inferre prohibitus eſt, oſſave mo-

1 L. 31 §. 4 ff. eod.
2 L. 1 ff. eod.
3 L. 1 ff. eod.
4 L. 1 in princ. & §. 1 & 2 l. 5. in pr. & §. 2 ff. eod.
5 L. 2. § 2. ff. eod.
6 L. 8 §. 1 ff. eod.
7 L. 8 §. 1 ff. eod.

L. 8

ve mortui in eum locum quo ei jus eſſet inferendi quique ob eam cauſam alio inferre coactus eſt adverſus eum qui prohibuit[1], quanti interfuit prohibitum non eſſe, in factum actionem dabo.

[1] v. QUOD *funeris cauſa ſumptus factus erit, hujus recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, judicium dabo.*

De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. *Tit.* 8.

I. QUO, *quave illi mortuum inferre invito te ei jus eſt, quominus illi, eo, eave mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto.*

II. QUO *illi jus eſt invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.*

EX LIBRO. XII.

De rebus creditis ſi certum petatur, & de conditione. *Tit.* I.

[2] I. Si certum petatur ex mutui datione, condictionem dabo.

De jure jurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. *Tit.* 2.

[3] I. SI *is cum quo agitur conditione delata juraverit, ejus rei de qua jusjurandum delatum fuerit. neque in ipſum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo.*

[4] II. Quod ſi actor deferente, aut etiam referente adverſario juraverit, vel cum jurare paratus eſſet, ei jusjurandum remiſſum fuerit, ex ea re in factum ei actionem dabo.

[5] III. EUM A QUO JUSJURANDUM PETETUR,

1 L. 12. ſ. 2 ff. eod.
2 Ex inſcriptione & l. 6. & 8. ff. eod & ex l. 1. ff de cond. tritic.
3 L. 3 in princ. l. 7 ff. eod.
4 L. 9. ff. eod.
5 L. jusjurandum. 34. ſ. ait præ. & ſ datur. ff. eod.

TUR, SOLVERE AUT JURARE COGAM, niſi ei qui aget, jusjurandum referre malverit: quo caſu ſi jusjurandi conditione non utatur, ei actionem denegabo.

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Tit. 4.

1. Si cui aliquid ex aliqua cauſa datum fuiſſe dicatur, cauſa non ſecuta, ad id repetendum quod datum erit, adverſus eum qui acceperit, condictionem dabo.

De conditione ob turpem vel injuſtam cauſam. Tit. 5.

[1] 1. Si quid ob turpem vel injuſtam rem datum fuiſſe dicetur, ad id repetendum quod datum erit, adverſus eum cui datum fuerit, condictionem dabo.

De condictione indebiti. Tit. 6.

1. Si ab ignorante indebitum ſolutum eſſe dicetur, ad id quod ſolutum erit repetendum, actionem dabo.

De condictione ſine cauſa. Tit. 7.

1. Si quid ſine cauſa promiſſum aut ſolutum fuiſſe dicatur, ejus rei nomine condictionem dabo.

EX LIBRO XIII.

De condictione furtiva. Tit. 1

[2] 1. Si qua res furto ablata eſſe dicatur: ejus perſequendæ cauſa domino adverſus furem, heredemve ejus furtivam condictionem dabo.

De condictione ex lege. Tit 2.

[3] 1. Si obligatio lege nova introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege condictionem dabo.

De condictione triticaria. Tit. 3.

[4] 1. Si quis triticum, vinum, oleum, aliaſve res præter

1 L. 1 l. ſi non ſortem. 26. ſ. indebitum ff. eod.
2 L. 1 & 7 ff. eod.
3 L. unic. ff. eod.
4 L. 1. ff. eod.

præter pecuniam numeratam petat, earum rerum nomine condictionem ei dabo.

De eo quod certo loco dari oportet. Tit. 4.

I. Si pecunia quæ certo loco dari debet, alio loco petatur, utilem actionem dabo, ut per eam arbitrio judicis ſatisfiat.

De pecunia conſtituta. Tit. 5.

I. QUI *pecuniam debitam conſtituerit: adveniente die ſolvere debet.*

II. SI *appareat eum qui conſtituit, neque ſolvere, neque feciſſe, neque per actorem ſtetiſſe quominus fieret quod conſtitutum eſt: eamque pecuniam cum conſtituebatur, debitam fuiſſe*, adverſus eum de conſtituto actionem dabo.

Commodati vel contra. Tit. 6.

I. QUOD QUISQUE COMMODASSE DICETUR, DE EO JUDICIUM DABO.

De pignoratitia actione, vel contra. Tit. 7.

I. Si ob creditam pecuniam pignus datum ſit, idque ſoluta demum pecunia aut cum eo nomine ſatis factum ſit, repetatur, adverſus eum à quo petetur, actionem dabo.

EX LIBRO XIV.

De exercitoria actione. Tit. 1

I. Quod cum magiſtro navis geſtum eſſe dicetur: ejus rei cujus cauſa ibi præpoſitus fuerit, adverſus eum, aut exercitorem actionem dabo.

II. Si is qui navem exercuerit, in alia poteſtate erit, ejuſque voluntate navem exercuerit: quod cum

5 L. 1 ff. eod. §. plus autem inſtit. de actionib.
2 L. 1. 16. §. h. 18. §. 1. ff. eod
3 L. 1 ff. eod.
4 L. 4 & 11 §. 4. ff. eod.
5 L. 1 in pr. §. 1, 5, 7, & 8 ff. eod.
6 L. 1. §. ſi is qui navem. 19 ff. eod.

L. 1 &

Quando de peculio actio eſt annalis. Tit. 2.

[1] 1. POST *mortem ejus, qui in alterius poteſtate fuerit, poſteave quam is emancipatus, manumiſſus, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, & ſi quid dolo malo ejus in cujus poteſtate eſt, factum erit, quominus actio peculii eſſet, in anno quo primum de re experiundi poteſtas erit, judicium dabo.*

De in rem verſo. Tit. 3.

[2] 1. Si quid in rem alicujus verſum eſſe dicetur, ex eo, quod is accepit, qui in ejus eſt poteſtate, quatenus verſum erit, eatenus actionem dabo.

Quod juſſu. Tit. 3.

[3] 1. Quod juſſu domini, vel patris geſtum eſſe dicetur, de ea re adverſus eos in ſolidum judicium dabo.

EX LIBRO XVI.

Depoſiti vel contra. Tit. 3.

[4] 1. QUOD *neque tumultus, neque incendi, neque ruinæ, neque naufragii cauſa depoſitum ſit, in ſimplum: earum autem rerum, quæ ſupra ſunt comprehenſæ, in ipſum in duplum: in heredem ejus, quod dolo malo ejus factum eſſe dicetur, qui ſit mortuus, in ſimplum: quod ipſius, in duplum judicium dabo.*

EX LIBRO XVI.

Mandati. Tit. 1.

1. Qui mandatum alterius ſuſcepiſſe dicetur, in eum judicium dabo.

Pro-

1 L. 1. ff. eod.
2 L. 1 ff. eod.
3 L 1 ff. eod.
4 L. 1 ſ. 1 eod.

Pro ſocio Tit. 2

1. Si ſocietas inter aliquos coita eſſe dicetur, de ea re judicium dabo.

EX LIBRO XVIII.

De contrahenda emptione. Tit. 1.

1. Si emptio & venditio contracta eſſe dicetur, de ea re judicium dabo.

De hereditate vel actione vendita. Tit. 4.

[1] 1. Si hereditas aut actio veniſſe dicetur, quidquid pecuniæ ex ea hereditate aut actione, ad venditorem, ejuſve heredem perveniſſe dicetur, aut dolo malo factum erit, quominus perveniret: item quæcumque actio, petitio, perſecutio inde dari debuit, ea omnia emptori præſtari ac reſtitui jubebo.

EX LIBRO. XIX.

Locati & conducti. Tit. 2.

1. Si locatio & conductio contracta eſſe dicetur, ex eo contractu actionem dabo.

De æſtimatoria. Tit. 3.

[2] 1. Si res æſtimata vendenda data fuerit, de æſtimato actionem dabo.

De rerum permutatione. Tit. 4.

[3] 1. Si permutatio facta eſſe dicetur, in factum actionem dabo.

De præſcriptis verbis. Tit. 5.

[4] 1. Si propria actio prodita non erit, quæ negotio, quo de agitur, accommodari poſſit: uti quæque res geſta.

1 L. ff eod. l. pecunia. 178 ff. de verb. ſignif.
2 L. 1 ff. eod.
3 L. 1 ff. eod.
4 L. 20 & 22. ff. eod.

L. 1. ff

geſta eſſe dicetur, præſcriptis verbis in factum actionem dabo.

EX LIBRO XXI.

De Ædilitio edicto. Tit. 1

I. QUI *mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitiive cuique ſit, quis fugitivus, errove ſit, noxave ſolutus non ſit: eademque omnia, cum ea mancipia venibunt, palam recte pronuncianto.*

II. QUOD *ſi mancipium adverſus ea veniſſet, ſive adverſus quod dictum, promiſſumve fuerit, cum veniret, fuiſſet, quod ejus præſtari oportere dicetur, emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, judicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur.*

III. SI *quid autem poſt venditionem traditionemque deterius opera emptoris, familiæ, procuratoriſve ejus factum erit: ſive quid ex eo poſt venditionem natum, aut acquiſitum fuerit, & ſi quid aliud in venditione ei acceſſerit, ſive quid ex ea re fructus pervenerit ad emptorem, ut ea omnia reſtituat.*

IV. ITEM *ſi quas acceſſiones ipſe præſtiterit, ut recipiat.*

V. ITEM, *ſi quod mancipium fraudem capitalem admiſerit, mortiſve conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit, vel in arenam depugnandi cauſa ad beſtias fuerit intromiſſum, ea omnia in venditione pronuncianto: ex his enim cauſis judicium dabimus.*

VI. HOC *amplius, ſi quis adverſus ea ſciens dolo malo vendidiſſe dicetur, judicium dabimus.*

[2] VII. Nationem præterea cujuſque mancipii in venditione pronuncianto.

VIII. Si

1 L. 1 ff. eod.
2 L. quod ſi nolit. 31 §. qui mancipia. 21. ff. eod.

L. fa-

dis jumentisve ornamentorum nomine redhibendis in diebus ſexaginta, morbi autem vitiive cauſa inemptis faciendis in ſex menſibus, vel quanto minoris cum venirent, fuerint, in anno judicium dabimus.

1 XVII. SI *jumenta paria ſimul venierint, & alterum in ea cauſa fuerit, ut redhiberi debeat, judicium dabimus, quo utrumque redhibeatur: quæ de jumentorum ſanitate diximus, de cætero quoque pecore omni venditores faciant.*

EX LIBRO XXV.

De actione rerum amotarum. Tit. 2.

2 I. Si uxor conſtante matrimonio res mariti amoviſſe dicatur, in eam actionem dabo, vel jusjurandum deferre permittam.

De inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu. Tit. 4.

I. SI *mulier mortuo marito prægnantem ſe eſſe dicet, his, ad quos ea res pertinebit, procuratorive eorum bis in menſe denunciandum curet, ut mittant, ſi velint, quæ ventrem inſpicient. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque; hæque ſimul omnes inſpiciant: dum ne qua earum, dum inſpicit, invita muliere ventrem tangat. Mulier in domu honeſtiſſimæ feminæ pariat, quam ego conſtituam. Mulier ante dies triginta, quam parituram ſe putat, denunciet iis, ad quos ea res pertinet, procuratoribuſve eorum, ut mittant, ſi velint, qui ventrem cuſtodiant. In quo conclavi mulier paritura erit, ibi ne plures aditus ſint, quam unus. Si erunt, ex utraque parte Tabulis præfigantur. Ante oſtium ejus conclavis liberi tres, & tres liberæ cum binis*

1 L. Ædiles. 38 pr. & ſ. 1 ff. eod. & ult. l. ideo. 13 ff. eod.

2 L. 1 l. Marcellus. 11 §. 1 L. 1 ſ. 4 eod.

L. 1. ff.

nis comitibus cuſtodiant. Quotieſcumque ea mulier in id conclave, aiiudve quod, ſive in balineum ibit : cuſtodes ſi volent, id ante proſpiciant, & eos, qui introierint cuſtodes, qui ante conclave poſiti erunt, ſi volunt, omnes qui conclave aut domum introierint, excutiant. Mulier cum parturire incipiat, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum denunciet, ut mittant, quibus præſentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque: ita ut præter obſtetrices duas in eo conclavi ne plures mulieres liberæ ſint, quam decem: ancillæ, quam ſex. Hæ quæ intus futuræ erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua prægnans ſit. Tria lumina, ne minus, ibi ſint: ſcilicet quia tenebræ ad ſubjiciendum aptiores ſunt. quod natum erit, his, ad quos ea res pertinet, pr ocuratoribusve eorum, ſi inſpicere volent, oſtendatur. Apud eum educetur, apud quem parens juſſerit, ſi autem nihil parens juſſerit, aut is, apud quem voluerit educari, curam non recipiet: apud quem educetur, cauſa cognita conſtituam. Is apud quem educabitur, quod natum erit, quod trium menſium ſit, bis in menſe: ex eo tempore quoad ſex menſium ſit, ſemel in menſe: à ſex menſibus quoad anniculus fiat, alternis menſibus: ab anniculo, quoad fari poſſit, ſemel in ſex menſibus, ubi volet, oſtendat. Si cui ventrem inſpici cuſtodirive, adeſſe partui licitum non erit, factumve quid erit, quo minus ea ita fiant, uti ſupra comprehenſum eſt; ei, quod natum erit, poſſeſſionem cauſa cognita non dabo. Sive quod natum erit, ut ſupra cautum eſt, inſpici non licuerit. Quas utique actiones me daturum polliceor his quibus ex edicto meo bonorum poſſeſſio data ſit: eas, ſi mihi juſta cauſa videbitur eſſe, ei non dabo

Si

Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, &c.
Tit. 5.

[1] I. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicetur: tam adverſus mulierem, quam adverſus eum, in cujus poteſtate ea fuerit, quanti actoris interfuerit, in tantum actionem dabo.

II Eum quoque, qui per dolum in poſſeſſionem venerit, ab ea decedere cogam.

Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur. Tit. 6.

[3] I. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur, quanti agentis interfuerit, intra annum, quo agendi poteſtas erit, actionem dabo, etiam adverſus parentem, ſi per eum factum ſit, ut in poſſeſſionem per calumniam iretur.

EX LIBRO XXVI.

De teſtamentaria tutela Tit. 2.

[4] I. Si quis ex pluribus tutoribus ſatiſdationem obtulerit, ut ſolus adminiſtret, an ille audiri, cæteriſque nihilominus eadem conditio deferri debeat, cauſa cognita conſtituam.

De tutoribus & curatoribus datis ab his qui jus dandi habent. Tit. 5.

[5] I. Si mulier prægnans eſſe dicetur, ventri curatorem conſtituam.

De adminiſtratione & periculo tutorum. Tit. 7.

[6] I. Si plures tutores teſtamento dati fuerint, ei potiſſimum tutelæ adminiſtrationem committam, quem parens teſtamento deſtinaverit.

II. Quod

1 L. 1 ff. eod.
2 L. 1 ff. eod.
3 Ex inſcript. & l. un ff. eod.
4 L. 17 l. ſi nemo 19. ff. eod.
5 L. ventri. 20 ff. eod.
6 L. 3 ſ. 1 ff. eod.
ſ. 7. eod.

11. Quod ſi nullus à teſtatore electus fuerit, aut qui electus eſt gerere nolit, tum eum gerere cogam, cui major pars tutorum tutelam decreverit.

EX LIBRO XXVII.

Vbi pupillus educari vel morari debeat. Tit. 2.

[1] 11. *S*i quis pupillum apud ſe educare recuſaverit, eum non cogam.

De tutelæ & rationibus diſtrahendis. Tit. 3.

[3] 1. Si quid ex bonis pupilli abeſſe dicetur, adverſus eum qui in adminiſtranda tutela aliquid abſtulerit, in duplum judicium dabo.

[4] 11: Eum, qui tutelam geſſit, rationem eo nomine reddere cogam.

De contraria tutelæ actione. Tit. 4.

[5] 1. Si quid ex adminiſtratione bonorum pupilli debeatur, eo nomine in eum contrariam actionem dabo.

De eo qui pro tutore, prove curatore negotia geßit. Tit. 5.

[5] 1. Sive tutor aut curator negotia geſſerit : ſive quis pro tutore aut pro curatore, ad ea gerenda acceſſerit, adverſus eum qui geſſiſſe dicetur actionem dabo.

Quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicitur. Tit. 6.

[7] 1. QUOD *eo autore, qui tutor non fuerit, geſtum eſſe dicetur, ſi id actor ignoravit, dabo in integrum reſtitutionem.*

[8] 11. IN *eum qui cum tutor non eßet, dolo malo autor factus eſſe dicetur, judicium dabo, ut quanti res ea erit, in tantam pecuniam condemnetur.*

EX

1 §. 7 eod.
2 L. 1 ſ. 2. ff. eod.
3 L. 1 §. penult. & l. 2 ff. eod.
4 L. 1. pr. ff. eod.
5 L. 1 ff eod.
6 L. 1 ff. eod.
7 L. 1 §. 1 & 6 ff. eod.
8 L. 7. ff. eod.

L. 3. in

EX LIBRO. XXVIII.

De conditionibus inſtitutionum. Tit. 7.

[1] I. Eum cui ſub jusjurandi conditione quid relictum eſt, ita capere ſinam, ut capiunt hi quibus nulla talis jurisjurandi conditio inſeritur.

De jure deliberandi. Tit. 8.

[2] I. Heredem inſtitutum intra certum tempus hereditatem adire jubebo. SI TEMPUS AD DELIBERANDUM PETET, DABO.

[3] II. Creditoribus inſtrumentorum inſpiciendorum copiam faciam.

[4] III. Si major ſit hereditas, & in ea hereditate res quæ ex tractu temporis deteriores fiant, aut ea quæ nimium ſumptuoſa ſint: aut quæ mora fiant deteriora: ei qui deliberat cauſa cognita hujuſmodi res ſine præjudicio juſtis pretiis diſtrahere permittam.

[5] IV. SI *pupilli pupillæve nomine poſtulabitur ad deliberandum an expediat ad eum hereditatem retinere, & hoc datum ſit, ſi juſta cauſa eſſe videbitur, bona interea diminui niſi cauſa cognita, boni viri arbitratu, vetabo.*

EX LIBRO XXIX.

De acquirenda vel omittenda hereditate. Tit. 2.

[6] I. PROXIMUS *à filio poſthumo heres, dum mulier prægnans eſt, aut putatur eſſe, adire hereditatem non poteſt: Sed ſi ſcit non eſſe prægnantem, poteſt.*

II. Suo

1 L. 8 in pr. ff. eod.
2 L. ſi quis 8 ff. de hered. inſt. I. 1. ff. eod.
3 L. 5 ff. eod.
4 L. 5 §. 1 ff. eod.
5 L. 7 pr. ff. eod.
6 L. cum quidam. 30 ff. eod.

 L. ne-

[1] II. Suo & neceſſario heredi tam maſculo quam fœminæ abſtinendi ſe ab hereditatę poteſtatem faciam: impuberi, etiamſi ſe immiſcuerit hereditati: puberi, ſi ſe non immiſcuerit.

[2] III. SI PER EUM EAMVE FACTUM ERIT QUO QUID EX EA HEREDITATE AMOVERETUR, abſtinendi beneficium non dabo.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur. Tit. 3.

[3] I. Quod ad cauſam ſupremi alicujus judicii pertinere dicetur inſpicere ac deſcribere deſideranti, ſuo vel alieno nomine: ſi prius de calumnia juraverit, præter eam partem ſupremarum tabularum quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicujus pertinere dicetur, inſpiciendi deſcribendique præter diem & conſulem poteſtatem faciam.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. Tit. 4.

[4] I. Si quis cauſam teſtamenti prætermiſiſſe dicatur, ut ab inteſtato vel alio modo hereditatem partemve ejus poſſideat quo eos circumveniat, quibus ex judicio defuncti aliquid deberi potuit, in eum cauſa cognita actionem dabo.

De Senatuſconſulto Syllaniano. Tit 5.

[5] I. Quod ad cauſam teſtamenti pertinens relictum erit ab eo qui occiſus eſſe dicetur, id ne quis ſciens dolo malo aperiendum, recitandum, deſcribendumve curet, priuſquam de ea familia quæſtio ex Senatuſconſulto habita, ſuppliciumque de noxiis ſumptum fuerit, vetabo.

[6] II. Bonorum quoque poſſeſſionem petere non permittam.

III. Quod

1 L. neceſſariis 57 ff. eod. Ulp. lib. reg. tit. qui hered. inſt. poſſ.

2 L. ſi ſervum 71. §. prætor ait ff. eod.

3 L. 1, 2, & 8, ff. eod. l. 3 C. eod. l. illa verb. 163 ff. de verb. ſignif.

4 L 1. l. 6 §. 2. l. 13. 26. 27. ff. eod.

5 L. 3 § 18 ff. eod.

6 L. 5 §. 1 ff. eod.

[1] III. Quod ſi quis aperuiſſe, aut quid aliud eorum quæ ſupra dicta ſunt, feciſſe dicetur, in centum aureos eum condemnabo: quorum dimidiam partem ei cujus opera convictus erit, dabo: alteram in publicum cogam.

EX LIBRO XXXV.

Si cui plus quam per legem falcidiam liceat &c. Tit. 3.

[2] I. Si cui plus quam per legem Falcidiam liceat, legatum eſſe dicetur, & dubitari juſte poſſit, utrum lex Falcidia locum habitura ſit, necne, cauſa cognita ſubveniam heredi: ut ei legatarius ſatiſdet, ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe quam è lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam daturum, dolumque malum ab eo abſuturum.

EX LIBRO XXXVI.

Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur. Tit. 3.

[3] I. Legatorum & fideicommiſſorum nomine ſatiſdare jubebo, ut quibus teſtator diebus dari fierive voluit, iiſdem detur vel fiat, dolumque malum abeſſe abfuturumque eſſe inter ſe ſtipulari cogam.

Vt in poſſeſſionem legatorum, &c. Tit. 4.

[4] I Si per legatarium vel fideicommiſſarium non ſtet quo minus ei caveatur, eum in poſſeſſionem ire jubebo.

1 L. 25 §. 2 ff. eod.
2 L. 1 in pr. l. 4 ff. eod. l. aliud 71. ff. de verb. ſignif.
3 L. 1 in pr. ff. eod.
4 L. 1. §. 1 ff. eod.

EX LIBRO XXXVII.

De bonorum poſſeſſionibus. *Tit.* 1.

1 1. Iis qui rei capitalis damnati ſunt, neque in integrum reſtituti ſunt, bonorum poſſeſſionem non dabo.

Si tabulæ teſtamenti extabunt. *Tit.* 2.

2 1 Si tabulæ teſtamenti extabunt, in quibus heredis nomen ita deletum ſit, ut penitus legi neque-at, bonorum poſſeſſionem non dabo.

1 1. Si tamen poſt prolatas tabulas deletum fuerit teſtamentum, aut tabulæ deinde interierint, ſecundum eas nihilominus bonorum poſſeſſionem dabo.

De bonorum poſſeſſione, furioſo, &c. Tit. 3.

3. 1 Furioſo, infanti, muto, ſurdo & cæco, ſi quid agatur intelligant, poſſeſſionem dabo.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas. Tit. 4.

1. Si ſui liberi heredes non fuerint inſtituti aut nominatim exheredati: neque etiam emancipati qui maſculi ſunt, nec fœminæ vel inter cæteros: iis contra tabulas bonorum poſſeſſionem dabo: exceptis iis qui jure *Heredes inſtitui non poſſunt.*

4 1 Liberos in adoptionem datos, modo heredes, inſtituti ſint, à bonorum petitione non ſubmovebo.

De legatis præſtandis contra tabulas, &c. Tit 5.

5 1. Qui judicia patris reſcindunt per contra tabulas bonorum poſſeſſionem, ex judicio ejus legata & fideicommiſſa liberis, parentibus, uxori, nurui quoque dotis nomine relicta, eos præſtare cogam: non

1 L. 13. de bon. poſſ.
2 L. un. ff. eod.
3 Ex inſcript. tit. & l. 2. eod.
4 L. 1. l. 3. §. 9. l. 8. ff. eod. tit. Inſtit. de exhered. liber. §. emancipatos. Ulp. lib. regular. tit. qui hered. inſtit. poſſunt.
5 L. 8. §. 11. ff. eod.
6 L. 1. ff. eod.
7 L. 2. 3. & 4. ff. eod.

L. 1. in

non tamen iis liberis, quibus ex ſuperioribus cauſis bonorum poſſeſſionem polliceor, ſi eam petierint, aut ſi quid aliud ex defunćti voluntate obtinuerint.

de collatione. Tit. 6.

1 1. Filios emancipatos, quibus bonorum poſſeſſio dabitur, ſua bona in medium conferre filiis in poteſtate exiſtentibus boni viri arbitratu jubebo: ita ut collatio fieri cenſeatur, ſi recte eo nomine cautum fuerit.

De dotis collatione. Tit. 7.

2 1. Filiam, quæ bonorum poſſeſſionem petet, dotem conferre cogam.

De conjungendis cum emancipato liberis. Tit. 8.

3 1. Si quis ex his, quibus bonorum poſſeſſio datur, in poteſtate parentis, cum moritur, non fuerit, ei liberiſque quos in ejuſdem parentis familia habet (ſi ad eos hereditas proprio nomine pertineat, neque notam exheredationis meruerint) bonorum poſſeſſionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, ſi in poteſtate permanſiſſet, ita ut ex parte dimidiam ipſe: reliquam liberi habeant, hiſque duntaxat bona ſua conferat.

De ventre in poſſeſſionem mittendo. Tit. 9.

4 1. Si mulier prægnans eſſe dicetur mortis tempore, & non ſit exheredatus qui in utero erit, ſitque inter ſuos heredes futurus, cum iis quibus poſſeſſio data erit, cauſa cognita ventrem in poſſeſſionem mittam.

De Car-

1 L. 1. in pr §. 1. & 9. l. 3. in pr §. 3. l. 5. §. 1. l. 8. ff. eod. Ulp. in lib. 1 g. tit. de Poſſeſſ. dand. Paul. rec. ſent. lib. 5. tit. 9. l. filium. 20. §. vid. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab.

2. L. 1. in pr. ff. eod.

3 L. in pr §. 7. & 13. ff. eod.

4 L. 1. §. 1. 2. & 7. l. 7. vers. fin. ff. eod.

L. 1. in

[1] II. Si qui in hoſtico ſuprema ſua judicia jure militari ordinaſſe, ibidemque ſupremum diem functi eſſe dicantur, etiamſi milites non fuerint, ſecundum eorum voluntatem bonorum poſſeſſionem dabo.

EX LIBRO XXXVIII.

De operis libertorum. Tit. 1.

[2] I. Si operæ à patrono, patrona, liberiſque eorum petantur adverſus libertos & libertas, de ea re judicium dabo.

De bonis libertorum Tit. 2.

[3] I. Libertus qui teſtamentum faciet, ita teſtari debet, ut partem dimidiam bonorum ſuorum patrono relinquat: Si nihil aut minus parte dimidia reliquerit, patrono contra tabulas teſtamenti, heredi ſcripto ſecundum tabulas partis dimidiæ bonorum poſſeſſionem dabo.

II. Scripto herede non petente, alterius quoque partis patrono bonorum poſſeſſionem dabo.

III. Si libertus inteſtatus mortuus eſſe dicetur ſuo herede relicto filio adoptivo, patrono itidem partis dimidiæ bonorum poſſeſſionem dabo.

IV. Si naturales liberos reliquerit, ſive ii in poteſtate mortis tempore fuerint, ſive emancipati, ſive etiam in adoptionem dati, modo ex aliqua parte ſcripti heredes fuerint, patrono bonorum poſſeſſionem non dabo.

[4] V. [1] SI *Donum, munus, operas redemerit* libertus, contra tabulas teſtamenti patrono cui nihil reli-

1 L. un. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. mil.
2 L. 2. & 7. ff. eod.
3 Inſt. tit. de ſucc. libert. § 1. l. 6. ff. de bonor. poſſeſſ.
4 Julianus. 37. ff. eod. l. ſæpe. 53. ff. de verb. ſignif. *vide* Juris notas à Magnone collectas. L. un. ff eod.

1 L. 1.

ctum erit, bonorum poſſeſſionem non dabo.

De libertis univerſitatis. Tit. 3.

1. Quod jus patrono in libertorum & libertarum bonis tributum eſt, idem municipibus acquiſitum eſto.

Si quid in fraudem patroni factum. Tit. 5.

[1] 1. Si quid dolo malo liberti factum eſſe dicetur: ſive teſtamento facto, ſive inteſtatus deceſſerit libertus, quominus pars debita bonorum ad eorum quem perveniat, quibus contra tabulas bonorum poſſeſſio competit, de ea re cognoſcam, operamque dabo ne ea res cuiquam fraudi ſit.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi. Tit 6.

[2] 1. Si tabulæ teſtamenti nullæ exſtabunt, unde liberi bonorum poſſeſſionem petent: ſive ſui ſint, ſive emancipati, aut capite minuti: itemque civitate donati: eis ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dabo.

[3] II. Si quis ex iis in poteſtate parentis cum is moritur non fuerit, ei liberiſque quos in ejuſdem familia habebit, ſi ad eos hereditas ſuo nomine pertinebit, neque nominatim exheredes ſcripti erunt, bonorum poſſeſſionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, ſi in poteſtate manſiſſet, ita ut ex ea parte dimidium ipſe habeat, reliquum liberi ejus: hiſque duntaxat bona ſua conferat.

Vnde legitimi. Tit. 7.

[4] 1. Unde legitimi bonorum poſſeſſionem petent, ſi nullæ inde teſtamenti tabulæ proferantur: tum quem ei heredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mor-

1 L. 1. in pr. ff. eod.
2 L. 1. §. 5. l. 4. ff. ſi tab. teſt. null. ext. Item in collat. legis Moſaic. cum Rom. tit. ult. verſ. fin.
3 L. 5. ff. eod.
4 L. 1. & 4. ff. eod. unde legitim. Collat. legis Moſaic. cum. Rom. tit. ult. verſ. fin. l. un. ff. ut ex legib. Senat.

Inſtite

mortuus eſſet, eum bonorum poſſeſſorem faciam: ita ut conſanguinei cæteris præferantur.

Vnde X perſonæ.

1 1. Unde X perſonæ bonorum poſſeſſionem petent, pater, inquam, mater, avus, avia materni: filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia, frater, ſoror, ſive conſanguinei ſive uterini, ſi nullæ inde tabulæ teſtamenti proferantur: & non contracta fiducia emancipatio peracta eſſe dicatur, has decem perſonas extraneo manumiſſori anteponam, iiſque ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dabo.

Vnde cognati. Tit. 8.

2 1. Unde cognati bonorum poſſeſſionem petent, ſi nullæ inde teſtamenti tabulæ proferantur, eis, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt, proximitatis nomine uſque ad ſextum gradum cognationis, bonorum poſſeſſionem dabo, & ſeptimo ſobrino ſobrinæque, nato natæve.

3 11. Agnatis capite minutis, exceptis fratre & ſorore emancipatis, niſi ſint in adoptiva familia, itemque liberis naturalibus, ex hac parte eandem bonorum poſſeſſionem dabo.

Tum quem ex familia.

4 1. Si libertus inteſtato mortuus eſſe dicetur, tum quem ex familia ejus heredem eſſe oporteret, ad bonorum poſſeſſionem vocabo.

Vnde liberi patroni.

5 1. Unde liberi patroni patronæque & parentes eorum bonorum poſſeſſionem petent, ſi nullæ

 inde

1 Inſtit. tit. de bon. poſſeſſ. §. 3. 4. & Collat. leg. Moſaic. cap. ult. verſ. fin.

2 L. 1. §. 2. & ſeq. ff. eod. l. 8. ff. de ſuis & legitim. hered.

3 Inſtit. tit. de ſucceſſ. cognat. l. 1. §. 2 & ſeq ff. unde cognati.

4 Juſtin. & Theoph. Inſt. tit. de bonor. poſſeſſ.

5 Juſtin. cum Theoph. Inſt. tit de bon. poſſ.

1 L. 1.

inde teſtamenti tabulæ proferantur, ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dabo.

De ſucceſſorio Edicto. Tit. 9.

[1] I. Qui ad bonorum poſſeſſionem ex ſuperioribus capitibus vocantur, eam petant liberi & parentes intra annum, cæteri intra centeſimum diem.

[2] II. Si quis eorum eam bonorum poſſeſſionem dari ſibi noluerit, aut diebus ſtatutis non admiſerit, tunc cæteris bonorum poſſeſſionem ita dabo, ac ſi prior ex eo numero non fuiſſet.

Vnde vir & uxor. Tit. 11.

[3] I. Unde vir & uxor bonorum poſſeſſionem petent: Si nullæ inde teſtamenti tabulæ proferantur, ei qui petet, ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dabo.

Vnde cognati manumiſſoris.

[4] I. Unde cognati manumiſſoris petent bonorum poſſeſſionem, ſi nullæ inde teſtamenti tabulæ proferantur, eis qui petent, ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dabo.

De veteranorum & militum ſucceſſione. Tit, 12.

[5] I. Si miles aut veteranus inteſtatus mortuus eſſe dicatur, cui ſint caſtrenſia bona: legitimo heredi, aut ſi is non erit, proximo cognato uſque ad quintum gradum bonorum poſſeſſionem dabo: poſt eum gradum fiſco vindicabuntur.

Vt ex legibus Senatuſve conſultis, &c. Tit. 14.

[6] I. *Uti me quaqua lege ſenatuſve conſulto, bonorum poſſeſſionem dare oportebit, ita dabo.*

EX

1 L. I. in pr. ff. eod. Inſt. tit. de bonor. poſſeſſ. §. in fin.
2 L. I §. 10. ff. eod.
3 L. I. ff. eod. §. 4. Inſt. tit. de bonor. poſſeſſ.
4 Inſtit. d. loco.
5 L. 2. ff. eod.
6 L. un. pr. ff. eod.

EX LIBRO XXXIX.

De operis novi nunciatione Tit. 1.

1 Si novum opus nunciatum fuerit ab eo qui juraverit ſe non calumniæ cauſa id facere: ne quid quam novi operis fiat, vetabo antequam nunciatio miſſa facta fuerit, vel vice nunciationis miſſæ de opere reſtituendo ſatiſdatum ſit.

2 Si quis rivos, vel cloacas velit reficere aut purgare, aut aliud ejuſmodi opus facere, cujus mora periculum aliquod allatura ſit, operis novi nunciationem ei fieri non permittam.

3 III. QUEM *in locum nunciatum eſt, ne quid novi operis fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nunciatio fuerit remiſſa, aut in ea cauſa eſſet ut remitti deberet, factum eſt, id reſtituas.*

4 IV. QUEM *in locum nunciatum eſt neque novi operis fieret, qua de re agitur, ſi de ea ſatisdatum eſt, quod ejus cautum ſit, vel per te ſtat quominus ſatisdetur, quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto.*

De damno infecto. Tit. 2.

5 I. Si damni infecti nomine agatur, magiſtratibus municipalibus remittam ut apud eos caveatur damni infecti nomine fidejuſſoribus datis aut ſponſione facta, intra eum diem qui à me conſtitutus erit.

6 II. Si intra illum diem non caveatur: ei cui non cavebitur, in poſſeſſionem *ejus rei* mitti jubebo, *dum ei qui aberit prius domum denunciari jubeam.*

III. IN

1. L. 5. §. 14. ff. eod. l. 7. in pr. ff. de damn. infect.
2. L. 5. §. 11. & 12. ff. eod.
3. L. 20. in pr. ff. eod. l. cum prætor. 81. ff. de verb. ſign.
4. L. 20. §. 9. ff. eod.
5 L. 11. & 4. ff. eod. l. 7. ff. de verb. ſign.
6. L. 4. ff. eod.

1. L. 1. in

[1] III. In eum magiſtratum qui non curaverit quæ ſupra ſcripta ſunt, ſi ab eo id poſtulatum fuerit, quanti ea res erit cujus damni infecti nomine cautum non erit, judicium dabo.

[2] IV. Damni *infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdari jubebo ei qui juraverit, non calumniæ cauſa id ſe poſtulare, eumve cujus nomine aget poſtulaturum fuiſſe in eam diem quam cauſa cognita ſtatuero: ſi controverſia erit dominus ſit necne qui cavebit, ſub exceptione ſatiſdari jubebo.*

V De *eo opere, quod in flumine publico, ripave ejus fiet, in annos decem ſatiſdare jubebo: eum cui ita non cavebitur, in poſſeſſionem ejus rei, cujus nomine ut caveatur poſtulabitur, ire, & cum juſta cauſa eſſe videbitur, etiam poſſidere jubebo.*

VI. In *eum, qui neque caverit, neque in poſſeſſione eſſe, neque poſſidere paſſus erit, judicium dabo: ut tantum præſtet, quantum præſtare eum oporteret, ſi de ea re decreto meo, ejuſve cujus de ea re juriſdictio fuit, quæ mea eſt, cautum fuiſſet.*

VII. Eius *rei nomine, in cujus poſſeſſionem miſero, ſi ab eo qui in poſſeſſione erit, damni infecti nomine non ſatisdabitur, eum cui non ſatisdabitur, ſimul in poſſeſſione eſſe jubebo.*

De aqua, & aquæ pluviæ arcendæ. Tit. 3.

[3] I. Si cui aqua pluvia damnum dabit opere manu facto, aquæ pluviæ arcendæ, ei actionem dabo.

[4] II. In concedendo jure aquæ ducendæ, tam eorum in quorum loco aqua oritur, quam eorum ad quos ejus aquæ uſus pertinet, voluntas exquiratur.

1. L.4.§ 5. ff. eod.
2. L.7. ff. eod.
3. L.1. in princ. §. 1. & 12. ff. eod.
4. L. in concedendo. 8. & L ſeq. ff. eod.

L. 1. &

III. Quod ſi ii conſentiant, ſecundum eorum voluntatem ductionem fieri jubebo.

De publicanis & vectigalibus, & commißis. Tit. 4.

1 I. QVOD *publicanus, aut quis publicani nomine vi ademerit, quodque familia publicanorum, ſi id reſtitutum non erit, in duplum, aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum judicium dabo. Item ſi damnum, injuria, furtumve factum eſſe dicetur, judicium dabo. Si id ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur, in domino ſine noxæ deditione judicium dabo.*

EX LIBRO XL.

De liberali cauſa. Tit. 12.

2 I. In liberali cauſa parentibus & liberis aliiſque neceſſariis perſonis, invito eo qui in ſervitutem aſſeritur, cauſa cognita litigare permittam.

3 II. Si qui cum ſe liberos ſcirent, dolo malo paſſi ſunt ſe pro ſervis venundari, in duplum adverſus eos intra annum judicium dabo.

EX LIBRO XLII.

De re judicata. Tit. 1.

4 I. CONDEMNATVS *ut pecuniam ſolvat ab eo, cujus de ea re juriſdictio eſt*: Si neque ſolvat intra legitimum tempus, *neque eo nomine ſatisfaciat*, in eum judicati actionem dabo.

5 II. Si victum vel ſtratum inferri quis judicato non patiatur, in eum uti ea res erit, animadvertam.

De

1 L. 1. & 12. ff. eod.
2 L. 1. ff. eod.
3 L. rectiſſime. 14. l. imo. 16. l. in tantum. 18. l. vel obligatus 20. l. utique. 21. & ſeq. ff. eod.
4 L. 4. §. 1. & 3, l. 7. ff. eod.
5 L. ſi victum. 34. ff. eod. l. verbo. 43. & duab. ſeq. ff. de verb. ſign.

1 L. 1.

De confeſſis. *Tit.* 2.

[1] I. Confeſſus ſi intra legitimum tempus pecuniam non ſolvat, neque eo nomine ſatisfaciat, in eum ut in condemnatum actionem dabo.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. *Tit.* 4.

[2] I. In *bona ejus, qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſores dederit, ſi neque poteſtatem ſui faciat, neque defendatur, iri jubebo.*

[3] II. Si adverſus pupillum ex contractu cum eo inito agatur, iſque non defendatur, bona ejus quandiu impubes erit, rei ſervandæ cauſa poſſideri jubebo.

[4] III. S*i pupillus in ſuam tutelam venerit, vel pupilla viripotens fuerit, & recte defendantur, eos qui bona poſſident, de poſſeſſione decedere jubebo.*

[5] IV. E*t ejus cujus bona poſſeſſa ſunt à creditoribus, veneant, præterquam pupilli & ejus qui reipublicæ cauſa ſine dolo malo abfuit.*

[6] V. Q*ui fraudationis cauſa latitavit, ſi boni viri arbitratu non defendatur, ejus bona poſſideri vendique jubebo.*

De rebus autoritate judicis poſsidendis, ſeu vendundis. *Tit.* 5.

[7] I. Si qui fructus ex prædio debitoris capi poterunt, eos creditor qui in poſſeſſionem bonorum miſſus eſt, vendere aut locare neceſſe habeat.

[8] II. Si tamen à debitore ante venditi aut locati fuerint, venditionem aut locationem à debitore factam, etſi minoris diſtractum eſt vel locatum tuebor.

[9] III. Niſi fraudem creditorum venditio aut locatio

1 L. 1 & 3. ff. eod.
2 L. 2. ff. eod.
3 L. 3. & 5. ff eod.
4 L. 5. S. 2. ff. eod.
5 L. 6. ff. eod.
6 L. 7. §. 1. ff. eod.
7 L. 8. §. 1. ff. eod.
8 L. 8. §. 1. eod.
9 L. 8. §. 1. ff. eod.

catio facta eſſe dicatur, quò caſu arbitrium creditoribus dabo, ut ex integro venditionem aut locationem faciant.

[1] IV. SI *quis cum in bonorum poſſeſſione eſſet, quod eo nomine fructus ceperit ei, ad quem ea res pertinet, non reſtituat: ſive quod impenſæ ſine dolo malo fecerit, ei non præſtabitur ſive dolo malo ejus deterior cauſa poſſeſſionis facta eſſe dicetur, de ea re in factum judicium dabo.*

[2] V. QVOD *poſtea contractum erit quam is cujus bona venierint, conſilium receperit fraudare ſciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.*

Quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, ut in integrum reſtituantur. Tit. 8.

[3] I. QVÆ *fraudationis cauſa geſta erunt eo qui fraudem non ignoraverit, de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum quo experiundi poteſtas fuerit, actionem dabo : idque etiam adverſus ipſum qui fraudem fecit, ſervabo.*

[4] II. QVÆ *Lucius Titius fraudandi cauſa, ſciente te in bonis quibus de agitur, fecit, ea illi, ſi eo nomine quo de agitur, actionem ex edicto meo competere, eſſeve oportet, & ſi non plus quam annus eſt, cum de ea re qua de agitur, experiundi poteſtas eſt, reſtituas,* atque etiam *fructus* qui *fundo cohæſiſſe* dicentur, *interdum cauſa cognita etſi ſcientia non ſit, in factum actionem permittam.*

EX LIBRO XLIII.

Quorum bonorum. Tit. 2.

[5] I. QVORVM *bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt quod de his bonis pro herede aut pro poſſeſſore poſ-*

1 L. 9. pr. ff. eod.
2 L. ait prætor 25. ff. eod. in vulgatis codicibus eſt lex 9. ff. de privilegiis creditorum.
3 L. 1. pr. ff. eod. l. 10. ff. eod. L. ult. § 4. ff. eod.
4 L. 1. pr. ff. eod. l. num. 68. ff. pro ſoc.
5 L. 1.

re poſſides, poſſidereſve, ſi nihil uſucaptum eſſet, quod quidem dolo malo feciſti, uti deſineres poſſidere, id illi reſtituas.

Quod legatorum. Tit. 3.

[1] I. Quod legatorum nomine poſſides, *aut dolo deſiiſti poſſidere*, non ex *voluntate ejus ad quem ea res pertinet, ſi per bonorum poſſeſſorem non ſtat, ut ſatisdetur*, id illi reſtituas.

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt. Tit 4.

[2] I. SI *quis dolo malo fecerit quo minus quis permiſſu meo, ejusve cujus de ea re jurisdictio fuerit, in bonorum poſſeſſioni ſit, in eum factum judicium quanti res ea fuerit, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, dabo.*

De tabulis exhibendis Tit. 5.

[3] I. QVAS *tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti pertinentes reliquiſſe dicetur, ſive hæ penes te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, ut eſſe deſinerent, ita eas illi exhibeas. Item ſi libellus aliudve quid relictum eſſe dicetur, decreto comprehendam.*

Ne quid in loco ſacro fiat Tit. 6.

[4] I. IN *loco ſacro facere, inve eum immittere quid veto.*

Ne quid in loco publico vel itinere fiat Tit 8.

[5] I. NE *quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, senatusconſulto, edicto, decretove principum tibi conceſſum eſt: de eo quod erit factum interdictum dabo.*

[6] II. IN *via publica, vel itinere publico facere, immittereve quid, quo ea via iterve deterius ſit, veto fiat.*

[1] III. QVOD

1 L. 1. §. 2. ff. eod.
2 L. 1. ff. eod.
3 L. 1. ff. eod. l. penes te. 63. de verb. ſign. Paul. lib. 4. recept. ſent. tit. 7.
4 L. 1. pr. ff. eod.
5 L. 2. in pr. ff. eod.
6 d. l. 1. §. 20.

1 §. 35.

[1] III. QUOD *in via publica itinereve publico factum immiſſumve habes, quo ea via idve iter deterius ſit, fiat reſtituas.*

[2] IV. QUOMINUS *illi via publica itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto.*

De loco publico fruendo. Tit. 9.

[3] I. QUOMINUS *loco publico, quem is cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locavit, ei qui conduxit ſociove ejus, è lege locationis frui liceat, vim fieri veto.*

De via publica & itinere publico reficiendo. Tit. 11.

[4] I. QUOMINUS *illi viam publicam. iterve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea idve iter deterius fiat, vim fieri veto.*

De fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. Tit. 12.

[5] 2. NE *quid in flumine publico, ripave ejus facias; ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas; quo ſtatio iterve navigio deterius ſit, fiat.*

[6] II. NE *quid in mari inve littore quo portus ſtatio, iterve navigio deterius ſit, fiat.*

[7] III. QUOD *in flumine publico, ripave ejus fiat: Si quid in flumen ripamve ejus factum habes, vel immiſſum habes, quo ſtatio iterve navigii deterius ſit, fiat, reſtituas.*

Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo aliter aqua fluat, Quam priore æſtate fluxerit. Tit. 13.

[8] I. IN *flumine publico, inve ripa ejus facere, aut in id flumen ripamve ejus immittere: quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, veto.*

Z II. QUOD

1 §. 35.
2 §. 44.
3 L. 1. pr. ff. eod
4 L. 1. princ. ff. eod.
5 L. 1. in. pr. ff. eod.
6 d. l. 1. §. 17.
7 §. 19.
8 L. 1. pr. ff. eod.

Z 2 dd: 2.

[1] II. QUOD *in flumine publico, ripave ejus factum, ſive quid in flumen publicum, ripamve ejus immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluat, atque priore æſtate fluxit, reſtituas.*

ut in flumine publico navigare liceat. Tit. 14.

[2] I. QUOMINUS *illi in flumine publico navem, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat: vim fieri veto.*

II. ITEM *ut per lacum, foſſam, ſtagnum publicum, navigare liceat, interdicam.*

De ripa munienda. Tit. 15.

[3] I. QUOMINUS *illi in flumine publico ripave ejus opus facere ripæ, agrive qui circa ripam eſt tuendi cauſa liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat: ſi tibi damni infecti in annos decem boni viri arbitratu vel cautum, vel ſatisdatum eſt, aut per illum non ſtat, quominus boni viri arbitratu caveatur, vel ſatisdetur, vim fieri veto.*

De vi & vi armata. Tit. 16.

[4] I. UNDE *tu illum vi dejeciſti, aut familia tua dejecit: de eo quæque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: poſt annum de eo quod ad eum qui vi dejecit, pervenerit, judicium dabo.*

[5] II. UNDE *tu aut familia tua, aut procurator tuus hominibus coactis armatisque eum dejeciſti, eo reſtituas.*

Uti poſſidetis. Tit. 17.

[6] I. UTI *eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, quominus ita poſſideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum*

1 dd. 1. § 11. ff. eod.
2 L. 1. pr. ff. eod.
3 L. 1. pr ff. eod.
4 L. 1. pr. ff. eod.

5 Cic. in Orat. pro Cæcin. ulp. in l. 2. ff. eod.
6 L. in. pr. ff. eod. Feſtius in verb. Poſſeſſio.

1 L. 1.

ſtum non dabo, neque pluris quam quanti res erit, intra annum quo primum experiundi poteſtas fuerit, agere permittam.

De ſuperficiebus. Tit. 18.

[1] I. Uti *ex lege locationis, ſive conductionis ſuperficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini: quominus ita fruamini, vim fieri, ſi qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur, cognita dabo.*

De itinere actuque privato. Tit. 19.

[2] I. Quo *itinere actuque privato quo de agitur, vel via hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab illo uſus es: quominus ita utaris vim fieri veto.*

II. Quo *itinere actuque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio uſus es: quominus iter actumque, ut tibi jus eſſet, reficias, vim fieri veto.*

III. Qui *hoc interdicto uti volet, is adverſario damni infecti quod per ejus vitium datum ſit, caveat.*

De aqua quotidiana & æſtiva. Tit. 20.

[3] I. Uti *hoc anno aquam qua de agitur, nec vi nec clam, nec precario ab illo duxiſti: quominus ita ducas, vim fieri veto.*

[4] II. Uti *priore æſtate aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxiſti: quominus ita ducas, vim fieri veto.*

[5] III. Inter *heredes, emptores, et bonorum poſſeſſores interdicam.*

[6] IV. Quo *ex caſtello illi Aquam ducere ab eo, cui ejus rei jus fuit, permiſſum eſt: quo minus ita uti permiſſum eſt, ducat, vim fieri veto.*

V. Quandoque *opere faciendo erit interdictum, damni infecti caveri jubebo.*

Z 2 *De Rivis.*

1 L. 1. ff eod.
2 L. 1. ff. eod.
3 L. 1. pr. ff. eod.
4 d. l. 1. §. 29.
5 §. 37.
6 §. 39.

Z 2 L. 1. ff.

De Rivis. Tit. 21.

1 I. RIVOS, *ſpecus, ſepta reficere, purgare, aquæ ducendæ cauſa, quominus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam uti priore æſtate, non vi, non clam, non precario, a te duxit, vim fieri veto.*

De fonte. Tit. 22.

2 I. UTI *de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua, nec vi, nec clam, nec precario ab illo uſus es; quominus ita ea utaris, vim fieri veto, de lacu, piſcina, puteo, item interdicam.*

3 II. QVOMINVS *fontem quo de agitur reficias, ut aquam coercere utique ea poſſis: dum ne aliter utaris, utque uti hoc anno non clam, non precario ab illo uſus es; vim fieri veto.*

De cloacis. Tit. 23.

4 I. QVOMINVS *illi cloacam quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: damni infecti quod operis vitio ſit factum, caveri jubebo.*

5 II. QVOD *in cloaca publica factum ſive immiſſum habes, quo uſus ejus deterior ſit, fiat, reſtituas.*

III. ITEM *ne quid fiat immittaturve, interdicam.*

Quod vi aut clam. Tit. 24.

6 I. QVOD *vi aut clam factum eſt: qua de re agitur, id, cum experiundi poteſtas eſt, reſtituas.*

De remiſſionibus. Tit. 25.

7 I. QVOD *jus ſit illi prohibere, ne ſe invito fiat in eo, nunciatio teneat, Cæterum nunciationem miſſam facio.*

De pre-

1 L. 1. ff. eod.
2 L. 1. pr. ff. eod.
3 L. 1. §. 6. ff. eod.
4 L. 1. in pr. ff. eod.
5 d. l. 1. §. 15.
6 L. 1. ff. eod.
7 L. 1. ff. eod.

L. 2. ff.

De precario. Tit. 26.

[1] I. QVOD *precario ab illo habes, aut dolo malo feciſti, ut deſineres habere, qua de re agitur, id illi reſtituas.*

De arboribus cædendis. Tit 17.

[2] I. QVÆ *arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, ſi per te ſtat, quominus eam adimas, tunc quominus eam illi arborem adimere, ſibique habere liceat, vim fieri veto.*

[3] II. QVÆ *arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat, quominus pedes quindecim à terra eam altius coerceas, tunc quominus illi ita coercere, lignaque ſibi habere liceat, vim fieri veto.*

De glande legenda. Tit. 28.

[4] I. GLANDEM *quæ ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.*

De libero homine exhibendo. Tit. 29.

[5] I. QVEM *liberum dolo malo retines, exhibeas.*

De liberis exhibendis, item deducendis. Tit 30.

[6] I. QVI *quæve in poteſtate Lucii Titii eſt, ſi is eave apud te eſt, dolove malo tuo factum eſt, quominus apud te eſſet, ita eum eamve exhibeas.*

[7] II. SI *Lucius Titius in poteſtate Lucii Titii eſt: quominus eum Lucio Titio deducere liceat, vim fieri veto.*

Vtrubi, Tit. 31.

[8] I. UTRVBI *hic homo quo de agitur, majore parte hujusce anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto.*

De mi-

1 L. 2. ff. eod.
2 L. 1. pr. ff. eod.
3 L. 1. §. 7. ff. eod.
4 L. un. ff. eod.
5 L. 1. ff. eod.
6 L. 1. pr. ff. eod. l. 63. ff. de verb. ſign.
7 L. 3. pr. ff. eod.
1 L. 1. ff. eod.

De migrando Tit. 32.

[1] 1. S I *is homo quo de agitur, non eſt ex his rebus de quibus inter te et actorem convenit, ut quæ in eam habitationem, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave eſſent, ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis eſſent: ſive ex his rebus eſſet ea merces tibi ſoluta, eove nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat quominus ſolvatur, ita quominus ei qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto.*

De Salviano interdicto. Tit. 33.

[2] 1. Quod de his rebus poſſides, de quibus inter dominum & colonum convenit, ut quæ in fundum quo de agitur, invecta, ibi nata factave eſſent, ea pignori domino pro mercede ejus fundi eſſent id domino reſtituas.

EX LIBRO XLVI.

De ſolutionibus & liberationibus. Tit. 3.

[3] 1. Si debitor offerat pecuniam, quæ petetur, creditor nolit accipere: ei creditori actiones denegabo.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore. Tit. 6.

[4] 1. Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore, tutorem vel curatorem ſatiſdare jubebo.

Judicatum ſolvi. Tit. 7.

1. Judicatum ſolvi procuratorem, tutorem, & curatorem cauſa cognita ſatiſdare jubebo.

Raiam

1 L. 1. pr. ff. eod.
2 L. 1. &. 2. ff. eod.
3 L. 2. §. ult. ff. de interdict. ſive extraord. act.
4 L. 30. ff. eod.
5 Ex tituli hujus inſcriptione. & ex l. 5. ff. de legit. tut. & ex titul. Inſtit. de diviſ. ſtipul. § curatores. Inſtit. Tit. de ſatiſd. l. 5. ff. de legit. tut. Ex inſcript. h. t.

1 L. in

Ratam rem haberi. Tit. 8.

I. Ratam rem haberi ab eo, ad quem ea res pertinet, ſi quis ſtipulanti promiſerit, iſque poſtea ratum non habuerit, in eum qui promiſerit, ex ea ſtipulatione actionem dabo.

EX LIBRO XLVII.

De furtis. Tit. 2.

[1] I. Qui furtum feciſſe, aut cujus ope conſilio furtum factum eſſe dicetur: QUANTI EAM REM PARET ESSE, quæ furto ablata eſſe dicitur, ejus in quadruplum ſi furtum manifeſtum fuerit, aut ſi nec manifeſtum, in duplum, adverſus eum judicium dabo.

[2] II. Si apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita & concepta ſit: adverſus eum in triplum actionem dabo.

III. Si quis rem furtivam alteri obtulerit ea mente, ut apud illum potius quam apud ſe conciperetur: eaque apud eum cui oblata eſt concepta fuerit: ei cui oblata eſt adverſus eum qui obtuliſſe dicetur, in triplum actionem dabo.

IV. Si quis furtum teſtibus præſentibus quærere volentem prohibuerit, in eum actionem dabo.

Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit. Tit. 4.

[3] I. Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur dolo malo, quomi-

1 L. in furtis. 50. & l. ſi quis uxori. 52. ff. eod. l. hæc verba. 193. & l. inter hæc verba. 179. ff. de verb. ſign.

2 Inſt. Tit. de obligat. quæ ex delict. §. 4. Gellius lib. XI. cap. XVIII.

3 Ex inſcript. & ex l. 1, in princ. & § 5. 6. 8. ff. eod.

1 L. 1. pr.

quominus ex his bonis ad heredem aliquid perveniret: adverſus eum intra annum, quo primum agendi poteſtas erit, in duplum actionem dabo.

Furti adverſus nautas. Tit. 5.

[1] I. In eos qui naves, cauponas, ſtabula exercebunt, ſi quid à quoquo eorum, quoſue ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, ſive furtum ope, conſilio exercitoris factum fuerit, ſive eorum cujus qui navis navigandæ, cauponæ aut ſtabuli exercendi cauſa ibidem erunt, in duplum judicium dabo.

Si familia furtum feciſſe dicatur. Tit. 6.

[2] I. Si familia furtum feciſſe dicetur ignorante domino, ei arbitrium dabo, aut omnes noxios ſervos noxæ dedere, aut tantum præſtare, quantum ſi unus liber furtum feciſſet.

Arborum furtim cæſarum. Tit. 7.

[3] I. Si quis arborem furtim cædere, cingere, ſubſecare auſus fuerit, in duplum adverſus eum judicium dabo: facta præterea æſtimatione, quanti domini interſit non lædi.

Vi bonorum raptorum. Tit. 8.

[4] I. Si *cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum eſſe dicetur, ſive cujus bona rapta eſſe dicentur: in eum qui id feciſſe dicetur de vi bonorum raptorum intra annum quo primum de ea re experiundi poteſtas erit, in quadruplum; poſt annum in ſimplum judicium dabo. Item ſi ſervus feciſſe dicetur, in dominum judicium noxale dabo.*

[5] II. Cujus *dolo malo in turba damnum quid factum eſſe dicetur: in eum in anno quo primum de ea re experiun-*

1 L. 1. pr. ff. eod. l. ult. & pen. ff. naut. caupon.
2 Ex inſcript. & ex l. 1. & 3. ff. eod.
3 L. 5. 7. 8. ff. eod.
4 K 2. pr. ff. eod.
5 L. 4. pr. ff. eod.

1 L. 1. pr.

experiundi poteſtas fuerit, in duplum; poſt annum in ſimplum judicium dabo.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata. Tit. 9.

[1] I. In *eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, quid rapuiſſe, recépiſſe dolo malo, damnive quid in his rebus dediſſe dicetur: in quadruplum in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit; poſt annum, in ſimplum judicium dabo, Item in ſervum & in familiam judicium dabo.*

De injuriis & famoſis libellis. Tit. 10.

[2] I. Qui *injuriarum aget, certum dicat, quid injuriæ factum ſit; & taxationem ponat non minorem, quam quanti vadimonium fuerit.*

[3] II. Adverſus eum qui injuriam feciſſe dicetur aut cujus dolo malo factum erit ut cui injuria fieret, ſi is cui facta eſſe dicetur; eam ſtatim in animum revocaverit, judicium dabo.

[4] III. Qui *adverſus bonos mores convicium cui feciſſe, cujuſve opera factum eſſe dicetur, quo adverſus bonos mores convicium fieret, in eum judicium dabo.*

[5] IV. Si quis contra bonos mores fœminam appellaverit, aſſectatuſve fuerit, vel ejus comitem abduxerit, in eum judicium dabo.

[6] V. Ne *quid infamandi cauſa fiat. Si quis adverſus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam.*

[7] VI. Qui *ſervum alienum adverſus bonos mores verberaſſe, deve eo injuſſu domini, quæſtionem habuiſſe dicetur:*

1 L. 1. pt. ff. eod.
2 L. 7. ff. eod. Collat. legis Moſaic. cum Rom. Tit. de atroc. injur. ſ. pœna. Inſtit. Tit. eod.
3 L. 11. ff. eod.
4 L. Item apud. 15. ſ. 2. ff. eod.
5 L. Item apud. 15. ſ. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. ff. eod.
6 L. 15. ſ. 25. ff. eod.
7 L. 15. §. 34. ff. eod.

dicetur: in eum judicium dabo. Item ſi quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita judicium dabo.

[1] VII. Si ſervus injuriam feciſſe dicetur, dominum noxalem actionem dabo, ita ut domino facultas præſtetur, ſervum ARBITRATU JUDICIS verberandũ dare; Aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat, noxæ dedere aut litis æſtimationem ſufferre.

[2] VIII. Si *ei qui in alterius poteſtate erit, injuria facta eſſe dicetur: & neque is, cujus in poteſtate ſit, præſens erit, neque procurator quiſquam exiſtat, qui eo nomine agat cauſa cognita, ipſi qui injuriam accepiſſe dicetur, judicium dabo.*

De ſepulchro violato. *Tit.* 12.

[3] I. Cujus *dolo malo ſepulchrum violatum eſſe dicetur, in eum in factum judicium dabo: ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquum videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, ſive agere nolet: quicumque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cujus juſtiſſima cauſa eſſe videbitur, ei agendi poteſtatem faciam.*

II. Si *quis in ſepulchro dolo malo habitaverit, ædificiumve aliud, quam quod ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit: in eum (ſi quis eo nomine agere volet) ducentorum aureorum judicium dabo.*

De concuſſione. *Tit.* 13.

[4] I. Si ſimulato Prætoris aut Præſidis juſſu concuſſio facta eſſe dicetur, ablata ejuſmodi terrore reſtitui jubebo. Et in eum qui abſtuliſſe dicetur, ut ea res erit, animadvertam.

EX LI-

1 L. ſed ſi 17. §. cum ſervus. 4. & ſeq. ff. eod.
2 L. ſed ſi 17. §. ait prætor. 10 ff. eod.
3 L. 3. pr. ff eod.
4 L. 1. ff. eod.

1 L. 1. ff.

EX LIBRO XLIX.

De jure fiſci. Tit. 14.

[1] 1. Bona quæ ſolvendo non ſunt, ita demum venire jubebo, ſi ex his fiſco adquiri nihil poſſit.

Ex LIBRO L.

Ad municipalem, & de incolis. Tit. 1.

[2] 1. Ubi municipes domicilium habere dicentur, ibi unumquemque eorum conveniri ac publicis muneribus fungi jubebo.

[3] 11. Incolam & his magiſtratibus parere apud quos incola eſt, & illis apud quos civis eſſe dicetur, atque in utroque loco publicis muneribus defungi jubebo.

De muneribus & honoribus. Tit. 4.

[4] 1. Honores gradatim deferri, certoque ordine judebo.

VETERUM EDICTORUM TAM Urbanorum quam Provincialium fragmenta, quæ apud alios autores leguntur.

De jure dicundo.

[5] Si *perperam judicarit ſenatus, cognoſcam; & ubi cognovero, animadvertam.*

De feriis.

[6] *Die noni Populo Romano, quiritibus compitalia erunt,*

1 L. 1. §. 1. ff. eod.
2 L. 1. l. ejus qui 27. ff. eod.
3 L. incola. 29. ff. eod.
4 L. ut gradatim. 11. l. honor. 14. ſ. 4. ff. eod.
5 Cicer. lib. 2. in Verr.

1 Gellius

runt: quando concepta fuerint, nefas.

Ex quibus cauſis majores in integrum reſtituantur.

[1] Si feriæ extra ordinem ſint indictæ, ob res puta proſpere geſtas, vel in honorem Principis, & propterea magiſtratus jus non dixerit, Cajus Caſſius nominatim edicebat reſtituturum ſe: quia per Prætorem videbatur factum.

De jurejurando.

[2] SACERDOTEM *veſtalem, & flaminem dialem in omni mea juriſdictione jurare non cogam.*

Caput Ædilitii Edicti.

[3] TITULUS *ſervorum ſingulorum ut ei ſcriptus ſit, cærato. Ita ut ei intelligi recte poſſit, quid morbi vitiive quoique ſit, quis fugitivus errove ſit, noxave ſolutus ſit.*

De acquirenda vel omittenda hereditate.

[4] Ariſto in decretis Frontonianis ita refert: cum duæ filiæ patri neceſſariæ heredes extitiſſent, altera ſe paterna abſtinuerat hereditate, altera bona paterna vindicarat, totumque onus ſuſcipere parata erat; Sanctum Caſſium Prætorem cauſa cognita actiones hereditarias utiles daturum recte pollicitum ei, quæ ad hereditatem patris acceſſerat denegaturumque ei, quæ ſe abſtinuerat.

De legitimis hereditatibus.

CUM *intelligam legem voconiam;*

CUPIDITATI *hominum me obviam ire.*

[5] QUI *ab aulo poſtumio, Q. fulvio cenſoribus poſtve ea fecit, fecerit.*

SI *quis*

1 Gellius lib. 10. c. 24. Macrob. lib. 1. c. 4. & c. 16. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Ulpian. in l. ſed etſi 26. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſ. major. in int. reſtit.

2 Gellius lib. 10. cap. 15.

3 Gellius lib. 4. c. 2.

4 Pompon. in l. ult. de acquir. vel omitt. hered. L. 26. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſ. major.

5 Cicero lib. 2. in Verr.

1 Cicero

SI *quis heredem fecit, fecerit: nec petitionem nec poſſeſſionem dabo.*

De bonorum poſſeſsionibus.

[1] SI *de hereditate ambigitur, & tabulæ teſtamenti obſignatæ, non minus multis ſignis quam lege oporteat: ad me proferentur, ſecundum tabulas teſtamenti potiſſimum hereditatem dabo.*

[2] SI *tabulæ teſtamenti non proferentur, ei, qui ſe heredem eſſe dicet, hereditatem dabo.*

[3] Si tabulæ teſtamenti non proferentur, tum uti proximum quemque potiſſimum heredem eſſe oporteret, ſi is inteſtato mortuus eſſet, ita ſecundum eum bonorum poſſeſſionem dabo.

[4] SI *de hereditate ambigitur, & poſſeſſor ſponſionem non faciet.*

[5] Sic mulier IN EDICTO QUOD DE ALTERUTRO EST, cum ſuam explanaverit optionem, ne pœnitentia poſſit ad aliud tranſire: etiam ſatiſdatione cogetur præcavere, niſi ſi ætatis juvetur auxilio.

Sciendum itaque eſt, EDICTUM PRÆTORIS, QUOD DE ALTERUTRO introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare, ita ut uxor & à marito relicta recipiat, & dotem conſequatur.

Quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur.

[6] QUI *fraudationis cauſa latitarit.*

CUI *hæres non extabit.*

QUI *exilii cauſa ſolum verterit.*

QUI *ex edicto meo in poſſeſſionem venerint, eos ita videtur*

1 Cicero lib. 3. in Verr.
2 Idem eodem.
3 Idem eodem.
4 Idem lib. 2. in Verr.
5 Imperat. Theodoſius. in l. ſi quis agere. 7. C. Theod. de teſtam. & codicill. Juſtinian. l. unic. §. ſciendum. C. de rei uxor. actione.
6 Cic. in orat. pro Cæcin.

1 Gellius

videtur in poſſeſſione eſſe oportere. Quod ibidem recte cuſtodire, poterunt, id ibidem cuſtodiant. Quod non poterunt, id auferre & abducere licebit. Dominum invitum detrudere non placet.

De fluminibus.

1 QUI *flumina retanda publice redempta habent, is quis eorum ad me eductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non feciſſe, judicium dabo.*

EX VARIIS ET INCERTIS TITULIS

2 Interea dies advenit quo die ſeſe ex inſtituto & lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis edixerat.

De Bibuli Edicto nihil novi præter illam exceptionem de qua tu ad me ſcripſeras, minus gravi præjudicio in ordinem noſtrum. Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν ſed tectiorem ex Q. Mucii P. F. edicto Aſiatico, EXTRA QUAM SI ITA NEGOTIUM GESTUM EST, UT EO STARI NON OPORTEAT, EX FIDE BONA. Multaq; ſum ſecutus Scævolę: in iis illud, in quo ſibi libertatem cenſent Gręci datam, UT GRÆCI INTER SE DISCEPTENT SUIS LEGIBUS. Breve autem Edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν quod duobus generibus edicendum putavi; quorum unum eſt provinciale, in quo eſt de rationibus civitatum, de ære alieno, de uſura, de Syngraphis, in eodem omnia de Publicanis; alterum: quod ſine edicto, ſatis commode tranſigi non poteſt,

1 Gellius lib. 11. cap. 17.
2 Idem Tullius lib. 4. in Verr. Idem lib. 6. epiſtol. ad Attic epiſt. 1. de edicto. Proconſulari Cilicienſi.

1 Idem

poteſt, de hereditatum poſſeſſionibus, de bonis poſſidendis, Magiſtris faciundis, vendendis, Quæ ex Edicto & poſtulari & fieri ſolent: tertium de reliquo juredicundo ἄγραφον reliqui. Dixi, *me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum. Mox ſequitur.* Diem ſtatui ſatis laxam, quam ante ſi ſolverint, dico *me centeſimas ducturum, ſi non ſolverint ex pactione.*

[1] Interim cum ego in Edicto tralatitio, *centeſimas me obſeruaturum*, haberem cum anatociſmi anniverſario.

Quid enim reprehendi poteſt, niſi quod addis viſum eſſe quibuſdam edictum meum, quaſi conſulto ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum? Jam non tam mihi videntur injuriam facere ii qui hæc diſputant, quam ſi cujus aures ad hanc diſputationem patent. Romæ compoſui Edictum, nihil addidi, niſi quod publicani rogarent, cum Samon ad me veniſſent, ut de tuo Edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentiſſime ſcriptum caput eſt quod pertinet ad minuendos ſumptus civitatum. Quo in capite ſunt quædam nova, ſalutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector: hoc vero: ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiviſſe aliquid in quo te offenderem, tralatitium eſt. Neq; enim tam eram deſipiens ut privatę rei cauſa legari putarem, qui & tibi non privato & pro re non privata, ſed publica, non in privato, ſed publico orbis terrę conſilio, id eſt, in Senatu gratias agerent

1 Idem epiſtol. ult. lib. 5.
2 Idem epiſtol. 8. lib. 3. ad famil.

1 Idem

TITULI
EX
CORPORE ULPIANI.

TIT. I.
DE LEGIBUS ET MORIBUS[1], ET LIBERTIS.

IMPERFECTA lex eſt veluti Cincia[2], quæ ſupra certum modum donari prohibet, exceptis quibuſdam cognatis: &, ſi plus donatum ſit, non [3] reſcindit. §. 2. Minus quam perfecta lex eſt, quæ vetat aliquid fieri: &, ſi factum ſit, non reſcindit: ſed pœnam injungit ei qui contra legem fecit, qualis eſt lex Furia teſtamentaria, quæ plus quam mille aſſium legatum, mortiſve cauſa prohibet capere: præter exceptas perſonas: & adverſus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit. §. 3. Lex aut regatur, id eſt, fertur: aut abrogatur, id eſt, prior lex tollitur: aut derogatur, id eſt, pars primæ tollitur: aut ſubrogatur, id eſt, adjicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur id eſt, mutatur aliquid ex prima lege. §. 4. Mores[4] ſunt tacitus[5] conſenſus populi, longa [6] coſuetudine inveteratus. §. 5. Libertorum genera ſunt tria[7], Cives [8] Romani, Latini[9] Juniani, Dedititiorum [10] numero. §. 6. Cives Romani ſunt

1 Vide vſii. C. LIII.

2 ejus mentio in l. 4. *C. Theodoſ. de donat.* Plautus eam muneralem appellat apud Feſtum.

3 Macrobius *in ſomnium*, Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna ſancitur

4 §. 9. *Inſtit. de jure naturali.*

5 *lege* 32. *in fin. ibi; tacito conſenſu. lege* 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *ff. de legibus.* ſine ſcripto *d.* §. 9. non ſuffragio, ſed rebus ipſis & factis declaratus, *d. l.* 33. vide *tit. Cod. quæ ſit longa conſuetudo.*

6 *d. l.* 35. inveterata *d. l.* 33. §. 1. diuturna *d. l* 34.

7 *Cajus* 1. *Inſtitut.* 1, *verſ. libertorum.* Libertorum ſtatus tripertitus §. 3. *Inſt. de libertinis,*

8 eodem §. 6. *Cajus* 1, *Inſt.* 2. §. 3. *inſtit. eod.*

9 §. 10. j. *eod.*

10 §. 11. j. *eod.*

ſunt liberti, qui vindicta [1], cenſu [2], aut teſtamento [3], nullo jure impediente manumiſſi ſunt. §. 7. Vindicta [4] manumittuntur apud magiſtratum, velut Prætorem [5], Conſulem [6], Proconſulum [7]. §. 8. Cenſu manumittebantur olim, qui luſtrali [8] cenſu Romæ juſſu dominorum, inter cives Romanos cenſum [9] profitebantur. §. 9. Ut teſtamento [10] manumiſſi liberi ſint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, quod datum [11] legatum eſt. §. 10. Hodie autem ipſo jure liberi ſunt ex lege Junia [12], qua lege Latini [13] ſunt nominati, inter amicos [14] manumiſſi. §. 11. Dedititiorum [15] numero ſunt, qui pœnæ cauſſa vincti ſunt à domino [16]: quibus veſtigia ſcripta fuerunt: qui propter noxam torti nocenteſque inventi ſunt: quive traditi ſunt, ut ferro,

1 Vid. §. 7. j.

2 Vid. §. 8. j.

3 Vid. §. 9. j.

4 §. 1. *Inſtit. de libertinis.* Eſt veriſimile, vindicta manumiſſionem dici, quod lictor. *l. 8, l. 23, ff. de manumiſſ. vindict.* virgulam ſervo manumittendo imponeret. quæ vindicta diceretur.

5 *l. 1 & 8, ff. de manumiſſ. vindicta l. 4, C. de vindicta manumiſſ. l 1, C. de off. prætor. l. 1, ff. de off. præt.*

6 *d. lege 4, & 1, §. 1, & 2, ff. de offic. conſul. l. 20, in fin. ff. de manumiſſ. vindict.*

7 *lege 2, ff. de offic. proconſul. l. 17, ff. de manumiſſ. vindicta:* & apud alios? utique apud magiſtratus civitatum, *d. l. 4, in fin.* apud Præfectum Ægypti *l. 21, ff. de manumiſſ. vindict.* apud legatum proconſulis *l. 17, in fin. ff. d. tit.* quin apud ipſum imperatorem *l. 14, in fin. ff. de manumiſſ.*

8 Luſtrum, ſpatium quinque annorum. de forma cenſendi vide titulum *ff. de cenſibus.*

9 Id eſt. libertatem ſuam; *l. 10, ff. de probat l. 64, ff. de adquir. rer.*

10 *ff. de manumiſſ. teſtament. C. de teſtam. manumiſſ.*

11 Verba hujus legis vide in *titulo 11, §. 14, j. eodem: & in lege prima. ff ad legem Falcidiam: lege 53, l. 120, ff de verborum ſignificationibus: in Novell. 22, c. 2,*

12 *leg. unica C. de Latina libertate,* Norbana ſcilicet, § *3, Inſtitut. de libert. Novell. 78.* Alia eſt Junia Patronia vel petronia de libertate. *l. 24, ff. de manumiſſ.*

13 Vide *C. de Latina libertate tollend.*

14 §. *1, Inſtitut. de libert.*

15 Vide *C. de dedititia libert.*

16 *l. 43, ff. de fideicommiſſ. liber. Theophilus Inſtitut. de libertinis:* vide *Cajum 1, §. 3,*

1 Pu-

ut ferro, aut cum beſtiis depugnarent: vel in cuſtodiam[1] conjecti fuerunt: deinde quoquo modo manumiſſi ſunt: idque lex Ælia[2] Sentia facit. §. 12. Eadem lege cautum eſt, ut minor triginta annorum ſervus[3] vindicta manumiſſus, civis, Romanus non fiat, niſi apud conſilium cauſſa probata fuerit: ideo ſine conſilio manumiſſum ſervum manere putat. Teſtamento vero manumiſſum perinde habere jubet, atque ſi domini voluntate in libertate eſſet, ideoque Latinus fit. §. 13. Eadem lex eum[4] dominum qui minor viginti annorum eſt, prohibet ſervum manumittere, præterquam ſi cauſſam apud conſilium probaverit. In conſilium[5] autem adhibentur[6] Romæ quinque Senatores, & quinque Equites Romani, in provincia[7] viginti Recuperatores[8], cives Romani. §. 14. Ab eodomino, qui[9] ſolvendo non eſt ſervus teſtamento liber eſſe juſſus, & heres inſtitutus, etſi minor ſit triginta annis, vel in ea cauſa ſit, ut dedititius fieri debeat, civis Romanus & heres ſit; ſi[10] tamen alius ex eo teſtamento nemo heres ſit. Quod ſi duo pluresve liberi heredeſque eſſe juſſi ſunt, prima[11] loco ſcriptus

1 Publicam ſcilicet, privatus carcer non impediret, *l. 216, ff. de verb. ſignif.*

2 §. 3, *Inſt. de libert.*

3 Ita etiam manumittitur, cum ad ſtatutam ætatem pervenerit. id eſt, Cum ſervus erit 30. annorum, liber eſto. *l. 39, §. 2, ff. familiæ. l. 46, ff. de manumiſſ. teſtam. l. 13, §. 5, ff. de ſtatul.*

4 §. 4, *Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt.*

5 Conſilium hic intellige, Prætoris, Romę. Pręſidum, & proconſulis in provinciis, *Inſtit. Quib. ex cauſ. manum.*

6 A Prætore.

7 A Præſidibus & proconſulibus.

8 Ita dicti quod per eos quiſque debitum, id eſt, jus ſuum reciperet. Hi adſidebant Præſidi aut Prætori ſedenti pro tribunali in provinciis, *Theophilus dicto loco.*

9 §. 1, *Inſtit. quib. ex cauſ. manumit.*

10 §. 1, *Inſtit. quibus ex cauſ. manumit.*

11 *l. 24. §. 17, ff. de fideicomm. libert.*

ptus liber & heres ſit. Quod & ipſum lex Ælia Sentia facit. §. 15. Eadem lex in [1] fraudem creditoris & patroni manumittere prohibet. §. 16. Qui tantum in bonis, non etiam ex jure Quiritium ſervum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicujus ſervus eſt, velut hoc modo, Si civis Rom. à cive Romano ſervum emerit, iſque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus [2] ei, neque in jure ceſſus [3], neque ab ipſo anno [4] poſſeſſus ſit. Nam quandiu horum quid fiat, is ſervus in bonis quidem emptoris eſt; ex jure Quiritium autem venditoris eſt.

§. 17. Mulier [5], quæ in tutela eſt, item pupillus & pupilla manumittere non poſſunt. §. 18. Communem ſervum unus ex dominis manumittendo, partem ſuam amittit: eaque adcreſcit [6] ſocio, maxime ſi eo modo manumiſerit, quo, ſi proprium haberet, civem Romanum facturus eſſet. Nam ſi inter amicos eum manumiſerit, pleriſque placet eum nihil egiſſe. §. 19. Servus, in quo alterius eſt uſus fructus, alterius proprietas, à proprietatis domino manumiſſus, liber non [7] fit, ſed ſervus ſine domino eſt. §. 20. Poſt mortem heredis, aut ante inſtitutionem heredis teſtamento libertas dari non

[1] po-

1 *§. Inſtit. quib. ex cauſ. manumit. tit. ff. qui & à quibus manumiſſ. liberi non fiant, & ad l. Æliam*

2 Mancipatio ut fieret, vide *tit. 19, §. 3, j.*

3 Ceſſio in jure ut fiat, vide *tit. 19, §. 9, & 10, j.*

4 Quemadmodum quis dominus fieret uſucapione. vide tit. 19. § 8. j.

5 vide fragmentum juris veteris evulgatum a Pithœo.

6 Hodie non adcreſcit, *§. pen. inſt. de donat.* l. 1, & 2, *C. de communi ſervo.*

7 Hodie manumiſſus à proprietario ſervus, fit liber, uſufructuario neceſſitatem habente manumittere, accepta prius ſui uſus fructus juſta æſtimatione. *l. 1, §. 2, C. de communi ſervo.*

1 Hodie

[1] poteſt, excepto teſtamento militis. §. 21. Inter medias heredum inſtitutiones libertas data, utriſque adeuntibus non [2] valet: ſolo autem priore adeunte, jure antiquo valet. Sed poſt legem Papiam Poppeam, quæ partem non adeuntis caducam facit, ſi quidem primus heres vel jus antiquum habeat, valere eam poſſe placuit: quod ſi non habeat, non valere conſtat, quod loco non adeuntis, legatarii [3] partis heredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc caſu valere eam poſſe dicunt.

§. 22. Qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt, mox [4] quam unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. §. 23. Juſta libertas teſtamento poteſt dari his ſervis, qui teſtamenti [5] faciendi, & mortis tempore, ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt. §. 24. Lex Furia [6] Caninia jubet teſtamento ex [7] tribus non plures quam duos manumitti: & uſque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit: à decimo uſque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, æque ut ex priori numero; à triginta uſque ad centum quartam partem, æque ut decem ex priori numero liberari poſſint: à centum uſque ad quingentos, partem quintam, ſimiliter ut ex antecedenti numero vigintiquinque poſſint fieri liberi. Eademque præcipit, ne [8] plures omnino quam centum, ex cujuſcipit,

1 Hodie hoc abrogatum eſt. §. 34. *Inſtit. de legat.*

2 Hodie valet. § *34, in fi*.

3 Præfecti ærarii heredes ſint. Cujacius ita hunc locum reſtituit. Quod præfectorum ærario fuerit, bona quæ fiſco deferebantur ſpernere vel agnoſcere. *l. 4, §. 20, ff. de fideicom. liber. l. 13, ff. de jure fiſci.*

4 *l. 23, l. 25, l. 58. ff. de manumiſſ. teſtam.*

5 *d. l. 58, tit. 22, §. 1, j. eod.*

6 Fuſia, vide *Paul. 4. ſent. §. 14, ad l. Fuſ. Can.*

7 § *7. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumit.*

8 ſi ſupra ſtatutum numerum,

quam teſtamento liberi fiant. §. 25. Eadem lex cavet, ut libertates ſervis teſtamento nominatim dentur.

TIT. II.
DE STATULIBERIS.

§. 1. QUi ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt, ſtatu liber appellatur [1]. §. 2. Statu liber, quandiu [2] pendet conditio, ſervus heredis eſt. § 3. Statu liber ſeu alienetur ab herede, ſive ſuſcipiatur ab aliquo: libertatis conditionem ſecum [4] trahit. §. 4. Sub hac conditione liber eſſe juſſus, ſi decem millia heredi dederit, & ſi ab herede abalienatus ſit, emptori [5] dando pecuniam, ad libertatem pervenit: idque lex XII. Tabularum jubet. §. 5. Si per [6] heredem factum ſit, quo minus ſtatu liber conditioni pareat, perinde ſit liber, atque ſi conditio expleta fuiſſet. §. 6. Extraneo pecuniam dare juſſus & liber eſſe, ſi paratus ſit dare, & is qui juſſus eſt dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac ſi pecuniam dediſſet.

§. 7. Libertas & directo [7] poteſt dari hoc modo, *Liber eſto*, *Liber ſit*, *Liberum eſſe jubeo* & per [8] fidei commiſſum, ut puta, *Rogo, fidei committo heredis mei, ut Stichum ſervum manumittat.*

§. 8. Is

manumiſſi receptum eos liberari qui primo loco ſcripti fuiſſent. *l. 83, in fin. ff. de hered. inſtituend.* ſi in orbe id eſt permixte omnium impediebatur libertas. *l. 42, 43, ff. de tit.*

1 vide *l. 24, ff. de manum. teſtam. Paul. 4, ſent. ultim.* §. *1, & 25, in fin. Inſt. de leg.*

2 Dixi ad *l. 1, ff. eodem.*

3 *l. 9, ff. eodem*

4 exiſtente conditione *l. 13, C. de teſtam. manum. l. 45, in fin. ff. de fideic. lib.*

5 Aut ſimilibus ſucceſſoribus. *l. 27. in fin. ff. eod.*

6 *l. 3, §. 1, ff. eod.*

7 *l. 43, ff. de manumiſſ. teſt.*

8 *l. 16, ff. de Fideicom. libert.* Quibus verbis vide *§. ult. Inſtit. de ſingul. reb. per Fideicom. Paul. 4, ſentent. 1, §. 6,*

1 Or-

§. 8. Is qui directo liber eſſe juſſus eſt, horcinus [1] fit libertus. Is autem, cui per fideicommiſſum data eſt libertas, non teſtatoris, ſed [2] manumiſſoris fit libertus. §. 9. Cujus fideicommitti poteſt ad rem aliquam præſtandam, ejuſdem etiam [3] libertas fidei committi poteſt. §. 10. Per fideicommiſſum libertas dari poteſt tam proprio ſervo teſtatoris, quam heredis, aut legatarii, vel cuilibet extranei [4] ſervo. §. 11. Alieno ſervo per fideicommiſſum data libertate, ſi dominus eum juſto pretio non vendat, extinguitur [5] libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri poteſt. §. 12. Libertas ſicut dari, ita & adimi tam [6] teſtamento, quam condicillis teſtamento confirmatis poteſt: ut tamen eodem [7] modo adimatur, quo & data eſt.

Tit. III.

De Latinis [8].

§. 1. Latini jus Quiritium [9] conſequuntur his modis, beneficio [10] principali, liberis, [11] iteratione [12], militia [13], nave [14], ædificio, piſtrino: præterea ex Senatuſconſulto, veluti quæ ſit ter enixa. §. 2. Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, ſi ab imperatore jus Quiritium impe-

1 Orcinus §. 2, *Inſtitut. de ſingulis rebus per Fideicom. relict. l. 3, § 3. ff. de legitim. tutorib. l. un. §. 7, in fin. C. de Latina libert.* id eſt, Charontis ſeu nullius. *l. 4, ff. de bon. libert.*

2 *§. 2, Inſtit. de ſingul. reb. per Fideicomm.*

3 Ex hoc loco, puto initium legis 24. *ff. de Fideicom. libert.* paſſive legendum.

4 *l. 16, ff. de Fideicom. libert. Paul. 4. ſentent. 3, §. 7.*

5 Abrogatum. *l. 6, Cod. de Fideicomm. libert.*

6 *l. 50, ff. de Fideicom. libert. & ff. de ademptione libertatis.*

7 *l. 35, ff. de regul. jur*

8 Latinorum conditio hodie abrogata. *l. un. C. de Lat. liber toll.*

9 Jus commercii & teſtamenti.

10 *§. 2. j. eod.*

11 § 3. j. *eod.*

12 § 4. j.

13 §. 5. j.

14 §. 6. j.

impetraverit. §. 3. Liberis jus Quiritium conſequitur Latinus, qui minor [1] triginta annorum manumiſſionis tempore fuit. Nam lege Junia cautum eſt, ut ſi civem Romanam, vel Latinam uxorem duxerit, teſtatione interpoſita, quod liberorum [2] quærendorum cauſſa uxorem duxerit, poſtea filio filiave nato natave, & anniculo facto, poſſit apud Prætorem vel Præſidem provinciæ cauſam probare, & fieri civem Romanum tam ipſe, quam filius filiave ejus & uxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. nam ſi [3] uxor civis Romana ſit, partus quoque civis Romanus eſt, ex ſenatuſconſulto, quod auctore Divo Adriano factum eſt. §. 4. Iteratione [4] fit civis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat, major triginta annorum, iterum [5] juſte manumiſſus eſt ab eo, cujus ex jure Quiritium ſervus fuit. Sed huic conceſſum eſt ex ſenatuſconſulto, etiam liberis [6] jus Quiritium conſequi. §. 5. Militia in Quiritium accepit Latinus, ſi inter vigiles Romæ ſex annis militaverit, ex lege Viſellia [7]. Præterea [8] ex ſenatuſconſulto conceſſum eſt ei, ut ſi triennio inter vigiles militaverit, jus Quiritium conſequatur. §. 6. Nave Latinus civitatem Romanam accipit, ſi non minorem quam decem millia modiorum navem fabricaverit, & Romam ſex annis frumentum portaverit, ex edicto Divi [9] Claudii.

* 13 * *

TIT. IV.

1 Hodie ſublatum *Novell.* 78,
2 §. *4, in fin. j. eod.*
3 *argum.* §. *8, in fin. j. tit. 5.*
4 §. 1. s. *eodem Novell.* 78,
5 §. *1*, s. *eod. 1, Gajus 1, §. 5, in fin.*
6 *§. 3* s *eod.*
7 Lata anno 763. rogante Viſellio Varrone. vide *C. ad l. Viſelliam*,
8 Id eſt, poſtea.
9 Suetonius *in Claudio* 18, *in fin*, & c. 19.
10 Deſunt in hoc fragmento hæc capita. De ædificio, de piſtrino & de ea quæ ter enixa *arg. §. 1, s. eod.*

1 Vi-

TIT. IV.

DE [1] HIS QUI SUI JURIS SUNT.

§. 1. SUi juris ſunt familiarum ſuarum principes [2], id eſt, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ. §. 2. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt [3], ſpurii appellantur.

TIT. V.

DE HIS QUI IN POTESTATE SUNT.

§. 1. IN poteſtate ſunt liberi parentum ex [4] juſto matrimonio nati. §. 2. Juſtum [5] matrimonium eſt, ſi inter eos [6], qui nuptias contrahunt, connubium [7] ſit, & tam maſculus pubes quam fœmina potens [8] ſit, & utrique conſentiant [9]. ſi ſui juris ſunt, aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt. §. 3. Connubium eſt uxoris jure ducendæ facultas. §. 4. Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita ſi conceſſum. §. 5. Cum [10] ſervis nullum eſt connubium. §. 6. Inter [11] parentes & liberos infinite cujuſcunque gradus connubium non eſt. Inter cognatos autem extranſverſo gradu, olim quidem uſq; ad quartum gradum matrimonia contrahi

1 Vide *1, Inſt. 8, 1, ff. 6, Caj. 3,*

2 Etiamſi ſint pupilli *l. 195, §. 2, ff. de verb. ſignif.* ac ſine matrimonio & liberis. *Feſtus in voce Familia.*

3 A ſatione *l. 23, ff. de ſtatu* quaſi 'parſim concepti: vel à literis Latinis S. P. quaſi ſine patre. Cajus 4. *§. 8, in fin. l. 25, in fin. ff. de captivis. §. 12, Inſt. de nupt.*

4 *l 3. ff. de his qui ſunt ſui.*

5 Legitimum *Cajus 4, §. 1,* ſecundum præcepta legum *Inſt de nupt.*

6 Id eſt, cives. *Cajus 4, §. 1,*

7 Quid ſit connubium, vide *§. 3. 4.*

8 *Inſt. de nupt l. 13, ff. de verb. ſignif l. 101, ff. de cond. & dem. l. 30. ff. quando dies legati, l. 5, §. 2, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. l 10, ff. de cond. & dem. l. 4, ff. de ritu.*

9 *l. 2, ff. de ritu: Inſt. de nupt.*

10 *l 3, C. de inceſtu, Paul. 2, ſent. 19 §. 3,* quid ergo? contubernium fuit. *l. 14, §. 3, ff. de ritu.*

11 *l. 17, C. de nuptiis.*

1 Cu-

trahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio [1] gradu licet uxorem ducere. Si [2] tamen fratris filia, non etiam ſororis filia, aut amita, vel matertera, quanvis eodem gradu ſit: eademque uxore: noverca, vel privigna vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus. §. 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit: ideoq; liberi in poteſtate ejus non fiunt, ſed quaſi [3] vulgo concepti, ſpurii ſunt. §. 8. Connubio [4] interveniente, liberi ſemper patrem [5] ſequuntur: non interveniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & cive Romana, peregrinus naſcitur: quoniam lex Menſia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem ſequi jubet. §. 9. Ex [6] cive Romano & Latino Latinus naſcitur: & ex libero & ancilla, ſervus: quoniam cum his caſibus connubia non ſint, partus ſequitur matrem. §. 10. In his qui jure contracto matrimonio naſcuntur, conceptionis [7] tempus ſpectatur. in his autem qui non legitime concipiuntur, editionis: veluti ſi ancilla conceperit, deinde manumiſſa pariat, liberum parit. Nam quamvis non legitime concepit, cum editionis tempore libera ſit, partus quoque liber eſt.

TIT.

1 Cujacius legit quarto.

2 Locus eſt corruptus, quem ita Cujacius reſtituit: ſed tamen fratris aut ſororis filiam, neptemque eorum, quamvis eodem gradu ſit: amitam vel materteram, eamque uxorem quæ noverca vel privigna, vel nurus vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus.

3 *tit. 4, §. 2, S.*

4 *§. 3, & 4, S. eod.*

5 Id eſt, patris conditionem.

6 *§. 8, S. eod.*

7 *l. 5, §. 2, ff. de ſtatu: Paul. 2, ſent. 24, §. 1, 2, 3.*

Tit. VI.
De Dotibus.[1]

§. 1. Dos aut datur aut dicitur, aut promittitur. §. 2. Dotem dicere [2] poteſt mulier[3], quæ nuptura eſt. & debitor mulieris, ſi juſſu ejus dicat inſtitutus[4]: parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione junctus, velut pater, avus paternus. Dare promittere dotem omnes [5] poſſunt. §. 3. Dos aut profectitia dicitur, id eſt, quam [6] pater mulieris dedit: aut adventitia, id eſt, ea quæ à quovis alio [7] data eſt. §. 4. Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad [8] patrem revertitur, quintis [9] in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod ſi pater non ſit, apud maritum remanet. §. 5. Adventitia [10] autem dos ſemper [11] penes maritum remanet, prçterquam ſi is qui dedit, ut ſibi redderetur ſtipulatus fuit: quæ dos ſpecialiter receptitia [12] dicitur. §. 6. Divortio facto, ſi quidem ſui juris ſit mulier, ipſa habet actionem, id eſt, dotis repetitionem: quod ſi in poteſtate patris ſit, pater adjuncta filię perſona habet actionem revera [13]. Nec intereſt adventitia ſit dos, an

pro-

1 *2 Paul. 21, 3, C. 11, de dotis promiſſione.*

2 Dotis dictio ſolenniter fiebat. Hodie qualiacunque verba ſufficiunt. *l. 6, C. de dotis promiſſ.*

3 Tres perſonæ tantum poterant doti dicere. *2 Cujac. 9,* §. *4,* mulier nuptura, *ut hic,* procurator ſpecialis. j. *eod.* parens nupturæ j. *eodem.* Dotem vero promittere poterant omnes, cujuſcumque ſexus & conditionis. *l. 41, ff. de jure dot.*

4 Id eſt, conſtitutus.

5 *d. l. 41,*

6 *l. 5, ff. de jure dot.*

7 *d. l. 5, §. 9,*

8 *l. 17, ff. de Se. Macedon. l. 5, §. 13, ff. de jure dotum. l. 6, ff. eodem,* adde *l. 16, ff. de jure dot.*

9 Sextæ retentionis fit mentio in §. 10. j. utraque abrogata *l. un. §. 5. verſ. Sileat ob liberos retentio C. de rei ux. act.*

10 *l. 1, §. 13, verſ. extraneum. C. de rei uxor. act.*

11 ſivę ſint liberi, ſive non ſint.

12 Dixi *lege 31, §. 2, ff. de mort. cauſ.*

13 Actionem rei uxoriæ. ita emendat Cujac.

1 Hic

profectitia. §. 7. poſt divortium defuncta muliere, heredi ejus actio non aliter datur, quam ſi moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit. §. 8. Dos, ſi pondere, numero, menſura contineatur, annua, bima, trima die reddetur [1]: niſi ſi, ut, præſens reddatur, convenerit. Reliquæ dotes ſtatim redduntur. §. 9. Retentiones ex dote fiunt [2] aut propter liberos [3], aut propter mores, aut propter impenſas [4], aut propter res donatas [5], aut propter res amotas [6]. §. 10. Propter liberos retentio fit [7], ſi culpa mulieris aut patris cujus in poteſtate eſt, divortium factum ſit. Tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ [8] retinentur ex dote: non plures quam tres ſextæ in retentione ſunt, non in petitione. §. 11. Dos quæ ſemel functa eſt, amplius fungi non poteſt, niſi aliud matrimonium ſit [9]. §. 12. Morum nomine, graviorum quidem ſexta [10] retinentur: leviorum item octava [11]. Graviores mores [12] ſunt, adulteria tantum: leviores, omnes reliqui. §. 13. Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote quæ à [13] die reddi debet. Ita propter majores mo-

res

1 Hic paragraphus abrogatur. *l. un. §. 7. verſ. exactio autem dotis C de rei ux. act.*

2 Hic paragraphus abrogatus eſt *l. un. C. de rei ux. act. §. 5,*

3 *d. §. 5, verſ. ſileat ob liberos.*

4 *ob impenſas.*

5 *d. §. 5. verſ. vel ex quâ cauſa ob res donatas: adde l. 1, §. 3, ff. de dote prælegata.*

6 *d. §. 5, verſ. ſed nec retentio ob res amotas,*

7 Hodie non fit *d. §. 5, verſ. ſileat ob liberos retentio.*

8 Retentionis quintæ fit mentio. §. 4. 3. *eod.* utræque retentiones abrogatæ ſunt *d. §. 5, verſ. ſileat ob liberos.*

9 Id eſt, niſi matrimonium ſit redintegratum. *l. 64, ff. de jure dotis l. 19, ff. ſoluto.*

10 Sextæ *Cujac.*

11 Octavæ *Cujacius.*

12 Adde *l. 39, l. 47, ff. ſoluto.*

13 Quę annua, bima, trima die, &c. *Cujacius hic.* Idem tamen 7 *obſ. 20.* legit, annua.

res [1] præſentem [2] dotem reddit: propter minores ſenum menſum die. In ea autem quæ pręſens reddi ſolet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod repręſentatio [3] facit. §. 14. Impenſarum ſpecies ſunt tres [4]: aut enim neceſſariæ [5] dicuntur, aut utiles [6], aut voluptuoſæ [7]. §. 15. Neceſſariæ ſunt impenſæ, quibus non factis dos [8] deterior [9] futura eſt: veluti ſi quis ruinoſas [10] ædes refecerit. §. 16. Utiles ſunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit: factis autem fructuoſior [11] dos effecta eſt: veluti ſi vineta & oliveta fecerit. §. 17. Voluptuoſæ [12] ſunt, quibus neque omiſſis deterior dos fieret: neque factis, fructuoſior effecta eſt: quod evenit in viridariis [13], & pictoriis [14], ſimilibuſque [15] rebus.

TIT: VII.
DE JURE DONATIONUM INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Inter virum & uxorem donatio non

I va-

1 Id eſt, propter adulterium, §. 12. ſ. eod.
2 Id eſt, illico.
3 Cujus magnum eſt commodum *l. 1. §. 2, ff. de dote prœleg.*
4 *l. 1, ff. de impenſis.*
5 §. 15 j. *eod.*
6 §. 16. j. *eodem.*
7 §. 17. j.
8 Aut res quælibet *l. 79, ff. de verb. ſign.*
9 *l. 14, ff. de impenſis.*
10 vide *d. l. 1, §. 3, l. 4, ff. de impenſis.*
11 Melior *d. l. 79, §. 1, l. 5, in fin. ff. de impenſis.*
12 *l. 14, §. 2, ff. de impenſis. l. 7, §. 9, 10, 11, ff. de impenſis.*
12 Viridiaria, viridia, virdaria, dixi ad *l. 79, in fin. ff. de verb. ſign.*
14 Cujacius emendat, tectoriis 6, *obſ. 37,*
15 Vide *d. l. 79, in fin.*

§ lege 1.

[1] valet, niſi certis ex cauſſis: mortis[2] cauſſa, divortii[3] cauſſa, ſervi manumittendi[4] gratia. Hoc amplius principalibus[5] conſtitutionibus conceſſum eſt mulieri, in hoc donare viro ſuo, ut is ab Imperatore, lato clavo[6], vel equo[7] publico, ſimilive[8] honore[9] honoretur. §. 2. Si maritus divortii cauſſa res moverit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.[10] §. 3. Si maritus pro muliere ſe obligaverit[11]: vel in rem ejus impenderit[12]; divortio facto, eo nomine cavere[13] ſibi ſolet ſtipulatione tribunitia[14]. §. 4. In poteſtate parentum ſunt etiam ii liberi quorum cauſſa probata eſt, per errorem contracto matrimonio inter diſpartes[15] condignis perſonas. Nam ſeu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam, quæ Deditiorum numero eſt quaſi per ignorantiam[16] uxorem duxerit: ſive civis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Deditiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino ex lege Ælia[17] Sentia nupta fuerit, cauſſa probata, civitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos qui De-

1 *l. 1, in fin. l. 2, 3, in pr. & §. 10, ff. eod.*

2 *l. 9, §. 2, l. 11, §. 1, ff. eod.* quia in id tempus excurrit, quo qui donat & cui donatum eſt, vir & uxor eſſe deſinunt. *l. 10, ff. eod.* adde *l. 21, C. de donat. int. vir.*

3 Vide *l. 60, in fin. l. 61, ff. eod.*

4 quod nemo hujuſmodi re donata fiat locupletior. *Paul. d. loco* §. 2, adde *l. 7,* §. *8, & ult. l. 8, l. 9, ff. eod.*

5 conſtitutione Antonini, *l. 41, & 42, ff. eod.*

6 *d. l. 42,*

7 ut equeſtris conditionis fieret. *d. l. 42,*

8 ſepulturæ cauſa. *l. 5, §. 8, 9, 10, 11, ff. eod.* ad oblationem Dei. *d. l. 5,* §. *12,* ad proceſſus. *d. l. 41,*

9 *d. l. 41, 42, l. 45. ff. de negotiis; l. 11, ff. de munerib.*

10 *l. 6,* §. *2, ff. rer. amot.*

11 *l. 2, ff. de negotiis: l. 28, ff. ſoluto.*

12 *l. 7, in fin. ff. ſoluto: & tit. ff. de impenſis.*

13 *l. 25, in fin. l. 55, ff. ſoluto.*

14 quæ ex Juriſdictione Tribunorum venit: ut Prætoria, à Prætore: ædilitia ab ædilibus.

15 Diſpatis conditionis. *Cujacius.*

16 Ignorantia, errorem in nuptiis commiſſum excuſat, facit *l. 57,* §. *1, ff. de ritu: l. 22, in fin. ff. ſoluto. Novell. 12, c. 1, in fin.*

17 Adde *tit. 3, §. 3, 5, eod.*

5 Vide

Dedititiorum numero ſunt, & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.

TIT. VIII.
DE ADOPTIONIBUS.

§. 1. NOn[1] tantum naturales liberi in poteſtate parentum ſunt, ſed etiam adoptivi.

§. 2. Adoptio fit aut per populum, aut per Prætorem, vel Præſidem provinciæ. Illa adoptio quę per populum fit, ſpecialiter arrogatio dicitur[2]. §. 3. Per populum, qui ſui[3] juris ſunt. Per Prætorem[4] autem, filii familiæ[5] à parentibus dantur in adoptionem. §. 4. Arrogatio Romæ[6] tantum fit: adoptio autem, etiam in provincia apud Præſidem. §. 5. Per Prætorem vel Præſidem provinciæ adoptari tam maſculi quam fœminę, & tam puberes quam impuberes poſſunt. Per populum vero Romanum, fœminæ quidem non arrogant[7] Pupilli[8] antea quidem non poterant arrogari: nunc autem poſſunt ex conſtitutione Divi Antonini. §. 6. Hi qui generare non poſſunt, velut ſpado[9], utroque modo poſſunt adoptare. Idem juris eſt in cœlibe[10]. §. 7. Item is[11] qui filium non habet, in locum nepotis adoptare poteſt. §. 8. Si paterfamiliæ arrogandum ſe dederit, liberi[12] quoque ejus quaſi nepotes, in poteſtate

1 Vide *l. 1, ff. eod. 8. C. 48, Inſtit. eod. in princip. Cajum 5.*

2 *l. 2, ff. eod.* §. *1, Inſt. eod.*

3 *l. 1, in fin. ff. eod d.* §. *1. Inſt. j. eod.*

4 id eſt, magiſtratus imperio. *l. 2. ff. eod.* §. *1, Inſt. eod.*

5 qui ſui juris non ſunt, ſed in poteſtate patris poſiti. *d. l. 2, verſ. imperio.*

6 Nullibi populus Romanus extra Romam quærendus. Fiebatque curiatis comitiis. *5. Gel. 19.*

7 Nec arrogantur; ita legendum eſt ex *5. Gel. 15.* quod nulla cum fœminis comitiorum communio eſſet.

8 *l. 17, l. 18, l. 20, §. 1, ff. eod.*

9 *l. 2, §. 5, l. 40, in fin. ff. eod. §. 9, Inſt. eod. 1, Cajus 5, §. 4.*

10 *l. 30, ff. eod.*

11 *l. 37, ff. eod. §. 7, Inſt. eod.*

12 *l. 40, ff. eod. §. 11, Inſt. eodem 1 Cajus 5, §. ult.*

teſtate fiunt arrogatoris. §. 9. Fœminæ [1] vero neutro modo poſſunt adoptare, quoniam [2] nec naturales liberos in poteſtate habent.

TIT. IX.

DE HIS QUI IN MANU SUNT.

Farre [3] convenitur [4] in manum, certis verbis, & teſtibus X præſentibus, & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis [5] quoque farreus adhibetur.

TIT. X.

QUI IN POTESTATE MANCIPIOVE SUNT QUEMADMODUM EX JURE LIBERENTUR.[6]

§. 1. Liberi parentum poteſtate liberantur emancipatione [7], id eſt, ſi poſtea quam mancipati fuerint, manumiſſi ſint. Sed filius quidem ter [8] mancipatus [9], ter manumiſſus, ſui juris ſit. Id enim lex duodecim Tabularum [10] jubet his verbis, *Si pater filium ter venundarit, filius à patre liber eſto*. Cæteri autem liberi præter filium [11] tam maſculi quam fœminæ, una mancipatione manumiſſioneque ſui juris fiunt. §. 2. Morte [12] patris filius & filia ſui juris fiunt. Morte autem avi nepotes ita [13] demum ſui juris fiunt, ſi poſt mortem avi in poteſtate

1 *§. 10, Inſt. eod. l. 5, C. eod.*

2 *d. l. 5,*

3 Tribus modis apud veteres fiebant nuptiæ. Uſu, ſi mulier anno cum viro fuiſſet: Farre & coëmptione.

4 in matrimonium. *l. 15, ff. de ritu: l. 121, §. 1, ff. de verbor. obl.*

5 Panis farreus, genus libi ex farre compoſitum.

6 *Cajus 1, t. 6, Novell. 81, cap. 1, Inſt. 12, 8, C. 49, 2 Paul. ent. 25,*

7 *§. 6, Inſtit. quib. mod. jus patriæ: l. 5, C. de dolo & C. de emancipationibus liberorum.*

8 Vide *Cajum 10, §. 1,*

9 Id eſt, venditus, vide *d. §. 1,*

10 Vide *ſupra in fragmentis tab. 4, cap. 3,* S. L.

11 *l. 8, in fin. ff. de injuſto: Cajus 6, §. 1, verſ. fœminæ vel nepotes.*

12 *Inſtitut. quib. mod. jus patriæ poteſt, in princ. l. 15, ff. quando dies legat.*

13 *Inſtitut. eod. in pr. l. 5, ff. de his qui ſunt ſui.*

1 dixi

ſtate patris futuri non ſunt: veluti ſi moriente avo pater eorum aut jam deceſſit, aut de poteſtate dimiſſus eſt. Nam ſi mortis avi tempore, pater eorum in poteſtate ejus ſit, mortuo avo, in patris ſui poteſtate fiunt. §. 3. Si patri vel filio aqua [1] & igni [2] interdictum ſit, patria poteſtas tollitur. quia peregrinus ſit is, cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem peregrinus [3] civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt. §. 4. Si pater ab hoſtibus captus ſit, quamvis ſervus hoſtium fiat: tamen cum reverſus fuerit, omnia priſtina jura recipit, jure poſtliminii. Sed quandiu apud hoſtes eſt, patria poteſtas, in filio ejus interim pendebit [4]: & cum reverſus fuerit ab hoſtibus, in poteſtate filium habebit. Si vero ibi deceſſerit, ſui juris filius erit. Filius quoque ſi captus fuerit ab hoſtibus, ſimiliter propter jus poſtliminii, patria poteſtas interim pendebit. §. 5. In poteſtate parentum eſſe deſinunt [5] & hi qui Flamines [6] Diales inaugurantur, & quæ virgines Veſtæ [7] capiuntur.

TIT. XI.

DE TUTELIS[8].

§. 1. TUtores conſtituuntur tam maſculis [9], quam fœminis: ſed maſculis quidem impube-

1 dixi ad *l. 1, §. 2, ff. de leg. 3.*

2 In hujus pœnæ locum ſucceſſit deportatio, eadem veteribus dicta exilium, *Cajus 6, §. 1,*

3 *Cajus 6, §. 1,*

4 *§. 5, Inſt. quib. mod. jur.*

5 *d. §. 5, l. 1, §. 1. ff. de Sc. Maced. l. 15, in fin. ff. de ſuis.* ſine emancipatione. *l. 2, §. 1, ff. quod cum eo l. 1, §. 4, ff. quand. de pet.* ſine capitis deminutione. *l. 3, in fin. ff. de Sc. Mac.*

6 *Tacit. 4, Annal. anno 776.*

7 Gellius 1. c. 12.

8 *Cajus 7, 1 Inſtit. 13, 16, ff* 1.

9 *l. 1, §. 3. ff. eod. l. 1. ff. de legit. tut.*

puberibus duntaxat, propter [1] ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberibus, quam puberibus, & propter ſexus infirmitatem, & propter forenſium rerum ignorantiam. §. 2. Tutores autem legitimi ſunt, aut ſenatuſconſultis conſtituti, aut moribus [2] introducti. §. 3. Legitimi tutores ſunt, qui ex [3] lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, ſeu propalam, quales ſunt agnati: ſeu per [4] conſequentiam, quales ſunt patroni. §. 4. Agnati ſunt, à patre cognati virilis ſexus, per virilem [5] ſexum deſcendentes, ejuſdem [6] familiæ: veluti [7] patrui, fratres, filii fratris patruelis. §. 5. Qui liberum caput mancipatum ſibi vel à parente [8], vel à coëmptore, manumiſit: per ſimilitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius [9] tutor appellatur. §. 6. Legitimi tutores, alii tutela in jure cedere poſſunt. §. 7. Is cui tutela in jure ceſſa eſt, Ceſſicus tutor appellatur; qui ſive mortuus fuerit, ſive capite minutus, ſive alii tutela ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, ceſſitia quoque tutela extinguitur. §. 8. Quantum ad agnatos pertinet, hodie ceſſitia tutela non procedit: quoniam permiſſum erat in jure cedere tutelam fœminarum tantum, non etiam maſculorum. fœminarum

1 §. 1, *Inſt. eod. l. 1, ff. eod.*
2 *l. 1, ff. de curatore furioſi.*
3 *l. 5, ff. de tut.*
4 Per conſequentias hereditatum *l. 3, ff. de legit. tut. Inſt. de legit. patr.* ut qui ſperarent ſucceſſionem, iidem bona conſequerentur. *l. 1, ff. de leg. tut.* vide *l. 73, ff. de regul. jur.*
5 *§. 1, Inſt. de legitima adgn. tutel. l. 7, ff. de legitimis tut. l. 10, §. 2, ff. de gradib.*
6 *d. §. 2, l. 195, §. 2, verſ. comm. ff. de verb. ſign.*
7 Veluti fratres, patrueles, filii fratris, patruelis. *Cujac. hic.*
8 Fiduciario ſcil. *de quo j.*
9 Vide 6 *Caj. 3, ver. mancipat.*

1 De

minarum autem legitimas tutelas lex Claudia[1] ſuſtinet[2]. §. 9. Excepta[3] tutela patronorum legitima tutela capitis diminutione amittitur. §. 10. Capitis minutionis ſpecies ſunt tres[4] maxima, media, minima. §. 11. Maxima capitis diminutio eſt, per quam & civitas, & libertas amittitur. veluti cum incenſus[5] aliquis venierit: aut cum mulier[6] alieno ſervo ſe junxerit, denuntiante domino, & ancilla facta fuerit, ex ſenatuſconſulto Claudiano[7].
§. 12. Media[8] capitis diminutio dicitur, per quam ſola civitate amiſſa, libertas retinetur quod fit in eo cui aqua & igni interdicitur. §. 13. Minima[9] capitis deminutio eſt per quam & civitate & libertate ſalva, ſtatus duntaxat hominis mutatur: quod fit adoptione, & in manu conventione. §. 14. Teſtamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege XII. Tabular. his verbis: *Uti[10] legaſſit ſuper pecunia tutelave[11] ſuæ rei, ita jus eſto:* qui tutores dativi appellantur. §. 15. Dari teſtamento tutores poſſunt liberis qui[12] in poteſtate ſunt.
§. 16. Teſtamento tutores dari poſſunt hi, cum[13] quibus teſtamenti faciendi jus eſt, præter Latinum Junia-

1 De qua vide *l. 3, C. de legitima tut.*

2 Suſtulit. *Cujacius.*

3 Tribonianus hunc locum ita interpretatus eſt: exceptis his quæ in jure alieno poſitis perſonis defexuntur. *l. 7. ff. de capit. min.* Cujac. ita reſtituit; exceptis his quæ jure agnationis proximis potiſſimum deferuntur. Hotomannus 3 *obſerv. 9*, legit; exceptis his quæ in homine alieno poſitis perſonis deferuntur.

4 *l. ult. ff. de capite minut.*

5 incenſus, id eſt qui cenſum vitavit.

6 *l. 27, ff de depoſiti.*

7 abrogatum eſt *C. de Sc. Claud. tollend. & Inſtitut. de ſucceſſion. ſublat.* quæ fiebant *per bon. vend.*

8 *d. l. ult. ff. de cap. minut.*

9 *d. l. ult. Inſtit. de capit. diminut.*

10 *l. 120, ff. de verb. ſignif. Novell. 22, cap. 2, l. 53. ff. de verb. ſignif. l. 1, ff. ad l. Falcid.*

11 Melius quam in *l. 53. ff. de verb. ſignif.* ſuper pecuniæ, tutelæve ſuæ.

12 *l. 6, §. 3, ff. de tutelis: l. 1, ff. de teſtam. tut.*

13 *l. 21, ff. de teſt. tut.*

Junianum. Nam Latinus [1] habet quidem teſtamenti factionem, ſed tamen tutor dari non poteſt. id enim lex Junia prohibet. §. 17. Si capite diminutus fuerit tutor teſtamento datus, non amittit tutelam, ſed ſi abdicaverit [2] ſe tutela, deſinit eſſe tutor. Abdicare autem eſt, dicere nolle ſe tutorem eſſe in jure. Cedere autem tutela teſtamento datus non poteſt, nam & legitimus in jure cedere poteſt, abdicare ſe non poteſt. §. 18. Lex Attilia [3] jubet mulieribus, pupilliſve non habentibus tutores dari à Prætore, & majore [4] parte Tribunorum plebis: quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romæ tantum locum habet, lege Julia & Titia perfectum eſt, ut in provincia quoque ſimiliter à præſidibus earum [5] dentur tutores. §. 19. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino, vel Latinis impuberibus eum, qui etiam ante manumiſſionem ex jure Quiritium fuit. §. 20. Ex lege Julia de maritandis ordinibus, tutor datur à Prætore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac cauſa lege nubere oportet, ad dotem dandam [6], dicendam [7], promittendamve [8], ſi legitimum tutorem pupilla [9] non habeat. Sed poſtea Senatus cenſuit ut etiam in provincia quoque, ſimiliter à præſidibus earum ex eadem cauſſa tutores dentur. §. 21. Præterea etiam in [10] locum muti, furioſive tutoris, alterum dandum eſſe

1 vide s. *tit. de Latinis.*

2 Id eſt, ſe excuſaverit, *l. 11, §. 2. ff. de teſtam.*

3 *Inſt. de Attiliano tutore.*

4 *Inſtit. d. loco.*

5 Iiſque qui ſunt ejus provinciæ, vel ibidem domicilium habent. *l. 1, §. 2, in fin. ff. de tutorib. dat.*

6 *l. 5, §. 4, l. 61, ff. de jure dot. l. 22, §. 10, ff. ſoluto* adde *l. 7, ff de tutorib. dat.*

7 vide *tit. 6, §. 1, & 2, 3. eod.*

8 *d. §. 2, in fin.*

9 Hanc vocem delendam putat Cujacius, cum hic agatur de pubere, non de pupilla.

10 *l. 17, ff. de tutelis. l. 11, l. 40, ff. de excuſat. tut.*

eſſe tutorem ad dotem [1] conſtituendam Senatus cenſuit. §. 22. Item ex Senatuſconſulto tutor datur mulieri ei, cujus tutor abeſt [2], præterquam ſi patronus ſit, qui abeſt. Nam in locum patroni abſentis alter peti non poteſt, niſi ad hereditatem adeundam [3] & nuptias contrahendas. Idemque permiſit in pupillo [4] patroni [5] filio. §. 23. Hoc amplius Senatus cenſuit, ut ſi tutor pupilli pupillæve ſuſpectus [6] à tutela ſubmotus fuerit, vel etiam juſta de cauſa excuſatus [7], in locum ejus tutor alius detur. §. 24. Moribus tutor datur mulieri [8] pupillove qui [9] cum tutore ſuo lege aut legitimo judicio agere vult, ut auctore eo agat (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus [10] tutor dicitur, quia à prætore urbis dari conſuevit. §. 25. Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerunt, & auctoritatem [11] interponunt. Mulierum autem tutores auctoritatem [12] duntaxat interponunt. §. 26. Si plures ſunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter [13] eos qui [14] tunc dati ſunt: nam ex his vel unius [15] auctoritas ſufficit. §. 27. Tutoris auctoritas neceſſaria eſt, mulieribus [16] quidem in his rebus, ſi lege aut legitimo judicio agant, ſi ſe obli-

1 Et ad res alias *d. l. 17. l. 11. l. 40.*
2 Adde *l. 15, ff. de tutelis. l. 10, ff. de tut. dat.*
3 *l. 9, s. de tutorib. dat.*
4 *l. 11, ff. de tut. dat.*
5 Hanc particulam Cujacius expungit.
6 *l. 14, §. 4, ff. de tutelis.*
7 *d. l. 11. §. 1,*
8 adde § 27, j. eod.
9 *l. 1, C. de in litem dando,*
10 Prætorius §. *ult. Inſt. de auct. tut.*
11 *l. 1, ff. de admin. tit.*
12 Vid. *ff. C. Inſt. de auct. tutor. Cujac. 7, obſ. 11.*
13 immutatum, *l. ult. C de auctor. præſt.*
14 Qui teſtamento dati *Cujac.*
15 *d. l. ult.* adde *l. 4. l. 5, l. 7, §. 1, ff. de auctor. tut.*
16 *§. 4, s. eodem.*

obligent, ſi civile negotium gerant, ſi libertæ ſuæ permittant in contubernio alieni ſervi morari, ſi mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus eſt. §. 28. Liberantur tutela, maſculi quidem pubertate [1], Puberem autem Caſſiani [2] quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt: Proculeii [3] autem, eum qui quatuordecim annos explevit: verum Priſcus eum puberem eſſe, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Fœminæ autem tutela liberantur [4].

TIT. XII.

DE CURATORIBUS [5].

§. 1. Curatores aut legitimi ſunt, id eſt, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarii [6], id eſt, qui à Prætore conſtituuntur. §. 2. Lex [7] duodecim Tabularum furioſum, itemque prodigum cui bonis interdictum eſt, in curatione jubet eſſe agnatorum. §. 3. A Prætore conſtituitur curator, quem ipſe Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemque ingenuis, qui ex teſtamento parentis heredes facti, male diſſipant [8] bona: his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab inteſtato, ſed ex teſtamento heres factus ſit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri poſſit, qui nec patrem habuiſſe videtur.

cum

1 *Inſt. quib. mod. tut.*

2 Veteres *Inſtit. quib. mod. tut.*

3 Proculiani: *l. ult. C. quando tutor. vel curat. eſſe deſin.*

4 Anno XII. ſc. *Inſt. d. loco & d. l. ult.* niſi malis dicere fœminas excuſari à tutelis.

5 *1, Cai. 8, 1, Inſtit. 23, 5. C. 70, 27, ff. 10,*

6 Dantur etiam teſtamento, poſtea confirmandi §. *1, Inſt. eod.*

7 *l. 1, ff. de curat.*

8 *d. l. 1.*

1 Imo,

cum ſervilis cognatio nulla [1] ſit. §. 4. Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idonee negotia ſua tueri [2] non poteſt.

TIT XIII.

DE [3] COELIBE [4], ORBO [5], ET SOLITARIO [6] PATRE.

§. 1. LEge Julia [7] prohibentur uxores ducere, ſenatores [8] quidem liberique eorum, libertinas [9], & quæ ipſæ, quarumve pater materve artem ludicram [10] fecerit: item corpore [11] quæſtum facientem. §. 2. Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam [12], à lenone, lenave manumiſſam, & in adulterio [13] deprehenſam, & judicio publico damnatam [14], & qua artem ludicram [15] fecerit: adjicit Mauricianus, & à ſenatu [16] damnatam.

TIT. XIV.

DE POENA LEGIS JULIÆ [17].

FOeminis [18] lex Julia à morte viri anni tribuit vacatio-

1 Imo, aliqua *Inſtit. de ſervili cognat.*

2 *l. 2, ff. eod.*

3 Hæc epigraphe convenit melius titulo ſequenti.

4 *l. 12, ff. de vulgari:*

5 Orbus ſemiſſis capiendi capax erat, non ſolidi *l. 6, ff. de vulgari: l. 42, ff. de legat. 2, l. 16, §. 15, ff. ad Treb. l. 13, in fin. ff. de jure fiſci.*

6 Solitarius hic dicitur, qui unicum & ſolum filium habet

7 Quæ & Papia. *l. 44, ff. de ritu. l. 28. C. de nupt.*

8 *l. 16, l. 31, l. 32. l. 34. in fin. l. 44, ff. de ritu.* hodie remiſſum *Novell. 78, c. 3,*

9 *l. 23, ff. de ritu. l. 28, C. de nupt. l. 7, C. de inceſtis.*

10 *d. l. 7, l. 42, §. 1, ff. de ritu.*

11 *l. 41, l. 43, ff. de ritu. l. 7, in fin. C. de inceſt.*

12 *d. l. 43, §. 6, 7, 8,*

13 *d. l. 34, §. 12, 13,*

14 *d. l. 13, §. 10, 11,*

15. *d. l. 44, ff de ritu.*

16 *l. 16, l. 43, §. 10, ff. de ritu.*

17 Orbis, cœlibibus & ſolitariis injectæ.

18 vide *Cujac. 6, obſ. 37,*

cationem [1]. à divortio ſex menſium: lex autem Papia à morte viri, biennii [2]: à repudio, anni & ſex menſium.

TIT. XV.
DE DECIMIS.

VIr & uxor ſe matrimonii nomine decimam capere poſſunt [3]. Quod ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habeant, præter decimam quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius, filiave, poſt nonum diem amiſſus, amiſſave, unam decimam adjicit. duo autem poſt nonum [4] diem amiſſi, duas decimas adjiciunt. Præter decimam, etiam uſumfructum tertiæ partis bonorum ejus capere poſſunt: & quotcunque liberos habuerint, ejuſdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem poteſt legatam ſibi.

TIT. XVI.
DE SOLIDI [5] CAPACITATE INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. ALiquando vir & uxor inter ſe ſolidum capere poſſunt: velut ſi uterque, vel alteruter eorum nondum ejus ætatis ſit, quæ quidem li-

1 Ut interim etiam ſi cœlibem vitam agent, capere ex alterius teſtamento poſſint. Lex enim Julia vetat cœlibes quidquam teſtamento extranei capere. *l.* 11, *ff. de vulgari. l.* 35, *ff. de mort. cauſ.*

2 Triennii legendum Auguſtus triennium conſtituit, teſte Suetonio.

3 *l.* 18, *ff. de auro:* adde *l.* 6, *ff. de vulgari. l.* 42, *ff. de legat.* 2, decimaria ea lex ſublata. *l.* 2, *C. de infirm. pœnis cœlib.*

4 Nominalia intelligit, ſeu diem novum ac luſtricum, quo infantes luſtrabant, eiſque imponebant nomina. *Macrob.* 1, *Saturnal.* 16, *Feſtus in voce luſtrici dies*, ubi vide *Joſephum Scaliger: Plutarch, in quæſtionibus.*

5 *l.* 6, *ff. de vulgari.*

1 Vid.

dem liberos exigit: id eſt, ſi vir minor annorum vigintiquinque ſit, aut uxor annorum viginti minor. item ſi utrique lege Papia finitos in matrimonio annos exceſſerint, id eſt, vir ſexaginta ann. uxor quinquaginta. item ſi cognati inter ſe cojerunt uſque ad ſextum [1] gradum: aut ſi vir abſit, & donec [2] abeſſet, intra annum poſtquam abeſſe deſierit, libera inter eos teſtamenti factio eſt. Si jus [3] liberorum à principe [4] impetraverint: aut ſi filium filiamve communem habeant: aut quatuordecim ann. filium, vel filiam duodecim amiſerint, vel ſi duos trimos, vel ſi tres [5] poſt nonum diem amiſerint, ut intra annum [6] tamen & ſex menſes. Etiam unus cujuſcunque ætatis impubes amiſſus ſolidi capiendi jus præſtat. Item ſi poſt mortem viri intra [7] decem menſes uxor ex eo peperit, ſolidum ex bonis ejus capit. §. 2. Aliquando nihil [8] inter ſe capiunt, id eſt, ſi contra legem Juliam, Papiamque Popeam contraxerint matrimonium: verbi gratia, ſi famoſam quis uxorem duxerit, aut libertinam ſenator. §. 3. Qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum neutri [9] legi paruerit, licet ipſis legibus poſt hanc ætatem liberatus eſſet, perpetuis tamen pœnis tenebitur, ex ſenatuſconſulto Perniciano. Sed Claudiano ſenatuſcouſulto major ſexagenario [10], ſi minorem quinquagenaria duxerit,

1 Vid. *Inſtitut. de ſucceſſ. cognat. in fin.*

2 *donec abeſt intra.* Cujac. *hic.*

3 *C de jure liberorum.*

4 *Plinius 2, epiſt. & lib. 10, Dion. 55.*

5 Vid. *tit. prox. s. eod.*

6 bis novem menſes. Juſtum tempus pariendi.

7 *l, 29, ff. de liberis.*

8 Id abrogatum *l. 1, l 2, C. de infirmandis pœnis cœlibatus.*

9 l. Juliæ & Papiæ. hæc, de procreandis liberis: illa, de matrimonio contrahendo.

10 *l. 15, §. 2, ff. de adoptionibus.* Hodie major ſexagenario minorem quinquagenaria ducere poteſt. *l. 27. C. de nupt. l. 12. C. de legitim. heredibus.*

1 Clau-

rit, perinde habetur, ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet uxorem. Quod ſi major quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, impar matrimonium appellatur: & ſenatuſconſulto Calvitiano [1] jubetur non proficere ad capiendas hereditates & legatas dotes. Itaque mortua muliere, dos caduca [2] erit.

TIT. XVII.

DE CADUCIS [3].

§. 1. QUod quis ſibi teſtamento relictum, ita ut jure civili capere poſſit, aliqua ex cauſa non ceperit, caducum appellatur, veluti cecidit ab eo: verbi gratia, ſi cœlibi [4] vel Latino [5] Juniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cœlebs legi paruerit, vel Latinus jus Quiritium conſequutus ſit: aut ſi ex parte ſcriptus, vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel peræger [6] factus ſit. §. 2. Hodie [7] ex conſtitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fiſco vindicantur [8] ſed ſervato [9] jure antiquo liberis & parentibus. §. 3. Caduca [10] cum ſuo onere fiunt: ideoque libertates & legata fideicommiſſa ab eo data, ex cujus perſona hereditas caduca facta eſt, ſalva ſunt: ſcilicet [11] & legata, & fideicommiſſa cum ſuo onere fiunt caduca.

TIT.

1 Claudiano, ut s.
2 *l. 38, §. 1, ff. de ritu,*
3 *6, Cod. 50.*
4 1. Sozomen 9.
5 *Tit. 11, § 16, Tit. 20, §. 18, Tit. 22, §, 3, j. eod.*
6 Id eſt. peregrinus.
7 Cujacius hunc §. ita reſtituit, Omnia caduca fiſco vindicantur, ſed ſervato jure aliquo liberis & parentibus.
8 Hodie caducariæ leges abrogatæ, C. *de caduc. tol.*
9 Vide *tit. 18. j eod.*
10 Initium hujus §. emendatum eſt §. ſuperiore.
11 Sed & legata &c.

1 tit.

TIT. XVIII.

QUI HABEANT JUS ANTIQUUM IN CADUCIS.

ITem liberis [1] & parentibus [2] teſtatores uſque ad tertium gradum lex Papia jus antiquum dedit: ut heredibus illis inſtitutis, quod quis ex eo teſtamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſit.

TIT. XIX.

DE DOMINIIS [3] ET ADQUISITIONIBUS RERUM.

§. 1. OMnes res aut mancipi ſunt [4], aut nec mancipi. Mancipi res ſunt prædia in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus: quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum ruſticorum: velut via, iter, actus & aquæductus. Item ſervi & quadrupedes, quæ dorſo collove domantur velut boves, muli, equi, aſini: cæteræ res nec mancipi ſunt. Elephanti [5] & cameli, quamvis collo dorſove domentur, nec mancipi ſunt: quoniam beſtiarum numero ſunt. §. 2. Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipione [6], traditione [7], uſucapione [8], in jure ceſſione [9], adjudicatione [10], lege [11]. §. 3. Mancipatio propria ſpecies aliena-

1 *tit.* 1, §. 21, *tit* 17, §. 2, 5 *eod. tit* 25 §. 17,
2 2, *Inſt.* 1,
3 41, *ff.* 1,
4 Tollitur differentia *tit.* C. *de uſuc. transfor.*
5 Adde *l.* 2, *in fin. ff. ad l. Aquil.*
6 §. 3, 4, 5, & 6, j.
7 §. 7, j.
8 § 8, j.
9 §. 9, 10, 11, 12, 13, 14, & 15, j. *eod.*
10 § 16, j.
11 §. 17, j.

1 Ima-

alienationis eſt [1], & [3] rerum mancipi [3]: eaque fit certis [4] verbis, libripende [5], & quinque teſtibus præſentibus. §. 4. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & Latinos Colonarios [6] Latinoſque Junianos, eoſque peregrinos, quibus [7] commercium datum eſt. §. 5. Commercium eſt emendi [8] vendendique invicem jus. §. 6. Res mobiles non niſi præſentes mancipari poſſunt, & non plures quam quæ manu capi poſſunt. Immobiles autem, etiam plures ſimul, & quæ diverſis locis ſunt, mancipari poſſunt. §. 7. Traditio [9], proprie [10] eſt alienato rerum [11]. Nec mancipi rerum dominia, ipſa [12] traditione deprehendimus: ſcilicet, ſi ex juſta cauſa traditæ ſunt nobis. §. 8. Uſucapione [13] dominia adipiſcimur, tam mancipi rerum, quam nec mancipi. Uſucapio eſt autem dominii adeptio [14], per continuationem poſſeſſionis anni, vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii. §. 9. In jure ceſſio quoque communis alienatio eſt, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres [15] perſonas, in jure cedentes, vindicantes, addicen-

1 Imaginaria venditio *Inſtit. de teſtam. ordin. l. 3, ff. de capit. minut.*

2 Hæc particula diſpungenda.

3 *d. l. 3, d. §. 3, Inſtit, de teſtam. ordin.*

4 Hæc ſolennitas fuit verborum. Qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum eſſe ajo: iſque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra.* deinde ære percutiebat libram idque ei dabat, à quo mancipium accipiebat.

5 *Inſtitut. de teſtament. ordinand.*

6 *l. un. C. de Latina libert. in prin.*

7 *l. 15, ff. de interdictu & relig.*

8 Jus vendendi, emendi, permutandi *l. 5, ff. de juſtitia.* Patet tamen interdum latius id vocabulum *l. 1, & toto titulo C. de commerciis.*

9 *l. 20, C. de pact.*

10 Propria. *Cujac.*

11 nec mancipi rerum, *Cujac. hic.*

12 *d. l. 20,*

13 *d. l. 20,*

14 adjectio *l. 3, ff. de uſurpationibus.*

15 Ceſſio in jure, ita fit. cui res ceditur, Rem tenens ita vindicat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum eſſe aio.* Prætor interrogat cedentem, *An contra vindicet*, vel A, F, A, id eſt, *Anne fias author.* Eſt enim

dicentes. §. 10. In jure cedit dominus, vindicat is, cui ceditur, addicit [1] Prætor. §. 11. In jure cedi res etiam incorporales poſſunt, velut uſusfructus [2], & hereditas, & tutela [3] legitima, & libertas [4]. §. 12. Hereditas in jure ceditur vel antequam adeatur, vel poſteaquam adita fuerit. §. 13. Antequam adeatur, in jure cedi poteſt legitimo ab herede: poſteaquam adita eſt; tam à legitimo, quam ab eo qui teſtamento heres ſcriptus eſt. §. 14. Si antequam adeatur hereditas, in jure ceſſa ſit, perinde heres fit cui ceſſa eſt, ac ſi ipſe heres legitimus eſſet. Quod ſi poſteaquam adita fuerit, in jure ceſſa ſit: is [5] cui ceſſa eſt, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti [6] manet obligatus: debita vero pereunt, id eſt, debitores defuncti liberantur. §. 15. Res autem [7] corporales, quoties ſingulæ in jure ceſſæ ſunt, tranſeunt ad eum cui ceſſa [8] eſt hereditas. §. 16. Adjudicatione [9] dominia nanciſcimur, per formulam [10] Familiæ erciſcundæ [11], quæ locum habet inter coheredes: & per formulam Com-

ita in notis apud Probum A; T, D, Q, C, V id eſt, *Anne tu dicis qui contra vindicaveris?* Quo negante, aut tacente Prætor ei qui vindicaſſet rem addicebat, hac Formula Q, N, H, E, H, P, E, V, A, id eſt, *Quando negas, hunc ego hominem præſenti & vindicanti addico.* Potuit etiam ita concipi Q, N, A, N, N, H, E, H, P, E, V, A. id eſt, *Quando neque ais, neque negas, hunc ego hominem petenti & vindicanti addico.*

1 Tribus verbis officium prætoris continebatur, *Do, Dico, Addico:* Dabat judices, Jus dicebat, Addicebat, *ut hic.*

2 uſus fructus ceſſione finitur. *§ 66, ff. de jure dot.*

3 *tit. 11, §. 7, s. eodem.*

4 Quæ & Ceſſicia. cedit libertatem dominus, ſervus vindicat: Prætor addicit.

5 Is à quo *Cujac.*

6 *l. 3, in fin. l. 4. quibus ex cauſ. in poſſ.*

7 Hereditas, juris nomen. *l. 119. l. 178, § 1, ff. de verbor. ſignif.* incorporalis *§. 2, Inſt. de rebus corporalibus.*

8 Cujacius ita pro, ceſſa eſt, hereditas.

9 *§. ult Inſt. de off. judicis. l. 11, in fin. ff. de juriſd. l. 21, §. 3, ff. de annuu.*

10 Id eſt, actionem.

11 *§. 4. Inſtit. de off. jud.*

1 § 4,

Communi dividundo [1], cui locus eſt inter ſocios: & per formulam Finium regundorum [2], quæ eſt inter vicinos. Nam ſi judex uni ex heredibus aut ſociis, aut vicinis rem aliquam adjudicaverit, ſtatim illi adquiritur, ſive mancipi, ſive nec mancipi ſit. §. 17. Lege nobis adquiritur, velut caducam [3] vel [4] ereptum [5] ex lege Papia Popœa [6]: item legatum [7] ex lege XII. Tabularum, ſive mancipi res ſint, ſive nec mancipi. §. 18. Adquiritur autem nobis etiam per [8] eas perſonas, quas in poteſtate, manu, mancipiove habemus. Itaque ſi quidem (mancipio puta) acceperint, aut traditum [9] eis ſit, vel ſtipulati fuerint [10], ad nos pertinet. §. 19. Item ſi heredes inſtituti [11] ſint, legatumve [12] eis ſit: & hereditatem juſſu [13] noſtro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinent. §. 20. Si ſervus alterius in bonis [14], alterius ex jure Quiritium ſit, ex omnibus cauſſis adquiret ei, cujus in bonis eſt. §. 21. Is quem bona fide poſſidemus, ſive liber, ſive alienus ſervus ſit, nobis adquirit ex duabus cauſſis tantum, id eſt, quod ex re noſtra, & quod ex operibus

ſuis

1 §. 5, *Inſtit. de off. jud.*

2 §. 6, *Inſtit. de off. jud.*

3 Quid caducum, vide *tit.* 8 *eodem.*

4 Hanc particulam Hotomanus 3, *obſ.* 52, expungit.

5 Quod quaſi indigno aufertur, ut in *l. pen. ff. de jure fiſci: l.* 3, §. 5, *ff. de ſicariis:* Hotomanus 3, *obſerv.* 32, legit receptitium.

6 de caducis hereditatibus & legatis,

7 *l.* 47, *in fin. ff. de peculio. l.* 120, *ff. de verb. ſignif.*

8 Vide *Inſtit. per quas perſonas cuique adqu.*

9 § 18, *Inſtit. per quas perſ. cuique. lege* 10, §. 1, *ff. de adquir. rer.*

10 Vide *Inſtitut. & ff. de ſtipulatione ſervorum.*

11 §. 3, *Inſtit. de heredibus inſtituendis.*

12 Dicto §. 3, *l.* 59, §. 1, *in fin. l.* 86. §. 2, *ff. de legatis* 1,

13 in legato mutatum, *d.* §. 3,

14 Id eſt, Bonitarius

ſuis adquirit: extra [2] has autem cauſſas, aut ſibi adquirit, ſi liber ſit: aut domino, ſi alienus ſervus ſit. Eadem ſunt & in eo ſervo, in quo tantum uſumfructum hebemus.

TIT. XX.

DE TESTAMENTIS [3].

§. 1. TEſtamentum eſt mentis noſtrę juſta conteſtatio [4], in id ſolenniter factum, ut poſt mortem noſtram valeat. §. 2. Teſtamentorum genera fuerunt tria [5], unum quod calatis [6] Comitiis, alterum quod in procinctu [7], tertium quod per [8] æs [9] & libram appellatum eſt. Illis duobus teſtamentis abolitis, hodie ſolum in uſu eſt, quod per æs & libram fit: id eſt, per mancipationem [10] imaginariam [11]: in quo teſtamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quam quinque [12] teſtes, cum [13] quibus teſtamenti factio eſt. §. 3. Qui in [14] poteſtate teſtatoris eſt, aut familiæ emptoris, teſtis ad [15] libræ penſa adhiberi non poteſt. quopiam familiæ mancipatio inter [16] teſtatorem & familiæ

1 Ex operis.
2 §. 4, *Inſtit. per quas perſ. cuique.*
3 2, *Inſtit. 10*, adde 4, *Pau. ſent. 4.*
4 6, *Gell. 12*, teſtatio *Inſtit. eod.* ſententia *l. 1, ff. qui teſtament.*
5 *Inſtit. ead, §. 1, 15, Gell. 27,*
6 Comitia calata, alia Curiatis per lictorem Curiatim, calari id eſt, convocari moris erat Centuriata per cornicinē in campo Martio Illud addendum ex Lælio Fœlice, Curiata comitia fuiſſe, cum ex generibus omnium ſuffragium ferretur: Centuriata, cum ex cenſu & ætate. Tributa, cum ex regionibus & locis, 15, *Gell. 27, in fin.* Videtur tamen Feſtus confundere.
7 Cum in prælium exituri eſſent, *Inſt. eod. §. 1, 15, Gell. 27,*
8 Per familiæ emancipationem, 15, *Gell. 27,*
9 *§. 1, Inſtit. eod.*
10 Emancipationem 15, *Gell. 27.* §. 1, *Inſtit. eod.*
11 *l. ult. C. de adopt.*
12 *tit. 19, §. 3, 5. eod.* Hodie ſeptem §. 3, *Inſtit. eodem.*
13 §. 6, *Inſt. eod.*
14 §. 9, *Inſt. eod.*
15 Aut libripens: *ita legendum eſt.*
16 *l. 20, ff. qui teſt.*

miliæ emptorem fit: & ob id domeſtici [1] teſtes adhibendi non ſunt. §. 4. Filio familiæ emente, pater [2] ejus teſtis eſſe non poteſt. §. 5. Ex duobus fratribus [3] qui in eadem patris poteſtate ſunt, alter familiæ emptor, alter teſtis eſſe non poteſt: quoniam quod unus ex his mancipium accipit, adquirit patri, cui filius ſuus teſtis eſſe non debet: pariter [4] & qui in poteſtate ejus eſt conſtitutus. §. 6. Duo fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes utrique, vel alter teſtis, alter libripens fieri poſſunt, alio [5] familiam emente: quoniam nihil [6] nocet ex una domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. §. 7. Mutus [7], ſurdus [8], furioſus [9], pupillus [10], fœmina [11], neque familiæ emptor, neque teſtis, libripenſue fieri poteſt. §. 8. Latinus Junianus [12], & familæ emptor, & teſtis, & libripens fieri poteſt: quoniam cum eo teſtamenti factio eſt [13]. §. 9. In teſtamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur [14] teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, *Hæc uti his tabulis cerïſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote* [15]. Quæ nuncupatio & teſtatio vocatur. §. 10. Filius familiæ [16] teſtamentum facere non poteſt: quoniam nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit.

Sed

1 *l. 24. ff. de teſtib. l. 3. C. de teſtib.*
2 *§. 8, Inſt. eod.*
3 *d. §. 8,*
4 Pater. *Cujac.*
5 *d. §. 8, in fin. l. 22. ff. qui teſtamenta.*
6 *d. §. 8, in fin. l. 17, ff. de teſtib.*
7 *§ 6, Inſt. eod.*
8 *d. §. 6,*
9 *d. §. 6, l. 20. § 4, ff. qui teſt.*
10 *d. l 3, §. 3, l, 19, in fin ff. de teſtib. §. 6, Inſt. eod.*
11 Vid. *l. 20 § 9, 6. ff. qui teſt. l. 18. ff. de teſtib.*
12 De quo dictum *tit. 1, §. 5. 6. eod. & tit. 3, 5. eod. tit. 19, §. 4. 5. eod.*
13 Et commercium *d. §. 4.*
14 adde *l. 58, ff. de her. inſt.*
15 Perhibetote.
16 *d. 6, l. 16, l. 19, ff. qui teſtam.*

1 Supe-

Sed Divus Auguſtus Marcus [1] conſtituit, ut filius familiæ miles [2] de eo peculio quod in caſtris adquiſivit teſtamentum facere poſſit. §. 11. Qui de [3] ſtatu ſuo incertus eſt (facito quod patre peregre mortuo, ignorat ſe ſui juris eſſe) teſtamentum facere non [4] poteſt: §. 12. Impubes [5], licet ſui juris ſit, teſtamentum facere non poteſt: quoniam nondum plenum judicium animi habet. §. 13. Mutus [6], ſurdus [7], furioſus [8], itemque prodigus [9] cui lege bonis interdictum [10] eſt, teſtamentum facere non poſſunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non poteſt: ſurdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire non poteſt: furioſus, quoniam mentem non habet, ut teſtari de ea re poſſit: prodigus, quoniam commercium illi interdictum [11] eſt, & ob id familiam mancipare non poteſt. §. 14. Latinus Junianus, item is qui Dedititiorum numero eſt, teſtamentum facere non poteſt. Latinus [12] quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus eſt. is autem qui Dedititiorum [13] numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus [14]: nec quaſi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis, ſciens [15] ut adver-

1 Supereſt Marcus *Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere.*

2 *l. 6, in fin. ff. de injuſto. l. 22, ff. de teſtamento militis.*

3 *l. 14, in fin. l. 15. ff. qui teſtamenta.*

4 *Novell. Leonis 40.*

5 *§. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. l. 5. ff. qui teſtamenta.*

6 *l. 6, in fin. l. 7, ff. eod. §. 3, Inſt. quib. non eſt. permiſſ.*

7 *d. l. 6, d. l. 7, l. 16, ff. eod.*

8 *l. 16, §. 1, l. 17, ff. eod.*

9 *§. 2, Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac.* vide tamen *Novell. Leonis 39.*

10 *l. 18. ff eodem.*

11 Formulas vide apud Paulum *3, ſent. 4, §. 7.*

12 vide *C. de Latina libert.*

13 *tit. 33, §. 2, j. tit. C. de dedit. libert.*

14 niſi accepto uſu togæ. *l. 31, 32, ff. de jure fiſci.*

15 Civis *Cujac. hic.*

adverſus [1] leges civitatis ſuæ teſtetur. *§.* 15. Fœminæ poſt duodecimum annum ætatis teſtamenta facere poſſunt tutore auctore, donec in tutela ſint. *§.* 16. Servus publicus [2] prætoriſve, parte dimidia teſtamenti faciendi habet jus.

TIT. XXI.

QUEMADMODUM [3] HERES INSTITUI DEBEAT.

HEres inſtitui recte poteſt his verbis [4], *Titius heres eſto, Titius heres ſit, Titium heredem eſſe jubeo.* Illa autem inſtitutio, *Heredem inſtituo, Heredem facio,* pleriſque improbata eſt.

TIT. XXII.

QUI HEREDES INSTITUI POSSUNT.

§. 1. HEredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem [5] cum teſtatore habent. §. 2. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus [6] eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt. *§.* 3. [Latinus Junianus [7],] ſi quidem mortis teſtatoris tempore, vel intra [8] diem cretionis civis Romanus ſit, heres eſſe poteſt: quod ſi Latinus manſerit, lege Junia capere hereditatem prohibe-

1 Id eſt, Secundum. *Cujac. hic.* Sic titulo 28, j. *eodem. lege 5, ff. de uſu cap.* reprehenditur à Roberto *5. recept.* 32,

2 Populi Romani. Cujacius ita hanc vocem emendavit. quod in omni ſervo non eſt verum. *l.* 19, *ff q ι teſtamenta facere.* vid. *Nov. Leonis* 28,

3 Qua formula.

4 Hodie quibuſcumque verbis *l.* 15, *C. de teſtamentis.*

5 *l.* 52, *ff. de her. inſt.*

6 *tit.* 20, *§.* 14, *s. eod.*

7 Vide *d. §.* 14,

8 Adde §. 4, *Inſtit. de hered. qualitat.*

hibetur. Idem juris eſt in perſona cœlibis [1] propter legem Juliam. §. 4. Incerta [2] perſona heres inſtitui non poteſt, veluti hoc modo: *Quiſquis primus ad funus meum venerit, heres eſto:* quoniam certum conſilium debet eſſe teſtantis. §. 5. Nec [3] municipia, nec municipes heredes inſtitui poſſunt [4]: quoniam incertum [5] corpus eſt, ut neque cernere nniverſi, neque pro libito de herede cernere [6] poſſunt ut heredes fiant. Senatuſconſulto [7] tamen conceſſum eſt, ut à libertis ſuis heredes inſtitui poſſint. Sed fideicommiſſa hereditas municipibus reſtitui poteſt [8]: idque hoc ſenatuſconſulto [9] proſpectum eſt. §. 6. Deos [10]. heredes inſtituere non poſſumus præter eos, quos ſenatuſconſulto, conſtitutionibus Principum inſtituere conceſſum eſt: ſicuti Jovem Tarpejum [11], Apollinem Didymęum [12], ſicuti Martem in Gallia [13], Minervam Melienſem [14], Herculem Gaditanum [15], dianam Epheſiam [16], matrem deorum Cybe-

1 Vid. *tit. 14, 15, 16. s eod.*

2 §. 25, *Inſt. de legat. l. 69, §. 4, ff. de jure dot. Paul 3. ſent. 6, §. 13,*

3 nec heredem inſtitui, nec præcipere rempublicam poſſe conſtat. *Cujac. hic.*

4 Poteſt tamen eis legari. vid. *l. 21, ff. de legat. 1, l. 1, §. 5, ff. ad l. Falcid.*

5 *§. 4, s eod.*

6 Cujacius legit. *pro herede gerere.*

7 Vid. *l. 1, ff. de libert. univerſ.*

8 *l. 26, ff. de negotiis. l. 26, ff. ad Trebell.*

9 Aproniano, quod factum temporibus D. Marci. *c. l. 26,*

10 Deo tamen relinqui po tuit. *l. 1, § 12, de donat. int. vir l. 1, §, 5, ff. ad l. Falcid. Paul. 4, ſent 3, §. 3,* Quemadmodum & apud Chriſtianos Chriſtus inſtitui poteſt. *l. 26, C. de ſacroſanctis eccleſiis.*

11 Ita dictus à Tarpeio monte à Tarpeia virgine antea Saturnius mons, & in eo oppidum Saturnium. Poſtremo mons Capitolinus dictus quod cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humamanum inventum fuit. *Varro 4, de lingua.*

12 Pauſanias 7, *in Achaicis*, adde Strabonem 9, *&* 11,

13 vide *Cæſar, 6, de bello Gallico:* De diis veterum Gallorum, vide *P. Pithœum c. 1. advet.*

14 A Melio urbe, niſi malis legere Melitenſem.

15 de Gadibus & Hercule, vid. *Strabonem 3. in fin.*

16 Vid. *Act. 19. verſ. 26, 27, de templo Dianæ. Euſeb. 36, Plin. 14,*

Cybelem eam quæ Smyrnæ colitur, & Cœleſtum [1] Salinenſem Carthaginis. §. 7. Servos heredes inſtituere poſſumus noſtros cum [2] libertate: communes, cum libertate, vel ſine libertate. §. 8. Eum ſervum qui tantum in bonis noſter eſt. nec cum libertate heredem inſtituere poſſumus, quia Latinitatem conſequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam. §. 9. Alienos ſervos heredes inſtituere poſſumus: eos tamen quorum cum dominis teſtamenti factionem habemus. §. 10. Communis ſervus cum libertate recte quidem heres inſtituitur, quaſi proprius, pro parte noſtra: ſine libertate autem, quaſi alienus, propter ſocii partem §. 11. Proprius ſervus cum libertate heres inſtitutus, ſi [3] quidem in eadem cauſa permanſerit, ex teſtamento liber & heres fit, id eſt neceſſarius. §. 12. Quod ſi ab ipſo teſtatore vivente manumiſſus, vel [4] alienatus ſit: ſuo arbitrio, vel juſſu emptoris hereditatem adire poteſt. Sed ſi ſine libertate ſit inſtitutus, omnino non [5] conſtat inſtitutio. §. 13. Alienus [6] ſervus heres inſtitutus, ſi quidem in ea cauſa permanſerit, juſſu domini debet hereditatem adire. Quod ſi vivo teſtatore manumiſſus, aut alienatus à dominio fuerit: aut ſuo arbitrio, aut juſſu emptoris poterit adire hereditatem. §. 14. Sui [7] heredes inſti-

1 Tertulllianus 23, *Apologet.* Unicuique, etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, quis fuerit Cœleſtus Petrus Pithœus 1, *adverſ.* Ammianus *lib.* 22, Philaſtrius Brixienſis *in Catalogo hereſ.* Apul. 4, *Floridor. Ambroſ.* 1, *epiſt. ad Valent*

2 Hodie etiam ſine libertate *Inſtit. de hered inſtit. l. penul. C. de neceſſariis.*

3 *§. 1, Inſt. de hered. inſt.*

4 Hæc verba, *vel alienatus*, deſiderantur apud *Iuſtinianum* §. 1, *verſ. Si vero à vivo teſtatore Inſt. de hered. inſt.*

5 Hodie valet *l. penult. C. de neceſſariis.*

6 *d. §. 1, verſ. alienus quoque.*

7 *l. 1. ff. de hered. inſtit. Inſt. de exheredat. liberor.*

1 *Cajus*

inſtituendi ſunt, vel exheredandi. Sui autem heredes ſunt liberi quos in poteſtate hebemus, tam naturales, quam adoptivi: item uxor quæ in [1] manu eſt, & nurus quæ in manu eſt filii, quem in poteſtate habemus. §. 15. Poſthumi [2] quoque liberi, id eſt, qui in utero ſunt, ſi tales ſunt, ut nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorum heredum numero ſunt. §. 16. Ex ſuis heredibus filius quidem neque heres inſtitutus, neq; nominatim exheredatus, non patitur valere teſtamentum. Reliquæ vero perſonæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, ſi præteritæ ſint, valet teſtamentum. §. 17. Scriptis [3] heredibus adcreſcunt, ſuis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam. §. 18. Poſthumi, quoque liberti cujuſcumque [4] ſexus omiſſi, quod valuit teſtamentum, agnatione rumpitur [5]. §. 19. Eos qui in utro [6] ſunt, ſi nati ſui heredes nobis futuri, poſſumus inſtituere heredes: ſi [7] quidem poſt mortem noſtram naſcantur, ex jure civili [8]: ſi vero viventibus nobis, ex lege Julia [9]. §. 20. Filius qui in poteſtate eſt, ſi non inſtituatur, heres, nominatim exheredari debet: reliqui ſui heredes utriuſque ſexus aut nominatim, aut inter [10] cæteros. §. 21. Poſthumus filius nominatim

1 *Cajus 3. Inſt. apud Ruffinum tit. 16.*

2 *Cajus d. loco,*

3 Legendum eſt, ſed ſcriptis Nam ſcriptis concurrebant: in virilem: extraneis, in dimidiam. hoc eſt quod à Triboniano obſcure ſcriptum eſt, jus adcreſcendi eis ad certam portionem præſtitum. *Inſtit. de exhered. liber. verſ. ſed non ita.*

4 *§. 1. Inſtit. de exher. liber.*

5 Rumpunt.

6 *l. 4. l. 5. l. 24. l. 27. l. 29. ff. de liber. & poſthum.*

7 Duæ poſthumorum ſpecies, *l. 3. §. 2. ff. de injuſto.*

8 Id eſt legibus XII. tabularum.

9 Velleia ſc. *§. 2. Inſt. de exhered. liber. l. 29. ff. de liberis.*

10 *Inſt. de exher. liber. vers. ſed non ita in fin.* opponitur inter cæteros exheredatio. ei quæ nominatim fit. *§. 21. 1. eod. l. 2 l. 3. ff. de liber.*

natim exheredandus eſt: filia poſthuma, cæteræque poſthumæ fœminæ vel nominatim, vel [1] inter cæteros: dummodo inter cæteros exheredatis aliquid legetur. §. 22. Nepotes & pronepotes, cæterique maſculi poſthumi præter filium, vel nominatim, vel inter cæteros, cum adjectione legati ſunt exheredandi: ſed tutius [2] eſt tamen nominatim eos exheredari: & id obſervatur magis. §. 23. Mancipatos [3] liberos cum jure civile neque heredes inſtituere, neque ex heredare neceſſe ſit, tamen prætor jubet, ſi non inſtituantur heredes, exheredari maſculos omnes, nominatim fœminas vel inter cæteros: alioqui contra tabulas bonorum poſſeſſionem eis pollicetur. §. 24. Inter neceſſarios heredes, id eſt, ſervos [4] cum libertate heredes ſcriptos, & ſuos ſcilicet neceſſarios, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, jure civili nihil intereſt (nam utrique etiam inviti heredes ſunt) ſed jure prætorio ſuis & neceſſariis heredibus abſtinere ſe à parentis hereditate permittitur [5]: neceſſariis autem tantum heredibus abſtinendi poteſtas non datur. §. 25. Extraneus heres, ſi quidem cum cretione [6] ſit heres inſtitutus, cernendo fit heres: ſi vero ſine [7] cretione, pro herede [8] gerendo. §. 26. Pro [9] herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam dominus utitur: velut qui actionem [10] rerum hereditariarum facit:

1 §. 1, *in fin. Inſtit. de exher. liber.*
2 §. 1, *in fin. inſtit. de exher. liber.*
3 §. 3, *Inſt. de ex h. liber.*
4 §. 1, *Inſt. de her. qualit.*
5 §. 2, *verſ. ſed his Prætor Inſt. de hered. qualitate & differentia.*
6 Vid. §. 27, j.
7 Vid. §. 6, j. *eod.*
8 Vid. §. 20, j.
9 Vid. *l. 20, ff. de adq. her. §. 7, Inſt. de hered. qualit.*
10 Id eſt, auctionem, vide *l. 2, in fin. ff. de collat. bonor. l. 48, ff. de uſurpat, l. 2, §. 8, ff. pro emptore.*

facit: aut ſervis hereditariis cibaria mandat. §. 27. Cretio [1] eſt certorum dierum ſpacium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum: utrum expediat ei adire hereditatem, necne, velut, *Titius heres eſto cernitoque* [2] *in diebus centum proximis, quibus ſcieris* [3], *poteriſque: niſi ita creveris, exheres eſto.* §. 28. Cernere eſt [4] verba cretionis dicere, ad hunc modum [5], *Cum me Mævius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* §. 29. Sine cretione heres inſtitutus, ſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire non poteſt. §. 30. Cum cretione vero heres inſtitutus, ſicut cernendo fit heres, non [6] aliter excluditur, quam ſi intra diem cretionis non creverit: ideoque etiam ſi conſtituerit nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo heres fieri poteſt. §. 31. Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua Vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba, *Quibus ſcieris, poteriſque.* Continua, in qua non adjiciuntur. §. 32. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus ſcit ſe heredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere. Ei vero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus [7] ignoravit ſe heredem inſtitutum, aut ſcivit, ſed non potuit cernere.

1 Cretiones hodie ſublatæ *l.* 17, *C. de jure de liberandi.*

2 *Varro* 5, *de ling.*

3 Cic. 1, *de Orat.* ut in cretionibus ſcribi ſolet, *quibus ſciam potereque.*

4 Cernere, eſt quaſi decernere ſe heredem eſſe velle. *l.* 13, §. *pen. ff. de adq. hered.*

5 Varronem 5, *de linguæ. & lib.* 6, Cic. 13, *ad Attic.* fieri teſtibus præſentibus. etiam verbis ſolennibus, *ut hic:* & *l.* 51, *in fin. ff. de adqu. hered.*

6 Dixi ſublatam cretionis ſcrupuloſitatem. *l.* 17, *C. de jure deliberandi.*

7 *l.* 1, *ff. de vulgar. & pup. Paul.* 3, *ſent.* 4, §. 27,

nere. §. 33. Heredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti; inſtituti, qui primo gradu ſcripti ſunt: ſubſtituti, qui ſecundo gradu, vel ſequentibus. §. 34. Heredes ſcripti ſunt, velut: *Titius heres eſto, cernitoque in diebus proximis centum quibus ſcieris, poteriſque. Niſi ita creveris, exheres eſto: tunc Mævius heres eſto, cernitoque in diebus*, & *reliqua*. Similiter & deinceps ſubſtitui poteſt. §. 35. Si ſub imperfectam cretionem heres inſtitutus ſit, id eſt, non adjectis his verbis, *Si non creveris exheres eſto*: ſed ſi ita, *ſi non creveris, tunc Mævius heres eſto*: cernendo quidem, ſuperior inferiorem excludit: non cernendo autem [1], ſed pro herede gerendo, in partem admittit ſubſtitutum. Sed poſtea Divus Marcus conſtituit, ut & pro herede gerendo, ex aſſe fiat heres. Quod ſi neque creverit, neque pro herede geſſerit, ipſe excluditur, & ſubſtitutus ex aſſe fit heres.

TIT. XXIII.

QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPUNTUR. [2]

§. 1. Teſtamentum jure factum infirmatur duobus modis; ſi ruptum aut irritum factum ſit. §. 2. Rumpitur teſtamentum mutatione, id eſt, ſi poſtea aliud [3] teſtamentum jure factum ſit: item agnatione, id eſt, ſi ſuus heres agnaſcatur, qui neque heres inſtitutus, neque ut oportet, exheredatus ſit. §. 3. Adnaſcitur ſuus heres, aut

1 Nota differentiam cernendi & pro herede gerendi. Qui cernebat, excludebat inferiorem: qui pro herede gerebat, in partem admittebat ſubſtitutum.

2 *l. 28, ff. 3, §. 1, Inſt. quib. mod. teſt.*

3 *l. 1, ff. de injuſto: §. 2, & 3, Inſt. quib. mod. teſt. §. 2, Inſt. d. tit.*

aut [1] agnaſcundo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in [2] locum ſui heredis ſuccedendo: velut nepos mortuo filio, vel emancipato: aut manumiſſione, id eſt, ſi filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus, reverſus ſit in patris poteſtatem. §. 4. Irritum [3] fit teſtamentum, ſi teſtator capite diminutus [4] fuerit aut ſi jure facto teſtamento nemo extiterit heres. §. 5. Si is qui teſtamentum fecit, ab hoſtibus captus ſit, teſtamentum ejus valet: ſi quidem reverſus fuerit, jure poſtliminii, ſi non [5] ibi deceſſerit, ex lege Corneliana, quæ perinde ſucceſſionem ejus confirmat, atque ſi in civitate deceſſiſſet. §. 6. Si [6] ſeptem ſignis teſtium ſignatum [7] taſtamentum, licet jure civili ruptum vel irritum factum ſit, Prætor ſcriptis heredibus juxta tabulas bonorum poſſeſſionem dat, ſi teſtator & civis Romanus, & ſuæ poteſtatis cum moreretur fuit, quæ bonorum poſſeſſio cum re, id eſt, cum effectu habetur, ſi nemo alius jure heres ſit. §. 7. Liberis [8] impuberibus in poteſtate manentibus tam natis quam poſthumis, heredes ſubſtituere parentes poſſunt duplici modo: id eſt, aut eo quo extraneis, ut ſi heredes non extiterint liberi, ſubſtitutus heres fiat: aut proprio jure id eſt, ſi poſt mortem parentis heredes facti intra pubertatem deceſſerint, ſubſtitutus heres fiat. §. 8. Etiam exheredatis [9] filiis ſubſtituere parentibus licet. §. 9. Non aliter impuberi filio ſubſtituere quis heredem

1 Quibus modis quis alteri adgnaſcatur, vid. *l. 3, ff. de injuſto.*
2 *l. 13, ff, de injuſto.*
3 *l. 6, §. 5, ff. de injuſto.*
4 *§. 4, Inſt. quib. mod. teſt.*
5 Si vero, legendum videtur.
6 *§. 6, Inſt. quib. mod. teſtam.*
7 *l. 12, ff. de injuſto.*
8 Vide *Inſtit. de pupillari ſubſtit.*
9 *l. 1, §. 2, ff. de vulgari: §. 4, Inſtit. de pupillari.*

1 *d. l. 1,*

redem poteſt, quam [1] ſi ſibi quis heredem inſtituerit, vel ipſum filium, vel quemlibet alium. §. 10. Milites quomodocunque [2] fecerint teſtamenta, valent, id eſt, etiam ſine legitima obſervatione. Nam principalibus [3] conſtitutionibus permiſſum eſt illis, quomodocunque vellent, quomodocunque poſſent, teſtari. Idque teſtamentum quod miles contra juris regulam fecit, ita demum valet, ſi vel in [4] caſtris mortuus ſit, vel poſt miſſionem intra [5] annum.

TIT XXIV.

DE LEGATIS. [6]

§. 1. LEgatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperative [7], teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. §. 2. Legamus autem quatuor [8] modis, per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem. §. 3. Per vindicationem [9] his verbis legamus, *Do, lego, capito, ſumito, ſive habeto*. §. 4. Per damnationem [10] his verbis: *Heres meus damnas eſto dare, dato facito, heredem meum dare jubeo*. §. 5. Sinendi [11] modo ita,

1 *d. l. 1, §. ult. §. 5. Inſt. de pupil.*

2 *verſ. quoque enim modo & §. 1, Inſtit. de militari: l. ff. de teſtamento milit.*

3 Julii Cæſaris, Titi, Domitiani, Nervæ Trajani. *d. l. 1.*

4 *§. 3, Inſtit. de milit*

5 *d. §. 3, l. 21, ff. de teſtam. milit.*

6 *2, Inſtit. 20, Cajus 2, tit. 5, 5, Harm. 18.*

7 Imperativa verba opponuntur precariis inflexis, & obliquis fideicommiſſariis de quibus, vide *Paul. 4, ſent. 1. §. 6.*

8 *§. 1, Inſt. de legat, 2, Cajus 5.*

9 *2, Cajus 5, §. 2. §. 2, Inſtit. de legatis: Paul. 3. ſentent. 6, §. 3, & 7.*

10 *2, Cajus 5, §. 3, 4, 5, 6, §. 2, Inſt. legat. Paul. 3, ſent. 6, §. 3, & 10.*

11 *2, Cajus 2, §. 7, §. 2, inſt. de leg Paul. 3, ſent. 6, §. 11.*

do ita, *Heres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere.* §. 6. Per præceptionem [1] ſic, *Lucius Titius illam rem præcipito.* §. 7. Per vindicationem legari poſſunt res quæ utroque [2] tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt [3], mortis, & quando teſtamentum faciebat: præterquam ſi pondere, menſura, numero continentur: in his enim ſatis eſt, ſi vel mortis duntaxat tempore fuerit ex jure Quiritium. §. 8. Per damnationem omnes res legari poſſunt, etiam quæ non ſunt teſtatoris, dummodo tales ſint, quæ dari poſſint. §. 9. Liber homo, aut res populi, aut ſacra, aut religioſa, nec per damnationem legari poteſt: quoniam dari non poteſt. §. 10. Sinendi modo legari poſſunt res propriæ teſtatoris [4] & heredis ejus. §. 11. Per præceptionem legari poſſunt res, quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit utroque [5] tempore teſtatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata ſit, licet jure civili non valeat legatum, tamen ſenatuſconſulto Neroniano firmatur: quod cautum eſt, ut quod minus aptis [6] verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo jure legatum eſſet. Optimum [7] autem jus legati per damnationem eſt. §. 12. Si duobus eadem res per vindicationem legata ſit: ſiquidem disjunctim, ſingulis in ſolidum [8] debentur: ſi vero con-

1 2, *Cajus 5*, §. 8, *&* 2, *Inſtit. de legat. Paul. 3, ſentent.* §. 6. hoc & prælegatum dicitur & præcipuum Sidonius 6, *epiſtol.*

2 §. 11, *j. eod.*

3 2, *Cajus 5*, §. 8.

4 2, *Cajus 5*, §. 7, *verſ. nam & propria.*

5 §. 7, 8. *eod.*

6 Id eſt, ſolennibus & conceptis vide *Cujac. hic.*

7 quia laxum & expeditum Sic optimum jus uſuratum *l. 1, C. de Uſuris*: optimum jus poſſeſſionis, *l. 26, §. 1, ff. de pigneribus.*

8 Singulis partes debentur *cujac.*

conjunctim, velut *Titio & Sejo*, *hominem Stichum do*, *lego*, jure civili concurſu partes fiebant. non concurrente altero pars ejus alteri adcreſcebat. Sed poſt legem Papiam Poppeam, non capientis pars caduca fit. §. 13. Si per damnationem eadem res duobus legata ſit, ſiquidem conjunctim[1], ſingulis partes debentur, & non capientis pars jure civili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quod ſi disjunctim[2], ſingulis in ſolidum[3] debetur. §. 14. Optione autem legati, per vindicationem data, legatarii electio eſt, veluti, *Hominem optato*, *eligito*. Idemque eſt, & ſi tacite[4] legaverim. *Titium*[5] *hominem*[6], *aut decem heres meus dato:* hominem dare heredis[7] electio eſt. §. 15. Ante heredis inſtitutionem legari non[8] poteſt: quoniam & poteſtas teſtamenti ab heredis inſtitutione[9] incipit. §. 16. Poſt mortem heredis legari non poteſt[10], ne ab heredis herede legare videatur: quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis[11] tempus legari poteſt: velut *cum heres moriatur*[12]. §. 17. Pœnæ[13] cauſſa legari[14] non poteſt

1 2, *Cajus 5, §. 5.*

2 2, *Cajus 5, §. 6,*

3 Hoc innuit in legato per vindicationem disjunctim facto ſingulis partes deberi: in damnationis legato, ſingulis ſolidum deberi. vid. *Paul. 3, ſent. 6, §. 3, in fin.*

4 Id eſt, non data optione.

5 Titio, *Cujac. emendat.*

6 Homine. *Cujac. hic.*

7 Homine per damnationem legato, electio eſt heredis. *l. 45, §. 1, ff. de legat. 1*, per vindicationem, legatarii *l. 37, in prin. ff. de legat. 1*, Similiter in legatis disjunctivis electio eſt legatarii, ſi per vindicationem *l. 94, §. 1, de legat. 1; l. 23, ff. de legat. 2*, heredis, ſi per damnationem *l. 43, in fin ff. de leg. 2*.

8 *Paul. 3, ſent. 6, §. 2*, hodie poteſt §. *34, Inst. de legat.*

9 *l. 1. in fin, ff. de vulgari. l. ult. ff. de jure codicillor.*

10 *Paul. 3, ſent. 6, §. 6*, Hodie poteſt §. *35, Inſtit. de legat.*

11 *Paul. 3, ſent. 6, §. 6,*

12 Morietur. *Paul. d. loco.*

13 *§. 36, Inſtit. de legat. l. un. C. de his quæ pœnæ nomin. l. 1, l. 2, ff. de his quæ pœnæ cauſa.*

14 Et fideicommitti *tit. 25, §. 13, j. eodem.*

1 Hodie

poteſt [1]. Pœnę autem cauſſa legatur: quod coërcendi heredis cauſſa relinquitur, ut facit quidem aut non faciat, non ut legatum pertineat: utputa hoc modo, *Si [2] filiam tuam in matrimonio Titio conlocaveris, decem millia Sejo dato*. §. 18. Incerto [3] perſonæ legati [4] non [5] poteſt: veluti, *Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonio conlocaverit, ei homini tot millia dato*. Sub [6] certa tamen demonſtratione incertæ legari poteſt, velut, *Ex cognatis meis qui nunc ſunt, qui primo ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato*. §. 19. Neque ex falſa demonſtratione [7], neque ex falſa cauſſa [8] legatum infirmatur. Falſa demonſtratio eſt, velut, *Titio fundum quem à Titio emi, do, lego* cum fundis à Titio emptus non ſit. Falſa eſt, velut, *Titio, quoniam negotia mea curavit, fundum do, lego*, ut [9] negotia ejus nunquam Titius curaſſet. §. 20. A [10] legatario legari non [11] poteſt. §. 21. Legatum ei [12] tantum dari poteſt, qui [13] extraneus eſt. Ideoque filio familiæ heredi inſtituto, vel ſervo, neque à patre, neque à domino legari poteſt. §. 22. Heredi à [14] ſemet ipſo legari non poteſt. §. 23. Ei qui in poteſtate [15], manu [16], mancipiove [17] eſt ſcripti he-

1 Hodie poteſt. *d.* §. 36,
2 *dict.* §. 36.
3 *Paul.* 5, *ſent.* 6, §. 13,
4 Ut & fideicommitti. *tit.* 25, §. 13,
5 Hodie poteſt §. 25. *Inſt. de legatis.*
6 Dicto §. 25,
7 §. 30, *Inſt. de legat.* vid. 33, *ff. de condit. & demonſt.*
8 §. 31, *Inſtit. de legat. l.* 72, §. 6, *ff. de cond. & demonſt.*
9 Cum negotia.
10 *Inſt. de ſingulis reb. per fideicom.* 2, *Cajus* §. 7,
11 Hodie poteſt *l.* 69, *l.* 91. §. 4, *ff. de legat.* 1, *l.* 2, *in fin.* C. *comm. de legatis.*
12 Ab eo *Cujac. hic.*
13 Qui ex ſua perſona heres eſt. Ideoque, &c. *Cujac. hic.*
14 *l.* 18, *l.* 24, §. 11, *l.* 116, §. 1, *ff. de legat.* 1, *l.* 34, §. 1. *in fin. ff. de legat.* 2,
15 Ut filius familias. vide *tit.* 5, & 10, *eod.*
16 Ut uxor, vide *tit.* 9, s. *eod.*
17 Ut ſervus, vide §. 24. *Inſt. de legat.*

pti heredes, ſub conditione legari poteſt: ſed requiritur, ut quo tempore dies legati cedit, in poteſtate heredis non ſit. §. 24. Ei cujus in poteſtate, manu, mancipiove eſt heres ſcriptus, legari non [1] poteſt. §. 25. Sicut ſingulæ [2] res legari poſſunt, ita univerſarum quoque ſumma legari poteſt: ut puta, *Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito dividito*: quo caſu dimidia pars bonorum legata videtur. Poteſt autem & alia pars, velut tertia vel quarta legari: quæ ſpecies Partitio appellatur. §. 26. Uſusfructus [3] jure civili legari poteſt earũ rerum, quarum ſalva [4] ſubſtantia utendi fruendi poteſt eſſe facultas, & tam ſingularum rerum, quam plurium, id eſt, partis [5]. §. 27. Senatuſconſulto [6] cautum eſt, ut etiamſi earum rerum, quæ in abuſu continentur, ut puta vini, olei, tritici, uſusfructus legatus ſit, legatario res tradantur cautionibus [7] interpoſitis, de reſtituendis eis, cum uſusfructus ad legatarium pertinere deſierit. §. 28. Civitatibus omnibus, quæ ſub imperio Prætoriani [8] ſunt, legari [9] poteſt: idque à Divo Nerva introductum, poſtea à Senatu, autore Adriano [10], diligentius conſtitutum eſt. §. 29. Legatum quod datum eſt, adimi [11] poteſt, vel eodem teſtamento, vel co-

1 *tit. 25, §. 12, j. ead.* aut id mutatum eſt. *l. 25, ff. de legat.* 1, aut expunganda negatio.

2 *Inſt. de ſingul. reb. per fideicom. relictis.*

3 Vid. *ff. de uſu & uſufr. legato. §. 1, Inſtit. de uſufr. l. 3, ff. de uſufructu.*

4 *Inſt. de uſufructu. l. 1, ff. de uſu. fructu.*

5 *l. 43. ff. de uſufructu & quemad.*

6 Vid. *l. 1, ff. de uſu & uſufructu leg.*

7 *d. l. 1, in fin.*

8 Populi Romani. ut in *l. 26, ff. ad Treb.*

9 An heredibus relinqui? vid. *tit. 22, §. 5. s. eod.*

10 Quidam èmendant Marco, ex *lege 20, ff. de reb. dubiis.*

11 *Inſtitut. de ademp. legator. ff. de adimen. legat.*

Inſt. de

vel codicillis [1] teſtamento confirmatis: dum tamen eodem [2] modo adimatur, quo modo datum eſt. §. 30. Ad heredem legatarii legata non aliter tranſeunt, niſi [3] ſi jam die legatorum cedente, legatarius deceſſerit. §. 31. Legatorum [4] quæ pure vel in diem certum relicta ſunt, dies cedit antiquo quidem jure, ex mortis teſtatoris tempore: per legem autem Papiam Popeam, ex apertis [5] tabulis teſtamenti: eorum vero quę ſub conditione relictá ſunt, cum conditio extiterit; §. 32. Lex Falcidia jubet, non plus quam dodrantem [6] totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans [7] integer apud heredem remaneat. §. 33. Legatorum perperam ſolutorum repetitio non [8] eſt.

TIT. XXV.

DE FIDEICOMMISSIS. [9]

§. 1. Fideicommiſſum eſt, quod non civilibus [10] verbis, ſed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis. §. 2. verba fideicommiſſorum in uſu fere ſunt hæc [11], *Fideicommitto, peto, volo dari*, & ſimilia. §. 3. Etiam nutu [12] relinquere fidei-

1 *Inſt. de adempt. legat. in pr. l. pen. §. 1. ff. de adimend.*
2 *Inſt. d. loco.*
3 *tit. 1, ff. quando dies legator.*
4 Hodie jus vetus ſequimur *l. ult. ff. de regul. Catoniana.*
5 *l. 42, ff. de hered. inſt. l. 31, 104, ff. de condit. & demonſt. l. ult. ff. de mortis cauſa.*
6 Vid. *l. 1, ff. ad l. Falcid.*
7. *d. l. 1,*
8 *l. 2, l. 3, ff. de cond. indeb.* Sed aut hæc negatio abundat, aut hic agitur de legato damnationis. *§. ult. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract.* aut certis perſonis ſoluto. *§. 25, in fin. Inſtit. de legat.*
9 *6, C. 42, 2, Cajus 7, & Paul. 4, ſent. 2, Inſt. 24, de ſingul. reb.*
10 *l. 7, in prin. ff. de vulgari.*
11 *Paul. 4, ſent. 1, §. 6, & §. ult. Inſtit. de ſingulis reb.*
12 *l. 21, ff. de legat. 3, 22, C. de fideicom.*

fideicommiſſum in uſu receptum eſt. §. 4. Fideicommiſſum relinquere poſſunt, qui teſtamentum facere poſſunt, licet non fecerint. Nam inteſtatus [1] quis moriturus, fideicommiſſum relinquere poteſt. §. 5. Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, quæ [2] etiam per damnationem legari poſſunt. §. 6. Fideicommiſſa dari poſſunt his, quibus legari poteſt. §. 7. Latini Juniani [3] fideicommiſſum capere poſſunt, licet legatum capere non poſſint. §. 8. Fideicommiſſum & ante [4] heredis inſtitutionem, & poſt mortem heredis, & codicillis, etiam [5] non confirmatis teſtamento, dari poteſt licet legari non poſſit. §. 9. Item Græce [6] fideicommiſſum ſcriptum valet, licet legatum Græce ſcriptum non valeat. §. 10. Filio qui in poteſtate eſt, ſervove heredibus inſtitutis, ſeu ſi his legatum ſit, patris vel domini fideicommitti poteſt, quamvis ab eo legari non [7] poſſit. §. 11. Qui teſtamento heres inſtitutus eſt, codicillis etiam non confirmatis, rogari poteſt, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii reſtituat, quam vis ex directo heres inſtitui ne quidem confirmatis codicillis poſſit. §. 12. Fideicommiſſa non per formulam [8] petuntur, ut legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem Conſulum, aut Prætoris, qui fideicommiſſarius [9] vocatur: in provinciis vero, Præſidum [10] provinciarum,

1 *Paul. 4, ſent. 1, §. 4,* dixi *d. §. 10, Inſt. de fideic. hered.*

2 *24, §. 8, 5, s. eodem.*

3 Vid. *tit. 3, s. eod.*

4 Quod olim non fuit in legato *tit. 24, §. 15, s. eod.*

5 *2, Cajus. 7, §. 9, Paul. 4, ſent. 1, §. 10.*

6 *l. 11, ff. de legat. 3.*

7 *tit. 24. §. 24.*

8 Id eſt, actionem, vid. *tit. 19.* §. *16, s. eod.*

9 adde *l. 2, §. 32, ff. de orig. jur. l. 78, §. 6, ff. de leg. 3, l. 92, ff. de cond & dem. l. 4, in fin. ff. qui ad libert. . 2, C. qui potior.*

10 Vid. *l. 5, in fin. C. de rebus cred.*

1 tit.

rum. §. 13. Pœnæ[1] cauſſa certæ vel incertæ[2] perſonæ ne quidem fideicommiſſa dari poſſunt. §. 14. Is qui rogatus eſt alii reſtituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus (puta) quam dodrantem, reſtituere rogatus eſt, ex Trebelliano[3] ſenatuſconſulto reſtituit, ut ei & in eum dentur actiones, cui reſtituta eſt hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem reſtituere rogatus ſit, lex Pegaſiano ſenatuſconſulto reſtituit, vel[4] deducta parte quarta, ipſe qui ſcriptus eſt heres, hereditatem reſtituat, & in ipſum actiones conſerventur, is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. §. 15. Ex Pegaſiano ſenatuſconſulto reſtituta hereditate, commoda & incommoda hereditatis communicantur[5]. Inter heredem, & eum cui reliquæ partes reſtitutæ ſunt interpoſitis ſtipulationibus ad exemplum partis[6] & pro parte ſtipulationum. Partis autem & pro parte ſtipulationes proprie dicuntur, quæ delucro & damno communicando ſolent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id eſt, cum quo partitus eſt heres. §. 16. Si heres damnoſam[7] hereditatem dicat, cogetur à Prętore adire & reſtituere totam, ita ut ei & in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atque ſi ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta fuiſſet: idque ut ita fiat, Pegaſiano ſenatuſconſulto cautum

1 *tit. 24, §. 17, s. eod.*
2 *tit. 24, §. 18, s. eod.*
3 Vid. *Inſt. de fideic. her. & ad SC. Treb.*
4 Legendum eſt. *ut.*
5 Communicantur, inter, &c.
6 §. 6, *Inſt. de fideicom. her.*
7 Vel ſuſpectam. *d.* §. 6, *verſ. ſed ſi recuſatus*

tum[1] eſt. §. 17. Siquis in fraudem tacitam[2] fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommiſſum reſtituat, nec quadrantem eum deducere Senatus[3] cenſuit: nec caducum vindicare ex eo teſtamento, ſi[4] liberos habeat. §. 18. Libertas[5] dari poteſt per fideicommiſſum.

TIT. XXVI.

DE LEGITIMIS HEREDIBUS[6].

§. 1. INteſtatorum ingenuorum hereditates pertinent, primum[7] ad ſuos heredes, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, cæteroſque qui in liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos adgnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus, per mares deſcendentes, ejuſdem familiæ: id enim cautum eſt lege XII. Tabularum: *Ac ſi inteſtatus[8] moritur, cui ſuus[9] extabit[10] heres, nec adgnatus proximus familiam[11] habeto.* §. 2. Si defunctus[12] ſit filius ex[13] altero filio mortuo, jam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capita dividatur, ſed ut[14] in ſtirpes, id eſt, ut filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes quotquot ſunt alteram dimi-

1 *d. verſ. ſed ſi.*

2 *l. 103. ff. de leg. 1.*

3 Senatuſconſultum Plancianum intelliget, de quo vid. *l. 59, in fin. ff. ad l. Falc.*

4 Si ex liberis exiſtat.

5 § *2 Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ.*

6 *3. Inſt. 1.*

7 § *1, Inſt. de hereditatibus ab inteſtato:*

8 *l. 9. §. 2, ff. de liber. & poſth.*

9 *l. 7, ff. de bonu damnatorum.*

10 Nec extabit heres adgnatus.

11 *l. 195, in fin. ff. de verb. ſign,*

12 Legendum eſt, *defuncti.*

13 *Et ex altero.*

14 *§. ult. in fin. Inſt. de hered. ab inteſt.*

dimidiam. Æquum eſt enim nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum ſi viveret, habiturus eſſet. §. 3. Quamdiu ſuus heres ſperatur [1] heres fieri poſſe, tamdiu [2] locus agnatis non eſt: velut ſi uxor defuncti prægnans ſit; aut filius apud hoſtes ſit. §. 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in [3] capita, veluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo [4] pluresve liberi: quotquot ſunt ab utraque parte perſonæ, tot fiunt portiones, ut ſinguli ſingulas capiant. §. 5. Si plures eodem gradu ſunt agnati, & quidam eorum hereditatem ad ſe pertinere noluerint, vel antequam adierint, deceſſerint: eorum pars adcreſcit [5] his qui adierint. Quod ſi nemo eorum adierit, ad inſequentem gradum ex lege hereditas non tranſmittitur: quoniam in legitimis [6] hereditatibus ſucceſſio non [7] eſt. §. 6. Ad fœminas ultra [8] conſanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque ſoror fratri ſororive legitima heres fit. §. 6. Ad liberos matris inteſtatæ hereditas ex lege XII. Tabularum non [9] pertinebat: quia fœminæ ſuos heredes non habent. Sed poſtea Imperatorum Antonini [10] & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum eſt, ut ſive in manu [11] conventione, matrum legitimæ

1 *lege 3, ff. ſi pars hered: lege 30, §. 1, ff. de adquir. hered. l. 5. in fin. ff. unde legitimi.*

2 *l. 26, ff. de ſtatu.*

3 *Novell. 118. c. 3, in fin.*

4 *d. c. 3,* adde §. *4, Inſtit. de legit. adgna. 2, Cajus 8, c. 3,*

5 §. *ult. Inſtit. de Senatuſconſulto Orphitiano. l. 9, ff. de ſuis: Paulum 4, ſent. 8, §. ult.*

6 Secus in hereditariis *l, 2. C. de Succeſſorio edicto.*

7 hodie in ſuis eſt. § 7. *Inſt. de legit. adgnat. ſucceſſ.*

8 Id jure civili & lege Voconiæ inſtitutum. *Paul. 4, ſent. 8,* §. *3,* De lege Voconia, vide *Cujac. ad tit. Inſtit. de lege Falcid.*

9 *Inſtit. de Senatuſconſulto Tertull. & in pr. de Senatuſconſulto, Orphitiano.*

10 *l. 9, ff. ad Tertull.*

11 *tit. 9, 3. eodem.*

gitimę hereditates ad filios pertineant, excluſis conſanguineis, & reliquis adgnatis. §. 8. inteſtati filii hereditates ad matrem ex lege duodecim Tabularum [1] non pertinet: ſed ſi jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Senatuſconſulto Tertulliano [2] ſi tamen ei filio neque ſuus heres ſit, quive [3] inter ſuos heredes ad bonorum poſſeſſionem à Prætore vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorumve poſſeſſio cum re pertinet, neque frater conſanguineus. Quod ſi ſoror conſanguinea ſit, ad utraſque [4] pertinere jubetur hereditas.

TIT. XXVII.

DE LIBERTORUM [5] SUCCESSIONIBUS VEL BONIS.

§. 1. Libertorum inteſtatorum hereditas primum ad ſuos [6] heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti ſunt, velut patronum, patronam, liberoſve patroni. §. 2. Si ſit patronus, & alterius patroni filius, ad ſolum patronum hereditas pertinet. §. 3. Item patroni filius patroni nepotibus [7] obſtat. §. 4. Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, ut in capita [8], non in ſtirpes dividatur. §. 5. Legitimæ hereditatis jus, quod ex lege duodecim Tabularum deſcendit, capitis minutione amittitur.

TIT.

1 *Inſt. de Senatuſconſulto Tert. in pr.*
2 *§. 2. Inſt. de Senatuſc. Tertull.*
3 *Ut emancipatus.*
4 *l. 2, C. Th. de ſecund. nupt.*
5 *3, Inſtit. 8,*
6 *Inſt. de ſucceſ. libert. in pr.*
7 *l. 23, §. 1, ff. de bon libert. in pr.*
8 *l. 23, in fin. ff. de bon. libert.*

1 3. *Inſt.*

TIT. XXVIII.

DE POSSESSIONIBUS [1] DANDIS.

§. 1. BOnorum poſſeſſio datur aut contra [2] tabulas teſtamenti, aut adverſus [3] tabulas inteſtati. §. 2. Contra [4] tabulas bonorum poſſeſſio datur liberis emancipatis [5], teſtamento præteritis, licet legitima ad eos non pertineat hereditas. §. 3. Bonorum poſſeſſio contra tabulas liberis tam [6] naturalibus, quam adoptivis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiva familia ſunt. Adoptivis autem, his tantum, qui in poteſtate manſerunt. §. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum poſſeſſio, ſi parati cavere [7] patribus [8] ſuis qui in poteſtate manſerunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, ſe collaturos. §. 5. Secundum [9] tabulas bonorum poſſeſſio datur ſcriptis heredibus, ſcilicet ſi eorum quibus contra tabulas competit, nemo ſit, aut petere nolit. §. 6. Etiamſi jure civili non valeat teſtamentum, forte quod familię mancipatio vel nuncupatio defuit, ſi ſignatum teſtamentum ſit, non [10] minus quam ſeptem teſtium civium Romanorum ſignis, bonorum poſſeſſio datur. §. 7. Inteſtati datur bonorum poſſeſſio per ſeptem gradus. Primo gra-

1 *3. Inſt. 10. 37. ff. 1.*
2 *§. 2, j. eod.*
3 *§. 5, j. eod* Id eſt ſecundum. vide *20, §. 14, s. eoe.*
4 §. *3, Inſtit. de bonor. poſſeſſ. & 37. ff. 4. & 6. C. 12.*
5 Imo & ſuis, ſive ſint naturales, ſive legitimi, ſive poſthumi. *§. 3, j.*
6 *l. 1. ff. de bonor. poſſ. contra tabul.*
7 *l. 1, §. 9, ff. de collat.*
8 Fratribus.
9 *tit C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabulas 6, C. 11, ff. ſi tabu a teſtamenti extabunt:* adde *§ 3, verſ. ſecunda Inſt. de bonor. poſſeſſ. & 6, C. 12, de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas.*
10 *tit. 23, §. 6, s. eod. l. 2, C, de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.*

actionibus opus eſt: in quibus heredes eſſe finguntur. §. 13. Bonorum poſſeſſio aut cum re datur, aut ſine re. Cum re, ſi is qui accepit, cum effectu bona retineat: ſine re, quum alius jure civili evincere hereditatem poſſit: veluti ſi ſuus heres inteſtato ſit [1]. Bonorum poſſeſſio ſine re eſt, quum ſuus heres evincere hereditatem jure legitimo poſſit.

TIT. XXIX.

DE BONIS [2] LIBERTORUM.

§. 1. Civis [3] Romani liberti hereditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, ſi inteſtato ſine ſuo herede libertus deceſſerit. Ideoque ſive teſtamento facto decedat, licet ſuus heres ei non ſit, ſeu inteſtato, & ſuus heres ei ſit, quamvis non naturalis, ſed uxor puta quæ in manu fuit, vel adoptivus filius: lex patrono nihil præſtat. Sed ex edicto Prætoris ſi teſtamento facto libertus moriatur, aut [4] ut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas teſtamenti, partis dimidiæ bonorum poſſeſſio illi datur, niſi libertus aliquem naturalibus liberis ſucceſſorem ſibi relinquat, ſive inteſtato decedat, & uxorem forte in manum vel adoptivum filium relinquat, æque partis mediæ bonorum poſſeſſio contra ſuos heredes patrono datur. §. 2. In bonis libertæ

1 Sit, bonorum.
2 Vid. 3. *Inſt.* 8.
3 In Latino ſecus §. 4, *Inſt. de ſucceſſ. libertor.*
4 Et aut nihil

bertæ patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque ſi inteſtata moriatur liberta, ſemper ad eum hereditas pertinet. §. 3. Licet [1] liberi ſint libertæ, quoniam non ſunt ſui heredes matri, obſtat [2] patrono lex Papia Popea. Poſtea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit, & cum intulerit, jam poſſe eas ſine auctoritate patronorum teſtari, proſpexit ut pro numero liberorum libertæ ſuperſtitum virilis pars patrono debeatur. §. 4. Liberi patroni virilis ſexus, eadem jura in bonis libertorum parentum ſuorum habent, quæ & ipſe patronus. Fœminæ vero, ex lege quidem XII. Tabularum perinde jus habent, atque maſculi patronorum liberi. §. 5. Contra tabulas autem teſtamenti liberti, aut ab inteſtato contra ſuos heredes non naturalis [3] bonorum poſſeſſio eis non competit. Sed ſi jus trium liberorum habuerit, etiam hæc jura ex lege Papia Popea nanciſcuntur. §. 6. Patronę ex bonis libertorum illud jus tantum habent, quod lex XII. Tabularum introduxit. Sed poſtea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ [4] libertinæ tribus, id juris dedit quod patronis habet ex edicto. §. 7. Item liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit, quod ipſi patrono [5] tribuit.

1 Nam licet.
2 Nec obſtat.
3 Naturales.
4 Oneratæ §. 3, *Inſtit. de Senatuſconſulto Tertul.*
5 Patronæ.

FINIS.

IULII

JULII PAULI
RECEPTARUM
SENTENTIARUM
AD
FILIUM,
LIBRI V.

Cum notis ſelectis

JACOBI CUJACII J. C.

TITULUS PRIMUS

DE PACTIS ET CONVENTIONIBUS. [1]

§. 1. DE his rebus paciſci poſſumus, de quibus tranſigere [2] licet. Ex his enim pacti obligatio [3] ſolummodo naſcitur. §. 2. Omne pactum poſteriore pacto diſſolvitur [4], licet pariat exceptionem. §. 3. Pacto convento Aquiliana ſtipulatio ſubjici ſolet, ſed conſultius eſt huic pœnam quoque ſubjungere : quia reſciſſo quoquo modo pacto, pœna ex ſtipulatu repeti poteſt. §. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores paciſci [6] poſſumus. §. 3. De rebus litigioſis & convenire & tranſigere poſſumus. Poſt rem judicatam pactum, niſi donationis cauſa interponatur [7], ſervari non oportet.

TIT. II.

DE COGNITORIBUS. [8]

§. 1. OMnes infames, qui poſtulare prohibentur, cognitores fieri non poſſunt, etiam volen-

1 In quibuſdam legitur, *De pactis & conventis*. vid. Cujac. *Obſerv. l. 2, c. 15*, Dicimus etiam pacta & condicta, pactum & condictionem. item pactum & conſenſum. *l. 2, C. quand. lic. ab emp diſc.*

2 Eſt ſenſus, ut qua de re licet tranſigere, liceat & paciſci & contra. *l. 18, C. de tranſact. l. 10, C. ac l. Iul. de adult.* ſcil. de re litigioſa: nam rei non litigioſæ pacti quidem verbum convenit, tranſactionis non item.

3 Naturalis videlicet, quæ exceptionem parit.

4 Non ipſo jure, ſed per replicationem *l. 27, §. 2, ff. de pactis.*

5 Sic enim actio tollitur. *l. 3, l. 4, l. 15, C. de tranſact.* Conſultius eſt etiam addere pœnalem ſtipulationem. *l. 40, l. 41, C. de jure tranſact. l. 16, ff. eod. l. 15, ff. eod.*

6 *l. 6, C. de pact. l. 7, §. ait prætor. ff. de pactis. l. 52, §. 2, ff. de pact. l. 95, §. 4, ff. de ſolut.*

7 Decidendi cauſa non poſſumus, niſi ſi lis adhuc ſubeſſe poteſt. *l. 23. ff. de condict. indeb. l. 32, C. de tranſact.*

8 Procurator aget abſente, Cognitor præſente litigatore. *l. ſi lite. C. Theod.*

volentibus [1] adverſariis. §. 2. Fœminæ in rem ſuam cognitoriam operam ſuſcipere non prohibentur [2]. §. 3. In rem ſuam cognitor, procuratorve illi fieri poteſt, qui pro omnibus poſtulat. §. 4. Actio judicati non ſolum in dominum, aut domino, ſed etiam heredi, & in heredem datur [3].

Tit. III.

DE PROCURATORIBUS.

§. 1. Mandari poteſt procuratio præſentibus, & nudis verbis [4] & per literas, & per nuntium, & apud acta præſidis & magiſtratus. §. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res adminiſtrandas datur [5].

Tit. IV.

DE NEGOTIIS GESTIS.

§. 1. Qui negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam [6] rebus ejus, pro quo

Theod. de cogn. & procur. maxime in cauſa ſtatus, pro defenſore ejus, qui patitur controverſiam, an ſit ex civibus. Aſconius *in 3, Ver.* Juſtiniani tempore ſublati ſunt cognitores ideoque ab his locis, quos ex juris auctoribus ſumpſit, cognitoris nomen ſemper exemit, ut conjicere licet ex *l. 38. §. 8, ff. de pen.* collata cum ſententia Pauli *lib. 5, tit. 25.*

1 *l. 7, ff. de poſt. l. 8, §. 2, ff. de procur.*

2 Pro certis perſonis nec poſtulare, nec cognitores fieri poſſunt, ac ne pro parentibus quidem ſine decreto. *l. 41. ff de procur.*

3 In procuratore, & defenſore idem juris eſt. *l. 25, in fin. ff. de procurat.* quaſi defenſor, non verus defenſor eſt. *l. 40, § ſed & ſi. l. 61, ff. eod.* proinde in eo huic ſententię locus non eſt.

4 Non ſolennibus. *§. 1, de his per quos ag. poſſ.*

5 *l. 1, §. 1, ff. de pocur.*

6 *l. 20, C. de neg. geſſ. l. 24, C de uſur.* Interdum dolum duntaxat. *l. 8, §. interdum ff. de neg. geſt.* Interdum etiam cauſam *l. 11, ff. eod.*

1 Quod

quo intervenit, præſtare debet. §. 2. Tutor poſt finitam tutelam ſi in adminiſtratione duret, actione negotiorum geſtorum pupillo, vel curatori ejus tenebitur [1]. §. 3. Si pecuniæ quis negotium gerat, uſuras quoque totius temporis [2] præſtare cogitur, & periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoſcere, ſi litis tempore ſolvendo non ſint. Hoc enim in bonæ fidei judiciis ſervari convenit. §. 4. Mater, quæ filiorum ſuorum rebus intervenit, actione negotiorum geſtorum [3], & ipſis; & eorum tutoribus tenebitur. §. 5. Filius familias aut ſervus, ſi negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur [4]. §. 6. Si pater vel dominus filiofamilias, vel ſervo aliena negotia agenda commiſerit, in ſolidum tenebitur. §. 7. Pater ſi emancipati filii res ſine ulla exceptione [5] à ſe donatas adminiſtraverit, filio actione negotiorum geſtorum tenebitur. §. 8. Qui cum tutor, curatorve res pupilli, adultive adminiſtraverit, actione negotiorum geſtorum [6] pro tutore, curatoreve tenebitur.

TIT. V.

DE CALUMNIATORIBUS.

§. 1. CAlumnioſus eſt, qui ſciens, prudenſque per fraudem negotium alicui comparat. §. 2. Et

1 Quod ita procedit, ſi poſterior actus tutelæ officio connexus non ſit: alioquin tutelæ actio ſufficit: Item ſi poſt pubertatem nullo tempore adminiſtationem intermiſerit: alioque in utraque actio neceſſaria eſt. *l. 13. & 14, ff. de tutel. & rat. diſtr.*

2 *l. 24, C. de uſur.* ait, *totius temporis*, quod à Triboniano prætermiſſum eſt in *l. 37, ſ. 1, ff. neg. geſt.*

3 *l. 24, C. de uſur. l. 32, ſ. ult. ff. de negot geſt.*

4 *l. 14, ff. de neg. geſt.*

5 Id eſt, pure & præciſe, quod à Triboniano Prætermiſſum eſt in *l. 37. ſ. ultim, ff. de negot, geſt.*

6 Actione pro tutela, diverſa eſt ab actione negot. geſtorum. *l. 1, ſ. ſi quis quaſ. ff. de eo qui pro tut. l. pe- & ult.*

§. 2. Et in privatis, & in publicis judiciis omnes calumnioſi extra ordinem [1], pro qualitate admiſſi, plectuntur.

TIT. VI.
DE REIS INSTITUTIS [2].

§. 1. De his criminibus, quibus abſolutus eſt, ab eo qui accuſavit, refricari accuſatio non poteſt[3]. §. 2. Filius accuſatoris, ſi hoc crimen, quod pater intendit, poſt liberatum reum perſequi velit, ab accuſatione removendus eſt [4]. §. 3. Crimen, in quo alius deſtitit, vel victus receſſit, alius objicere non prohibetur.

TIT. VII.
DE INTEGRI RESTITUTIONE.

§. 1. Integri reſtitutio eſt redintegrandę rei, vel cauſæ actio [5]. §. 2. Integri reſtitutionem prætor tribuit ex his cauſis, quæ per metum, & ſtatus permutationem [6], & juſtum errorem [7], & abſentiam neceſſariam, & infirmitatem ætatis geſta eſſe dicuntur. §. 3. Integri reſtitutio plus quam ſemel

ult. ff. de tur. & rat. diſtr. eam tamen imitatur. *l. 4, ff. qui dar. tut. vel cur. poſſ.*

1 *l. 3, ff. ad S. C. Turp.* Ubi ſic legitur, *& in privatis & in extraordinariis cirminibus* & ita exiſtimo Paulum ſcripſiſſe. Nam in publicis judiciis calumnia jure ordinario vindicatur. *l. 1, ſ. 1, ff. ad S. C. Turp. l. 13, ff. de teſtibus.* Hodie tamen omnia cirmina extra ordinem puniuntur. *l. 8, ff. de pub. jud. l. 7; ſ. ult. ff. ad leg. Iul. rep. l. ultim. ff. ad l. Fab.*

2 *De reis deſtitutis*, legendum putaverim, id eſt, ab accuſatore deſertis. Sic deſtituta res in *l. 4, C. ad S. C. Turp.*

3 *l. 7, ſ. iiſdem ff. de accuſ. l. 1, C. Theod. de calum.*

4 *l. 7, ſ. iiſdem. ff. de accuſat. l. 3, ff. de pravar. l. 4, ſ ult. ff. ad leg. Iul. de adult.*

5 *l. 2, C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.*

6 *l. 2, ff. de in integrum reſtit.* videlicet, ſi minima fuerit capitis minutio *l. 2, ff. eodem.*

7 Exemplum eſt in *ſ. 33. de actionibus.*

Præſen-

ſemel non eſt decernenda, ideoque cauſa cognita [1] decernitur. §. 4. Integri reſtitutio aut in rem competit, aut in perſonam [2]. In rem actio competit, ut res ipſa, qua de agitur, revocetur. In perſonam aut quadrupli pœna intra annum, vel ſimpli poſt annum peti poteſt. §. 5. Si aliquis ut ſe de vi latronum, vel hoſtium, vel populi liberaret, aliquid mancipavit, vel promiſit, ad metum non pertinet [3]: mercedem enim depulſi metus tribuit. §. 6. Servus per metum mancipatus, quidquid adquiſierit [4], vel ſtipulatus ſit ei adquirit, qui vim paſſus eſt. §. 7. Vis eſt major rei impetus [5], qui repelli non poteſt. §. 8. Qui quem domo incluſit, ut ſibi rem manciparet, extorſiſſe mancipationem videtur [6]. §. 9. Qui quem ferro vinxit, ut ſibi aliquid traderet, vel venderet, vim intuliſſe videtur. §. 10. Qui in carcerem quem detruſit [7], ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt.

TIT. VIII.
DE DOLO MALO.

§. 1. Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur [8]. §. 2. Si qui dolum aut metum adhibuit, res ad alium tranſiret; uterque de vi &

1 Præſente adverſario. *l. 3, ff. de in integr. reſt. l. 6, C. de in integ. reſtit. l. ult. C. ſi ſæp. in int. reſt. poſt.*

2 *l. 9, §. volenti. §. licet tamen. l. 21. §. ult. ff. quod. met. cau. geſt. er. l. 3. C. eod. tit. l. 23, §. interdum. ff. de minor.*

3 *l. 9, §. ſed licet. ff. quod met. cauſ. geſt. erit.*

4 Id hac actione portus veniunt, fœtus, fructus, omnis cauſa. *l. 12, ff. quod met. cau. geſt. erit.*

5 Malim, *Majoris rei impetus*, ut in *l. 2. ff. quod met. caut. geſt. er.*

6 *l. 5, ff. de vi publ. l. ultim. §. ſi fœnerator. ff. quod. met. cau. geſt. erit.*

7 *l. 5, ff. de vi publ. l. pen. ff. quod met. cau. geſt. erit.*

8 *l. 1, ff. de dol. mal.*

vi & dolo actione tenetur [1].

TIT. IX.
DE MINORIBUS XXV. ANNORUM.

§. 1. Minor xxv. annorum, ſi alioquod flagitium admiſerit, quod ad publicam coërcitionem ſpectet ob hoc in integrum reſtitui non poteſt [2]. §. 2. Qui minori mandavit, ut negotia ſua agat, ex ejus perſona in integrum reſtitui non poteſt [3], niſi minor ſua ſponte negotiis ejus intervenerit. §. 3. Si major effectus res, quas minor egit, facto [4], vel ſilentio [5] comprobavit, adverſus hoc quoque in integrum reſtitui fruſtra deſiderat. §. 4. Si minor minori heres exiſtat, heres ex ſua perſona [6], non ex defuncti, in integrum reſtitui poteſt. §. 5. Minor ſe in his, quæ fidejuſſit, vel fidei promiſit, vel ſpopondit, vel mandavit in integrum reſtituendo, rem principalem non liberat [7]. §. 6. Qui ſciens [8], prudenſque ſe pro minore obligavit, ſi id conſulto conſilio fecit, licet minori ſuccurratur, ipſi tamen non ſuccurretur. §. 7. Minor adverſus emptorem in integrum reſtitutus, pretio reſtituto, fundum recipere poteſt. Fru-

Ctus

1 Dominus in quantum ad eum pervenit, procurator in ſolidum *l. 15, §. pen. ff. de dol. l. 14, §. Pedius. ff. quod met. cau. geſt. erit.*

2 *l. 37, §. in delictis. ff. de minor.* In aliis non omnimodo denegatur. *l. 1, C. ſi adv. delict. l. 9. §. 2, ff. de minor.*

3 *l. 4, & l. 23, ff. de minor. l. 24, ff. eod. tit.* cujus initium eſt ex *lib. 1, ſentent.* reliqua ſunt ex Pauli *lib.* XI. *ad edictum.*

4 *l. 3. §. 1, ff. de minor.*

5 Silentium exigimus quatuor annorum: vel ſi quid alienatum obligatumve ſit ſine decreto, quinque: vel ſi quid donatum ſit, decem inter præſentes, & xx. inter abſentes Accurſ. *d §. 1,*

6 *l. 19, ff. de minor. l. 5, §. 1, C. de temp. in integ. reſtit.*

7 *l. 48, ff. de minor.*

8 *l. 16, ff. de minor. l. 7, § ult. ff. de excep.* Aliud dicendum eſt, ſi ignorans enim minorem eſſe fidejuſſerit, *arg. l. 48, ff. de fidejuſſ.* Item ſi dolo creditoris minor deceptus fuerit. *l. 2. C. de fidejuſ. minor.*

1 Si

ctus enim in compenſationem uſurarum penes emptorem remanere placuit [1]. §. 8. Minor adverſus diſtractiones eorum pignorum, & fiduciarum, quas pater obligaverat, non ita ut oportuit à creditore diſtractæ ſint [2], reſtitui in integrum poteſt.

TIT. X.

DE PLUS PETENDO.

Cauſa cadimus aut loco, aut ſumma, aut tempore, aut qualitate. Loco, ſi alibi: ſumma, ſi plus [3], quam damus, petimus: tempore, petendo ante tempus: qualitate, ejuſdem ſpeciei rem meliorem poſtulantes.

TIT. XI.

DE SATISDANDO.

§. 1. QUotiens hereditas petitur, ſatiſdatio jure deſideratur: & ſi ſatiſdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor ſatiſdare noluerit, penes poſſeſſio remanet [4]. In pari enim cauſa potior eſt poſſeſſor. §. 2. Uſufructuarius utendo uſufructu ſatiſdare debet, perinde ſe uſurum, ac ſi ipſe paterfamilias uteretur [5].

TIT.

1 Si fundum repetat cum fructibus, neceſſe eſt pretium ab eo reddi cum uſuris, ex quibus locupletior eſt, omiſſa compenſatione. *l.* 24, §. 4, . 27, *§. prædium. §. item ex adverſo. l.* 47, *in fin. ff. de l. minor.* 32, §. 4, *ff. de adminiſt. tut.*

2 Neque adverſatur *l.* 1. *C. adv. vend. pign.* vid. *l.* 1, *C. ſi adv. vend. pign.*

3 §. 33, *verſ. plus. & verſ. huic autem. de actio.*

4 *l.* 6, §. *ff. de Carb. edict. l.* 14, *eod. tit.* hæc eſt, quæ ſolida cautio dicitur in *l.* 5, *ff. de hered. petit.* de qua & in *l.* 15, § *ult. ff. de quaſtionib.*

5 *l.* 1, *ff. uſufruct. quem. cau. l.* 4, *C. de uſufr. l.* 13, §. 1, *ff. de uſufr.*

TIT. XII.
DE JUDICIIS OMNIBUS.

§. 1. HI qui falſa reſcriptione uſi fuerint, lege Cornelia de falſis puniuntur [1]. §. 2. Ex his; qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus eſt [2]. §. 3. Qui falſum neſciens allegavit, falſi pœna non tenetur [3]. §. 4. In capur domini, patronive, nec ſervus, nec libertus interrogari poteſt [4]. §. 5. Prægnantes neque torqueri neque damnari, niſi poſt editum partum poſſunt [5]. §. 6. Qui reſcriptum à principe falſa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur [6]. §. 7. Qui de ſe confeſſus eſt, in alium torqueri non poteſt, ne alienam ſalutem in dubium deducat, qui de ſua deſperavit [7].

TIT. XIII.
DE JUDICATO.

§. 1. QUi exhibiturum ſe aliquam judicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur [8]. §. 2. Filiusfam. juſſu patris manumittere poteſt [9], matris non poteſt [10]. §. 3. Is, qui album raſerit, corrupuerit, ſuſtulerit

1 *l. 4, C. ad l. Corn. de fal.*

2 *l. 6, ff. ad leg. Iul. de adult. ex his*, id eſt, præter eos de quibus ſupra dictum eſt. Sed malim legere, *Is qui.*

3 *l. 20, C. ad leg. Cornel. de falſ.*

4 *l. 12, l. 8. C. de teſtibus.*

5 *l. 18, ff. de ſtat. hom. l. 3, ff. de pœn.* Quint. *in declam. 277.* Ælianus *lib. 5. var. histor. lib. de ſera num. vind.* Diodorus *2, cap. 3,*

6 *l. 4, C. ſi con. jus vel util. pub.*

7 *l. 16, ff. de quæſt.*

8 *l. 4, 7. qui ſatiſd. cog.* fit hæc cautio apud officium vel apud acta. *17. ff. de in jus voc.*

9 *l. 22, ff. de manumiſſ.*

10 Hæc perſonarum differentia tollitur à Juſtiniano in *l. 1, §. ult. com. de manum.*

I V

rit, mutaverit, quidve aliud propoſitum edicendi cauſa turbaverit, extra ordinem [6] punietur. §. 4. Si id, quod emptum eſt, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi poteſt, ut tradat, aut mancipat [2]. §. 5. Deteriorem ſervum facit, qui fugam ſuaſerit, qui furtum, & qui mores [3] corpuſve corruperit. §. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ [4] tenetur. §. 7. In petitione hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea, quæ poſt mortem, ante aditam hereditatem [5] ex ea adquiſita ſunt. §. 8. Poſſeſſor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit [6], cum uſuris præſtare cogendus eſt. §. 9. Rerum ex hereditate alienatarum æſtimatio in arbitrio petitoris [7] conſiſtit. §. 10. Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat conteſtatus, ad heredem non tranſmittitur [8].

TIT. XIV.

DE VIA PUBLICA.

QUi viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus ſolus compellitur [9].

TIT.

1 Vel jure ordinario. *l. 7. ff. de juriſdict.* vel pœna falſi. *l. pen. ff. ad leg. Corn. de fal.*

2 Duo ſunt transferendi dominii: traditio eſt juri gentium, mancipatio juris civilis.

3 *l. 1, §. ult. ff. de ſer. cor.*

4 *l. 25, ff. de injur.* Neque erit deneganda ſervi quoque corrupti actio. *l. 6. ff. ad leg. Iul. de adul.* ſi maturam, lege Aquilia non tenetur: injuriarum tenetur, ut in *tit. prox.*

5 Quæ poſt aditam hereditam, non veniunt. *l. 19, §. 1, l. 16, §. 3, l. 16, §. 2, ff. de petit. her.* acceſſiones veniunt, etiam ſi poſt aditam hereditatem acceſſerint. *l. 20, §. 11. ff. eod. tit.*

6 *l. 20. §. 11. ff. de petit. hered.* Scriptum ſic erat, *præſentia earum rerum*, emendavi, *pretia earum rerum.*

7 Quanti in litem petitor juraverit. *l. 20. §. ult. ff. de petit. hered.*

8 Idemque in petitione hereditatis de inofficioſo reſponſum eſt in *l. 6, §. ult. ff. de inoff. teſtam.*

9 *l. ult. ff. de via publ. & itin. pul. refic.*

TIT. XV.

SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT.

§. 1. SI quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depaſta[1] ſit, in dominum actio datur, ut aut damni æſtimationem ſubeat[2] aut quadrupedem dedat, quod etiam lege Peſulania[3] de cane cavetur. §. 2. Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, colligari prætor prohibet. Et ideo ſive ab ipſa ſive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admiſſi extra ordinem[4] actio in dominum, vel cuſtodem datur: maxime ſi ex eo homo perierit, vel fuerit læſus. §. 3. Ei qui irritatu ſuo feram beſtiam, vel quamcunque aliam quadrupedem in ſe proritaverit[5], eoque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in cuſtodem actio datur.

TIT. XVI.

DE FINIUM REGUNDORUM.

IN eum, qui per vim terminos dejecerit, vel amoverit, extra ordinem, animadvertitur[6].

TIT.

1 *l. 14, §. ult. ff. de præſcript. verb.* Nec enim ſufficiebat de pauperie actio, quia paſtus pecoris pauperies, aut damnum non eſt.

2 His actionibus continentur pecudes non beſtiæ. *l. 1, §. in beſtiis. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* non canes. *l. 2, ff. ad leg. Aquil.*

3 In libro Lutetiæ edito legitur *Peſo'onia. Solonia,* Plutarchus ſcribit in Solone.

4 In qua nec edicti ædilicii, nec XII. tabular. ordo ſervatur.

5 Si alius læſus ſit, Aquilia, vel in factum is qui irritavit, tenebitur, *l. 11, §. 5, ff. ad l. Aquil.*

6 *l. 1, C. de accuſat.*

TIT. XVII.
DE SERVITUTIBUS.

§. 1. VIam, iter, actum, aquæductum, qui biennio uſus non eſt, amiſiſſe videtur Nec enim ea uſucapi poſſunt, quæ non utendo amittuntur [1]. §. 2. Servitus hauriendæ, vel deducendæ aquæ biennio omiſſa intercidit [2], & biennio uſurpata recipitur.

TIT. XVIII.
DE FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.

ARbiter familiæ erciſcundæ plus, quam ſemel dari non poteſt: & ideo de his, quæ diviſa eo judicio non ſunt, communi dividundo [3] arbiter poſtulatus partietur.

TIT. XIX.
QUEMADMODUM ACTIONES PER INFICIATIONEM DUPLENTUR.

§. 1. QUædam actiones, ſi à reo inficientur, duplantur [4], velut judicati depenſi [5], legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliæ, item de modo agri, cum à venditore emptor deceptus eſt. §. 2. Ex his cauſis, quæ inficiatio-

1 Fuſius expoſuimus in *l. 4, & l. 44, de uſurp. & uſuc.*

2 Quod uti accipiendum ſit, oſtendimus in *l. 4, ff. de uſurp. & uſuc.* Pro biennio, hodie decennium habemus & vicennium.

3 *l. 20, §. 4, ff. fam. erciſc.*

4 *l. 32, §. 10, ff. ad leg. Aquil. l. 20. §. cum prædiximus. ff. de pet. hered. §. ultim. de oblig. quæ quaſ. ex cont. §. ex maleficiis. 18. de act.*

5 Forſitan legendum eſt, *judicati, depoſiti:* nam & actio depoſiti interdum inficiando creſcit. *§. ſed furti. 26, de act.*

ciatione duplantur, pacto decidi non poteſt [1].

TIT. XX.

DE FIDEJUSSORE, ET SPONSORE.

INter fidejuſſores ex edicto prætoris, ſi ſolvendo ſint, licet ſinguli in ſolidum teneantur, obligatio dividitur [2].

TIT. XXI.

DE SEPULCHRIS ET LUGENDIS.

§. 1. OB incurſum fluminis, vel metum [3], corpus jam perpetuæ ſepulturæ traditum, ſollemnibus redditis ſacrificiis, per noctem in alium locum transferri poteſt. §. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funeſtentur ſacra civitatis [4]: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. §. 4. Qui luget, abſtinere debet à conviviis, ornamentis, & albâ veſte [5]. §. 4. Quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco [6] deducitur. §. 5. Qui alienum mortuum ſepelierit, ſi in funus ejus aliqud impenderit, recipere id ab herede, vel à patre vel à domino [7] poteſt.

1 Nam aut fatetur reus, aut inficiatur: ſi fatetur, pro judicato habetur, & ideo tranſigere non poteſt: ſi inficiatur, ac poſtea decidere velit, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis pœnam ſuſtinet.

2 Quod in Pandectis ſub *titul. de fidejuſſ.* multis in locis demonſtratur. Traxit hoc quoque poſtea Juſtinianus ad reos conſtitutæ pecuniæ. *l. ult. C. de. conſtit. pec.*

3 Vel ob aliam juſtam & neceſſariam cauſam. *l. 1, C. de relig. & ſump. fun.* noctu efferri corpora Demetrio placuit, ad ſumptus minuendos. M. Tull. 2, *de leg.*

4 *l. 12, C. de relig. & ſump. fun. l. 6, C. Theod. de ſepulchr. viol.*

5 Sed uxoribus hic triſtior habitus quandoque ex S C. remittitur, in *l. 15, C. ex quib. cauſ. in fam. irrog.*

6 *l. pen. ff. de relig. & ſum. fun.*

7 *l. 14, §. ult. l. 21, l. 32, ff. de rel. & ſump. fun.*

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER II.

TITULUS PRIMUS.
DE REBUS CREDITIS ET JURE JURANDO.

§. 1. IN pecuniariis cauſis ſi alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus. Hoc enim & compendio litium, & æquitatis ratione proviſum eſt. §. 2. Deferre jusjurandum prior actor poteſt: contrarium autem de calumnia [1] jusjurandum reo competit. *§.* 3. Si reus cum jurare velit, actor illi neceſſitatem jurisjurandi remiſit [2], & hoc liquido appareat, actio in eum non datur. *§.* 4. Heredi ejus, cum quo contractum eſt, jusjurandum deferri non poteſt: quoniam contractum ignorare poteſt [3]. §. 5. Si qui debitum quocumque modo confeſſus docetur, ex ea re creditori actio non datur, ſed ad ſolutionem [4] compellitur.

TIT. II.
DE PECUNIA CONSTITUTA.

SI id, quod mihi Lucius debet, ſoluturum te conſtituas, teneris actionem pecuniæ conſtitutæ [5].

TIT.

1 *l. 34, §. qui jusjurandum. & l. ſi non fuerit. ff. de jurejur. l. delata. C. de reb. cred.*

2 *l. 6, ff. de jurejur.*

3 Jurare enim ſcientem oportet, ſciente animo ſuo *l. 34. §. 1, & § procurator. ff. de jurejur. l. 4, §. 1, ff. de in lit. jur. l. 11, §. 2, ff. rer. amot.*

4 Quod ob id ipſum confeſſoria actio appellari poterit. *l. 23, §. ult. l. 25, §. 1, ff. ad leg. Aquil. 4. ff. de confeſſ.*

5 *l. 20, ff. de conſtit. pecun.*

TIT. III.
DE CONTRACTIBUS.

STipulatio eſt verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus reſpondit, velut, SPONDES, SPONDEO, DABIS, DABO, PROMITTIS, PROMITTO, FIDEI TUAE ERIT, FIDEI MEAE ERIT[1]. Et tam pure, quam ſub condicione[2] concipi poteſt.

TIT. IV.
DE COMMODATO, ET DEPOSITO PIGNORE FIDUCIAVE.

§. 1. QUidquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impenſum eſt, à domino recipi poteſt[3]. §. 2. Si facto incendio, ruina, naufragio, aut quo alio ſimili caſu res commodata amiſſa ſit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata eſt: niſi fortè cum poſſet rem commodatam ſalvam facere[4], ſuam prætulit. §. 3. Servus vel equus ſi à latronibus, vel in bello, in aliam cauſam commodati[5] occiſi ſunt, actio commodati datur: cuſtodia enim & diligentia rei commodatæ præſtanda eſt. §. 4. Si rem æſtimatam tibi dedero, ut ea diſtracta pretium ad me deferres, eaque perierit, ſiquidem ego te rogavi, meo periculo perit: ſi tu de vendenda promiſiſti, tuo periculo[6] perit.

TIT.

1 *l. 5, ſtipulatio ff. de verb. oblig.*

2 Vel in diem, & inter præſentes, nec ſcripturam exigit. *l. 1, C. de uſur.*

3 Aut jure penſationis, aut contrario judicio. *l. 18, §. 2, ff. commod.*

4 *l. 15, §. 4, ff. commod.*

5 *l. 1, §. 15 vero. ff. de oblig. & act. l. 5, §. 7, ff. commod.*

6 *l. 17, §. 1. ff. de praeſcr. verb. l. 1. ff. de aeſtim.*

1 *l. 73, ff.*

TIT. V.
DE PIGNORIBUS.

§. 1. CReditor ſimpliciter ſibi pignus depoſitum diſtrahere velit, ter ante denuntiare debitori ſuo debet, ut pignus luat [1], ne à ſe diſtrahatur. §. 2. Fœtus, vel partus ejus rei, quæ pignori data eſt, pignoris jure non tenetur [2], niſi hoc inter contrahentes convenerit. §. 3. Compenſatio debiti ex pari ſpecie & cauſa diſpari admittitur: velut ſi pecuniam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cætera hujuſmodi, licet ex diverſo contractu, compenſare, vel deducere debes. Si totum petas [3], plus petendo cauſa cadis.

TIT. VI.
DE EXERCITORIBUS.

FIlius familias ſi voluntate patris navem exerceat, patrem in ſolidum [4] ob ea quę ſalva receperit, obligat.

TIT. VII.
AD LEGEM RHODIAM. [5]

§. 1. SI levandæ navis gratia jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt [6]. §. 2. Jactu navis

1 *l. 73, ff. de fur. l. 4, de pign. act.*

2 *l. 1, §. cum prædium. ff. de pignor.* Quod verum eſt in fructibus ab alio domino, quam debitore perceptis. Nam fructus, & fœtus, quorum dominium ad ipſum debitorem pervenit, proculdubio pignori tenentur. *l. 13, ff. de pign. l. 3, C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth.* Idemque eſt in partu. *l. 29, §. 1, ff. de pign.*

3 *. 4, ff. de compenſ.*

4 *l. 1, §. 19, & §. 23, De exerc. act. l. 3; §. Si filius. Naut. caup.*

5 Non omnes hic leges nauticæ Rhodiorum explicantur, ſed lex tantum ea quæ eſt de jactu.

6 *l. 4, C. Theod. de naufr. l. 1, ff. de leg. Rhod.*

1 *l. 4,*

navis levata ſi perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque ratione haberi placuit, qui merces ſalva nave [1] jactavit. §. 3. Nave, vel arbore vi tempeſtatis amiſſis, victores ad contributionem non tenentur, ſi ipſis arborem ſalutis cauſa eruentibus [2] navis ſalva ſit. §. 4. Levandę navis gratia merces in ſcapham transjectas, atque ideo amiſſas, intributione earum, quæ in navi ſalvæ ſunt, refici convenit. Nave autem perdita, conſervatæ cum mercibus ſcaphæ ratio [3] non habetur. §. 4. Collatio intributionis [4] ob jactum ſalva nave fieri debet.

TIT. VIII.
DE INSTITORIBUS.

§. 1. SIcut commoda ſentimus ex actu præpoſiti inſtitoris, ita & incommoda ſentire debemus. Et ideo qui ſervum, ſive filium filiamve familias, ſive ancillam præpoſuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in ſolidum convenitur [5]. §. 2. Si quis pecuniæ fœnerandæ, agro colendo, condendis [6] vendendiſque frugibus præpoſitus eſt, ex eo nomine, quod cum illo contractum eſt, in ſolidum fundi dominus obligatur, nec intereſt ſervus, an liber ſit. §. 4. Quod cum diſcipulis eorum, qui officinis, vel tabernis præſunt, contractum eſt, in magiſtros, vel inſtitoris [7] tabernæ in ſoli-

1 *l. 4, §. ſed ſi navis. ff. de leg. Rhod.*

2 *l. 2, §. 1, l. 3, l. 5, ff. de leg. Rhod.*

3 *l. 4. ff. de leg. Rhod.*

4 Vid. *l. 27, ff. de verb. ſign. l, 6, §. ult. ff. de muner & honor. l. 22, §. ult. ff. ad munic.*

5 *l. 1, ff. de inſtitut. act.*

6 Pro, *Condendis*, malim legere, *Coemendis*, ut in *l. 5, §. 1, ff. de inſtit. act.*

7 *l. 1, §. eſt autem ff. de exerc. act.*

in ſolidum actio datur.

TIT. IX.
DE IN REM VERSO.

SErvus, vel filiusfam. ſi acceptam pecuniam in rem patris, vel domini verterit hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia veſtiendo, mercando, vel creditori ſolvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verſo in ſolidum dominum vel patrem obligat [1], ſi tamen ob hanc cauſam pecunia data ſit.

TIT. X.
DE S.C. MACEDONIANO.

QUi filiofam. contra interdictum ampliſſimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit, poſt mortem patris, ex eo quod vivo patre credidit, cum eo agere [2] non poteſt.

TIT. XI.
AD S. C. VELLEJANUM.

§. 1. IN omni genere negociorum, & obligationum, tam pro viris, quam pro fœminis intercedere [3] mulieres prohibentur. §. 2. Mulier, quæ pro tutoribus filiorum ſuorum indemnitatem promiſit, ad beneficium Senatuſconſulti non pertinet [4].

TIT.

1 Per totum *tit, ff. de in rem verſ.*

2 Ipſo quidem jure eſt actio, ſed opponenda eſt exceptio S. C. ne ſequatur condemnatio. *l. 11. ff. ad S. C. Macedonianum.*

3 Ita tamen, ut ſi interceſſerint, opus ſit, exceptione, duobus caſibus exceptis,. Unus eſt in *Novell.* 134. alter in *l. 23, §. ult. C. ad S. C. Velleian.*

4 Pugnant, cum hac Pauli ſententia. *. 6, ad fin. C. ad S. C. Velleian.*

1 *l. 1, &*

TIT. XII.
DE DEPOSITO.

§. 1. SI ſacculum, vel argentum[1] ſignatum depoſuero, & is, penes quem depoſitum fuit, me invito, contrectaverit: & depoſiti & furti actio mihi in eum competit. §. 2. In judicio depoſiti ex mora fructus veniunt, & uſuræ rei depoſitæ[2] poſtulantur. §. 3. In cauſa depoſiti compenſationi locus non eſt[3]. ſed res ipſa reddenda eſt.

TIT. XIII.
DE LEGE COMMISSORIA[4].

§. 1. DEbitor diſtractis fiduciis à creditore, de ſuperfluo adverſus eum habet actionem[5]. §. 2. Quicquid creditor per fiduciarium ſervum quæſivit, ſortem debiti minuit[6]. §. 3. Debitor creditori fiduciam[7] vendere non poteſt, ſed aliis, ſi velit, vendere poteſt, ita ut ex pretio ejuſdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam ſibi rem emptori præſtet. §. 4. Si per ſuppoſitam perſonam creditor pignus ſuum invito debitore compa-

l. 1, & ult. C. ſi mat, ind. prom. niſi ſic legamus, *Mulier, quæ tutoribus filiorum ſuorum indemnitatem promiſit.* arg. *l. 2, C. ſi mat. indem. prom. d l. 6,*

1 *l. 29, ff. depoſ.*

2 Quia depoſiti actio bonæ fidei eſt. *l. 1, §. hanc autem. l. 29, l. 25, in fin ff. depoſ. l. 2, C. eod.*

3 *§. in bon. fid. de act.* id ante Juſtinian. obtinuiſſe hic locus indicat.

4 De fiducia, qua pignus, creditori mancipatur, aut ceditur, ea lege, ut ſoluta ad diem pecunia remancipetur, non ſoluta, creditori pleno jure committatur nihil in Pandectis relatum eſt à Juſtiniano, quoniam ſublatę erant fiduciæ conſtitutione Conſtantini. *l. ultim. C. de pact. pign.*

5 Ut ſi minoris pignus vendiderit, reſidui petitio creditori ſupereſt. *l. 28, ff. de reb. cred.* ita ſi pluris vendiderit, ſuperflui petitio debitori datur. *l. 24, §. 2, ff. de pign. act.*

6 *l. 1, C. de pign. act.*

7 Pignus creditor vendere poteſt. *l. 12, ff. de diſtr. pign.* fiduciam non poteſt.

1

2 *l. 10,*

comparaverit, emptio non videtur; & ideo quandoque lui poteſt[1]. Ex hoc enim cauſa pignoris, vel fiduciæ finiri non poteſt. §. 5. Si inter creditorem & debitorem convenerit, ut fiduciam ſibi vendere non liceat, non ſolvente debitore, creditor denunciare ei ſolemniter[2] poteſt, & diſtrahere. Nec enim ex tali conventione fiduciæ actio naſci poteſt.

§. 6. Si creditor rem fiduciæ datam uni ex heredibus, vel extraneo legaverit, adverſus omnes heredes[3] actio fiduciæ competit. §. 7. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quæ impendit, judicio fiduciæ[4] debitorum habebit obnoxium. §. 8. Noviſſimus creditor priorem oblata pecunia, quo poſſeſſio in eum transferatur, dimittere poteſt. Sed & prior creditor ſecundum creditorem, ſi voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipſe in pignore potior[5] ſit.

§. 6. Servus ſi mutuam pecuniam ſervitutis tempore acceperit, ex ea obligatione poſt manumiſſionem conveniri[6] non poteſt.

TIT. XIV.
DE USURIS.

§. 1. SI pactum nudum de præſtandis uſuris interpoſitum ſit, nullius eſt momenti[7]. Ex un-

1 *l.* 10, C. *de diſtr. pign.* Ex diverſo, non videtur debitor pignus diſtraxiſſe permiſſu creditoris, ſi id poſſideat. *l.* 8, §. 7, *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.*

2 Denunciatione trina. *l.* 4, *ff. de pign. act.*

3 *l.* 10, C *de pign. actionib.*

4 Duplex eſt actio fiduciæ, directa, & contraria. Idem in pignoratitia, *l.* 8, *l.* 25, *ff. de pign. act. l.* 7, C. *eod.*

5 *l.* 1, *l.* 5, C. *qui pot. in pignor. hab. l.* 22, C. *de pign. l.* 11, §. *ultim. ff. qui pot. in pign. hab.*

6 *l.* 4, *ff. de obl. & act. l.* 2, C. *an ſer. ex ſuo facto poſt man. ten.*

7 *l.* 3, C. *de uſuris. l.* 24, *ff. de praſcr. verb.*

1 *l.* 27,

Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non naſcitur [1]. §. 2. Uſuræ ſupra centeſimam ſolutæ ſortem minuunt [2], & conſumpta ſorte repeti poſſunt. §. 3. Trajecticia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas uſuras [3] recipere poteſt. §. 4. Uſuræ, quæ centeſimam excedunt, per errore ſolutę repeti [4] poſſunt. §. 5. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiæ crimen [5] admittit. §. 6. Tutor in uſuras non convenitur, ſi pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habeat, quibus pecunia collocaretur: cujus rei conteſtatio apud Præſidem [6] provinciæ deponenda eſt.

TIT. XV
DE MANDATIS.

§. 2. OB ſubitam valetudinem, ob neceſſariam peregrinationem, ob inimicitiam, & inanes rei actiones [7], integra adhuc cauſa, mandati negotio renunciari poteſt. §. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, & ſi rem poſtea accipere nolis, mandati actio mihi adverſus te competit. Non enim tantum quod impenſum eſt, ſed & uſuras [8] ejus conſequi poſſum. §. 3. Certo pretio rem juſſus diſtrahere, ſi minoris vendiderit, man-

1 *l. 27, C. de locat. l. 40,*

2 Si ſortem expleverit, repetentur quaſi indebitæ. *l. 26. §. 1. ff. de cond. indeb.*

3 Hodie eſt centeſima *l. 4, ff. de naut. fœn.* ſed id Tribonianum ex Juſtiniani conſtitutione addidiſſe puto.

4 *l. 26, ff. de cond. ind.*

5 *l. ultim. ff. ad leg. Jul. de vi priv, l. 5, C. eod.*

6 *l. 7, §. ultim. & l. 13, §. 1, l. 15, ff. ad adm. tut. l. 3, C. de uſur. pup.*

7 *l. 24, ff. mand. §. 11, Inſt. de mand.*

8 *l. 12, §. 9, ff. mand.*

l. 5.

mandati judicio pretii ſummam poterit integrare: venditionem diſſolvi non placuit [1].

TIT. XVI.
PRO SOCIO.

Sicut lucrum, ita & damnum [2] inter ſocios communicatur; niſi quid culpa ſocii, vel fraude everſum ſit.

TIT. XVII.
EX EMPTO ET VENDITO.

§. 1. Venditor, ſi ejus rei, quam vendidit, dominus non ſit, pretio accepto, auctoritate [3] manebit obnoxius. Aliter enim non poteſt obligari. §. 2. Si res ſimpliciter traditæ evincantur, tanto venditor emptori condemnandus eſt, quanto [4] ſi ſtipulatione pro evictione caviſſet. §. 3. Res empta mancipatione & traditione perfecta, ſi evincatur, auctoritatis venditor duplotenus obligatur. §. 4. Diſtracto fundo, ſi quis de modo mentiatur, in duplo [5] ejus, quod mentitus eſt, officio judicis æſtimatione facta convenitur. §. 5. Redhibitio vitioſi mancipii intra ſex menſes [6] fieri poteſt, propter latens vitium. §. 6. Si ut ſervum quis pluris venderet, de artificio ejus, vel peculio mentitus eſt, actione ex empto conventus quanto minoris [7] valuiſſet, emptori præſtare compellitur, niſi paratus ſit eum redhibere [8]. §. 7. Ex die emptionis, ſi pars pretii numerata ſit, & fructus, & operæ ſervorum, & fœ-

1 *l. 5, §. 1, & §. 4, ff. mand.*
2 *l. 52, §. 4, ff. pro ſoc.*
3 *l. 13, §. 8, ff. de act. empt.*
4 *l. 11, §. Caſſius: 14, ff. de act. empt. l. 51, §. 20, ff. de ædil. edict.*
5 In libris Juſtiniani non invenitur ſcriptum, niſi ſimpliciter ex empto actionem eſſe. *l. 2, ff. de act. empt.*
6 *l. 19, §. ultim. l. 55, ff. de ædil. ed.*
7 *l. 13, §. 4, ff. de act. empt.*
8 *l. 43, §. 6, ff. de ædil. edict.*

1 *l. 13,*

& fœtus pecorum, & ancillarum partus ad emptorem [1] pertinet. §. 8. Fundum alienum mihi vendidiſti, poſtea idem ex cauſa lucrativa meus factus eſt, competet mihi adverſus te ad pretium recuperandum [2] actio exempto. §. 9. Poſt rem traditam, niſi emptor pretium ſtatim exolvat, uſuras [3] ejus præſtare cogendus eſt. §. 10. Mutus emere & vendere poteſt, furioſus autem neque emere [4], neque vendere poteſt. §. 11. Servus bona fide [5] comparatus, ſi ex veteri vitio [6] fugerit, non tantum pretium dominus, ſed & ea, quæ per fugam abſtulit, reddere cogetur. §. 12. Cum probatio prioris fugæ deficit [7], ſervi reſponſioni credendum eſt [8]. In ſe enim interrogari non pro domino, aut in dominum videtur [9]. §. 13. In eo contractu, qui ex bona fide deſcendit, inſtrumentorum oblatio ſine cauſa deſideratur [10], ſi quo modo veritas de fide contractus poſſit oſtendi. §. 14. Fundus ejus eſſe videtur, cujus nomine comparatus eſt, non à quo pecunia numerata eſt [11]: ſi tamen fundus comparatori ſit traditus. §. 15. Electo reo principali, fidejuſſor, vel heres ejus liberatur. Non idem in mandatoribus [12] obſervatur.

TIT.

1 *l. 13, l. pen. C. de act. empt. l. 13, §. 10, & §. 18, ff. eod.* Sed Paul. hic exigit, ut ſaltem pretii pars numerata ſit: & tunc puto non niſi pro ea parte fructus ad emptorem pertinere, argument. *l. ultim. §. ultim. ff. de fund. dot.*

2 Sed neque committitur ſtipulatio duplæ. *l. 13, §. 15, ff. de act. empt. l. 41, §. 1, ff. de evict.*

3 *l. 13, §. 19, ff. de act. empt. l. 5, l. 18, C. eod.*

4 *l. 1, ff. locat. l. 1, §. ultim. ff. de contrah. empt.*

5 Idem Paulus reſpondit ſervum, veluti pro noxa, retineri, *l. 58, in princ. & §. 1, ff. de ædil. edict.*

6 Ex recenti venditor non tenetur. *l. 54, ff. eod. l. 3, C. eod.*

7 Emptor probare debet ſervum ex veteri vitio fugiſſe. *l. 4, ff. de prob.*

8 *l. 58, §. ultim. ff. de ædil. edict. l. 7, ff. de probat.*

9 *l. 6, C. de quæſt.*

10 *l. 10, C. de fid. inſt.* niſi ita convenerit. *l. 2, in fin. ff. de contrah. empt.*

11 *l. 1, C. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alt. nom.*

12 Hodie neuter liberatur. Nam hæc inter fidejuſſorem & mandatorem differentia à Juſtiniano ſublata eſt. *l. ult. C. de fidejuſſ. Novell. 4.*

1 l. 3,

TIT. XVIII.
DE LOCATO ET CONDUCTO.

§. 1. Homo liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & pejorare eum, & meliorem facere poteſt, atque ideo operas ſuas diurnas nocturnaſque locat[1]. §. 2. Fundi deterioris facti, & cultura non exercitati, & ædificiorum non refectorum culpa, arbitrio judicis[2] domino à conductore ſarciri poteſt.

TIT. XIX.
DE NUPTIIS.

§. 1. Sponſalia tam inter puberes quam inter impuberes[3] contrahi poſſunt. §. 2. Eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate, ejus[4] matrimonia jure non contrahuntur: ſed contracta non ſolvuntur[5]: Contemplatio enim publicæ utilitatis[6] privatorum commodis præfertur. §. 3. Inter ſervos & liberos matrimonium contrahi non poteſt, contubernium[7] poteſt. §. 4. Neque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt, ſed contractum matrimonium furore non tollitur[8]. §. 5. Vir abſens uxorem ducere poteſt, fœmina abſens[9] nubere non poteſt. §. 6. Liberum, qui nuptias patronæ, vel uxoris, filiæve patroni affectave-

1 *l. 3, ff. de uſufr. leg.* Poteſt & filii operas pater locare, ut *j. lib. 5, tit. 1,*
2 *l. 25, §. 3, ff. locat.*
3 *l. 14, ff. de ſponſal.*
4 *§. 1, de nupt,*
5 Quod *libro 3, Obſerv. cap. 1,* ut accipiendum ſit, oſtendimus.
6 Id eſt, nuptiarum, ut in *l. in bello. §. medio. ff. de capt. & poſtlim,*
7 *l. 3, de inceſt. nupt.*
8 *l. 16, §. ult. ff. de ritu nupt.*
9 Domus viri, eſt domicilium matrimonii. *l. 5, ff. de ritu nupt. l. 6, C. de donat. an. nupt. l. 4, §. 1, ff. De uſu & hab.*

ctaverit, pro dignitate perſonæ[1] metalli pœna, vel operis publici coërceri placuit.

TIT. XX.
DE CONCUBINIS.

EO tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non poteſt[2]. Concubina igitur ab uxore ſolo delicto[3] ſeparatur.

TIT. XXI.
DE DOTIBUS.

§. 1. DOs[4] aut antecedit, aut ſequitur matrimonium: & ideo vel ante nuptias, vel poſt nuptias dari poteſt. Sed ante nuptias data earum expectat adventum. §. 2. Lege Julia de adulteriis[5] cavetur, ne dotale prædium maritus invita uxore alienet.

TIT. XXII.
DE PACTIS INTER VIRUM & UXOREM.

§. 1. FRuctus fundi dotalis conſtante matrimonio percepti, lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni[6] ejus, quo factum eſt divortium. §. 2. Omnibus pactis ſtipulatio ſubjici[7] debet, ut ex ſtipulatu actio naſci poſſit.

TIT.

1 *l. 3, C. de nupt. l. 66, ff. de ritu nupt.*

2 *l. 1, C. de concubin. l. ultim. in fin. ff. de divort.*

3 Puto legendum, *ſolo delectu* ut ſit idem, quod ſola deſtinatione animi, in *l. penult. ff. de concub.*

4 Sub hoc titulo Paulum etiam tractaſſe de retentionibus, quæ ex dote fiunt Anianus ſcribit in *l. 2, C. Th. de dotibus.*

5 Cur hic de adulteriis inſcribatur, expoſuimus in Notis ad *lib. 2, Inſtitut. tit. quibus alien. lic. vel non.*

6 *l. 78, §. divortio ff. de jure dot. l. 7, §. Papinianus l. 11, l. 31, §. ult. ff. ſol. matr. l. 1, §. ſed & noviſſime C. de rei uxor. ac.*

7 Cujus rei exempla in Pandectis ſunt infinita.

TIT. XXIII.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. MOrtis cauſa donatio eſt, quę impendente metu mortis fit, ut valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. §. 2. Manumiſſionis gratia[1] inter virum & uxorem donatio favore libertatis recepta eſt, vel certe quod nemo ex hoc fiat locupletior: ideoque ſervum manumittendi cauſa invicem ſibi donare non prohibentur[2]. §. 3. Inter virum & uxorem nec per interpoſitam perſonam[3] donatio fieri poteſt. §. 4. Inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio[4] contrahi non poteſt. §. 5. Si inter virum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum eſt, ad eum res redit[5], qui donaverat. §. 6. Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum & uxorem donatio facta eſt, morte ſecuta convaleſcit[6].

TIT. XXIV.

DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

§. 1. SI ſerva conceperit, & poſtea manumiſſa[7] peperit, liberum parit. §. 2. Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit. Id enim favor libertatis expoſcit. §. 3. Si ancilla conceperit, & medio tempore manumiſſa ſit, rurſus facta ancilla pepererit, liberum parit. Media enim tem-

1 §. 1, de donat.

2 l. 7, §. ultim. ff. de donat. inter virum & uxorem.

3 l. 3, §. non tantum autem ff. de don. int. virum & ux.

4 Cum ſit facta in fraudem juris. l. 5, § 5, ff. de donat. inter vir. & ux.

5 l. 8, ff. de reb. dubiis. Non enim mors donatarii, ſed mors donatoris hanc donationem confirmat. l. 32, §. 14, ff. de donat. inter vir. & uxorem. Excipienda eſt ſpecies leg. 53, § ſi ſ, fuerit ff. ead.

6 l. 11, ff. de donat. inter vir. & ux. l. 40, ff. de mort. cauſ. donat.

7 l. 5, §. 2, ff. de ſtat. hom.

tempora[1] libertati prodeſſe, non nocere etiam poſſunt. §. 4. Ex ea muliere natus, quæ ex cauſa fideicommiſſi manumitti debuit, ſi poſt moram libertati factam naſcatur, ingenuus[2] naſcitur. §. 5. Si mulier divortio facto gravidam ſe ſciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet, vel patri ejus, ut ad ventrem inſpiciendum, obſervandumque custodes mittant; quibus miſſis[3], partum mulieris omnimodo coguntur agnoſcere. §. 6. Si prægnantem ſe eſſe mulier non denuntiaverit, vel cuſtodes ventris miſſos non admiſerit, liberum eſt patri vel avo natum non alere. Ceterum negligentia matris, quominus ſuus patri heres[4] ſit, obeſſe non debet. §. 7. Si mulier ſe ex viro prægnantem negat, permittitur marito ventrem inſpicere[5], & ventri cuſtodes dare. §. 8. Venter inſpicitur per quinque obſtetrices, & quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero[6] habetur. §. 9. Obſtetricem, quę partum alienum attulit, ut ſupponi poſſit, ſummo ſupplicio[7] affici placuit.

TIT. XXV.

QUEMADMODUM FILII SUI JURIS EFFICIUNTUR.

§. 1. PAter ab hoſtibus captus deſinit habere filios in poteſtate: poſtliminio vero reverſus, tam filios, quam omnia[8] ſui juris in poteſtatem recipit, ac ſi nunquam ab hoſtibus captus ſit. §. 2. Singulæ

1 ... ad fin. ff. de ſtat. hom.
2 ... l. ... §. ... ff. de ſuis & legit. hered. ... ff. de fideicom. lib. l. 3. C. eod.
3 Sed hoc pugnat cum l. 1. §. 11. ff. de agn. & al. lib. niſi dicas interim eos cogi omnimodo partum alere, ceterum eis adhuc in integro eſſe, partum editum ex ſe negare.

4 l. 1, §. 6, & §. ... ff. de agn. & al. lib.
5 l. 1, ff. de inſp. vent. cuſtodiendoque part.
6 l. 1, §. 10, ff. de inſpicien. vent.
7 l. 1, ff. de Carb. edict.
8 §. 5, quib. mod. jus patr. pot. ſol.

1 Hanc

gulæ emancipationes [1] vel iiſdem, vel aliis teſtibus fieri poſſunt, vel eodem die, vel intermiſſo tempore. §. 3. Emancipatio etiam die feriato [2] fieri poteſt. §. 4. Apud magiſtratus municipales, ſi habeant legis actionem [3], emancipari, & manumitti poteſt.

§. 5. Filiusfamilias emancipari invitus [4] non cogitur.

TIT. XXVI.
DE ADULTERIIS.

§. 1. INventam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere [5] poteſt, ſi adulterium domi ſuæ [6] deprehendat. §. 2. Eum, qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinii [7] poſtulari placuit. §. 3. In cauſa adulterii dilatio [8] poſtulata impartiri [9] non poteſt.

TIT. XXVII.
DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

§. 1. INimicitię capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, à tutelis excuſant [10], ne paterno inimico pupilli committantur. §. 2. Ad curam ejus, cujus quis tutelam adminiſtravit, invitus [11] vocari non poteſt.

1 Hanc ſententiam ad ſolum filium referimus: nam in cæteris una emancipatio ſufficit, ut in fragm. Ulpiani oſtendit *tit. 23*,

2 *l. 8, C. de fer.*

3 *l. 4, ff. de adopt. l. ult. C. de vind. lib.*

4 *Nov.* LXXXIX.

5 Gellius *lib. 10*, Caſſiodorus *lib. 3, Var.* punitur tamen aliquo modo. *l. 1, §. ult. ff. ad l. Corn. de ſic. l. 38, §. 8, ff. de adult. coerc.*

6 *l. 24, ff. de adult. coerc.*

7 *l. 2, C. ad l. Jul. de adult.*

8 *l. 41, ff. de adult. coerc.*

9 Puto non, *impartiri*, vel, ut alii codices habent, *impediri*, ſed *impetrari*, eſſe legendum, ut in *l. 11, §. 8, ff. de adult. coerc.*

10 *§. 11, de excuſ. tutor.*

11 Niſi libertus ſit. *l. 5, l. 20, C. de excuſ. tut.*

TIT. XXVIII.

DE POTIORIBUS NOMINANDIS.

§. 1. NOn recte potiorem videtur nominare, qui cauſam nominati potioris [3] non expreſſerit. §. 2. Potior quis eſſe debet, non ſolum gradu generis, ſed & ſubſtantia rei familiaris.

TIT. XXIX.

QUI POTIOR NOMINARI NON POSSIT.

LIbertus, quem pater tutorem dedit, ſi minus idoneus dicatur, excuſari quidem non poteſt [2], ſed adjungi illi curator poteſt.

TIT. XXX.

DE ORATIONE [3] DIVI SEVERI.

DOlo tutoris curatoriſve detecto, in duplum [4] ejus pecuniæ condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

TIT. XXXI.

DE FURTIS.

§. 1. FUr eſt, qui dolo rem alienam contrectat. §. 2. Furtorum genera ſunt quatuor: manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati [5]. Manifeſtus fur eſt, qui in faciendo deprehenſus eſt, & qui intra terminos ejus loci unde quid ſuſtulerat deprehenſus eſt, vel antequam ad eum locum quo deſtinaverat,

1 *l. 1, C. de pot ad mun. nom. l. 46, C. de decur. l. 7, ff. eod. tit. l. 2, ff. de fidejuſſ. & nomin. tut.*

2 *l. 5, C. de excuſ. tut.*

3 Subjecta ſententia indicat legendum eſſe *De rationibus diſtrahendis*; quæ actio in duplum lege XII. tab. prodita eſt.

4 *l. 55, ff. de admin. tut. l. 1, §. rationibus ff. de tut. & rat. diſt.*

5 Concepti, & oblati, actionum ſpecies potius ſunt furto cohærentes, quam furtorum genera. *§. 3, de obl. quæ ex del. naſc.*

1 *l. 8,*

naverat, perveniret. Nec manifeſtus [1] fur eſt, qui in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed eum furtum feciſſe negari non poteſt. §. 3. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt: Oblati [2] actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur.
§. 4. Furti actione is agere poteſt, cujus intereſt [3] rem non perdidiſſe. §. 5. Concepti is agere poteſt, penes quem res concepta [4], & inventa eſt.
§. 6. Manifeſti furti actio, & nec manifeſti, & concepti, & oblati heredi quidem competit, ſed in heredem [5] non datur. §. 7. Servus, qui furtum fecerit, damnumve dederit, niſi id pro ſui quantitate dominus [6] ſarcire ſit paratus, noxæ dedi poteſt.
§. 8. Si ſervus furtum fecerit, deinde manumiſſus fuerit, aut alienatus, cum ipſo manumiſſo, vel emptore agi poteſt. Noxa enim caput ſequitur.
§. 9. Filiusfamilias ſi furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur [8], quia in omnibus noxa caput ſequitur. §. 10. Non tantum qui furtum fecerit, ſed etiam is, cujus ope, aut conſilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.
§. 11. Qui meretricem [9] libidinis cauſa rapuit, & celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.
§. 12. Furti manifeſti actio, præter pœnam quadrupli, ipſius rei perſecutionem, genere vindicationis, & con-

1 *l. 8, ff. de furt.* ejuſdem rei & manifeſtus, & nec manifeſtus, *l. 21, ff. eod.*

2 Qui obtulit ne apud ſe conciperetur. *§. 4, de obl. quæ ex del. naſc.*

3 Si ex honeſta cauſa intereſt, *l. 10, l. 85, ff. de furtis.*

4 *§. 4, de ob. quæ ex delict. naſc.*

5 Quia pœnales ſunt. *§. non autem de perp. & temp. act.*

6 *titul. de nox. act.*

7 *§. omnis, de nox. act. l. 14, De obl. & act.*

8 *l. 7, & l. 8, ff. de nox. act. §. ult. Inſt. eod. tit.*

9 Puto legendum eſſe, *Qui non meretricem*, ut in *l. 82. §. 2, ff. de furt.* quæ eſt ex hoc libro.

& conductionis [1] continet. §. 13. Furti oblati actio adverſus eum, qui obtulit, tripli eſt pœna [2], & ipſius rei repetitio. §. 14. Furti quocunque genere condemnatus, famoſus [3] efficitur. §. 15. Quæcunque in caupona, vel meritorio ſtabulo, diverſoriove perierint, in exercitores [4] eorum furti actio competit. §. 16. Rem pignori datam debitor creditori ſubtrahendo furtum facit, quam ſi & ipſe ſimiliter amiſerit, ſuo nomine [5] perſequi poteſt. §. 17. Pater, vel dominus de ea re, quæ filiofamilias, vel ſervo ſubrepta eſt, furti agere poteſt. Intereſt [6] enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur. §. 18. Si rem, quam tibi commodavi, poſtea ſubripui, furti actio competere tibi non poterit. Rei enim noſtræ [7] furtum facere non poſſumus. §. 19. Si cum furtum quis quærit, damnum injuria dederit, actione legis Aquiliæ [8] tenebitur. §. 20. Ob indicium comprehendi furis præmium promiſſum jure debetur [9]. §. 21. Sive ſegetes per furtum, ſive quælibet arbores cæſæ [10] ſint, in duplum [11] ejus rei nomine reus convenitur. §. 22. Qui tabulas [12], cautioneſve ſubripuit, in adſcriptam ſummam furti actione tenebitur. Nec refert cancellatæ, necne ſint: quia ex his debitum diſſolutum eſſe

1 *§. ult. de obl. quæ ex del. naſc.*

2 Gellius *lib. 11, cap. 18, l. 3, ff. qui ſatisdar. cog.*

3 Quocunque genere, ſuo nomine damnatus, famoſus eſt. *l. 6, ff. qui not. infam.*

4 Eorum quorum opera exercent. Vectorum tamen, viatorumve factum non præſtant. *l. 1, ff. de furt. adv. naut. caup. ſtab.*

5 Hoc caſu fur furti agit. *l. 12, §. pen. ff. de fur.*

6 *l. 52, §. 9, ff. de furtis.*

7 Quæ ratio falſa eſt, in debitore pignus ſubtrahente. *l. 15, §. 1, l. 59, ff. de furtis.*

8 *l. 29, §. 7, ff. ad l. Aquil.*

9 Ideoque repeti non poteſt. *l. 4, §. ult. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 43, §. ſolent ff. de furt.* & indicia, recte petuntur. *l. 15, ff. de præſcription. verb.*

10 *l. 1, l. pen. ff. de arb. fur. caſ. Plin. lib. 17, cap. 1, & lib. 18, cap. 3.*

11 *l. 7, §. ult. ff. eod. l. 8, ff. eod.*

12 *l. 81, §. ultim. ff. de furtis, l. 27, ff. de furtis.*

1 *l. 17,*

eſſe comprobari poteſt. §. 23. Servus, qui in fuga eſt, à domino quidem poſſidetur, ſed dominus furti actione ejus nomine non tenetur, quia in poteſtate ſuum non habet.

TIT. XXXII. DE OPERIS LIBERTORUM.

Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris, operarum, ſolutus, alere [2] cogendus eſt, pro modo facultatum [3] ſuarum.

1 *l. 17, § ult. ff. de furt. l. 21, §. 3 ff. de nox. act.* pugnat *l. 27, §. 3, ff. ad l. Aquil.* niſi hanc diſtinctionem admittimus. Aut ſervus fugitivus ab alio poſſidetur, aut non; Si ab alio non-poſſidetur, dominus noxali actione non tenetur, quia exhibendi ejus poteſtatem non habet. Quod ſi ab alio poſſidetur bona fide, dominus noxali actione tenetur, quia repetendi ſervi poteſtatem habet.

2 *l. 41, ff. de oper. liber.*

3 *l. 5, §. 18, ff. de agn. & al. lib.*

IULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM

LIBER III.

TITULUS PRIMUS.
DE CARBONIANO EDICTO.

SI fratri puberi[1] controverſia fiat, an pro parte impuberi differri cauſa debeat, variatum eſt. Sed magis eſt, ut differri non debeat.

TIT. II.
DE BONIS LIBERTI.

§. 1. IN bonis liberti prior eſt patronus, quam filius alterius patroni. Itemque prior eſt filius patroni[2], quam nepos alterius patroni. §. 2. Libertus duos patronos[3] heredes inſtituit, alter eorum vivo liberto moritur, is qui ſupereſt, contra tabulas teſtamenti, bonorum poſſeſſionem recte poſtulat. §. 3. Libertorum hereditas in capita, non in ſtirpes dividetur[4]: & ideo ſi unius patroni duo

1 Legendum eſt, *Si fratri impuberi controverſia fiat, an pro parte puberis, &c.* argum. *l. 2, §. puberi, ff. de Carb. edict.*

2 Quia proximus quiſque ad hereditatem liberti vocatur. *l. 23, §. pen. ff. de bon. lib. l. pen. ff. de adſig. liber l. 4, De op. lib.* neque locus eſt edicto novo. *l. 2, §. ult. l. 5, §. ult. ff. bon. lib.*

3 In quibuſdam, *duos patronos habere inſtituit*, malim *duos patronos habuit, alter eorum vivo liberto moritur.* vide *l. communi ff. de bon. libert.* quæ uti diſpungenda ſit oſtendi. *lib. 1, Obſerv. cap. 14.*

4 *l. 23, §. ult. ff. de bon. lib.*

1 Credo

duo ſint liberi, alterius quatuor, ſinguli viriles, id eſt, æquales portiones habebunt. §. 4. Patronus[1], vel patroni liberi ex parte dimidia heredes inſtituti, æs alienum liberti pro portionibus exolvere coguntur.

TIT. III.

DE LEGE[2] FABIANA.

EA quæ in fraudem patroni à liberto quoquomodo alienata ſunt, Fabiana[3] formulâ tam ab ipſo patrono, quam à liberis ejus revocantur.

TIT. IV.

DE TESTAMENTIS.

§. 1. TEſtamentum facere poſſunt[4] maſculi poſt completum XIV. annum, fœminæ poſt duodecimum. §. 2. Spadones eo tempore teſtamentum facere poſſunt, quo plerique pubeſcunt, id eſt, anno decimo octavo[5]. §. 3. Filiusfamilias, qui militavit de caſtrenſi peculio tam communi, quam proprio jure teſtamentum facere poteſt. Caſtrenſe autem peculium eſt, quod id caſtris adquiritur[6], vel quod proficiſcenti ad militiam datur. §. 4. Cæcus teſtamentum facere poteſt[7], quia accire poteſt adhibitos teſtes, & audire[8] ſibi teſtimonium

1 Credo ſub hoc titulo etiam poſitam fuiſſe ſententiam. *l. 20, ff. de jure patr. & l. 49, ff. de bon. libert.*

2 Lex pro edicto ſumitur, ut in *l. 1, §. 1, ff. und. cogn.*

3 *leg. 1, §. pen. ff. ſi quid in fraud. patr. fac. ſit.*

4 *l. 5, ff. qui teſt. fac. poſſ.* Quod remiſſum olim fuit pupillis tribunis militum. *l. ult. C. de teſt. mil.*

5 *§. minorem de adoption. l. 6, ff. de lib. & poſt.* Sed hodie conſtitutum eſt, ut eunuchi exemplo cæterorum teſtamentum facere poſſint. *l. 5, C. qui teſtam. fac. poſſ.*

6 Occaſione militiæ *l. 4, l. 11, ff. de caſtr. pecul. l. 4, C. famil. erciſcun.*

7 *l. 21, §. pen. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 8, C. eod.*

8 *Vos Quirites teſtimonium perhibetote*, Ulpian. in fragm. tit. 20.

1 §. fu-

nium perhibentes. §. 5. Furioſus tempore intermiſſi furoris [1] teſtamentum facere poteſt. §. 6. Mulieri, quæ luxurioſe vivit bonis interdici [2] poteſt. §. 7. Moribus [3] per prætorem bonis interdicitur, hoc modo: QUANDO TUA BONA PATERNA, AVITAQUE [4] NEQUITIA TUA DISPERDIS, LIBEROSQUE TUOS AD EGESTATEM PERDUCIS, OB EAM REM TIBI EA RE [5] COMMERCIOQUE INTERDICO. §. 8. Qui ab hoſtibus captus eſt, teſtamentum quaſi ſervus facere poteſt. Sane valet teſtamentum id, quod ante captivitatem factum eſt, ſi revertatur, jure poſtliminii: aut ſi ibidem decedat, beneficio legis Corneliæ [6]: qua lege etiam legitimæ tutelæ [7], hereditateſque firmantur. §. 9. In inſulam relegatus, & in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, teſtamentum facere poteſt [8], & ex teſtamento capere. §. 10. Plures, quam ſeptem ad teſtamentum adhibiti non nocent [9]. Superflua enim facta prodeſſe, juri tamen nocere non poſſunt. §. 11. In adverſa [10] corporis valetudine mente captus, eo tempore teſtamentum facere non poteſt. §. 12. Prodigus recepta vitæ ſanitate, ad bonos mores reverſus [11], & teſtamentum facere, & ad

1 §. *furioſi. quib. non eſt perm. fac. teſtam. l. 9, C. qui teſtam. fac. poſſ.*

2 *l. 15, ff. de cur. fur.*

3 Cœpit à moribus primum, deinde trai ſlita eſt in XII. tabul. *l. 1, ff. de cur. fur.* M. Tul. *in Catone majore.* Ut quemadmodum, inquit, noſtro more male rem gerentibus patriis bonis interdici ſolet.

4 Antea legebatur, *habitaque*, pro *avitaque*.

5 In quibuſdam. Alii habent, *ab ea re tibi*.

6 §. *n't. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 9, C. de poſtlim. & redempt. ab hoſt.*

7 *l. 22, in princip. ff. de cap. & poſtlim. l. 1, §. 1, ff. de ſuis & legit. hered.*

8 *l. 8, §. 1, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

9 *l. 21, §. 1, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

10 *l. 17, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

11 Prodigus nec teſtamentum facere, nec teſtis ad teſtamentum adhiberi poteſt *l. 18, ff. qui teſt. fac. poſſ.* niſi moribus receptis *l. 1, ff. de cur. fur.*

& ad teſtamenti ſollemnia adhiberi poteſt. §. 13. Ex his, qui ad teſtamentum adhibentur, ſi qui ſint, qui Latine neſciant, vel non intelligant, ſed tamen ſentiant[1], cui rei ſint adhibiti, non vitiant teſtamentum. §. 14. Conditionum duo ſunt genera: aut enim poſſibilis eſt, aut impoſſibilis. Poſſibilis eſt, quæ per rerum naturam admitti poteſt: impoſſibilis, quæ non poteſt[2]. Quarum altera ex eventu exſpectatur, altera ſubmovetur. §. 15. Condiciones contra leges[3], & decreta principum, vel bonos mores adſcriptæ, nullius momenti ſunt, veluti, SI UXOREM NON DUXERIS, SI FILIUS NON SUSCEPERIS, SI HOMICIDIUM FECERIS, SI BARBARO HABITU PROCESSERIS, & his ſimilia. §. 16. Quotiens non apparet[4], quis ſit heres inſtitutus, inſtitutio non valet. Quod evenit, ſi teſtator plures amicos unius nominis habeat. §. 17. Heredes aut inſtituti, aut ſubſtituti dicuntur[5]. Inſtituuntur primo gradu; Subſtituuntur ſecundo, vel tertio ſcripti. §. 18. Subſtituere quis pure & ſub condicione[6] poteſt, & tam ſuis, quam extraneis, tam puberibus, quam impuberibus. §. 19. In quot vult uncias[7] teſtator hereditatem ſuam dividere poteſt. Impleto aſſe[8], ſine parte heredes inſtituti ad prioris aſſis ſemiſſem æquis por-

1 In fragm. Ulpiani, *tit. 25, l. 20, §. ultim. qui teſtam. fac. poſſunt.*

2 §. *impoſſibilis de hered. inſt. §. ſi impoſſibilis de inut. ſtipul.*

3 *l. 9, ff. de cond. inſtit. l. 15, ff. de cond. inſtit.*

4 *l. 62, §. 1, ff. de her. inſt.*

5 *l. 1, ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. 43, §. 2, ff. de vulg. ſubſt.*

6 Pure ſic, *Si primus Heres non erit, ſecundus heres eſto: Si Filius meus heres erit, & intra pubertatem deceſſerit, Sejus heres eſto.* Sub condicione hoc modo, *Si primus heres non erit, ſecundus, ſi navis ex Aſia venerit, heres eſto: Si Titius mihi heres erit, idem Filio meo impuberi heres eſto l. 8, l. ultim. §. 1, ff. de vulg. & pup. ſubſt.*

7 *l. 13, §. 1, ff. de her. inſt.*

8 Secus ſi expleto aſſe ita ſcripſerit, *Ex reliqua parte illi heredes ſunto. l. 17, §. pen. ff. de her. inſt.*

1 l. 42,

portionibus veniunt. §. 20. Servus alienus cum libertate heres inſtitutus, inſtitutionem non infirmat, ſed libertas, ut alieno [1], ſupervacue data videtur. §. 21. Filio & extraneo [2] æquis partibus heredibus inſtitutis, ſi præterita adcreſcat, tantum ſuo avocabit, quantum extraneo. Si vero duo ſint filii inſtituti, ſuis tertiam extraneis dimidiam tollit. §. 22. Talis eſt poſthumorum inſtitutio, SI QUI POST MORTEM MEAM POSTHUMI NATI FUERINT, HEREDES MIHI ESTOTE: ſi vivo eo [3] naſcantur, rumpunt teſtamentum. §. 23. Nepos poſthumus [4], qui in locum patris ſuccedere poteſt, ab avo aut heres inſtituendus eſt, aut nominatim exheredandus, ne agnaſcendo rumpat teſtamentum. §. 24. Qui ſemel conſtituit ad ſe hereditatem pertinere, aut ſe rebus ejus immiſcuit, repudiare [5] eam non poteſt, etiamſi damnoſa ſit.

TIT. V.
DE S. C. SILANIANO.

§. 1. Hereditas ejus, qui à familia occiſus eſſe dicitur, ante habitam quæſtionem [6] adiri non poteſt, neque bonorum poſſeſſio poſtulari. §. 2. Occiſus videtur non tantum qui per vim, aut per cædem interfectus eſt, velut jugulatus, aut præcipitatus, ſed & is, qui veneno necatus [7] dicitur: Ho-

1 *l. 49, ff. de her. inſtit.*

2 Ulpian. *in fragm. 22*, Theophil. *in §. 1, de exhered lib.* hoc jus eſt à Juſtiniano ſublatum.

3 Poſthumus, qui inſtitutus eſt ex jure antiquo, non videtur inſtitutus ex lege Vellea: & contra *l. 10, l. 29, §. 8, ff. de liber. & poſthum. l. 25, ff. de vulg. ſubſtitut.* Sed hoc, puto Juſtinianum emendare in *l. ult. C. de poſt. her. inſt.*

4 *l. 29, ff. de lib. & poſt.*

5 Niſi beneficio ætatis per reſtitutionem in integrum. *§. extraneus de hered. qual. & dif. l. 4, C. de rep. her.*

6 Suppliciumque ſumptum. *l. 3, §. non tantum l. 5, in prin. ff. de S. C. Silaniano.*

7 Qui veneno interemptus eſt, non pertinet ad S. C. Silanianum, etiamſi quidam ex ſervis venenum præbuerit. *l. 1, §. occiſorum, ff. de S. C. Silan.* ſed mors vindicatur ab herede. *l. 2, C. de his quib. ut indig.*

Honeſtati enim heredis convenit, qualemcumque mortem teſtatoris inultam non prætermittere. §. 3. Domino occiſo, de ea familia quæſtio habenda eſt, quæ intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino [1] eo tempore, quo occidebatur. §. 4. Qui occiſus dicitur, ſi conſtet eum ſibi quoquomodo manus intuliſſe, de familia ejus quæſtio non eſt habenda [2], niſi forte prohibere potuit, nec prohibuit. §. 5. Neroniano Senatuſconſulto cavetur, ut occiſa uxore, etiam de familia viri quæſtio habeatur: idemque ut juxta uxoris familiam obſervetur, ſi vir [3] dicatur occiſus. §. 6. Servi, qui ſub eodem tecto fuerunt, ubi dominus perhibetur occiſus, & torquentur, & puniuntur, & ſi teſtamento occiſi manumiſſi ſint. Sed & hi torquentur, qui cum occiſo in itinere [4] fuerunt. §. 7. Servi de proximo ſi cum poſſent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt [5], puniuntur. §. 8. Servos, qui in itinere circundatum à latronibus dominum per fugam deſeruerunt, apprehenſos & torqueri, & ſummo ſupplicio [6] affici placuit. §. 9. Habetur de familia quæſtio, & ſi heres teſtatorem occidiſſe dicatur: nec intereſt, an extraneus [7], an ex liberis ſit. §. 10. Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas [8], ſi nihil teſtamento in fraudem legis fuerit cautum. §. 11. Sive fal-

1 *l. 1, §. cum dominus. ff. de S. C. Silan. & j. 6. ſententia.*

2 Puniendi tam ſunt ſervi, qui cum prohibere poſſent, non prohibuerunt. *l. 1, §. ſi ſibi manus. ff. de S. C. Silan.*

3 *l. 1, §. ſi vir. ff. de Senatuſconſulto Silan.*

4 *l. 3, §. de his. ff. de S. C. Silan.*

5 *l. 1, §. eod. ff. de S. C. Silan.*

6 *l. 1, §. cum dominus. ff. de S. C. Silan.*

7 *l. 6, §. 1, ff. de S. C. Silan.*

8 Hoc olim obtinuiſſe verum eſt. *l. ult. C. de fideic.* Idemque porrectum ad omnes alias cauſas Juſtiniani temporibus, argumento eſt *l. 33, C. de inof. teſtam* At ex *Novell. 1*, expellitur quidem heres ab hereditate, non tamen quaſi indignus.

1 *l. ut.*

ve falſum, ſive ruptũ, ſive irritum dicatur eſſe teſtamentum, ſalva eorum diſceptatione [1], ſcriptus heres jure in poſſeſſionem mitti deſiderat. §. 12. Si inter heredèm inſtitutum, & ſubſtitutum controverſia ſit, magis placuit eum in poſſeſſionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco [2] ſcriptus eſt. §. 13. Scriptus heres, ut ſtatim in poſſeſſionem mittatur, jure deſiderat. Hoc poſt annum [3] impetrare non poterit. §. 14. In eo teſtamento heres ſcriptus, quod nec ut oportuit, oblatum, nec publice recitatum eſt, in poſſeſſionem mitti fruſtra [4] deſiderat. §. 15. In poſſeſſionem earum rerum, quas mortis tempore teſtator non poſſedit, heres ſcriptus priuſquam jure ordinario experiatur, improbe [5] mitti deſiderat.

TIT. VI.
DE LEGATIS.

§. 1. PEr præceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio judicis familiæ erciſcundæ [6] à coheredibus præſtabuntur. §. 2. Ante heredis inſtitutionem [7] legari non poteſt: inter medias heredum inſtitutiones, ſive alter, ſive uterque adeat, poteſt. §. 3. Interdum dimidium, interdum totum debetur [8] legatariis. Dimidium,

1 *l. ult. C. de codicill. l. 2, C. de edict. Divi Adr. tol. l. 6, C. quorum appell. non rec.* ſed ex Conſtitutione Juſtiniani in poſſeſſionem miſſio ſit. *l, 3, C. de edict. Divi Adr. toll.*

2 *l. 1, C. de edict. D. Adr. toll.*

3 Quod & in ſua Conſtitutione Juſtinianus indicat, illis verbis, *Sive enim poſt annale tempus.*

4 *l. 3, C. de edict. D. Adriani tol.*

5 Quod & ex Conſtitutione Juſtiniani locus obtinet.

6 *l. 25, §. ult, & l. prox. ff. famil. erciſc.*

7 *§. ante heredis. de legat.*

8 Hoc eſt, quod Ulpianus in fragm tradit *tit. 24,*

dium, ſi per vindicationem legatum ſit, totum ſi per damnationem. §. 4. Communi ſervo cum libertate, & ſine libertate legari poteſt, totumque legatum [1] ſocio teſtatoris adquiritur. §. 5. Poſt mortem heredis legari non poteſt [2], quia nihil ab herede heredis relinqui poteſt. §. 6. In mortis tempus [3] tam ſua, quam heredis ejus [4] legata confirmari poſſunt, hoc modo: LUCIO TITIO CUM MORIETUR, DO LEGO, AUT, HERES MEUS DARE DAMNAS [5] ESTO. §. 7. Per vindicationem legatum, etſi nondum conſtituerit legatarius ad ſe pertinere, atque ita poſt apertas tabulas [6] ante aditam hereditatem deceſſerit, ad heredem ſuum tranſmittit. §. 8. Si res obligata creditori, cujus cauſam teſtator non ignorat, per damnationem legata ſit, luitio [7] ad heredis ſollicitudinem ſpectat. §. 9. Servo fataliter interempto, legatarii damnum eſt [8]: quia legatum nulla culpa heredis intercidit. §. 10. Damnari heres poteſt, ut alicui domum extruat, aut ære alieno eum liberet. [9] §. 11. Sinendi modo [10] tam

1 Si cum libertate, totus jure adcreſcendi ad ſocium pertinebit, §. *ultim. de donat.* ſi prætermiſſa libertate, communis erit ſervus inter heredem & ſocium teſtatoris: hereditas autem, vel legatum ſoli ſocio adquiretur, *l. 63, §. 9, ff. pro ſoc. l. 49, ff. ad leg. Falc. 11, de opt. leg.*

2 Quia ille, qui heres relinquitur, quem ſit heredem habiturus, incertum eſt. *l. 70, ff. de verb. ſignif.* At hæc Juſtinianus emendavit. *§. poſt mortem, de legat.*

3 Legendum reor, *in tempus mortis tam ſuæ, quam heredis ejus legata conferri poſſunt.* exemplo *l. 79, ff. de cond. & dem.*

4 *Ejus*, id eſt, teſtatoris.

5 Legebatur, *damnes:* pro *damnas:* quem errorem Alciatus ſecutus eſt. *lib. 111, παρέργων.* Latini ſemper dixere damnas, etiam in multitudinis numero. *l. 34, §. 1, ff. de legat. 111, l. 122, §. 1, ff. de legat. 1,*

6 Hodie defertur ex die mortis, ut in conſtitutione *de caduc. tollen.*

7 *§. Sed et ſi rem, de legat. l. 85, ff. de legat. 11,*

8 Si heredis facto, heredis. *§. ſi res legata. de legat.*

9 *§. Sed & tale legatum. de leg.*

10 Hæc verba, ſuſpecta, mallemque generaliter proponi, ut in *§. tam autem. de legat.*

tam corporales res, quam quæ in jure conſiſtunt legari poſſunt: & ideo debitori id, quod debet recte legatur. *§.* 12. Ejus rei, quæ legata eſt, exemplo heredis partem agnoſcere, partem repudiare[1] legatarius non poteſt. *§.* 15. Legatum niſi rei certæ ſit[2] & ad certam perſonam deferatur, nullius eſt momenti. *§.* 14. Si quis ſibi & Titio legatum adſcripſerit, magis eſt, ut totum[3] legatum ad conjunctum pertineat. *§.* 15. Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit[4] ut ſuſpectus à tutela removendus eſt, ad quam ultro videtur affectaſſe. *§.* 16. Rem legatam teſtator ſi poſtea pignori, vel fiduciæ dederit, ex eo voluntatem mutaſſe[5] non videtur. *§.* 17. Uſusfructus uniuſcujuſque rei[6] legari poteſt, & aut ipſo jure[7] conſtituetur, aut per heredem præſtabitur. Ex cauſa quidem damnationis per heredem præſtabitur, ipſo autem jure per vindicationem. §. 18. Furioſi, & ægrotantis[8], & infantis uſusfructus utiliter relinquitur. Horum enim alius reſipiſcere, alius convaleſcere, alius creſcere poteſt. *§.* 19. Ancillæ uſufructu legato[9], partus ejus ad fructuarium non pertinent. §. 20. Gregis uſufructu legato, grege integro manen-

1 *l. 1, ff. de adquiren. hered. l. 38, ff. de legat. 1,*

2 Ut incertæ perſonæ. *§. incertis de legat.* ita res incertæ. *l. 69, §. 4. ff. de jur. dot. l. 10, §. 1, ff. ann. leg.*

3 Videnda eſt *l. 14, §. 1, ff. ad legem Corneliam, de falſ.*

4 *l. 18, §. 1, ff. ad leg. Corn. de falſ*

5 *l. 3, C. de legat. §. ſi rem ſuam. Inſtit. eod. tit.*

6 *l. 69, ff ad legem Falc.*

7 Id eſt, ſine heredis facto: Alibi traditur ipſum uſumfructum aut ipſo jure conſtitui, id eſt, civili jure: aut tuitione Prætoris. *l. 1, ff. quib. mod. uſusfr, amitt. l. 9, §. 1. ff. uſufr.*

8 Dubitari poteſt, quia interim nullus eſt. *l. 55, l. 12, §. 3, ff. de uſufruct.* Verum incipiet ſi furioſus reſipuerit, æger convaluerit, infans creverit.

9 Scripſimus in *l. 4, ff. de uſurp. & uſuc.*

manente, fœtus [1] ad uſufructuarium pertinent. §. 21. Areæ uſufructu legatō, ædificia [2] in eo conſtitui non poſſunt. §. 22. Acceſſio alluvionum ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non eſt, non pertinet: venationis [3] vero, & aucupii reditus ad fructuarium pertinet. §. 23. Servos neque torquere, neque flagellis cædere [4], neque in eum caſum facto ſuo perducere uſufructuarius poteſt, quo deteriores fiant. §. 24. Fructu legato ſi uſus non adſcribatur, magis placuit uſumfructum videri adſcriptum. Fructus enim ſine uſu [5] eſſe non poteſt. §. 25. Si alteri uſus, alteri fructus legatus ſit, fructuarius in uſum concurrit [6]. quod in fructu uſuarius facere non poteſt. §. 26. Cum conjunctim duobus uſumfructum do, lego, legatum altero mortuo, ad alterum [7] in ſolidum pertinebit. §. 27. Uſufructu legato, de modo utendi cautio à fructuario ſolet interponi: & ideo perinde omnia ſe facturum [8], ac ſi optimus paterfam. uteretur, fidejuſſoribus oblatis cavere cogetur. §. 28. Uſusfructus amiſſus ad proprietatem [9] recurrit. Amittitur autem quinque modis, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure ceſſione, dominii comparatione. §. 29. Capitis minutione amittitur [10], ſi in inſulam fructuarius deportetur, vel ſi ex cauſa metalli ſervus pœnæ efficiatur, aut ſi ſtatum ex adrogatione, vel adoptione [11] mutaverit. §. 30. Non utendo amittitur uſusfructus, ſi poſſeſſione

1 *l. 68, §. ult. ff. de uſufr.*
2 *l. 7, §. hac ratione. ff. de uſufruct.*
3 *l. 9, §. 4, 5, ff. de uſufr.*
4 *l. 17. §. 1, l. 23, in fin. ff. de uſufr.*
5 *l. 14 §. 1, ff. de uſu & hab.*
6 *l. 14, § pen. ff. de uſu & habit.*
7 *l. 1, §. interdum. ff. de uſufr. adcr.*
8 *l. ult. ff. uſufr. quemad. cav.*
9 *§. ult. de uſufru.*
10 Ex Conſtitutione Iuſtiniani uſusfructus minima capitis minutione non amittitur. *l. pen ult. C. de uſufru.*
11 Correctum per *l. ult. C. eod.*

1 Ex

ſione fundi biennio fructuarius non utatur, rei mobilis anno [1] §. 31. Rei mutatione amittitur uſusfructus [2], ſi domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet poſtea reſtituatur [3]. §. 32. In jure ceſſione amittitur uſusfructus, quotiens domino proprietatis [4] eum fructuarius in jure ceſſerit. §. 33. Finitur [5] uſusfructus aut morte, aut tempore. Morte, cum uſufructuarius moritur. Tempore, quotiens ad certum tempus uſusfructus legatur, velut biennio, aut triennio. §. 34. Fundo vel ſervo [6] legato, tam fundi inſtrumentum, quam ſervi peculium ad legatarium pertinet. §. 35. Quærendorum fructuum cauſa [7] eſſe videntur, qui opus ruſticum faciunt, & monitores, & villici, & ſaltuarii [8] item boves aratorii, aratra, bidentes, & falces putatoriæ, frumentum quoque ad ſementem repoſitum. §. 36. Cogendorum fructuum cauſa [9] comparata inſtrumento cedunt, velut corbes, alvei falces meſſoriæ, & fænariæ, item molæ olivariæ. §. 37. Conſervandorum fructuum cauſa comparata [10], inſtrumento cedunt, velut dolia, cupæ, vehicula ruſtica, cibaria, piſtores, aſini, focariæ [11], item ancillæ, quæ veſtimenta ruſticis faciunt: ſcotra quoque & ſutor continebuntur. §. 38. Uxo-

1 Ex conſtitutione Juſtiniani rei mobilis triennio, immobilis decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes non utendo amittitur. *l. penult, C. de ſervit. & aq.*

2 *l. 5. §. 2, ff. quib. mod. uſusfr. amit.*

3 *l. 10, §. pen. ff. eod.* qua in re diſtat uſusfructus à ſervitute. *l. 20, §. 1, ff. de ſerv. urb.*

4 *l. 66, ff. de jur. dot.*

5. Differentiam facit inter amittere, & finiri.

6 Pugnat cum *l. 24, ff. de pecul. legat.* & cum *l. ult. ff. de ſup. leg.*

7 *l. 8, ff. de inſtruct. vel inſt. leg. l. 12, §. 1, ff. eod. tit.*

8 *l. 12, §. 4, ff. eod.*

9 *d. l. 8, l. 10, & l. 24, eod. tit.*

10 *d. l. 8, l. 12, §. conſervandi. ff. eod.*

11 Quidam habent *foccariæ*: ſed *focariæ* rectiſſimum eſt, ut in *d. l. 12. §. Trebatius, & §. prox. & l. 15, eod. tit. l. 2, C. de don. int. vir. & uxor. l. 3, C. de con. inſ.*

Uxores[1] eorum, qui operantur, magis eſt, ut inſtrumento cedant. Pecora[2] quoque, & paſtores eorum ſtercorandi cauſa parata, inſtrumento continentur. §. 39. Ea autem, quæ cuſtodiæ magis cauſa, quam ad uſus patris familiæ eo delata ſunt, inſtrumenti nomine[3] non continentur. §, 40. Uxores eorum, qui mercedes[4] præſtare conſueverunt, neque inſtructionis, neque inſtrumenti appellatione continentur. §. 41. Piſcationis, & venationis inſtrumentum ita demum inſtrumento fundi continetur, ſi ex his[5] maxime fundi reditus cogatur. §. 42. Fructus percepti inſtrumento fundi ita demum cedunt: ſi ibidem abſumi à teſtatore conſueverunt[6]. §. 43. Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano, & mancipiis, quæ ibi ſunt legato, ſemina quoque, & cibaria[7] debebuntur. §. 44. Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano, & mancipiis, quæ ibi ſunt, legato, tam ſupellex[8], quam æramentum, itemque argentum, & veſtes, quæ ibi paterfam. inſtruendi gratia habere ſolet, debebuntur. Item ea mancipia, quæ uſui patrifam. eſſe ſolent. Itemque aves, & pecora, quæ inſtruendarum epularum gratia in fundo com-

1 *l. 12, §. uxores. ff. de inſtr. vel inſt. leg. l. 60, §. ult. ff. de leg. 111,*

2 Paſcendi cauſa parata, ut ex eis fructus capiantur, inſtructo cedunt. *l. 2, C. de verb. ſignif.* ſed non inſtrumento. *l. 9, ff. de inſtr. vel inſt. leg.*

3 Sed neque inſtructi ſunt *l. 12, §. ſed ſi fundus ff. de inſtr. vel inſt. leg. l. 1, C. de verb. ſign.*

4 Putem & eos, qui mercedes præſtant, inſtrumento non contineri, argum. *l. 12. §. ſi reliqua parte. l. 19, §. ultim. ff. de inſtruct. vel inſt. leg.*

5 *d. l. 12. §. ſi in agro.*

6 *d. l. 12, §. Celſus. l. 1, C. de verb. ſign.*

7 *d. l. 12, in prin. l. 18, §. item cum fundus. ff. eod.*

8 Inſtrumento legato, ſuppellex non continetur. *d. l. 12, §. ſupellex. l. 16, ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* At inſtructo etiam ſupellex. Hæc verba, *Cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano*, inſtructi plenam ſignificationem continere hæc Pauli ſententia demonſtrat.

comparata ſunt, exceptis his, quæ ibi cuſtodiæ cauſâ depoſita ſunt §. 45. Fundo legato, UTI OPTIMUS MAXIMUSQUE EST[1], retia, apraria, & cætera, venationis inſtrumenta continebuntur: quod etiam ad inſtrumentum pertinet, ſi quæſtus fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat. §. 46. Fructus, qui ſolo cohærebant mortis teſtatoris tempore, ad legatarium pertinent[2]: ante percepti, ad heredem[3]. §. 47. Fundo legato cum mancipiis & pecoribus, & omni inſtrumento ruſtico, & urbano, peculium[4] actoris ante teſtatorem defuncti, ſi ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. §. 48. Actor, vel colonus ex alio fundo in eodem conſtitutus, qui cum omni inſtrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet: niſi eum ad jus ejus fundi[5] teſtator voluerit pertinere. §. 49. Adjunctiones, quas fundo legato teſtator ex diverſis emptionibus applicaverat, [6] legatario cedere placuit. §. 50. Instructo prædio legato fabri ferrarii, item lignarii, putatores, & qui inſtruendi fundi[7] gratia ibidem morabantur, legato cedunt. §. 51. Instructo fundo legato, libri quoque & bibliotheca[8], quæ in eodem fundo ſunt, legato continentur. §. 52. Servum ſtudendi gratia ex eodem fundo[9], qui cum mancipiis fuerat le-

1 *l. 22, ff. de inſtruct. vel. inſtru. legat.*

2 Hoc quidam non admittunt, argum. *l. 9, ff. ad legem Falcid.* omnino male. Nam lex non de fundo legato; ſed de fundo hereditario tractat.

3 Niſi mora intercesſerit. *l. ult. C. de uſur. & fruct. leg. l. 39, §. fructus. ff de legat. 1,*

4 *l. 20, §. 3, ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Extat hæc Pauli ſententia in *l. 22, ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.*

5 *l. 20, §. idem quæſit l. 12, §. Pap. quoque prædiu. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.*

6 *d. l. 20, §. tyranna.*

7 Hæc eadem legato fundo cum inſtrumento, contineri ſatis conſtat ex *l. 12, & l. 18, §. de putatorib. eod.*

8 *l. 12, §. inſtructo item fundo. ff. de inſtr. vel inſt. leg.*

9 *l. 20, §. Pamphilæ. ff. de inſtruct. vel inſtr. leg. l. 71, in prin. ff. de leg. III,*

1 Hoc

rat legatus, alio tranſlatum ad legatarium placuit pertinere. §. 53. Fundo ita ut poſſederat legato [1], mancipia tam urbana, quam ruſtica, itemque aurum, & veſtes, quæ eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. §. 54. Paſcua, quæ poſtea comparata ad fundum legatum teſtator adjunxerat[2], ſi ejus appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. §. 55. Quidquid in eadem domo [3], quam inſtructam legavit paterfam. perpetuo inſtruendi ſe gratia habuit, legatario cedit. §. 56. Inſtructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior, vel tuta ab incendio præſtatur, regulæ, ſpecularia, vela [4] legato continebuntur. Item æramenta, lecti, culcitræ, pulvinaria, ſubſellia, cathedræ, menſæ, armaria, delphicæ, pelves, conchæ, aquiminalia, candelabra, lucernæ, & ſimilia quacunque materia expreſſa. §. 57. Domo legata, balneum ejus, quod publice præbetur, niſi alias ſeparetur [5], legato cedit. §. 58. Domo cum omni jure ſuo ſicut inſtructa eſt, legata, urbana familia, item artifices [6], & veſtiarii [7], & zetarii & æquarii eidem domui ſervientes, legato cedunt. §. 59. Omnibus, quæ in domo ſunt legatis, cautiones debitorum, rationeſque ſervorum legato [8] cedunt. §. 60. Mobilibus legatis, aurum, vel argentum [9] non debetur, niſi de eis quo-

que

1 Hoc verbo, *uti poſſedi*, inſtructus fundus ſignificatur. *d, 91, §. 1, de legat. 111.*

2 *l. 20. §. tyrannæ. ff. de inſtr. vel. inſtr. legat.*

3 *l. 1, & 2, C, de verb ſign.*

4 *l. 12, §. vela. §. ſpecularia. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.*

5 *l. 91, §. balneas. ff. de legat. lib. 111.*

6 *l. 12, §. idem reſpondit, domo ita ut. ff. de inſtruct. vel inſtr. legat.*

7 Malim *hoſtiarii*: veſtiarii enim patri familias, hoſtiarii domui deſerviunt.

8 Dubium non eſt, quem, ut in *l. 12, §. penult. ff. de inſtruct. vel inſtru. legat. & l. 92 ff. de legat 111.* hoc loco legendum, *Legato non cedunt*, & pro *rationes, emptiones.*

9 *l. 79. §. 1, de legat. 111.*

1 *l. 8,*

que manifeſte[1] teſtatorem poſſit oſtendi. §. 61. Inſtrumento cauponio legato, ea debentur, quæ in cauponi uſum parata ſunt, velut vaſa, in quibus vinum diffunditur, eſcaria quoque, & pocularia vaſa debentur. Sane miniſtri[2] earum rerum legato non cedunt. §. 62. Inſtrumento medici legato, collyria, & emplaſtra, & apparatus omnis[3] conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. §. 63. Inſtrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria[4], & temperandorum colorum vaſa debentur. §. 64. Piſtoris inſtrumento legato, cribra, aſini, molæ[5], & ſervi, qui piſtrinum exercent, item machinæ, quibus farinæ ſubiguntur, legato cedent. §. 65. Inſtrumento balneatorio legato, balneator ipſe[6], & ſcamna[7], & hypodia, fiſtulæ, miliaria, epitonia, rotæ aquariæ, jumenta quoque, quibus ligna deferuntur legato cedunt. §. 66. Inſtrumento piſcatoris legato, retia, & naſſæ, & fuſcinæ, & naviculæ, hami, quoque & cætera[8] ejuſmodi uſibus deſtinata debentur. §. 67. Supellectile legata[9] capſæ, armaria, non ſolum librorum, aut quæ veſtis ponendæ gratia parata ſunt, debentur, ſed & byſſina, &[10] cryſtallina, & argentea, vitrea vaſa, tam eſcaria, quam pocularia[11], veſtes ſtratoriæ legato cedunt.

§. 68.

1 *l. 8, ff. de ſupr. leg.*

2 Pugnat cum *l. 17. §. ult. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.* adhibenda eſt diſtinctio *l. 13, ff. eod.*

3 *. 18. §. in inſtrumento. ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.*

4 *l. 19, ff. de inſtruct. vel inſt. leg.*

5 *l. 18, §. 1, ff. eodem titulo.*

6 *l. 13, in fin. l. 17. § ultim. ff. eod.*

7 Scamna pro ſubſelliis. *l. 2, C. Theod. de contrahen. empt. l. 3, ff. de ſupell. leg.*

8 Sed & piſcatores, *l. 17. §. 1, ff. de inſtr. vel inſtr. leg.*

9 *l. 3, de ſupell. le at.*

10 Puto legendum, *ſed & myrrina.* ex *d. l. §. de murrinis.*

11 Myrrina, cryſtallina, vitrea vaſa tam eſcaria, quam potoria ſunt in ſuppellectile. *l. 11. ff. de ſupell. legat.* At quia argentum, aurumve factum à ſuppellectile ſeparatur, nec

1 ſuppel

§. 68. Villis, vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri[1] cedit. §. 69. Servis legatis, ancillæ quoque debentur, non item ſervi legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam virgines, quam ſervorum, pueri[2] continentur, his ſcilicet exceptis, quæ fiduciæ[3] datæ ſunt. §. 70. Servis amanuenſibus legatis, omnes, qui ex converſatione urbana, & in miniſterio fuerunt, debebuntur, niſi ex his aliqui perpetuo ad opus ruſticum transferantur.

§. 71. Venatores ſervi, vel aucupes, an inter urbana miniſteria contineantur, dubium remanſit: & ideo voluntatis eſt quæſtio: tamen ſi inſtruendarum quotidianarum epularum gratia habentur[4], debentur. §. 72. Muliones[5], inſtitores inter urbana miniſteria continentur, item obſonatores, & veſtiarii, & cellarii[6], & cubicularii, & arcarii, & coqui, placentarii, tonſores, piſtores, lecticarii. §. 73. Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur, quæ gregatim[7] paſcuntur. §. 74. Jumentis legatis[8], boves non continentur. Equis vero

lectilis legato continetur *l. 1, l. 7, ff. de ſupell. legat.* dubitari poteſt, eſcaria, vel potoria vaſa quæ aurea ſunt, vel argentea, item candelabra, pelves, lecti, menſæ, & cætera his ſimilia argentea, vel aurea, ſuppellectilis ſint, an argenti, vel auri, Et receptum eſt in ſuppellectile eſſe candelabra, lectos, & his ſimilia cujuſcumque materiæ ſint, niſi cum argentea eſſent, vel aurea, ea teſtator vel auri, vel argenti numero habuit. *l. 19, §. lectum plane. l. 27, § penult. ff. de aur. & argent. legat. l. 3, §. ultim. ff. de ſupell. legat.* Rurſus argentea, vel aurea vaſa, tam eſcaria, quam potoria argent., vel auri numero haberi, niſi probetur ea teſtatorem ſuppellectili annumeraſſe. *d. l. 3, §, pen. & l. 4, eod.*

1 *l. 15, in fin. ff. de inſtruct. vel inſtr. legat. l. 35, ff. de uſufruct. legat.*

2 *l. 81, ff. de legat. 111,*

3 *l. 73, ff. de legat. 111,*

4 Vel niſi eos paterfamil. inter urbanos annumerare ſolitus ſit. *l. 99, §. 1, ff. de legat. 11.*

5 Niſi rei ruſticæ parati ſint. *l. 60, §. 1, l. 99, §. muliones. ff. de legat. 111,*

6 Cellarii ſunt, qui ideo præpoſiti ſunt, ut rationes ſalvæ ſint. *l. 12, §. cellarium. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.*

7 Ut equi, muli, aſini, oves, boves, capræ, ſues. *l. 65, §. 4, ff. de leg. lib. 111.*

8 *l. 60, l. 65, §. 5. 6. 7. ff. de legat. 111.*

1 *l. 99, §.*

vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, niſi annuales ſint. §. 75. Grege ovium legato, arietes [1] etiam continentur. §. 76. Avibus legatis [2] anſeres, phaſiani, gallinæ & aviaria debebuntur. An autem phaſianarii, & paſtores anſerum, voluntatis quæſtio eſt. §. 77. Dulcibus legatis, ſapa, defrutum, mulſum, dulce etiam vinum, palmæ, caricæ, uvæ paſſæ [3] debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis eſt quæſtio, quia & in ſpecie pomorum comprehendi poſſunt. §. 78. Frugibus legatis [4], tam legumina, quam ordeum, & triticum continentur. §. 79. Veſte legata ea cedunt, quæ ex lana, & lino texta ſunt: item ſerica, & bombycina, quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, ſternendi, injiciendive cauſa [5] parata ſunt: pelles quoque indutoriæ continebuntur. §. 80. Veſte virili legata, ea tantummodo debebuntur, quæ ad uſum virilem ſalvo pudore attinent. Stragula [6] quoque huic legato cedunt. §. 81. Muliebri veſte legata, omnia, quæ ad uſum muliebrem [7] ſpectant, debebuntur. §. 82. Lana legata, ſive ſuccida, ſive lota ſit, ſive pectinata, ſive verſicoloria [8], legato cedit. Purpura vero, aut ſtamen ſubtemenve hoc nomine non continentur. §. 83. Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quæ munditior mulier [9], lautiorque efficitur:

90. *l. 99. §. ult. ff. de leg. III.*

91. Extat hæc ſententia in *l. 66. ff. de leg.* III.

92. *l. ultim. §. ultim. ff. de tritico, vino & ol. leg.* Quanquam palmæ caricæ, uvæ paſſæ, ficus, inter poma etiam numerari poſſint. *l. 205, ff. de verb. ſign.* Itaque facti ſive voluntatis, in æſtimatione judicis quæſtio eſt. *l. 7, C. de fideicom.*

4 *l. 77, ff. de verbor. ſignif.*

5 *l. 23, §. 1, & §. ult. & l. prox. ff. de aur. & arg. leg.*

6 *l. 23, §. virilia. ff. de aur. & arg. leg.*

7 *d. l. 23, §. muliebria.*

8 *l 32, §. 6, ff. de aur. & arg. leg.* Ab eo diſſentiunt Sabinus, & Ulpianus. *l. 70, in prin. & §. 2, ff. de legat. III,*

9 *l. 25, & mundus ff. de aur. & arg. leg.*

1 *l. 32,*

ficitur: velut ſpeculum, conchæ, ſituli, item buxides, unguenta, & vaſa, in quibus ea ſunt: item ſella balnearis [1], & cætera ejuſmodi. §. 84. Ornamentis legatis [2] ea cedunt, per quæ ornatior efficitur mulier, veluti anuli, catenæ, reticuli, & cætera [3], quibus collo, vel capite, vel manibus mulieris ornantur. §. 85. Argento legato [4], maſſæ tantummodo debebuntur: Vaſa enim, quæ proprio nomine ſeparantur, legato non cedunt: quia nec lana legata [5], veſtimenta debebuntur. §. 86. Vaſis argenteis legatis ea omnia continentur, quæ capacitati alicui parata ſunt: & ideo tam potoria, quam eſcaria, item miniſteria omnia debebuntur, veluti urceoli, lances, patinæ [6], piperataria, cochlearia, quoque, itemque trullæ, calices, ſciphi, & his ſimilia. §. 87. Libris legatis, chartæ, volumina, membranæ, philuræ continentur: Codices quoque debentur Librorum enim appellatione non volumina chartarum [7], ſed ſcripturæ modus qui certo fine concluditur, æſtimatur. §. 88. Auro legato, gemmæ quoque incluſæ [8], itemque margaritæ, & ſmaragdi legato cedunt. Sed magis voluntatis eſſe quæſtionem. Infectum enim aurum debetur, factum ornamentorum genere continetur. §. 89. Vaſis ar-

1 *l. 32, §. pen ff. eod. d. §. mundus.*

2 Tertullianus *in lib. de hab. mulieb.* ita diſtinguit: Habitus, fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum quem mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem mundum muliebrem convenit dici. Iſte in auro & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: ille in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.

3 *l. 25, §. ornamenta. ff. de auro & argento.*

4 Ut auro, ita & argento legato vaſa continentur. *l. 19, §. ult. ff. de aur. & argent. leg.* Sed magis eſt voluntatis quæſtio.

5 *l. 88, ff. de leg. 3,*

6 *l. 19, §. ſed cui vaſa. ff. de aur. & arg. leg.*

7 *l. 25. ff. de legat. 3,*

8 Auro legato factum, infectumque debetur. *l. 19, in princ. ff. de aur. & arg. leg.* itemque gemmæ auro incluſæ. *d. l. 19, §. perveniamus.*

ſis argenteis legatis, emblemata [1] quoque ex auro infixa legato cedunt. §. 90. Argento potorio legato, omnia [2], quæ ad poculorum ſpeciem comparatæ ſunt, debebuntur, veluti pateræ, calices, ſcyphi, urceoli, œnophoria, & conchæ. §. 91. Carruca cum junctura legata, mulæ [3] quoque legatæ, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi conſuetudinem. §. 92. Prolatis codicillis, vel alio teſtamento quibus ademptum eſt legatum, vel certe reſciſſum [4], perperam ſoluta repetuntur.

TIT. VII.
DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

§. 1. Mortis cauſa donat, qui ad bellum proficiſcitur, & qui navigat, ea ſcilicet condicione [5], ut ſi reverſus fuerit, ſibi reſtituatur: ſi perierit, penes eum remaneat, cui donavit. §. 2. Donatio mortis cauſa, ceſſante valetudine, & ſecuta ſanitate, pœnitentia etiam revocatur [6]: Morte enim tantummodo convaleſcit.

TIT. VIII.
AD LEGEM FALCIDIAM.

§. 1. Exhauſta legatis, aut fideicommiſſis, vel mortis cauſa donationibus [7] hereditate, auxilio Falcidiæ inſtitutus heres quadrantem retinere poteſt. §. 2. Quotiens de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio

1 *d l. 19, §. ſimili modo.*
2 *l 21, l. 36, ff. de aur, & arg. leg.*
3 *l. 38, §. 8, ff. de ædil. edi. l. 3, ff. de aur. & arg. leg.*
4 Id eſt, deminutum. *l. 2, §. 1. ff. de cond. indeb.* Scribe, reciſum.
5 Ut dictum eſt *l. 2, t. 1, 3, §. 1, de don.*
6 *§. 1, de donat.*
7 Erat lex Falcidia de legatis, ſed Pegaſiano S.C. ad fideicommiſſa; Conſtitutione Severi ad donationes cauſa mortis etiam producta eſt.

officio judicis omnibus æſtimatis, quarta facienda eſt, quæ apud heredem remaneat: aut certe exigenda cautio à legatario, ut quod plus dodrante perceperit, reſtituat[1]. §. 3. Ea, quæ mater vivo filio donavit[2], in quartam non imputantur.

§. 4. Ex mora præſtandorum fideicommiſſorum, vel legatorum fructus, & uſuræ peti poſſunt. Mora autem fieri videtur[3], cum poſtulanti non datur.

IULII

1 *l. 1, §. cum dicitur. ff. ſi cui plusquam per legem Falc. l. 2, C. de uſur. leg.*

2 Niſi ideo donata ſint, ut integra heres legata præſtaret. *l. 56, §. ult. ff. ad leg. Falcid.* aut ea mente donentur, ut in eam imputentur. *l. 35, §. 2, C. de inoffic. teſt.*

3 Per litis conteſtationem. *l. 1, C. de uſur. leg.*

verba, utile faciunt fideicommiſſum. RELINQUO [1] vero, & COMMENDO [2] nullam fideicommiſſi pariunt actionem. §. 7. Tam noſtras res, quam alienas per fideicommiſſum relinquere [3] poſſumus: ſed noſtræ ſtatim, alienæ autem æſtimatæ, aut redemptæ præſtantur. §. 8. Si alienam rem tanquam ſuam teſtator per fideicommiſſum reliquerit, non relicturus, ſi alienam ſciſſet, ut ſolet legatum, ita inutile erit [4] fideicommiſſum.

§. 9. Teſtator ſupervivens, ſi eam rem, quem reliquerat, vendiderit, extinguitur [5] fideicommiſſum. §. 10. Codicillis, qui teſtamento confirmati non ſunt, adſcriptum fideicommiſſum jure debetur. §. 12. Filio quibuſcunque verbis à patre fideicommiſſum relictum, jure debetur. Sufficit enim inter conjunctas perſonas, quibuſcunque verbis, ut in donatione, voluntas expreſſa: & ideo etiam pridie [6], quam moriatur, recte relictum videtur. §. 12. In tempus emancipationis, vel cum ſui Juris erit, fideicommiſſum relictum [7] quocumque modo patria poteſtate liberato debetur. §. 13. Rogati invicem ſibi, ſi ſine liberis deceſſerint, hereditatem reſtituere, altero decedente ſine liberis, hereditas ad eum pervenit, qui ſupervixit; nec ex eo paciſci [8] contra

1 At videtur eſſe precarium. *l. 71, §. 8. ff. ad s. C. Trebell.*

2 *l. 12, C. de fideicommiſſ. libert. l. 11, §. 2. ff. de legat. 3.*

3 Per damnationem. Ulpian. *titul. de fideicomm.* Per vindicationem jure civili non valet. *l. 39. ff. de manum. teſt.*

4. *l. 10, C. de legat. l. 6. C. de fideicommiſſ.*

5 Niſi alia mente teſtatorem alienaſſe probetur: *§. ſi rem ſuam. de legat. l. 15, ff. de adim leg.*

6 Paria ſunt, *Poſt mortem heredis, & Pridie quam morietur heres. §. poſt mortem. de legat.* Sed & *Cum morietur heres. l. 1, §. ſi emancipato. ff. de collat. bonorum. l. 11, §. ſi filio. ff. de legat 117.*

7 Idemque juris uno tantum caſu expreſſo. *l. 11, §, ſi cui. ff. de legat. 3, l. 15. ff. quand. dies leg. ced l. 3, C. de inſtit. & ſubſtit.*

8 *l. 21, 1, C. de pact. l. 11, C. de tranſact.*

contra voluntatem teſtatoris poſſunt. §. 14. Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommiſſum præſtare non poſſunt. §. 15. Rem fideicommiſſam heres vendiderit, eamque ſciens comparaverit, nihilominus in poſſeſſionem [1] ejus fideicommiſſarius mitti jure deſiderat. §. 16. Quotiens libertis fideicommiſſum relinquitur, ad eos tantummodo [2] placuit pertinere, qui manumiſſi ſunt, vel qui in eodem teſtamento libertatem, intra numerum legitimum conſecuti ſunt. §. 17. Cui ab herede fideicommiſſum non præſtatur, non ſolum in res hereditarias [3], ſed & in proprias [4] heredis inducitur. §. 18. Jus omne fideicommiſſi non in vindicatione, ſed in petitione [5] conſiſtit.

TIT. II.
DE S.C. TREBELLIANO.

SEnatuſconſulto Trebelliano proſpectum eſt, ne ſolus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. Et ideo quotiens hereditas ex cauſa fideicommiſſi reſtituitur, actiones ejus in fideicommiſſarium transferuntur [6]: quia unicuique damnoſam eſſe fidem ſuam non oportet.

TIT.

1 Juſtinianus in rem miſſionem ſuſtulit. Igitur ſupereſt dumtaxat vindicatio: emptori autem malæ fidei adverſus heredem ſolius pretii repetitio dabitur. *l. ult. C. com. de legat.*

2 Idem interdum datur & manumiſſis per fideicommiſſum, & liberrorum libertis. *l. 2, l. 16, §. 1, ff. de aliment, legat.*

3 Niſi malit ſeparationem bonorum impetrare. *l. penult. ff. de ſepar.*

4 Ob cautionem non præſtitam non mittitur in res heredis, proprias, niſi certis modis. *l. 5, §. Imp. ff. ut in poſſ. legat.*

5 Legata vindicamus, fideicommiſſa petimus. *l. 22, §. 1, ff. ad S. C. Trebell.*

6 Quod ideo proditum eſt, ne cui periculoſa eſſet fides ſua. *l. 1, ff. ad S. C. Trebellianum.*

1 Com-

TIT. III.
DE S.C. PEGASIANO.

§. 1. INter heredem & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano hereditas reſtituitur, partis & pro parte ſtipulatio interponitur [1]: ut heredi inſtituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus fideicommiſſario competant. §. 2. Totam hereditatem reſtituere rogatus, ſi quartam retinere nolit, magis eſt, ut eam ex S. C. Trebelliano [2] debeat reſtituere. Tunc enim omnes actiones in fideicommiſſarium dantur. §. 3. Lex Falcidia, itemque S. C. Pegaſianum deducto omni ære alieno, Deorumque donis [3], quartam reſiduæ hereditatis ad heredem voluit pertinere. §. 4. Qui totam hereditatem reſtituit, cum quartam retinere ex Pegaſiano debuiſſet, repetere eam non poteſt [4]. Nec enim indebitum ſolviſſe videtur, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit.

TIT. IV.
RE REPUDIANDA HEREDITATE.

§. 1. REcuſari hereditas [5] non tantum verbis, ſed etiam re poteſt, & alio quovis indicio voluntatis. §. 2. Heres per magiſtratus municipales, ex auctoritate præſidis [6], fideicommiſſario poſtu-

1 Communicantur tamen onera inter heredem & fideicommiſſarium, interpoſitis ſtipulationibus partis & pro parte. *§. poſt quod. Inſt. De fideicomm. hered.*

2 *l. 45. ff. ad S. C. Trebell.*

3 Argum. *l. 5, §. 12, ff. de. don. inter vir. & uxor.*

4 Quia ſciens reſtituit. *l. 1, l. ult. C. ad leg. Falcid. l. 5, §. 15. ff. de don. int. vir. & uxor.*

5 *l. 16, §. 4, §. 10, ff. ad Treb. l. 95, ff. de acquir. hered.*

6 Eademque modo Duumviri tutores dant, *l. 46, §. ff. de admin. tutor.* cum tamen neutrum imperii ſit, aut juriſdictionis.

poſtulant, hereditatem adire, & reſtituere compellitur. §. 3. Fideicommiſſarius ſi affirmet heredem nolle adire hereditatem, abſente eo interponi decretum [1], & in poſſeſſionem mitti jure deſiderat. §. 4. Suſpectam hereditatem adire compulſus omnia [2] ex Trebelliano reſtituit.

TIT. V.
DE INOFFICIOSI QUERELA.

§. 1. Inofficioſum dicitur teſtamentum, quod fruſtra, liberis exheredatis, non ex officio pietatis [3], videtur eſſe conſcriptum. §. 2. Poſt factum à matre teſtamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum poſſet, voluntatem ad exemplum præteriti, inofficioſi [4] querelam recte inſtituit. §. 3. Teſtamentum, in quo Imperator [5] ſcriptus eſt heres, inofficioſum argui poteſt. Eum enim qui leges facit [6], pari majeſtate legibus obtemperare convenit. §. 4. Qui inofficioſum dicere poteſt, hereditatem petere [7] non prohibetur. §. 5. Filius ex aſſe heres inſtitutus inofficioſum dicere non poteſt, nec intereſt, exhauſta, nec ne ſit hereditas, cum apud eum quarta [8] aut legis Falcidiæ aut S. C. Pegaſiani beneficio ſit remanſuræ. §. 6. Quarta portio liberis deducto ære alieno, & funeris impenſa præſtanda eſt, ut ab inofficioſi querela excludantur: libertates [8] quoque eam portionem

1 l. 6, ff. ad Trebell. l. 67, ff. eod. l. pen. §. ult. C. eod.

2 l. 4, l. 45, ff. ad Trebell. §. ſed ſi recuſabat. De fideicom. hered.

3 Vel contra officium pietatis. l. 2, ff. de inoffic. teſtam.

4 l. 3, C. de inoffic. teſtam.

5 l. 8, §. 2, ff. de inoffic. teſt.

6 l. 23, ff. de legat. III.

7 l. 1. C. de inoffic. teſt. Quidam Codices habent, *Qui inofficioſum dicere non poteſt.*

8 l, 8 §. 9 ff. de inoffic teſt.

9 l. 8, §. 8, & §. 9, ff. de inoffic. teſt. l. 6. C. eod.

1 Adjectis

tionem minuere placet. §. 7. Filius in judicio patris ſi minus quarta portione conſecutus ſit, ut quarta ſibi à coheredibus fratribus[1] citra inofficioſi querelam impleatur, jure deſiderat. §. 8. Pactio talis, ne de inofficioſo teſtamento dicatur, querelam ſuper judicio futuram non excludit. Meritis[2] enim liberos, quam pactionibus adſtringi placuit. §. 9. Rogatus hereditatem reſtituere, etſi inofficioſi querelam inſtituerit, fideicommiſſo non fit injuria: quartam enim ſolummodo hereditatis amittit[3], quam beneficio Senatuſconſulti habere potuiſſet. §. 10. Heres inſtitutus habens ſubſtitutum, ſi de inofficioſo dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiſcum, ſed ad ſubſtitutum[4] pertinebit.

TIT.

DE VIGESIMA.[5]

§. 1. Tabulæ teſtamenti aperiuntur hoc modo, ut teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignaverint teſtamentum, ut ita agnitis ſignis, rupto lino aperiatur, & recitetur[6], atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas, ac deinde ſigno publico obſignatum in archium redigatur: ut ſi quando exemplum ejus intercederit[7], ſit, unde peti

1 Adjectis extraneis ſecus. *l. 3, C. de inoffic. teſtam.* Hodie ex conſtitutione Juſtiniani filio inſtituto ex minore parte, vel exheredato, cui minus debito relictum eſt, omnimodo actio datur ſupplendę portionis gratia, non querela, *l. 30, l. 39, C. inoffic. teſtam.*

2 *l. 35, §. 1, C. de inoffic. teſt.*

3 *d. l. 8, §. unde non male. ff. de inoff.*

4 *d. l. 8, §. 4. in fin.*

5 Dio libro LV. *l. ult. C. de edict. D. Adr. tollend. l. ult. ff. de ap. rec.*

6 *l. 4. l. 6. ff. quemadmod. teſtam. aper.* Si non fuerit ſignatorum copia, præſentibus optimæ optionis viris aperiuntur *l. 7. ff. eod. l. 2. C. eod. tit.*

7 Eaque ratione in archium reducta ad comparationem valent, licet deſtituta ſint legis ſolennitate, *Novell. 1, 5. penult. l. 2, l. 18, l. 23, C. de teſtam. l. 19, C. eod.*

peti poſſit. §. 2. Teſtamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro, vel baſilica præſentibus teſtibus, vel honeſtis viris, inter horam ſecundam & decimam diei recitari debent exemploque ſublato, ab iiſdem rurſus magiſtratibus [1] obſignari, quorum ſententia conſtat aperta. §. 3. Teſtamentum lex ſtatim poſt mortem teſtatoris aperiri voluit: & ideo quamvis ſit reſcriptis variatum, tamen à præſentibus intra triduum, vel quinque dies aperiendæ ſunt tabulæ: ab abſentibus quoque intra eos dies, cum ſupervenerint. Nec enim [2] oportet teſtamentum heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, quam neceſſario [3] vectigali moram fieri.

TIT. VII.
DE LEGE CORNELIA.

QUi teſtamentum falſum ſcripſerit, recitaverit, ſubjecerit, ſignaverit, ſuppreſſerit, amoverit, reſignaverit, deleverit, pœna legis Corneliæ [4] de falſis tenebitur, id eſt, in inſulam deportatur. §. 2. Non tantum is, qui teſtamentum ſubjecit, ſuppreſſit, delevit, pœna legis Corneliæ coërcetur, ſed & is [5], qui ſciens dolo malo id fieri juſſit, faciendumve curavit. §. 3. Teſtamentum ſupprimit, qui ſciens prudenſque tabulas teſtamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommiſſariorum, aut li-

1 Sed ſi in archio civitatis tabulæ non deponantur, ſatis erit vel priorum ſignatorum, vel eorum, qui illis abſentibus adfuerunt, ſigna magiſtratu præſente reponi. *l. 7, ff. teſtam. quemadm. aper. l. 2,* C. *eod.*

2 *l. ult. ff. de appell. eod.*

3 *κατ᾽ ἔλλειψιν ut in tit. prox. 8. Meritis liberos, quam pactionibus: & in lib. 5, tit. 18, neque in pecuniariis, quàm in capitalibus.*

4 *l. 2, ff. de leg.* Corn. *de falſ.* Pœna legis Corneliæ eſt deportatio, ut *lib. 5,* latius.

5 *l. 2, ff. eod.*

1 Inde

aut libertatum non profert[1]. §. 4. Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat, & proferre poſſit, eas proferre non curat[2]. §. 5. Codicilli quoque[3] ſi lateant, nec proferantur, ſupprimi videbuntur. §. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut ſi tabulæ teſtamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum[4] agi poſſit, quo ad exhibendum compellitur qui ſupprimit. Tabularum autem appellatione chartæ quoque, & membranæ continentur.

TIT. VIII.

DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

§. 1. INter agnatos & cognatos hoc intereſt[5], quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos vero agnati non comprehenduntur, Et ideo patruus & agnatus eſt, & cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo. §. 2. Si ſint fratres defuncti[6], & fratris filii, vel nepotes, fratre non exiſtente filius fratris nepoti præfertur.
§. 3. Fœminæ ad hereditatis legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur, idque jure civili[7], vel Voconia narratione videtur effectum lex XII. tabular. nulla diſcretione ſexus cognatos admittit. §. 4. In hereditate legitima ſucceſſioni

1 Inde in *l. Pomp. 44, ff. de adquir. rerum domin.* Qui repoſcenti, non reddit, ſupprimere, & intercipere viddetur. Sed omnimodo upprimendi animum ac conſilium exigimus. *l. 3, §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhib*

2 *d. l. 3, §. ſi quis dolo.*

3 *l. 1, §. hoc interdictum ff. de tab. exhib.*

4 Pugnat directo cum *l. 3. §. ul. ff. de tab. exhib.* ſed Ulpianus credo ſic ſcripſit: *Interdictum hoc & poſt annum non competere*, ut in *l. 1, §. hanc actionem. ff. ne vis fiat ei.*

5 *l. penult. ff. unde legat.*

6 Sic lego, *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, nepoti præfertur §. ſi plures, De legit. agnat. ſucceſſ.*

7 Jure novo *§. cæterum, De legitim. agnat. ſucceſſ.*

ſioni locus non eſt. Et ideo fratre decedente antequam adeat, aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non poteſt[1], quia omnis ſucceſſio proximiori defertur. §. 5. Ab hoſtibus captus neque ſui, neque legitimi heredis jus amittit poſtliminio reverſus. Quod & circa eos, qui in inſulam deportantur, vel ſervi pœnæ effecti ſunt, placuit obſervari; ſi per omnia in integrum indulgentia principali[2] reſtituantur. §. 6. Pro herede gerere, eſt deſtinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus uſurpare. Et ideo pro herede gerere videtur[3] qui fundorum hereditariorum culturas, rationeſque diſponit, & qui ſervis hereditariis, jumentis, rebuſve aliis utitur. §. 7. Ex pluribus heredibus iiſdemque legitimis, ſi qui omiſerint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerit impediti, his, qui adjerunt, vel eorum heredibus omittentium portiones adcreſcunt. Quod in herede inſtituto eum, qui acceperat ſubſtitutum[4], evenire non poterit. Diverſa enim cauſa eſt ſcripti & legitimi.

TIT. IX.

AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

§. 1. MAtres tam ingenuæ, quam libertinæ, cives Romanæ, ut jus liberorum conſecutæ videantur, ter & quater peperiſſe ſufficiet, dummódo

1 Non dabitur Unde legitimi, dabitur tamen Unde cognati. *§. placeat. De legit. agnat. ſucceſſ. Ex l. 4, C de bon. lib.*

2 *l. 1, §. 1, §. filio. ff. ad Tertul. l. 1, §. ultimo. de bon. poſſ. contr tab.* non tamen manumiſſione, *l. 7, ff. und. cogn.*

3 Quod fuſius explicatur in *l. 20, ff. de adq. hered.*

4 Legendum cenſeo, *eoque coheredi ſubſtituto,* ut in *l. 9, ff. de ſuis & legit.*

modo vivos [1], & pleni temporis pariant.

§. 2. Quæ ſemel uno partu tres filios edidit, jus liberorum non conſequentur. Non enim ter peperiſſe, ſed ſemel partum fuiſſe videtur, niſi forte per intervalla [2] pariat. §. 3. Mulier ſi monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, nihil proficit [3]. Non ſunt enim liberi, qui contra formam humani generis, converſo more procreantur.

§. 4. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia aliquatenus videtur effectus, matri prodeſſe placuit [4]. §. 5. Septimo menſe natus matri prodeſt [5]. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut ſeptimo pleno, aut decimo menſe partus maturior videatur.

§. 6. Aborſus, vel abactus venter partum efficere [6] non videtur §. 7. Libertina ut jus liberorum conſequi poſſit, quater eam peperiſſe ſufficit.

§. 8. Latina ingenua jus Quiritium conſecuta, ſi ter pepererit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non eſt enim manu emiſſa. §. 9. Jus liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui ſuperſunt: habuit, quæ amiſit. Neque habet neque habuit, quæ beneficio principis jus liberorum conſecuta eſt.

TIT.

1 Nati enim non videntur, qui mortui naſcuntur, & contra naturam, ac leges videntur naſci, qui immaturo partu eduntur.

2 *l. 137, ff. de verb. ſign. l. 15, ff. de ſtat. hom.*

3 *l. 14, ff. de ſtat. hom*, Contra Ulpianus in *l. 135, ff. de verborum ſignification.* Hic de lucro certatur, ibi de damno. Plus autem favendum eſt his, qui de damno vitando, quàm de lucro captando certant, *l. ult. §. ſin vero creditores. C. de jur. de lib.*

4 *l. 14, ff. de ſtat. hom.*

5 *l. 12, ff. de ſtat. hom.*

6 *l. 2, C. de poſt. hered.* Et ideo abortu facto, finitur miſſio in poſſeſſionem. *l. 1, in fin. ff. de vent. in poſſ. mitt.*

TIT. X.

AD SENATUSCONSULTUM ORPHITIANUM.

§. 1. Filii vulgo quæſiti ad legitimam matris hereditatem aſpirare non prohibentur[1]: quia pari jure ut ipſorum matribus, ita ipſis matrum hereditates deferri debuerunt. §. 2. Ad filiam ancillam, vel libertatem ex S. C. Claudiano effe-ctam legitima matris inteſtatæ hereditas pertinere non poteſt[2]: quia neque ſervi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. §. 4. Ad legitimam inteſtatę matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur. Cives autem Romanos eo tempore[3] eſſe oportet, quo ab iiſdem legitima hereditas aditur. §. 5. Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, niſi adeundo[4] quærere non poteſt.

TIT. XI.

DE GRADIBUS.

§. 1. Primo gradu ſuperiori linea[5] continentur pater, mater: inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ perſonæ junguntur. §. 2. Secundo gradu continentur ſuperiori linea avus, avia, inferiori nepos, neptis: tranſverſa frater, ſoror: quæ perſonæ duplicantur. Avus enim, & avia tam ex matre: nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia: frater, ſoror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ perſonæ ſequentibus quibuſcunque gradibus

1 *§. noviſſime. De S. C. Orph.*
2 *l. 1, §. filio. ff. ad S. C. Tertul.*
3 *l. 1, §. filio. ff. ad S. C. Tertul.*
4 *l. 3, C. ad S. C. Orphitian.* eodemque modo mater filio heres fit. *l. 1, C. Theod. de cret. vel bon. poſſ. ff. l. l. 1, C. Theod. de leg. her.*
5 *l. 9. ff de grad. & adfin.*

1 *l. 10,*

dibus ſimiliter pro ſubſtantia earum,quæ in quoque gradu conſiſtunt, ipſo ordine duplicantur. §. 3. Tertio gradu [2] veniunt ſupra proavus, proavia, infra pronepos, proneptis: ex obliquo fratris, ſororiſque filius, filia, patruus, amita, id eſt, patris frater & ſoror: Avunculus, matertera, id eſt, matris frater & ſoror. §. 4. Quarto gradu [3] veniunt ſupra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror patruelis, id eſt, patrui filia: conſobrinus, conſobrina, id eſt, avunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id eſt, amitæ filius, filia: itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur. Quibus adcreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, avi paterni frater & ſoror: Avunculus magnus, matertera magna, id eſt, aviæ tam paternę, quam maternæ frater & ſoror. §. 5. Quinto gradu [4] veniunt ſupra quidem, atavus, atavia, infra atnepos, atneptis: ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrinæ filius, filia, propius ſobrinus,ſobrina, id eſt, patrui magni, amitæ magnę, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. His adcreſcunt propatruus, proamita, hi ſunt proavi paterni frater & ſoror: proavunculus, promatertera, hi ſunt proaviæ paternæ, maternæque frater, & ſoror, proavique materni. §. 6. Sexto gradu [5] veniunt ſupra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos, ab-

1 *l. 10, ſ. 2, ff. de grad. & adfin.*

2 Tertio gradu continentur perſonæ x. duplicatæ xxxii.

3 In quarto gradu perſonæ continentur lxxx.

4 Quinto gradu continentur perſonæ clxxxiv.

5 Sexto gradu continentur perſonæ ccccxlviii.

1 Septi-

poſ, abneptis, fratris patruelis, amitini, amitinæ conſobrinæ nepos, neptis: patrui magna amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ nepos, neptis, id eſt, propioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere adcreſcunt propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia: Abpatruus abamita, hi ſunt abavi paterni frater & ſoror: Abavunculus abmatertera, hi ſunt abaviæ paternæ, maternæque frater & ſoror, abavique materni. §. 7. Septimo gradu [1] qui ſunt cognati recta linea ſupra, infraque, propriis nominibus non appellantur: ſed ex tranſverſa linea continentur fratris, ſororiſve atnepos, atneptis, conſobrini filii, filiæque. §. 8. Succeſſionis idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita [2] ſuccedentibus prorogari poteſt.

TIT. XII.

DE MANUMISSIONIBUS.

§. 1. SErvum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non poteſt, nec magis, quam civem Romanum: ac cujus portio eo caſu, quo ſi proprius eſſet, ad civitatem Romanum perveniret, ſocio adcreſcit [3]. §. 2. Mutus, & ſurdus ſervum vindicta liberare non poſſunt [4]. Inter amicos tamen, & per epiſtolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad juſtam libertatem pervenire poſſit, condicione venditionis excipi poteſt.

1 Septimo gradu continentur perſonæ mille XXIV.

2 *l. 4. ff. de grad. & adfin.*

3 Hæc Juſtian. mutat in *l. 1, C. de com. ſer. man.*

4 *l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſint. l. 1, ff. qui & à quibus man.*

teſt. §. 3. Tormentis apud Præſidem ſubjectus, & de nulla culpa confeſſus, ad juſtam libertatem [1] perduci poteſt. §. 4. Fideicommiſſa libertas [2] data, facto heredis non mutatur, ſi ſervum, quem manumittere juſſus eſt, vinxerit. §. 5. Communem ſervum unus ex ſociis vinciendo, futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim ſententias, clementior ſeveriori præfertur. Et certe humanæ rationis eſt favere miſerioribus, & prope innocentes dicere, quos abſolute nocentes pronunciare non poſſumus. §. 6. Debitor creditorve ſervum pignoris vinciendo, dedititium facere non poſſunt. Alter enim ſine altero cauſam pignoris [3] deteriorem facere non poteſt. §. 7. Servus furioſi domini, vel pupilli juſſu vinctus [4], dedititiorum numero non efficitur: quia neque furioſus, neque pupillus exacti conſilii capax eſt. §. 8. Non tantum ſi ipſe dominus [5] vinciat, nocet libertati, ſed & ſi vinciri jubeat, aut vincientis procuratoris actoriſve factum comprobet. Quod ſi antequam ſciret vinctum, ſolutionis ejus cauſas approbaverit, libertati futuræ vincula non nocebunt. §. 9. Cæco curator dari non poteſt [6], quia ipſe ſibi procuratorem inſtituere poteſt.

TIT. XIII.

DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

§. 1. EA condicione heres inſtitutus, ſi liberos ſuos emancipaverit, omnimodo eos emanci-

1 Auctor Ulpian. *in fragm. tit. 1 de verborum ſignific.*

2 *l. 2, ff. de fideic. liber.*

3 *l. 24, §. ult. ff. de pign. act.*

4 Vincula quemadmodum in lege Ælia Sentia de dedititiis accipiantur, ulpian. exponit in *l. 2 16*,

5 Hodie ſublata eſt dedititiorum condicio: Itaque uſui hæc eſſe non poſſunt.

6 Curator dari ſolet muto, ſurdo, prodigo. *l. 43. ff. de procurat.* Cæ-

I conon

mancipare cogendus eſt[1]. Pro condicione enim hoc loco emancipatio videtur adſcripta. §. 2. Decedente eo, à quo fideicommiſſa libertas relicta eſt, heredes ejus eam præſtare[2] cogendi ſunt. §. 3. Si decedens ſervis ſuis libertatem ita dederit, illum & illum liberos eſſe volo, eoſque filiis meis tutores do, impeditur fideicommiſſa libertas: quia pupilli ſine tutoris auctoritate manumittere non poſſunt, & habentibus tutores tutor dari non poteſt: ſed interim vice abſentium pupilli habentur, ut ex decreto ampliſſimi ordinis primum libertas, [3] ac deinde tutela competere poſſit.

TIT. XIV.
AD LEGEM FUSIAM CANINIAM.

§. 1. NOminatim[4] ſervi teſtamentum manumitti ſecundum legem Fuſiam poſſint. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo, STICHUS LIBER ESTO. Cum autem, OBSONATOREM, VEL QUI EX ANCILLA ILLA NASCITUR, LIBERUM ESSE VOLO, ex Orphitiano S.C. perinde libertas competit, ac ſi nominatim data ſit. Officiorum enim, & artium appellatio nihil de ſignificatione nominum mutat, niſi forte plures ſint, qui eo officio deſignentur. Tunc enim nomen adjungendum eſt, ut eluceat, de quo teſtator ſenſiſſe videatur. §. 2. Codicillis teſtamento confirmatis datæ libertates cum his, quæ tabulis teſtamenti datæ ſunt, concurrunt: & ſive antecedant, ſive ſequantur teſtamentum, noviſſimo loco adhibentur,

Cæco non datur. l. 9, de adoption. l. 2, ff. de bon. poſſ. fur. infa.
1 *l. 92. ff. de condit. & demonſtr.*
2 *l. 12, §. 1, ff. de fideic. lib.*
3 *l. 9, C. de fideic. lib.*
4 *l. 24. ff. de manu. teſtam.*

1 l. 1, §.

bentur, quia ex teſtamento utræque confirmantur. §. 3. Quotiens numerus ſervorun propter legem Fuſiam Caniniam ineundus eſt, fugitivi quoque [1], quorum ſemper poſſeſſio animo retinetur, computandi ſunt. §. 4. Lege Fuſia Caninia cavetur, ut certus ſervorum numerus [2] teſtamento manumittatur. Subductis igitur duobus uſque ad x. pars dimidia, à x. uſque ad xxx. pars tertia, à xxx. uſque ad C. pars quarta, à C. uſque ad D. pars quinta. Plures autem, quam centum ex majori numero ſervorum manumitti non licet.

IVLII

1 *l. 1, §. 14; l. 50, in fin. ff. adq. poſſ. l. 25, §. ult. ff. de liber. cauſ.*

2 De quo in *l. ſi Iudæi. C. Theod. de Iudæis. & in primo tit. hujus libri.*

JULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM

LIBER V.

TITULUS PRIMUS.

DE LIBERALI CAUSA.

§. 1. QUI contemplatione extremæ neceſſitatis, aut alimentorum gratia filios ſuos vendiderint, ſtatui ingenuitatis eorum non præjudicant[1]. Homo enim liber nullo pretio æſtimatur. Iidem nec pignori ab his, aut fiduciæ dari poſſunt. Et quo facto ſciens creditor deportatur. Operæ tamen eorum locari poſſunt. §. 2. Veritati & origini ingenuitatis manumiſſio, quocumque modo facta fuerit, non præjudicat[2]. §. 3. Deſcriptio ingenuorum ex officio fiſci[3] inter fiſcalem familiam facta, ingenuitati non præjudicat. §. 4. Qui metu & impreſſione alicujus terroris apud acta Præſidis ſervum ſe eſſe mentitus eſt, poſtea[4] ſtatum ſuum defendenti non præjudicat. §. 4. Poſt ſuſceptum liberale judicium, ſi aſſertor cauſſam deſerverit, in alium aſſertorem omne judicium transferri

1 Pater filios vendere poteſt, ſi cogat egeſtas. *l. 2, C, de patr. qui fil. ſuos diſtr.* & ita venditus filius ſervus emptoris fit: ſed reddito emptori pretio, aut mancipio pari, ingenuitatem priſtinam recipiet: atque ita venditio illa, ingenuitati non præjudicat.

2 *§. ult. de ingenuis.*

3 Idem eſt, ſi pater liberos profiteatur, velut ſervos. *l. 39, C. de liber. cau. l. 11, 1, ff. de ſtat. hom.*

4 *l. 9, l. 24, C. de liber. cau.*

1 Liber-

erri placuit. In priorem vero quod prodendæ libertatis gratia factum eſt, extra ordinem vindicatur. Non enim oportet ſuſceptam ſtatus cauſam, nulla cogente neceſſitate, deſtitui [1].

TIT. II.

DE USUCAPIONE.

§. 1. POſſeſſionem adquirimus animo & corpore: animo utique noſtro [2], corpore vel noſtro, vel alieno. Sed nudo animo adipiſci quidem poſſeſſionem non poſſumus, retinere tam nudo animo poſſumus [3], ſicut in ſaltibus hybernis [3], æſtiviſque contingit. §. 2. Per liberas perſonas, quæ in poteſtate noſtra non ſunt, adquiri nobis nihil poteſt. Sed per procuratorem [4] adquiri nobis poſſeſſionem poſſe, utilitatis cauſa receptum eſt. Abſente autem domino comparata, non aliter ei quam ſi rata ſit [5], quæritur. §. 3. Longi temporis præſcriptio inter præſentes continuo decennii ſpatio, inter abſentes vicennii comprehenditur. §. 4. Viginti annorum præſcriptio etiam adverſus Remp. prodeſt [6] ei, qui juſtum initium poſſeſſionis habuit, nec medio tempore interpellatus eſt. Actio tamen quanti ejus intereſt adverſus eos Reipub. datur, qui ea negotia defundere neglexerunt. §. 5. Si poſt motam [7] intra tempore quæſtionem, res ad

1 Libertas enim publicam tutelam inuereturi. *l. 2. ff. de ſtat. def. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de lib. hom. exh.*

2 Ex cauſa peculiari animo etiam alieno poſſeſſionem adquirimus. *l. 3. §. ſaltus. ff. de adquirend. poſſeſſ.*

3 Quod dicitur de ſaltibus ad omnia prædia pertinet. *l. 1. §. quod vulgo ff. unde vi.*

4 *l. 1. l. 8. C. de adq. poſſ. l. 1.* C. *per quas perſon. nob. adq.*

5 *l. 42. §. ult. ff. ad aquir. poſſ. l. 24. ff. de neg. geſt.*

6 Actio tamen quanti intereſt, in adminiſtratorem, vel curatorem civitatis competit, quod à poſſeſſore agros Reipub. non retraxerit. *l. ult. ff. de adm. rer. ad civit. pert.*

7 Sumpta eſt hæc ſententia ex *l. 1.* C. *de præſcript. long. temp.*

res ad novum dominum emptione tranſierit, nec is per xx. annos fuerit inquietatus, avelli ei poſſeſſionem non oportet.

TIT. III.

DE HIS, QUÆ PER TURBAM FIUNT.

§. 1. IN eos, qui per turbam, ſeditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, ſi quidem res pecuniaria eſt, æſtimatione dupli [1] ſarcitur. Quod ſi ex hoc corpori alicujus, vitæ, membriſve noceatur, extra ordinem vindicatur. §. 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, ſuſceptum, ſuppreſſumve erit, eo anno in quadruplum [2] ejus rei, quam quis ſuppreſſerit, celaverit, rapuerit, convenitur, poſtea, in ſimplum. §. 3. Hi, qui ædes alienas, villaſve, expilaverint, effregerint, expugnaverint, ſi quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur [3]. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus ſaluti hominis nocere poſſunt, accipiuntur. §. 4. Receptores aggreſſorum, itemque latronum eadem pœna [4] afficiuntur, qua ipſi latrones. Sublatis enim ſuſceptoribus, graſſantium cupido conquieſcit. §. 5. Fures, vel raptores balnearum plerumque in metallum, aut opus publicum [5] damnantur. Nonnunquam pro frequentia admiſſorum judicantis ſententia temperatur. §. 6. Incendiarii, qui conſulto incendium inferunt, ſummo ſupplicio afficiuntur. Quod ſi per incuriam eorum ignis

1 Intra annum, poſt annum in ſimplum *l. 3, ff. de vi. bon. rapt.*

2 *l. 1, ff. de inc. rui. & nauf.*

3 Extat hæc ſententia in *l. pen. ff. ad l. Iul. de vi pub.*

4 *l. 3, non tantum ff. de in incen. rui. & naufr. l. 1, ff. de recept. l. pen. C. ad legem Iul. de vi pub.*

5 Pari pœna afficiuntur nocturni fures. *l. 1, ff. de fur. baln.*

ignis evaſerit, dupli compendio [1] damnum ejuſmodi ſarciri placuit.

TIT. IV.
DE INJURIIS.

§. 1. I Njuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus, & illatione ſtupri. Extra corpus, convitiis [2] & famoſis libellis: quod ex affectu uniuſcujuſque [3] patientis, & facientis æſtimatur. §. 2. Furioſus, itemque infans affectu doli & captu contumeliæ carent: idcirco injuriarum [4] agi cum his non poteſt. §. 3. Si liberis, qui in poteſtate ſunt, aut uxori fiat injuria, noſtra intereſt vindicare: ideoque per nos actio inferri poteſt, ſi modo is, qui fecit, in injuriam noſtram [5] id feciſſe doceatur. §. 4. Corpori injuria infertur, cum quis pulſatur, cuive ſtuprum infertur, aut de ſtupro interpellatur [6]. Quæ res extra ordinem vindicatur, ita ut pulſatio pudoris, pœna capitis vindicetur.

§. 5. Sollicitatores [7] alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur.

§. 6. Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta eſt. Lege XII. tabul. [8] de famoſis carminibus, membris ruptis, & oſſibus fractis.

§. 7. Mo-

1 *l. 28, §. 12, ff. de pœnis. l. 9, l. pen. ff. de inc. rui. & nauf. l. 10, ff. ad leg.* Cor. *de ſic.* & hæc eſt quæ incenſarum ædium actio dicitur in *l. 7, ff. de pact.*

2 *l. 1, §. omnem. ff. de injur.*

3 *l. 3, §. 1, ff. eod §. ult. de injur.*

4 *l. 3, §. 1, ff. de injur.*

5 Si patremfam. aut viduam eſſe exiſtimaverit, non poteſt videri patri, aut marito injuriam feciſſe. *l. 18, §. ult. ff. de injur.*

6 Interpellatio pudicitiæ magis ad infamiam pertinere videtur. *l. 1, §. omnem. ff. de jur.*

7 *l. 1, ff. de extraord. crim.*

8 Capitis pœna probatur etiam à *l. 1,* C. *de fam. libell.* aliæ in deſuetudinem abjerunt.

§. 7. Moribus, quotiens factum pro qualitate ſui, arbitrio judicis[1] æſtimatur, congruentis pœnæ ſupplicio vindicatur. §. 8. Mixto jure injuriarum actio ex lege Cornelia conſtituitur, quotiens quis pulſatur[2], vel cujuſdomus introitur ab his, qui vulgo Directarii[3] appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur: ita ut prius ingruentis conſilium pro modo commentæ fraudis pœna vindicetur exilii, aut metalli, aut operis publici. §. 9. Injuriarum civiliter damnatus, ejuſque æſtimationem inferre juſſus, famoſus[4] efficitur. §. 10. Atrox injuria[5] æſtimatur aut loco, aut tempore[6], aut perſona. Loco, quotiens in publico irrogatur: Tempore, quotiens interdiu: Perſona, quotiens ſenatori, vel æquiti Romano, decurioni, vel alias ſpectatæ auctoritatis viro. §. 11. Qui per calumniam injuriæ actionem inſtituit, extra ordinem[7] punitur. Omnes enim calumniatores exilii, vel inſulæ relegatione aut ordinis amiſſione puniri placuit.

§. 12. Injuriarum non niſi præſentes accuſare poſſunt. Crimen ejus[8], quod vindictæ, aut calumniæ judicium expectat, per alios intendi non poteſt.

§. 13. Fit injuria contra bonos mores, veluti ſi quis fimo

1 Hoc eſt, quo ait Juſtia. in §. *pen. de injur.* abolita actione legitima eam in judiciis frequentari.

2 Et eſt publica accuſatio. *l. 12, ad fin. ff. de accuſ.*

3 Qui ſe fraudulenter per regulas, vel alio modo in alienas ædes dirigun', & inde nomen. Dicimus & Derectarios, & derigere *l. 7, ff. de extr. crim. l. 1, ff. de effract.*

4 *l. 1, f de his qui not. infam,*

5 De atrocibus injuriis à prætore prop ſitæ ſunt civiles actiones. Et ideo etiam ex eis cauſis, quæ lege Cornelia continentur, civiliter agi poteſt. *l. 7, §. poſſe. l. 37, ff. de injur.*

6 Exemplum in *l. 7, §. ult. ff. eod.*

Ita ut vel exilium patiatur, vel relegationem, vel ordinis amotionem. *l. 43, ff. de injur.* Similis pœna variis. & falſis teſtibus imponitur. j. *tit. de teſtibus*: & judicibus corruptis in *tit. ad legem Iul. repetund.*

8 Civilis injuriarum actio per procuratorem intendi poteſt. *l. 11, §. 2, ff. de injur. l. 42, §. 1. ff. de procur.* Accuſatio non item §. *in ſumma. de injur.*

1 Hæ

ſimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit, aquas ſpurcaverit, fiſtulas, lacus, quidve aliud ad injuriam publicam[1] contaminaverit: in quos graviter animadverti ſolet. §. 14. Qui puero prætextato ſtuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit[2], mulierem puellamve interpellaverit, quidve pudicitiæ corrumpendæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumve, quo id perſuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in inſulam deportatur; corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur.
§. 15. Pſalterium[3], quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compoſitum, & publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quam in eos, qui compoſuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, ſi perſonæ dignitas ab hac injuria defendenda ſit. §. 16. In eos auctores, qui famoſos libellos in contumeliam alterius propoſuerint, extra ordinem[4] uſque ad relegationem inſulæ vindicatur.
§. 17. Convitium judici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin infamia[5] notantur.
§. 18. Maledictum, itemque convitium publice factum ad injuriæ vindictam revocatur: quo facto condemnatus famoſus efficitur. §. 19. Non tantum is, qui maledictum, aut convitium ingeſſerit, famoſus efficitur, ſed & is, cujus ope[6] conſiliove factum eſſe dicitur. §. 20. Servus, qui injuriam, aut contumeliam fecerit, ſi quidem atrocem, in metallum damnatur: ſi vero levem, flagellis cæſus

ſub

1 Hæc recenſentur in *l. 1, §. 1, ff. de extr. crim.*

2 Extat hæc Pauli ſententia in *l. 1, §. ult. ff. de extr. crim.*

3 Pſalterium non pro organo, ſed pro cantico dicit.

4 Generaliter omnis injuria nunc extra ordinem coërcetur. *l. ult. ff. eodem.*

5 Extat hæc ſententia in *l. 42, ff. eodem.*

6 *l. 15, §. 25, ff. de injur.*

1 *l. 1?*

1 ſub pœna vinculorum [2] temporalium domino reſtituitur.

TIT. V.
DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM.

§. 1. Res judicatę videntur ab his, qui imperium, poteſtatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque à magiſtratibus muncipalibus uſque ad ſummam, qua jus dicere poſſunt [3], itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromiſſo autem judex ſumptus rem judicatam non facit [4]: ſed ſi pœna inter eos promiſſa ſit, pœna rei in judicium deductæ ex ſtipulatu peti poteſt.

§. 2. Confeſſi debitores pro judicatis habentur: ideoque ex die confeſſionis tempora ſolutioni præſtituta computantur. §. 3. Confiteri quis in judicio non tantum ſua voce, ſed & literis, & quocumque modo poteſt. Convinci autem non niſi ſcriptura, aut teſtibus poteſt. §. 4. Eorum, qui debita confeſſi ſunt, pignora capi, & diſtrahi [5] poſſunt.

§. 5. Ea, quæ altera parte abſente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent [6]. §. 6. Trinis literis, vel edictis, aut uno pro tribus dato, aut ţrina denunciatione conventus, niſi ad judicem, à quo ſibi denunciatum eſt, aut cujus literis, vel edictis conventus eſt, venerit, quaſi in contumacem dicta

1 *l. 17, §. 4, ult. ff eod.*

2 Hæc pœna frequens eſt in ſervis, ut flagellis cæſi ſub pœna vinculorum domino reſtituantur. *tit. 18, & l. 10, l. 28, §. 3, l. 38, §. 4, ff. de pœn.*

3 Nec enim de omni ſumma pronuntiare poſſunt. *l. 28. ff. ad municip*

4 *l. 1, C. de recep. arb. ab. l. 2, ff. eod*

5 *l. 6, §. ult. ff. de confeſſ. l. 31, de judic.*

9 *l. 31, ff. de re judic. l. ultim. C. de except. rei judicat.*

1 Res

dicta ſententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet [1]; quinimo nec appellari [2] poteſt ab ea. §. 7. Res olim judicata poſt longum ſilentium in judicium deduci non poteſt, nec eo nomine in duplum [3] revocari. Longum autem tempus, exemplo longæ præſcriptionis [4], decennii inter præſentes, & inter abſentes vicennii computatur. §. 8. In cauſa capitali abſens [5] nemo damnatur, neque abſens per alium [6] accuſare poteſt. §. 9. Falſis inſtrumentis religione judicis circumducta, ſi jam dicta ſententia prius de crimine admiſſo conſtiterit, ejus cauſæ inſtauratio [7] jure depoſcitur.

TIT. VI.

DE INTERDICTIS.

§. 1. Retinendæ poſſeſſionis gratia comparata ſunt interdicta, per quæ eam poſſeſſionem quam jam habemus, retinere volumus, quale eſt, Uti poſſidetis de rebus ſoli, &, Utrubi de re mobili [8]. Et in priore quidem is prior eſt, qui redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidet. In altero vero potior eſt, qui majore parte anni retrorſum numerari, nec vi, nec

1 Res judicata tantum inter præſentes tenet. *l. 47, ff. de re jud. l. 7, C. quomod. & quand. jud. l. 1, §. item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſin. ap. reſc.*

2 *l. 53, §. 1, ff. de re jud. l. 8, C. quomod. & quand. jud.* Edicta affiguntur, literæ ad reum mittuntur, denuntiationes fiunt per executores. *l 5, §. adverſus. ff. de pœn. l. 2, l. 9, C. quomod. & quand. jud.*

3 *l. 37, §. ult. ff. de judic. l. 1, C. quor. appell. non rec.*

4 Ut s. *lib. 1, tit. 19,* obſtat *l. 9, § ult. ff. de re judic.* Actionem perpetuam ita accipias, ut in vetuſtiſſimo jure, æternam, & immortalem. Vel in duplum, id eſt, oblata dupl. æſtimatione, ni jure vicerit, ſicut venditor aliquando oblato duplo reſcindi venditionem deſiderat. *l. 6, C. de rerum vend.*

5 Id eſt, exemplo adquiſitionis longi temporis, ut s, *tit. 2.*

6 *l. 5, . de pœn.*

7 *l. penult. ff. de pub. jud.*

8 *l. ult. C. ſi ex falſ. inſtru. l. 11, ff. de except.*

nec clam, nec precario poſſidet. §. 2. Ut interdictum, ita & actio proponitur [1]. Ne quis via publica aliquem prohibeat. Cujus rei ſolicitudo ad viarum curatores pertinet, à quarum munitione nemo exceptus [2] eſt. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere [3] condemnatur. §. 3. Non tantum ſi ipſe dominus [4] poſſeſſione dejiciatur [5], Unde vi utile interdictum eſt, ſed & ſi familia ejus. Familiæ autem nomine etiam duo ſervi continentur. §. 4. Vi dejicitur non tantum qui oppreſſu multitudinis, aut fuſtium, aut telorum, aut armorum metu terretur: ſed & is qui violentiæ opinione comparata poſſeſſione ceſſit, ſi tamen adverſarius eam ingreſſus ſit [6]. §. 5. De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non poteſt, ſed utilis ei actio De rebus recuperandis, exemplo De vi bonorum raptorum datur. Idemque de eo dicendum eſt, qui carruca, aut equo [7] dejicitur, quibus non abductis injuriarum actio datur. §. 6. Vi dejectus videtur, & qui in prædio vi retinetur, & qui in via territus eſt [8], ne ad fundum ſuum accederet. §. 7. Qui vi, aut clam, aut precario poſſidet, ab adverſario impune dejicitur[9]. §. 8. Ex rebus vi poſſeſſis ſi aliquæ arſerint, vel ſervi de-

1 In illo vincit is, qui redditi interdicta tempore, nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidet: In hoc, qui majore parte anni poſſedit: quo pertinet. *l. 156, ff. de verb. ſign.* hæc eſt vetus differentia. Hodie interdicto, *Uti poſſidetis*, *Utrubi* exæquatum eſt. *l. 1, ff. Utrubi. §. ſed interdicto quidem de interd.*

2 *l. 1, §. 1, ff. ut in flum. public. navig. lic. l. 2, §. ult. ff. ne quid in loc. pub.*

3 Niſi qui muneris publici vacationem impetravit. *l. 12, ff. de min. & honor.*

4 *l. 2, §. prætor. ff. ne quid in loc. pub.*

5 *l. 1, ff. unde vi.*

6 Legendum credo, *dejiciat* non *dejiciatur.*

7 *l. 3, §. ſi quis autem. ff. unde vi & de vi arm.*

8 *l. 1, §. ſi quis de nave. ff. unde vi.*

9 *l. 1, §. ſive autem. & §. penult. ff. unde vi & vi arm.*

vi deceſſerint, licet id ſine dolo ejus [1], qui dejecit, factum ſit, æſtimatione tamen condemnandus eſt, qui ita voluit adipiſci rem juris alieni. §. 9. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, induci [2] prius debet ex his vicibus, quibus à ſingulis duci conſuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam uſurpanti nummaria pœna irrogatur. Cujus rei cura ad ſolicitudinem præſidis [3] ſpectat. §. 19. Redditur interdicti actio [4], quę proponitur ex eo, ut quis quod precario habet reſtituat. nam & civilis actio hujus rei, ſicut commodati [5], competit eo vel maxime, quod ex beneficio ſuo [6] unuſquiſque injuriam pati non debet. §. 11. Precario poſſidere videtur, non tantum qui per epiſtolam, vel quacumque alia ratione hoc ſibi concedi poſtulavit, ſed & is, qui nullo voluntatis indicio, patiente [7] tamen domino poſſedit. §. 12. Heres ejus, qui precariam poſſeſſionem tenebat, ſi in ea manſerit, magis dicendum eſt clam videri poſſidere [8]. Nullæ enim preces ejus videntur adhibitæ. Et ideo perſecutio ejus rei ſemper manebit, nec interdicto locus eſt. §. 13. Arbor, quæ in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, niſi à domino ſublucari [9] non poteſt, iſque conveniendus eſt, ut eam ſublu-

1 Qui à me vi, aut clam, aut precario poſſidet non habet interdictum *Unde vi*, ſi eum poſſeſſione dejecero. Sed ſi alius deiecerit, placet ei interdictum ſtari. *l. 1, §. qui à me. ff. unde vi.*

2 *l. 1, §. denique ſcribit Iulianus. l. penult. ff. unde vi.*

3 Hic locus mihi reſtituendus videtur, *interdici prius debet, & his vicibus.*

4 Ut *l. 6, C. de ſervi. & aq.*

5 Civilis autem actio eo nomine non competit, quia precarium donatio potius eſt, quam civile negotium. *l. 14, ff. de precar. l. 2, ff. eod.*

6 *l. 2, ff. eod.*

7 *l. 4, §. ult. ff. de precur.*

8 Igitur ex ſua per'ona vindicatione convenitur, non interdicto precario. *l. 11, ff. de diverſ. tem. præſcript.*

9 Sublucare eſt compeſcere luxuriem ramorum, quod uſque ad xv. pedes ut fiat definitum eſt, à terra. *l. 1, §. 7. ff. de Arborib. cadend.*

ſublucet. Quod ſi conventus dominus id facere noluerit, à vicino luxuries ramorum compeſcatur. Idque qualiſcumque dominus[1] facere non prohibetur. §. 14. Adverſus eum, qui hominem liberum vinxerit, ſuppreſſerit, incluſerit, operamve, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quam legis Fabiæ[2] ſuper ea re actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur[3] is, qui detinetur: Lege autem Fabia, ut etiam pœna nummaria coërceatur. §. 15. Bene concordans matrimonium ſeparari à patre Divus Pius prohibuit[4]: itemque à patrono libertum, à parentibus filium, filiamque, niſi forte quæratur, ubi utilius morari debeat.

§. 16. Omnibus bonis, quæ habet, quæque habiturus eſt, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quæ in uſu quotidiano habet[5], obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

TIT. VII.
DE OBLIGATIONIBUS.

§. 1. Obligationum firmandarum gratia ſtipulationes[6] inductæ ſunt, quæ quædam verborum ſollemnitate concipiuntur: & appellatæ, quod per eas firmitas obligationum conſtringitur. Stipulum enim veteres firmum[7] appellaverunt.

§. 2. Verborum obligatio inter præſentes[8], non etiam

1 Id eſt, ſive proprietarius, ſive fructuarius. *d. l. 1, §. non ſolum.*

2 Cujus pœna nummaria primum fuit, tum metalli. *l. ult. ff. de leg. Fab.* deinde gravior. *l. ult. C. eod.*

3 *l. 3, ff. de lib. hom. exhib.*

4 *l. 1, §. ult. de lib. exhib.*

5 *l. 6, & ſeq. ff. de pign. l. 1, C. quæ res pign. oblig. poſſ.*

6 *l. 5, §. conventionales, ff. de verb. oblig.*

7 Iſidorus hunc locum citat. *lib. 5,*

8 Neque obſtat *l. 57, ff. de don. inter vir. & uxor.* in qua epiſtola cautionis locus emiſſa inter præſentes intelligenda eſt ex *l. 234, §. penult. ff. de verbor. oblig.* Et ideo omnia ſolemniter acta. *§. ſi ſcriptum ff. de verb. oblig.*

1 *l. 23, ff.*

etiam inter abſentes contrahitur. Quod ſi ſcriptum fuerit inſtrumento promiſiſſe aliquem, perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. §. 3. Fructuarius ſervus, ſi quid ex re fructuarii aut ex operis ſuis [1] adquirit [2], ad fructuarium pertinet. Quidquid autem aliunde, vel ex re proprietarii, adquirit, domino proprietatis adquirit. §. 4. Cum facto promiſſoris res in ſtipulatum deducta intercidit, perinde agi ex ſtipulato poteſt, ac ſi ea res extaret. Ideo promiſſor æſtimatione ejus [2] punitur, maxime ſi in dolum [3] quoque ejus concepta fuerit ſtipulatio.

TIT. VIII.
DE NOVATIONIBUS.

NOn ſolum per noſmetipſos novamus quod nobis debetur, ſed per eos etiam, per quos ſtipulari poſſumus: veluti per filiumfamilias, vel per ſervum jubendo, vel ratum habendo [4]. Procurator quoque noſter ex juſſu noſtro, receptum eſt, ut novare poſſit.

TIT. IX.
DE STIPULATIONIBUS.

§. 1. SUbſtitutus heres ab inſtituto [5], qui ſub condicione ſcriptus eſt, utiliter ſibi inſtitutum hac ſtipulatione cavere compellit, ne petita bonorum

1 *l. 23, ff. de adquir. rer. dom.* Quod extra duas iſtas cauſas ſtipulatur, proprietario adquirit. *l. 10, ff. eod.*

2 *l. 23, l. 91, in princ. ff. de verbor. oblig.*

3 Puta his verbis, *Dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe.*

4 *l. 8, §. ult. l. 20, l. 22, ff. de novat.*

5 Ex hoc loco pulchre explicabitur. *l. 12, ff. qui ſatiſd. cog. & l. 8, ff. de prætor. ſtipul.*

1 Poſ-

rum poſſeſſione res hereditarias deminuat. Hoc autem caſu ex die interpoſitæ ſtipulationis duplos fructus præſtare compellitur. Hujus enim præjudicium à ſuperiore differt, quod quæritur, an ea res, de qua agitur, major ſit centum ſeſtertiis, ideoque in longiorem diem concipitur. §. 2. Ex die accepti judicii dupli fructus [1] computantur. Et tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitiorumque perſonæ, itemque ſponſores eadem ſtipulatione comprehenduntur, eorum quoque quorum homine promittitur.

§. 3. Quotiens judicatum ſolvi ſtipulatione ſatisdatur, omiſſa ejus actio rei judicatæ perſecutionem [2] non excludit. §. 4. Emancipati liberi præteriti, ſi velint ſe miſcere paternæ hereditati, & cum his, qui in poteſtate remanſerint, communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum poſſeſſionem petant, de conferendo [3] cavere cum ſatisdatione [4] debebunt. Quod ſi ſatisdare non poſſunt, ſtatim ex fide bonorum confuſionem [5], excepto peculio caſtrenſi facere cogendi ſunt.

TIT. X.

DE CONTRAHENDA AUCTORITATE.

§. 1. OB metum impendentis damni vicinus vicino ſatisdare debet [6], additis ſponſoribus ſuper

1 Poſſeſſor rei alienæ, ſi condemnatus ſit, ex die litis conteſtatæ duplos fructus reddit. *l. 1, C. Theod. de fruct. & lit. exp. l. 1, C. Theod. de uſuris rei judic.*

2 Duas enim actiones habet, quibus tamen intra tempora judicatis data experiri non poteſt. *l. 1, ff. jud. ſol. l. 7, ff. de re jud. l. 8, §. 3, De novat.*

3 Exceptis caſtrenſibus, vel quaſi. *l. 1, §. nec caſtrenſe. ff. de collat.*

4 *l. 1, §. jubet. ff. eod. l. 10, §. de bonor. poſſ. contra tabul.*

5 Aut neutro cavente, curator portionem datur *l. 1, §. jubet. 5, ſi frater. ff. de collat.*

6 *l. 31, §. 1, l. 39, ff. de dam. infect.*

ſuper eo, quod damni acciderit. §. 2. De communi pariete utilitatis cauſa [1] hoc cœpit obſervari, ut ædificet quidem, cui ædificare intereſt: Cogatur vero ſocius portionis ſuæ impenſas agnoſcere.

TIT. XI.

DE DONATIONIBUS.

§. 1. Species extra dotem à matre in honorem nuptiarum, præſente filia genero traditæ, donationem perfeciſſe [2] videntur. §. 2. Probatio traditæ, vel non traditæ poſſeſſionis, non tam in jure, quam in facto [3] conſiſtit: ideoque ſufficit ad probationem, ſi rem corporaliter teneant. §. 3. Pater ſi filiofamilias aliquid donaverit, & in ea voluntate perſeverans deceſſerit, morte patris donatio convaleſcit [4]. §. 4. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior eſt ille, cui res tradita eſt. Nec intereſt poſterior quis, an prior acceperit [5], & exceptæ, necne perſonæ ſint. §. 5. Invitus donator de evictione rei donatæ promittere non cogitur [6], nec eo nomine ſi promiſerit oneratur; quia lucrativæ rei poſſeſſor ab evictionis actione ipſa juris ratione depellitur. §. 6. Ei, qui aliquem à latrunculis, vel hoſtibus eripuit, in infinitum donare [7] non prohibemur: ſi tamen donatio, non merces eximii laboris appellanda eſt: quia contemplationem ſalutis certo modo æſtimari non placuit.

TIT.

1 *l. 32, ff. de dam. inf.*
2 *l. 31, §. 1, ff. de donat.*
3 *l. 77, ff. de rei vind.*
4 Sola patris morte non confirmatur. *l. 1, §. 1, ff. pro donato. l. 2, §. ultim. ff. pro herede.* Sed ſi patris extremo judicio fuerit confirmata. *l. penult. ff. de collat. dot.*
5 *l 15, C. de rei vindic.*
6 *l. 18, §. ultim ff. de donat.*
7 Tribonianus hanc Pauli ſententiam, quibuſdam verbis neſcio qua ratione immutatis, retulit in *l. penult. §. ultim. ff. de donat.*

1 Extat

tem in perniciem privatorum fiſco donari non oportet [1], nec ab eo donatum ſuſcipi. §. 8. Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui [2] invidioſum eſt: nec enim calumniandi facultatem ex principali majeſtate capi oportet. §. 9. Ex nuda pollicitatione nulla actio naſcitur: ideoque ejus bona, qui heredem Imperatorem facturum eſſe jactaverat [3], à fiſco occupari non poſſunt. §. 10. Privilegium fiſci eſt [4], inter omnes creditores primum locum tenere. §. 11. Quicumque à fiſco convenitur, non ex indice, vel exemplo alicujus ſcripturæ, ſed ex authentico [5] conveniendus eſt: ita ſi contractus fides poſſit oſtendi. Cæterum calumnioſam ſcripturam vim juſtæ petitionis in judicio obtinere non convenit. §. 12. Ejus bona, qui falſam monetam percuſſiſſe dicitur [6], fiſco vindicantur. Quod ſi ſervi ignorante domino id feciſſe dicantur, ipſi quidem ſummo ſupplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur, quia pejorem domini cauſam ſervi facere, niſi forte ſcierit, omnino non poſſunt.

TIT. XIII.
DE DELATORIBUS.

§. 1. OMnes omnino deferre alterum [7], & cauſam pecuniariam fiſco nunciare prohiben-

1 *l. 22, §. 2, ff. de jur. fiſc. l. 2, C. ne fiſc. vel reſp.*

2 Extat hæc Pauli ſententia in *l. pen. ff. de hered. inſtit.*

3 Extat in *l. ult. ff. de teſtam.*

4 Fiſcus præfertur omnibus in actione in præſonam rei perſecutoria. Poſtponitur omnibus in actione in perſonam pœnali. In actione hypothecaria præfertur fiſco qui prior eſt tempore, poſtponitur autem poſterior. *l. 24, ff. de bon. auct. jud. poſſ. l. 17, ff. de jur. fiſc. l. 8, ff. qui pot. in pign. hab.*

5 Refertur hęc ſententia à Juſtiniano in *l. 2, ff. de fid. inſtrum.*

6 Statuitur huic delicto ſine dictione capitis pœna in *l. 1, C. de falſo*, & ignis in *l. 2*.

7 *l. 4. C. de delatorib.*

1 Arg.

bentur. Nec refert matres iſtud, an fœminę faciant, ſervi, an ingenui, an libertini, an ſuos, an extraneos deferant. Omni enim modo puniuntur.

§. 2. Servi fiſcales, qui cauſam domino prodere, ac nuntiare contendunt, deferre non videntur [1]. Subornati ſanę cum deferre coguntur, qui quod per ſe non poteſt, per alium deferat. Perinde autem ſubornatores, ac delatores [2] puniuntur.

§. 3. Damnati ſervi ſive poſt ſententiam, ſive ante ſententiam dominorum facinora confeſſi ſint, nullo modo audiuntur, niſi forte reos deferant majeſtatis [3].

TIT. XIV.
DE QUÆSTIONIBUS.

§. 1. IN criminibus eruendis quæſtio quidem adhibetur [4], ſed non ſtatim à tormentis incipiendum eſt [5]: ideoque prius argumentis quærendum eſt: & ſi ſuſpicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis, de ſociis & ſceleribus ſui confiteri compellitur. §. 2. Unius facinoris plurimi [6] rei ita audiendi ſunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior, & teneræ ætatis eſſe videatur.

TIT. XV.
DE TESTIBUS.

§. 1. SUſpectos gratiæ [7] teſtes & eos vel maxime, quos

1 Arg. *l. 2, C. de delator.*

2 *l. 2, §. D. Pius. ff. de jur.. fiſc.*

3 *l. ult. C. de delat. l. 2. 5, pen. ff. de jur, fiſci.* Quod ſi in reatu de domino ſceleris participe confiteantur? Videtur ex reſcripto Trajani ea res dominum gravare: ſed ab eo receſſum eſt. *l. 1, 5. ſi ſervi. ff. de quæſt.*

4 *l. 15, §. 41, ff. de injur. 23, §. 4, ff. ad leg. Aquil. l. 1, ff. de quæſt*

5 *l. 1, l. 18, 5. 2, ff. quæſt. l. 8, C. eodem.*

6 *l. 18, ff. de quæſtionibus.*

7 Extat pars quædam hujus ſententia in *l. penult. ff. de teſtib.*

1 Tamen

quos accuſator de domo produxerit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit. In teſte enim & vitæ qualitas ſpectari debet, & dignitas [1]. §. 2. In adfinem, vel cognatum [2] inviti teſtes interrogari non poſſunt. §. 3. Adverſus ſe invicem parentes & liberi [3], itemque liberti nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Quia rei veræ teſtimonium, neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit. §. 4. Teſtes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt. §. 5. Qui falſo [4], vel varie teſtimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmoventur. §. 6. In re pecuniaria tormenta, niſi cum de rebus hereditariis quæritur [5], non adhibentur. Aliæ autem jurejurando, aut teſtibus explicantur.

TIT. XVI.
DE SERVORUM QUÆSTIONIBUS.

§. 1. Servum de facto ſuo in ſe interrogari poſſe ratio æquitatis oſtendit. Nec enim obeſſe ei debet qui per ſervum aliquid ſine cautione commodat [6], aut deponit. §. 2. Judex tutelaris [7] itemque Centumviri, ſi aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis inſtrui non poſſunt, poterunt de ſervis hereditariis habere quæſtionem. §. 3. Servi alieni

1 Tamen ex cauſę condicione humiles, & in fames audiuntur. *l. 22. §. 2. ff. eod.*

2 Ex lege Julia. *l. 4. ff. de teſtib.*

3 *l. 6. C. de teſtib.*

4 *l. 16. ff. de teſtibus.*

5 Placuit his caſibus ex inopia probationum ſervos audiri, non tantum ſi nondum ſit certum, qui heredes ſint, ſed etſi de heredibus conſtet. *l. 9. ff. de quæſt. l. 1. & ult. C. eod. l. ult. §. licentia. C. de jur. delib. & infr. tit. prox.*

6 *l. 15. C. de quæſt. l. 8. C. de teſtibus & 5 lib. 2. tit. 17.*

7 Extat hujus ſententiæ pars quędam in *l. 18. §. 4. ff. de quæſt.*

lieni in alterius caput non niſi ſinguli torqueri poſſunt: & hoc invito domino non eſt permittendum, niſi delator, cujus intereſt quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit, inferre ſit paratus [1], vel certe deterioris facti ſervi ſubire taxationem. *§*. 4. Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur [2]. Nec enim oportet in rebus dubiis ſalutem dominorum ſervorum arbitrio committi. §. 5. Servi in caput domini neque à præſide [3], neque à procuratore, neque in pecuniariis [4], quam in capitalibus cauſis interrogari poſſunt. *§*. 6. Communis ſervus in caput alterius ex dominis torqueri non poteſt [5]. *§*. 7. Qui ſervum ideo comparaverit [6], ne in ſe torqueretur, reſtituto pretio poterit interrogari. §. 8. Servus in caput ejus domini [7], à quo diſtractus eſt, cuique aliquando ſervivit, in memoriam prioris domini interrogari non poteſt. §. 9. Si ſervus ad hoc fuerit manumiſſus, ne torqueatur, quæſtio de eo nihilominus [8] haberi poteſt. §. 10. Quæſtioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit [9], id forte velandę con-

1 *l. 13, ff. de quæſt.* Quod ſi ſervus in caput domini torqueatur in cauſa adulterii, quæ excepta eſt, non eſt neceſſe ſtipulationem interponi: quoniam abſoluto domino datur condictio ex lege Julia in ſimplum: condemnato domino ſervus publicatur. *l. 6, ff. de quæſt. l. 27, §. ult. & l. prox. ff. ad legem Jul. de ad ult.* quod trahi poteſt ad omnes cauſas exceptas. Hæc ſententia Pauli non ad eum, qui in caput ſuum, vel in caput domini, ſed ad eum qui in caput alienum intertogatur, proprie pertinet.

2 *l. 1, §. 5, ff. de quæſt.* & s. *tit. 13,* Extat hæc ſententia Pauli & in *l. 18, §. 5, ff. de quæſt.*

3 Præſes cognoſcit de crimine, Procurator de bonis, non de crimine. *l. 1, & 2, C. ubi cau. fiſc. vel div. dom.*

4 Si in pecuniaria cauſa caput domini appeti non videatur ex inopia probationum ſervos in dominum torqueri placet. *l. 9, ff. de quæſt. l. 1, C. eodem.*

5 Niſi ſocius ſocium occidiſſe dicatur. *l. 3, l. 17, §. 1, ff. de quæſt.*

6 Eſt ex reſcripto Divorum fratrum *l. 1, §. 13, ff. de quæſt.*

7 Extat in Pandectis *l. 18, §. 6, ff. de quæſtio.*

8 *l. 1, §. 13, ff. de quæſt.*

9 Niſi evidenter appareat commiſſo

conſcientiæ ſuæ gratia, quam cum reo habuit, feciſſe doceatur. §. 11. Neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt, niſi ingratum libertum patronus accuſet [1], aut rei abſentia defendatur [2]. §. 12. Si pecunia data judici reus abſolutus eſſe dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea pœna damnatur, qua reus [3] damnari potuiſſet. §. 13. In convictum reum [4], ſive torqueri poſſit, ſive non poſſit, pro modo admiſſi ſceleris ſtatuendum eſt. §. 14. Reis ſuis edere crimina accuſatores cogendi ſunt [5]. Scire enim oportet, quibus ſint criminibus reſponſuri.

TIT. XVII.
DE ABOLITIONIBUS.

§. 1. POſt abolitionem publicam [6] à delatore ſuo reus intra xxx. diem repeti poteſt [7], poſtea non poteſt. §. 2. Summa ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio [8]. Mediocrium autem delictorum pœnæ ſunt, metallum, ludus [9], deportatio. Minimæ, relegatio, exilium [10], opus publicum, vincula.

miſſo communiter ſcelere, captandæ impunitatis gratia hunc ad illius proditionem feſtinaſſe. *l. 4, C. de quæſt. l. 1, §. cum quis, ff. eod.*

1 *l. 35, §. 1, ff. de procur. l. 4, ff. de obſeq. par. & patr. præſt.*

2 *l. 72, l. 33, §. 2, ff. de procurat. l. 10; l. pen. ff. de publ. jud. l. 3, C. de accuſat.*

3 Quod & in commentarienſi, cujus fraude, aut nimia negligentia cuſtodia evaſerit, conſtituitur in *l. pen. C. cuſt. reor.*

4 *l. 16, C. de pœn.*

5 Ne (ut ait *l. 18, ff. de quæſt.*) rei ſubitis criminibus opprimantur.

6 Abolitio duplex eſt, privata, & publica. Poſt illam, ab alio, non ab eodem intra diem xxx. repeti reus poteſt. *l. 3, §. ult. ff. de accuſ. l. 4, §. ult. ff. ad S. C. Turpill. l. 1, C. de abolitio.*

7 Poſt abolitionem publicam intra diem xxx. etiam ab eodem repeti reus poteſt. *l. 1, C. de gener. abolit. l. 10, ff. ad S. C. Turp.*

8 *l. 28, ff. de pœn.* Illis tribus duntaxat modis olim vita adimi potuit, non laqueo, ſive furca. *l. 8, §. 1, ff. de pœn.*

9 Ludus duplex eſt, Venatorius, & Gladiatorius. In utrumque damnati ſervi pœnæ efficiuntur. *l. 8, §. quicumque. ff. de pœn.*

10 Relegatio, eſt, inſulæ vinculum: Exilium, eſt certi loci interdictio.

la [1]. Sane qui ad gladium dantur, intra annum conſumendi ſunt.

TIT. XVIII.

DE ABACTORIBUS.

§. 1. Abactores ſunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves [2], capras x. aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, pœna furti pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenitur, vel fuſtibus cæſus in opus publicum unius anni datur, aut ſub pœna vinculorum domino reſtituitur. §. 2. Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forum [3] remittendus eſt, atque ita convictus in duplum, vel in triplum furis more damnatur.

TIT. XIX.

DE SACRILEGIS.

Qui noctu manu [4] facta prædandi, ac depopulandi gratia templum inrumpunt, beſtiis objiciuntur. Si vero per diem leve aliquid de templo abſtulerint, vel deportantur honeſtiores, vel humiliores in metallum damnantur.

TIT.

dictio, aut omnium præter certum locum. Sic legendum eſt in *l. 4. ff. de interd. & releg.*

1 Si ad tempus ſint. Nam neque civitas per hunc modum, neque libertas amittitur. In perpetuum vero damnati civitatem amittunt *l. 17. ff. de pœn.* libertatem retinent. *l. 28. §. 6. ff. de pœn.*

2 Ita legendum puto, *Abactores ſunt, qui unum equum, duas equas, vel capras decem, totidemque oves, aut, porcos quinque abegerunt. pro qualitate ejus, aut in duplum; aut in triplum convenitur. Abactor autem fuſtibus caſus in opus publicum unius anni datur, aut ſub pœna vinculorum domino reſtituitur.*

3 Saturnius ait, ad examinationem civilem. *l. 1. §. ult. ff. de abig.* Alii ad jus ordinarium. *l. ult. ff. de priv. del. l. 2. ff. de fur. bal. l. 1. §. 1. ff. ſi ventris nom. mul. in poſſ. miſſ.* Forum eſt proprie cauſarum civilium: inde Forenſes actiones, id eſt, civiles. *l. 1. ff. de incend. rui. & nauf.*

4 *l. 6. §. 1. ff. ad legem Iul. pecul.*

1 Dear-

TIT. XX.

DE INCENDIARIIS.

Qui noctu fructiferas arbores[1] manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honeſtiores damnum ſarcire coguntur, vel curia ſubmoventur, vel relegantur.

TIT. XXI.

DE VATICINATORIBUS, ET MATHEMATICIS.

§. 1. Vaticinatores, qui ſe Deo plenos adſimulant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad ſpem alicujus rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fuſtibus cæſi civitate pelluntur: perſeverantes[2] autem in vincula publica conjiciuntur, aut in inſulam deportantur, vel certe relegantur. §. 2. Qui novas, & uſu, vel ratione[3] incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur. §. 3. Qui de ſalute Principis, vel ſumma Reipublicæ Mathematicos, Ariolos, Aruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo, qui reſponderit, capite punitur. §. 4. Non tantum divinatione quis, ſed ipſa ſcientia, ejuſque libris[4] melius fecerit abſtinere. Quod ſi ſervi de ſalute dominorum conſuluerint, ſummo ſupplicio, id eſt, cruci afficiuntur. Conſulti autem ſi reſponſa dede-

1 De arboribus cæſis eſt in ſingulas xxv. aſſium actio ex XII. tabul. Eſt actio legis Aquiliæ: eſt interdictum Quod vi aut clam, eſt & prætoria in duplum actio, de qua tractatur in *l. 7. & l. prox. ff. arb. furt. cæſ.*

2 *l. 38. §. ſolent. ff. de pœn. l. 5. C. ad legem Iul. de vi pub.*

3 Ut M. Tullius *de amicitia*, Si quando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam.

4 Idem de Magica arte traditur. *ſ. tit. 26.*

dederint, aut in metallum damnantur, aut in inſulam deportantur.

TIT. XXII.
DE SEDITIOSIS.

§. 1. AUctores[1] ſeditionis & tumultus, concitato populo, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut beſtiis objiciuntur, aut in inſulam deportantur. §. 2. Qui terminos effodiunt[2], vel exarant, arboreſve terminales evertunt, vel qui convellunt bodones[3], ſi quidem id ſervi ſua ſponte fecerint, in metalllum damnantur; humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum relegantur. §. 3. Cives Romani[4], qui ſe Judaico ritu, vel ſervos ſuos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in inſulam perpetuo relegantur: Medici capite puniuntur. §. 4. Judæi ſi alienæ nationis comparatos ſervos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur[5].

TIT. XXIII.
AD LEGEM CORN. DE SICARIIS ET VENEFICIS.

§. 1. LEx Cornelia[6] pœnam deportationis infligit eis, qui hominem occiderint, ejuſve rei cauſa, furtive faciendi cum telo fuerint. Et qui venenum hominis necandi cauſa habuerint, vendiderint, paraverint, falſum teſtimonium dixerint, quo quis periret, mortiſve cauſas præſtiterint. Ob quæ omnia

1 Extat hæc ſententia in *l. 38. §. 3. ff. de pœn.*

2 *l. 1, ff. de term. mot.*

3 Bodones ſive botones vicem terminorum præſtant. Vox eſt menſorum, vel eorum, qui de agrorum & limitum conditionibus ſcripſerunt.

4 Soli Judæi ſe impune circumcidunt. *l. 11, ff. ad leg. Cor. de ſic.*

5 *d. l. 11, ff. ad leg. Corn. de Sicar.*

6 *l. 1, ff. ad leg.* Corn. *de ſic. l. 3, §. pen. ff. ad leg.* Corn. *de ſic.*

1 In

omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit, humiliores vero in crucem tolluntur, aut beſtiis objiciuntur. §. 2. Qui hominem occiderit, aliquando abſolvitur. Et qui non occidit, ut homicida damnatur. Conſilium enim uniuſcujuſque non factum puniendum eſt [1]. Ideoque qui cum velit occidere, id caſu aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida punietur. Et is, qui caſu jactu teli hominem imprudenter occiderit, abſolvitur.

§. 3. Qui latronem cædem ſibi inferentem, vel alium quemlibet ſtuprum inferentem occiderit, puniri non placuit [2]. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit. §. 4. Judex, qui in caput fortunaſque hominis pecuniam accepit [3], in inſulam bonis ademptis, deportatur. §. 5. Mandatores cædis perinde ut homicidæ [4] puniuntur. §. 6. Si putator ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit [5], ut vitaretur, atque ita præteriens ejuſdem ictu homo perierit, etſi in legem non incurrit, in metallum damnatur. §. 7. Qui hominem invitum [6] libidinis, aut promercii [7] cauſa caſtraverit, caſtrandumve curaverit, ſive is ſervus, ſive liber ſit, capite punitur. Honeſtior publicatis bonis in inſulam deportatur. §. 8. Qui abortionis [8], aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciant, tamen

1 In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus. *l. 14. ff. ad legem Corn. de ſic.*

2 *l. 2, l. 4,* C. *ad leg. Cor. de ſic. l. 1, §. ult. ff. eod. l. 4, ff. ad leg. Aquil.*

3 *l. 1, ff. eodem.*

4 *l. 5,* C. *de accuſ.*

5 Si ſervum occiderit, in legem Aquiliam incidit: ſi liberum, neque in Aquiliam incidit, quia de libero occiſo ea lege non datur actio, neque in Corneliam, quia ea lege dolus arguitur non culpa. *l. 7, ff. ad leg. Cor. de ſicar. l. 31, ff. ad leg. Aquil.*

6 Quæ vox frequens eſt in libris noſtris. *l. 41, §. 5, ff. de legat. 1, l. 4, §. 1, ff. de pen. leg. l. 2, ff. ad leg. Iul. de vi pub.*

7 Ex Conſtitutione Adriani idem erit, ſi non invitum caſtraverit. *l. 4, §. ult. ff. ad leg. Cor. de ſic.*

8 Extat hæc ſententia in *l. 38, §. 5, ff. de pœn.*

men quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur. Quod ſi eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur. §. 9. Qui ſacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint [1]: aut cruci ſuffiguntur, aut beſtiis objiciuntur. §. 10. Qui hominem immolaverint [2], ex ejuſve ſanguine litaverint, fanum templumve polluerint, beſtiis objiciuntur, vel ſi honeſtiores ſint, capite puniuntur. §. 11. Magicæ artis conſcios ſummo ſupplicio affici placuit, id eſt, beſtiis objici aut cruci ſuffigi: Ipſi autem magi [3] vivi exuruntur. §. 12. Libros magicæ artis apud ſe neminem habere licet: & ſi penes quoſcunque reperti ſint, bonis ademptis ambuſtiſque his [4] publice, in inſulam deportantur: humiliores capite puniuntur. §. 13. Si ex eo medicamine, quod ad ſalutem hominis, vel ad remedium datum erat, perierit [5]: is, qui dederit, ſi honeſtior fuerit, in inſulam deportatur, humilior autem capite punitur.

TIT. XXIV.
AD LEGEM POMPEJAM DE PARRICIDIIS.

Lege Pompeja [6] de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, ſororem, patronum, patronam occiderit. Hi etſi antea inſuti culleo [7] in mare præcipitabantur, hodie tamen vivi exu-

1 *l. 13, ff. ad leg.* Cor. *de ſic.*

2 Quod & Tiberium & Adrianum vetuiſſe proditum eſt.

3 Gravius ipſi magi puniuntur, quam magicæ artis conſcii. *tit. de malef. & math.* C.

4 *l. 4, §. 1, ff. de fam. ercif.*

5 *l. 6, §. 7, ff. de offic. præſ.*

6 Eadem eſt legis Corneliæ de ſicariis, & legis Pompeiæ pœna. *l. 1. ff. leg. Pomp. de par.*

7 *l. pen. ff. eod.* hæc introducta pœna in uſu eſſe deſiit. Poſtea reducta à Conſtantino. *l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid.*

1 *l. 1,*

exuruntur, vel ad beſtias [1] dantur.

TIT. XXV.

AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

§. 1. Lege Cornelia teſtamentaria [2] tenetur, qui teſtamentum, quodve aliud inſtrumentum ſciens dolo malo recitaverit, ſubjecerit, ſuppreſſerit, amoverit, reſignaverit, deleverit, quodve ſignum adulterinum ſculpſerit [3], fecerit, expreſſerit, amoverit, reſeraverit: quive nummos aureos, argenteos adulteraverit [4], laverit, conflaverit, raſerit, corruperit, vitiaverit, vultuve Principum ſignatam monetam [5] præter adulterinam reprobaverit. Et honeſtiores quidem in inſulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. Servi autem poſt admiſſum manumiſſi capite [6] puniuntur. §. 2. Qui ob falſum teſtimonium perhibendum, vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, judicemve, ut ſententiam ferat, vel non ferat, corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honeſtiores publicatis bonis cum ipſo judice in inſulam deportantur. §. 3. Judex, qui contra ſacras Principum conſtitutiones, contrave jus publicum quod apud ſe recitatum eſt, pronuntiat, in inſulam deportatur. §. 4. Qui rationes, acta, libel-

1 *l. 1. ff. de pub. jud.*

2 *l. 30, ff. de leg. Corn. de fal. §. item lex Cornelia de falſis, De pub. judic.* Solent etiam, qui extra teſtamenta in aliis rationibus, vel inſtrumentis quid eorum fecerint, perinde atque teſtamentorum fallarii coërceri. *l. 1. §. qui in rationibus. l. 9. §. 1. l. inſtrumentorum. §. 1, ff. de leg. Corn. de fal.* Falſum eſt de teſtamentis: Quaſi falſum de cęteris inſtrumentis, vel cauſis. *l. 1, §. ult. ff. eod.*

3 *l. 8, &, 9, ff. eodem.*

4 Pertinet ad *l. 1, C. de vet. num. pot.*

5 *l. 1, §. ult. ff. de leg. Cor. de fal.*

6 *l. 1, §. 1. ff. de leg. Corn. de fal.*

libellos, album propoſitum, teſtationes, cautiones, chirographa, epiſtolas, ſciens dolo malo in fraudem alicujus deleverit, mutaverit, ſubjecerit, ſubſcripſerit, quive æs inauraverit, argentaverit [1], quive cum argentum, vel aurum poneret, æs, ſtannumve ſubjecerit, falſi pœna coërcetur. §. 5. Ampliſſimus ordo decrevit [2] eas tabulas, quæ publici, vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, ut in ſumma marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur, ut exteriores ſcripturæ fidem interiori ſervent. Aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent. §. 6. Qui vivi teſtamentum aperuerit, recitaverit, reſignaverit, pœna legis Corneliæ tenetur [3]: & plerumque aut humiliores in metallum damnantur, aut honeſtiores in inſulam deportantur. §. 7. Si quis inſtrumenta litis [4] ſuæ à procuratore ſuo, vel cognitore adverſario prodita eſſe convicerit, tam procurator, quam cognitor, ſi humiliores ſunt, in metallum damnantur: ſi honeſtiores, adempta dimidia parte bonorum, in perpetuum relegantur. §. 8. Inſtrumenta penes ſe depoſita quicumque alteri altero abſente reddiderit, vel adverſario prodiderit, pro perſonæ ejus condicione, aut in metallum damnatur, aut in inſulam relegatur [5]. §. 9. Qui falſis inſtrumentis, actis, epiſtolis, reſcriptis, ſciens dolo malo uſus fuerit [6], pœna falſi coërcetur: ideoque humi-

1 Quod veriſimile eſt Paulum ex aliqua conſtitutione ſumpſiſſe.

2 S. C. de quo hic agitur, factum fuit Neronis temporibus. Suet. *in Nerone*.

3 *l. 1. §. is qui aperuerit. ff. de leg. Corn. de fal.* Extat hæc ſententia in *l. 38, §. qui vivi. ff. de pœn.*

4 *d. l. 38, §. ſi quis inſtrumentum.*

5 In Pandeſtis legitur, *deportatur. l. 38, §. inſtrumenta. ff. de pœn.* quod ex hoc loco emendandum cenſeo.

6 *l. 2, C. de fid. inſt. l. 3, C. ſi reus vel accuſ.*

1 *l. 13,*

humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam deportantur. §. 10. Si qui ſibi falſum nomen impoſuerit, genus, parenteſve finxerit, quo quid alienum interceperit, poſſederit [1], pœna legis Corneliæ de falſis coërcetur. §. 11. Qui inſignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt [2] quo quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honeſtiores in inſulam deportantur. §. 12. Si qui de judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes eventus ſententiarum ejus vendunt [3], quidve obtentu nominis ejus agunt, convicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.

TIT. XXVI.

AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

§. 1. Lege Julia de vi publica damnatur, qui aliqua poteſtate præditus civem Romanum antea ad populum, nunc ad Imperatorem appellantem [4] necarit, necarive juſſerit, torſerit, verberaverit, condemnaverit, in publica vincula duci juſſerit: Cujus rei pœna humiliores capitis, honeſtiores inſulæ deportatione [5] coërcentur. §. 2. Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt. Judicati etiam & confeſſi, & qui ideo in carcerem duci jubentur, quod jus dicenti non obtemperaverint [6], quidve contra diſciplinam publicam fecerint [7]. Tribuni

etiam

1 *l. 13, ff. de leg. Corn. de fal.*

2 *l. 27, §. ult. ff. de leg. Corn. de fal. l. 3, ff. ad leg Jul. majeſt.*

3 *l. 10, C. de accuſ.* Sidonius Apollin. *lib. 5,*

4 *l. 7, ff. ad leg. Jul. de vi pub.* Provocatio à magiſtratu olim ad Populum fiebat, nunc ad Imperatorem.

5 *l. 16, §. ult. ff. ad leg. Jul. de vi pub. §. item lex Julia de vi. De public. judic. l. 5, §. ult. l. pen. ff. ad leg. Jul. de vi pub.*

6 Quod jure fieri oſtendit. *l. 13, §. 2, ff. de injur.*

7 Ut ſeditionum auctores, factionum duces. *l. 16, ff. de appell.*

1 Sic

etiam militum, & præfecti claſſium, alarumve: ut ſine aliquo impedimento legis Juliæ per eos militare delictum coërceri poſſit. §. 3. Lege Julia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus poſſeſſione, domo, villa agrove dejecerit, expugnaverit, obſederit, cluſerit, idve ut fieret, homines commodaverit, locaverit, conduxerit, quive cœtu, concurſu [1], turba, ſeditione incendium fecerit, funerari, ſepelirive aliquem prohibuerit, funuſve eripuerit, turbaverit: Et qui eum, cui aqua & igni interdictum eſt, receperit, celaverit, tenuerit. Quive cum telo in publico fuerit: templa, portas, aliudve quid publicum armatis obſederit [2], cinxerit, clauſerit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, ſi honeſtiores ſint, tertia pars bonorum eripitur, & in inſulam relegantur, humiliores in metallum damnantur. §. 4. Creditor chirographarius ſi ſine juſſu præſidis per vim debitoris ſui pignora cum non habuerit obligata, acceperit, in legem Juliam de vi privata committit [3]. Fiduciam vero, & pignora apud ſe depoſita perſequi & ſine auctoritate judicis vindicare non prohibetur [4].

TIT. XXVII.

DE LEGE JULIA PECULATUS.

SI quis fiſcalem pecuniam attrectaverit, ſubripuerit,

1 Sic hunc locum emendavi ex *l. 5. ff. ad leg. Iul. de vi pub.*

2 Hi omnes, pœna legis Juliæ privatorum coërcentur. Alii pœnam Juliæ publicorum ſtatuunt. *l. 3. 4. 5. 10. ff. ad leg. Iul. de vi pub.* ſed quandoquidem, hæc quaſi paria conjungi ſolent, convocatis armatiſve hominibus, & utrinſque legis crimen objici poteſt: quod fieri quandoque ex eodem facto oſtendit. *l. 32. ff. de pœn.*

3 *S. lib. 2, tit 14, l. 5.* C. *ad leg. Iul. d. vi pub. l. ult. ff. ad leg. Iul. de vi priv.*

4 *l. 3,* C. *de pign.* Dico fiduciam & pignora: nam hypothecas ſi per vim auferat, credo eum teneri lege Julia *l. 3.* C. *vi bon. rap.*

1 Hu-

rit, mutaverit, ſeu in ſuos uſus converterit, in quadruplum[1] ejus pecuniæ, quam ſuſtulit, condemnatur.

TIT. XXVIII.

AD LEGEM JULIAM REPETUNDARUM.

IUdices pedanei ſi pecunia corrupti dicantur[2], plerumque à præſide aut curia ſubmoventur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

CAII

1 Hujus legis pœna primum fuit litis æſtimatio in quadruplum. *l. pen. ff. eod. tit. l. 1. C. eod.* tum deportatio, deinde ultimum ſupplicium.

2 Damnati pecuniam in quadruplum plerumq; reddunt his, à quibus acceperunt. *l. 1. C. eod. tit.* & hoc amplius extra ordinem puniuntur, vel exilio, vel relegatione, vel ordinis amotione, vel duriori pœna. *l. 7. §. ult. ff. eod. tit.* Extat hæc ſententia in *l. 38. §. judices. ff. de pœn.*

CAII JC^ti

ANTIQUISSIMI

E Libris quatuor Inſtitutionum, quę ſuperſunt fragmenta.

Ex ultima J. OISELII JC. recenſione, Cum ejuſdem & aliorum ſelectis notis.

CAII JC^TI
Antiquiſſimi
INSTITUTIONUM
LIBER PRIMUS.

TITULUS I.
De Jure Naturali, Gentium & Civili.

GAJUS lib. I. Inſtitutionum.

O*Mnes populi, qui* legibus & moribus [1] *reguntur partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quiſque populus* [2] *ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt; vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur: vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utuntur.* L. IX. D. DE JUST. & JUR.

****

GAJUS lib. I. Inſtit.

Omne jus quo utimur, [3] *vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.* L. I. D. DE STATU HOM.

Ti-

1 Theophilus legit: *legibus aut moribus.*

2 *§. 4, Inſtit. de jure nat. gent. & civ.* populus deinde ſuam poteſtatem in principem tranſtulit. *§. 6, inſtit. eod. l. 1; l. 9; l. ult. in fin. Cod. de legibus.*

3 *§. ult. Inſtit. de jure nat. gent. & civili.*

TIT. II.
DE JURE PERSONARUM.

CAII Inſtitutionum liber primus dicit *omnes homines* [1] aut liberos eſſe, aut ſervos. Sed ex ipſis, qui liberi ſunt, alios *eſſe ingenuos* [2], alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui *nati ſunt* [3]: Libertinos, qui juſtâ ſervitute manumiſſi, *liberi fiunt* [4]. Ingenuorum omnium unus ſtatus eſt. Libertorum verò ideò non unus eſt, quia *tria ſunt genera libertorum* [5]: quia liberti aut cives Romani ſunt, aut Latini, aut Dedititii. Tamen qui cives Romani ſint, qui Latini, qui Dedititii, breviter explanandum eſt.

GAJUS lib. I. Inſtit.
Summa itaque de jure perſonarum diviſio hæc eſt; quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſervi. L. III. D. DE STAT. HOM.

*** ***

GAJUS lib. I. Inſtit.
Libertini ſunt qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt. L. VI. D. DE STAT. HOM.

§. 1. Cives Romani ſunt, qui his tribus modis, id eſt, teſtamento, aut *in Eccleſiâ* [6], aut ante *Conſulem* [7] fuerint manumiſſi.

§. 2. Latini ſunt, qui aut per *epiſtolam* [8], aut *inter amicos* [9], aut convivii adhibitione manumittuntur.

§. 3. Dedititii verò ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, & publicè pro criminibus cæſi ſunt: aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indi-

1 *pr. inſt. de jure perſonar. & l. 3, ff. de ſtatu hominum.*
2 *pr. inſt. de ingenuis l. 5, ff. de ſtatu hominum.*
3 *d. l. 5, §. 2.*
4 *l. 6, ff. eod.*
5 *Ulpian. fragm. tit. 1, §. 3, inſtit. de libertin.*
6 *l. 1, & 2, Cod. de his qui in ſac. Eccleſ. manum.* De hoc manumiſſionis modo vide Cujac. *lib. 17, obſ. 30.*
7 Vide *Ulpianum 1, §. 7,*
8 *l. 1, §. 1, Cod. de latin. lib. toll.*
9 *d. l. 1, §. 2,*

1 Reli-

indicia aut igne, aut ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa ſunt, ut deleri non poſſint[1]. hi ſi manumiſſi fuerint, Dedititii appellantur.

§. 4. Sed inter hæc tria genera libertorum ideo cives Romani meliorem ſtatum habent: quia & teſtamenta facere & ex teſtamento quibuſcunque perſonis ſuccedere poſſunt. Nam & Latini, & Dedititii *nec teſtamenta condere*[2], nec ſibi ex teſtamento aliorum aliquid dimiſſum poſſunt ullatenus vindicare. Tamen Latini *certis rebus*[3] privilegia civium Romanorum Libertorum conſequi poſſunt: Dedititii verò nullâ ratione poſſunt ad civium Romanorum Libertorum beneficium pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id eſt, *ſi iterum*[4] ab ipſis aut *teſtamento*, aut in Eccleſiâ, aut ante Conſulem manumittantur, *civium Romanorum*[5] privilegia conſequuntur.

Tit. III.
Cui, et quibus ex causis manumittere non licet.

Non *tamen omnes*[6] domini ſervos ſuos manumittere poſſunt. Nam ſi aliquis multa debita habeat, cujus ſubſtantia à creditoribus teneatur obnoxia, ſi in *fraudem creditoris*[7] ſui ſervos ſuos manumittere voluerit, collata manumiſſio *non valet*[8].

§. 1.

1 Reliqua vide apud Conanum *lib. 2, cap. 6, num. 2, & 4*, & R. Forner. *rer. quot lib. 4, cap. 24*, Adde Ulpian. *tit. 1, & tit. 7, Novell. 78*, Theophil. *lib. 1. cap. 5*,

2 Vid. *§. 4, Inſtit. de ſucceſſ. libert.*

3 Vide Ulpian. *tit. 3*,

4 Ulpian. *tit. 3, §. 4*,

5 *§. 1, ſupra eod.*

6 *pr. inſt. cui & quib. ex cauſ manumitt. non licet.*

7 *l. 10, l. 16, §. 2, ff. Qui & à quib. manumiſſ.*

8 Ex lege Ælia Sentia Auguſti temporibus lata Sexto Ælio & Cajo Sentio Coſſ. Unde lex Ælia Sentia dicta eſt. Vide *Ulpian. fragment. tit. 1. §. 6, & Inſtit. cui & quib. ex cauſ. man. non licet.* Conan. *lib. 1, cap. 5*,

§. 1. Aut ſi libertus civis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni[1] ſui ſervos ſuos manumittat, ſimiliter data manumiſſio non valet.

§. 2. Preterea minor quicunque viginti annorum[2] dominus, ſervo ſuo libertatem dare non poteſt, niſi fortè tantùm minor manumiſſor, cui pater ſuus & mater à patrono donati ſunt, eoſdem manumittat, aut certè pædagogum, aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, quatuordecim annos egreſſus, teſtamentum facere poſſit[3], & heredem inſtituere, & legata relinquere, libertatem tamen[4] ſervis non poteſt in hac ætate conferre.

TIT. IV.
DE NUMERO SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM.

CONſtitutum eſt, quantum ſervorum numerum[5] teſtamento de quantâ familiâ liceat manumitti, hoc ordine: ut, ſi quis duos ſervos habet, ambos manumittere poſſit. Qui verò tres, duos teſtamento manumittat. Qui quatuor, ſimiliter duos. Qui ſex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſedecim, decem & ſeptem: ſimiliter quinque. Qui decem & octo, ſex. Et ab hoc numero uſque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat. Qui ampliùs, quàm triginta habuerit, uſque ad centum quartam partem de numero ſervorum

1 *Ulpian. tit. 1, §. 10,*

2 Alterum caput *l. Ælia Sentia.*

3 *l. 5, ff. qui teſt. fac. poſſ.*

4 *§. 7, Inſtit. cui & quib. ex cauſ. manumitt. non licet.* XVII. & *novell. 119, cap. 3,* annis XIV. dari poteſt libertas.

5 Ulpian. *tit. 1, §. 24.* Hæc erat lex Fuſia Canina quæ Auguſti temporibus lata eſt teſte Suetonio *cap. 40,* quam ſuſtulit Juſtinianus *l. unic. Cod. de lege Fuſia Canina tollenda.* cujus relatio eſt in *tit. Inſtit. De lege Fuſia Canina tollenda.*

vorum manumittere poteſt. Qui verò plures, quam centum habuerit, quintam partem manumittere poteſt. Sed & hoc ſtatutum eſt, ut de qualibet grandi familiâ, nulli amplius, quam centum [1] teſtamento manumittere liceat.

§. 1. Nam qui voluerit aut in Eccleſiâ, aut ante Conſulem, aut inter amicôs, aut per epiſtolam manumittere, poteſt his manumiſſionibus omnem familiam [2] jugo ſervitutis abſolvere.

§. 2. Nam ſi aliquis teſtamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus ſupra ſcriptus, ordo ſervandus eſt: ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumiſſi ſunt [3], uſque ad illum numerum, quem explanatio continet ſuperius comprehenſa. Qui vero poſtea ſupra conſtitutum numerum manumiſſi leguntur, integrè in ſervitute eos certum eſt permanere. Quod ſi non nominatim [4] ſervi, vel ancillæ in teſtamento manumittantur: ſed confuſè omnes ſervos ſuos, vel ancillas is, qui teſtamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitùs firma eſſe jubetur hoc ordine data libertas [5], ſed omnes in ſervili conditione, qui hoc ordine manumiſſi ſunt, permanebunt. Nam & ſi ita in teſtamento ſervorum manumiſſio adſcripta fuerit, id eſt, in circulo [6], ut qui prior, qui poſterior nominatus ſit, non poſſit agnoſci, nulli ex his libertatem valere mani-

1 Ita Ulpian. *tit. 1, §. 24*, & Paul. *ſentent. lib. 4, tit. ult. §. ult.*

2 Id eſt omnes ſervos unius domini ita Veteres. Ut *tit. D. Si familia furtum fecerit. l. 2, §. 14, ff. De vi bonor. rapt. & l. 195, §. 3, ff. de Verb. Significat.* Eadem exceptio eſt in milite. qui teſtamento omnibus ſervis libertatem dare poteſt. *l. 51, ff. de manumiſſ. teſtam.*

3 Ordo ſcripturæ ſervandus eſt, *l. 83, ff. de hered. Inſt. l. 24, ff. Qui & à quib. manumiſſ. l. 24, §. 17, ff. de fideicom. lib. l. 77, §. 24, ff. de legat. 2.*

4 nominatim libertas ſervis danda. Ulpian. *tit. 1, §. ult.* Paul. *ſent. lib. 4, tit. 14.*

5 *l. 42, l. 43, ff. de heredib. inſtit.*

6 id eſt in orbe tereti.

manifeſtum eſt, ſi agnoſci non poteſt, qui prior, qui poſterior manumiſſus fuerit.

§. 3. Nam ſi aliquis in ægritudine conſtitutus, in fraudem hujus legis facere noluerit teſtamentum, ſed epiſtolis [1], aut quibuſcunque aliis rebus ſervis ſuis pluribus, quam per teſtamentum licet, conferre voluerit libertates, & ſub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumiſſi fuerint uſque ad numerum ſuperius conſtitutum, liberi erunt. Qui verò poſt ſtatutum numerum manumiſſi fuerint, ſervi ſine dubio permanebunt.

§. 4. Nam ſi incolumis quoſcunque diverſo tempore manumiſit: inter eos, qui per teſtamentum manumiſſi ſunt, nullatenus computentur [2].

TIT. V.

DE HIS QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

ALiquæ perſonæ ſui juris [3] ſunt, aliquæ alieno juri ſubjectæ ſunt. Itaque cum oſtenditur [4], quæ perſonæ alieno juri ſubjectæ ſint, tunc evidenter agnoſcitur, quæ ſui juris ſint.

§. 1. In poteſtate itaque dominorum ſunt ſervi; quam poteſtatem omnes gentes habere certum eſt: ſed diſtrin-

GAJUS lib. 1. Inſtit.

DE jure perſonarum alia diviſio ſequitur: quod quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ ſunt. Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt; nam ſi cognoverimus quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus quæ ſui juris ſunt: diſpiciamus itaque de his, quæ in alienâ poteſtate ſunt. §. 1.

1 Epiſtola quis ſervum manumittere poteſt, ut & Codicillis. *Paul. 4, ſent. 14, §. 2,*

2 Ut numerum faciant.

3 Id eſt, ſuæ poteſtatis.

4 *l. 1, ff. de his qui ſunt ſui. pr. inſt. eod.*

1 Id

gendi [1] in ſervos dominis pro ſuâ poteſtate permittitur, occidendi tamen [2] ſervos ſuos domini licentiam non habebunt: niſi fortè ſervus, dum pro culpæ modo cęditur, caſu [3] forſitan moriatur. Nam ſi ſervus dignum morte [4] crimen admiſerit, iis judicibus [5], quibus publici officii poteſtas commiſſa eſt, tradendus eſt, ut pro ſuo crimine puniatur.

§. 2. In poteſtate [6] etiam patrum ſunt filii, ex legitimo matrimonio procreati.

§. 1. Igitur in poteſtate ſunt ſervi dominorum, quæ quidem poteſtas juris gentium eſt; nam apud omnes peræquè gentes animadvertere poſſumus, dominos in ſervos vitæ neciſque poteſtatem fuiſſe, & quodcunque per ſervum acquiritur id domino acquiritur.

§. 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio Romano ſunt, licet ſupra modum, & ſine cauſa legibus cognitâ in ſervos ſuos ſævire. Nam ex conſtitutione Divi Antonini, qui ſine causâ ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quàm qui alienum ſervum occiderit. Sed & major aſperitas dominorum ejuſdem principis conſtitutione coërcetur. L. I. D. DE HIS QUI SUI VEL AL. JUR. SUNT.

Item in poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreaverimus: quod jus proprium civium Romanorum eſt. L. III. D. DE HIS QUI S. VEL AL. JUR. SUNT.

TIT.

1 Id eſt, caſtigandi, coërcendi.

2 *d. l. 1, §. 2, l. 2, ff. de his qui ſunt ſui, §. 2, Inſtit. eod.* adde *l. 11, ff. de Sicariis & l. unic. Cod. de emendat. ſerv.*

3 *l. unic. Cod. de emendat. ſervor.*

4 Vide *l. 96, ff. de Verb. obligat.*

5 Ita in *l. 11, ff. ad l.* Cornel. *de Sicar.*

6 *pr. Inſtit. de patr. poteſt. l. 3, ff. de his qui ſunt ſui.*

Tit. VI.
DE NUPTIIS.

Legitimæ ſunt nuptiæ, ſi Romanus Romanam [1] nuptiis intervenientibus [2], vel conſenſu [3] ducat uxorem.

§. 1. Sed non omnes perſonas [4] uxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non ſolùm de perſonis, quæ nobis propinquitate conjunctæ ſunt, ſed etiam de adoptivis, hoc eſt, adfiliatis, juſſum eſt obſervari. Nam etſi per emancipationem adoptio diſſolvatur, nuptias tamen inter has perſonas ſemper conſtat eſſe illicitas.

§. 2. Inter fratrem quoque & ſororem [5], ſive eodem patre ac matre nati fuerint, ſive diverſis matribus aut patribus, matrimonia eſſe non poſſunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita ſunt conjugia, niſi fortè adoptio emancipatione fuerit diſſoluta: nam ſi emancipatio intervenerit, nuptiæ inter hujuſmodi fratres licitò contrahuntur.

§. 3. Fratris quoque & ſororis filiam [6] uxorem ducere non licet.

§. 4. Sororem quoque patris [7] ac matris uxorem accipere non licet.

§. 5. Genero quoque ſocrum ſuam [8]: nec ſoce-

ro

1 Ulpian. *fragm. tit. 5,*

2 Intelligit celebritates ſolennes & ita nuptiæ à matrimonio diſtinguuntur in *l. 10, l. 11, ff. de ritu l. 27, ff. de donat. inter virum & uxorem l. 13,* Cod. *de nupt.*

3 Vide *l. 15, in fin. de cond. & dem. & l. 30, ff. de reg. juris.*

4 *§. 1, inſt. de Nupt. l. 53, l. 68, ff. de ritu l. 17,* Cod. *de nupt.* Ulp. *tit. 6,*

5 *§. 2, inſt. de Nupt. l. 17,* Cod. *eod. l. 17, ff. de ritu.*

6 *§. 3, Inſt. de Nupt. l. 39, ff. de ritu. l. 17,* Cod. *de Nupt. l. ult.* Cod. *de Inceſt.*

7 *§. 5, Inſt. de nupt. l. 17, in fin. ff. de Ritu l. 17,* Cod. *de Nupt.*

8 *§. 6, 7, Inſt. de nupt. d. l. 17,* Cod. *de nupt.*

ro nurum uxorem accipere licet, neque vitrico privignam [1], neque privigno novercam.

§. 6. Fratres etiam [2] amitinos vel conſobrinos in matrimonium jungi nullâ ratione permittitur.

§. 7. Sed nec uni viro [3] duas ſorores uxores habere, nec uni mulieri duobus fratribus jungi permittitur.

§. 8. Quod ſi quis inceſtas vel nefarias, id eſt, quæ ſunt ſuperiùs comprehenſæ, nuptias inierit, nec uxorem [4] habere videtur, nec filios. Nam hi, qui ex hujuſmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem [5] videantur habere, patrem verò [6] nullatenus habere cenſentur, & tanquam ſi de adulterio concepti fuerint, computantur: qui ſpurii appellantur: hoc eſt, ſine patre filii [7].

§. 9. Regula juris hoc continet, ut qui legitimè concipiuntur, tempore conceptionis [8] ſtatum ſumant: qui veró non de legitimo matrimonio concipiuntur, ſtatum ſumant eo tempore, quo naſcuntur. Ac proinde legitimâ conjunctione conceptus, etiamſi mater ejus ſtatum mutet, id eſt, ſi ancilla fiat: ille, qui legitimè conceptus eſt, ingenuus naſcitur [9]. Nam qui non legitimo matrimonio concipitur, ſi mater ejus ex ancillâ, dum prægnans eſt, libera facta fuerit, liber naſcetur: ſi verò ex ingenuâ ancilla prægnans facta fuerit, ſervus naſcetur: quia non legitimè, ſed vulgò conceptus eſt [10].

Tit.

1 d. §. 6, & l. 17, l. 40, ff. de ritu l. 38, ff. de adult.
2 §. 2, Inſt. de nupt. l. 54, ff. de Ritu.
3 l. 5, l. 8, Cod. de Inceſt.
4 §. 12, Inſtit. de Nupt.
5 Mater ſemper certa eſt l. 5, ff. de in jus voc. Ulpian. fragm. tit. 4,
6 l. 23. ff. de ſtatu hom.
7 d. §. 12, inſt. de Nupt. & l. 23, ff. de ſtatu hom.
8 pr. Inſtit. de Ingenuis. l. 26, ff. de ſtatu hom.
9 d. pr. inſt. de ingen. l. 5, §. 2, ff. de ſtatu hom.
10 l. 23, ff. de ſtatu hom.

TIT. VII.

DE ADOPTIONIBUS.

ADoptio naturę ſimilitudo eſt[1], ut aliquis filium habere poſſit, quem non generaverit.

§. 1. Et ipſa adoptio duobus modis fit[2]: una, quæ adrogatio dicitur: alia, quæ adoptio. Adrogatio eſt, quando aliquis patrem non habens[3] adoptatur, & ipſe ſe in poteſtatem adoptivi patris dat. Et ideò adrogatio dicitur, quia & ille, qui adoptat, interrogatur, utrùm illum, quem adoptat, filium habere velit: & ille, qui adoptatur, interrogatur, utrûm id fieri velit[4]. Illa verò alia adoptio eſt, ubi quis patrem habens[5], ab alio patre adoptatur: & ita ille, qui adoptatur, de certi patris poteſtate diſcedit, & in adoptivi patris incipit eſſe poteſtate[6].

GAJUS lib. I. Inſtit.

Generalis enim adoptio duobus modis fit: aut principis auctoritate, aut Magiſtratus imperio. Principis auctoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt, ſpecies adoptionis dicitur adrogatio, quia & is, qui adoptat, rogatur, id eſt, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, juſtum ſibi filium eſſe; & is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt: ſive primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia; ſive inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

§. I. *Illud utriuſque ad-*

§. 2. Nam

1 *l. 1, ff. de adopt. l. 10, ff. eod. §. 8, Inſt. eod. 8, Ulpian. 1,*

2 *d. l. 1, & l. 2, ff. de adopt. & §. 1, Inſt. eod.*

3 Ita Anianus. Quod Cajus dixerat *qui ſui juris eſt.* Vide A. Gell. Hodie & pupilli arrogari poſſunt *Ulp. frag. 8,*

4 Adrogationis formulam vide apud A. Gell. *lib. 5, cap. 19,*

5 ergo non ſui juris

6 Vide A. Gell. *d. lib. 5, cap. 19,*

I l. 21,

§. 2. Nam & fœminę [1] adoptari poſſunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: fœminæ verò adoptare non poſſunt [2], quia nec filios ex ſe natos in poteſtate habent.

§. 3. Spadones [3] autem, qui generare non poſſunt, adoptare poſſunt. Et licet filios generare non poſſint, quos adoptaverunt filios habere poſſunt.

optionis commune eſt: quod & hi, qui generare non poßunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poßunt.

§. 2. Hoc verò proprium eſt ejus adoptionis, quæ per principem fit: quod his, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed & liberi ejus in ejuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. L. II. D. DE ADOPTIONIB.

*****

§. 4. Si quis verò filios habens ſe dederit adoptandum, non ſolùm ipſe in patris adoptivi poteſtatem redigitur, ſed & filii ejus [4], ſi tamen avum paternum non habuerint, in adoptivi patris tranſeunt poteſtatem, tanquam nepotes.

TIT. VIII.

QUIBUS MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.

Filii, qui in poteſtate patris ſunt, mortuo patre ſui juris fiunt [5]. Sed ſi hic filius, qui morte patris ſui juris effectus eſt, filios habeat, in ejus, poſt patris ſui obitum, erunt filii poteſtate [6]. Nam ſi pater moriatur, & avus paternus vivat, nepos ex filio ſui

1 *l. 31, ff. de adopt. Ulpia. frag. 8, 5.*
2 *§. 10, inſt. eod. Ulpian 8, 9.*
3 Ulpian. *8, 6, §. 9, inſt. de adopt. l. 2, §. 1, l. 40, in fin. ff. eod.*
4 *d. l. 40, ff. eod. in pr. Ulp. 8, §. 11, inſt. eod.*
5 *pr. inſt. Quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Ulpian. fragm: *tit. 10, §. 2, l. 15, ff. Quando dies legat.*
6 *l. 5, ff. de his qui ſui vel alien. jur.*

1 *l. 3,*

ſui juris eſſe non poteſt: quia in avi remanet poteſtate [1], qui avo mortuo ſui juris efficitur. Item ſi moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipatio nepotes, tunc nepotes liberi & ſui juris erunt, & in patris emancipati poteſtatem non veniunt[2].

§. 1. Item de poteſtate patris exeunt filii, ſi pater eorum in exilium miſſus[3] fuerit: quia non poteſt filium civem Romanum in poteſtate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Item filius, ſi vivo patre in exilium miſſus fuerit, in poteſtate patris civis Romani eſſe non poteſt, quia ſimiliter peregrinæ conditionis factus cognoſcitur.

§. 2. Item ſi ab hoſtibus pater captus ſit: in poteſtate quamdiu apud hoſtes fuerit, filios non habebit. Sed ſi de captivitate evaſerit, jure poſtliminii omnem[4], ſicuti in aliis rebus[5], ita & in filios recipit poteſtatem. Si verò pater, qui ab hoſtibus captus eſt, in captivitate moriatur, ab eo tempore[6], quo ab hoſtibus captus eſt, filii ſui juris effecti intelliguntur.

§. 3. Item per emancipationem filii ſui juris efficiuntur. Sed filius maſculus tribus emancipationibus de poteſtate patris exit, & ſui juris efficitur. Mancipatio autem[7], hoc eſt, manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt[8]: quia & in emancipa-

1 *l. 3. ſ. 2, ff. de agnoſc. vel al. lib.*

2 *pr. inſt. Quib. mod. jus patr. pot. ſolv. l. 41, ff. de adopt.*

3 adde in inſulam deportatus. *ſ. 1, Inſt. eod.* aquæ & igni interdictus *Ulp. 10, 3*. Relegatus. *ſ. 2, inſt. eod.* pœnæ ſervus factus. *ſ. eod. l. 7, ff. de his qui ſui juris.*

4 *l. 12, ſ. 1, l. 16, l. 22, §. 2, ff. de capt. & poſtlim. l. 6, ſ. ult. ff. de tut.*

5 in iis ſc. quæ juris ſunt, puta civitatem, familiam, bona *l. 5, ſ. 1, l. 18, l. 22, ſ. 1, ff. de capt. & poſtlim.*

6 Ipſo captivitatis momento *l. 12, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

7 Emancipationis ſolemnitatem etiam vide apud Theophilum *Inſt. lib. 1, tit. 9,*

8 ab initio non imaginaria ſed vera fuit venditio, quam poſtea Juriſconſulti ad fictionem traduxere. Verba legis refert Ulpian. *fragm. 1,*

1 ita

cipationibus præter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt, manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater unum, aut duos nummos [1], quaſi in ſimilitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundò & tertiò fit, & ſic de patris poteſtate exit. Quę tamen mancipatio ſolebat ante Pręſidem fieri, modo ante Curiam facienda eſt: ubi quinque teſtes cives Romani in præſenti erunt, & pro illo, qui Libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui Anteſtatus [2] appellatur, alii duo, ut ſeptem teſtium numerus impleatur. Tamen cum tertiò mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre remancipetur, & à naturali patre manumittatur [3]: ut, ſi filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater [4], non fiduciarius ſuccedat. Fœminæ, vel nepotes maſculi [5] ex filio, unâ emancipatione de patris, vel avi exeunt poteſtate, & ſui juris efficiuntur. Et hi ipſi, quamlibet unâ mancipatione de patris, vel avi poteſtate exeant, niſi à patre [6] remancipati fuerint, à naturali patre manumiſſi, ſuccedere eis naturalis pater non poteſt, ſed fiduciarius, à quo manumiſſi ſunt. nam ſi remancipatum ſibi naturalis pater, vel avus manumiſerit, ipſe eis in hereditate ſuccedit.

Quòd

1 ita in *l. 4, ff commod. pecuniæ dici gratia numerationis loco intercedunt.*

2 Anteſtatus eſt qui teſtato ſive teſtibus adhibitis convenitur. De quo verbo latius vide notas ad *l. 1, tab. 1, in XII. tabulis.*

3 Quæ manumiſſio vindictæ fiebat.

4 *§. 8, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. ult. Cod. de emanc. lib.*

5 Ulpian. *fragm. 10,*

6 à patre ſc. fiduciario.

1 Hoc

Quòd ſi habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare [1] & nepotes in ſuâ poteſtate retinere, in arbitrio ejus eſt: aut ſi voluerit nepotes emancipare, & filium in ſuâ poteſtate retinere, & hoc ei pro juris ordine licere manifeſtum eſt. Quod non ſolùm de nepotibus, ſed & de pronepotibus ſimiliter facere poteſt.

***

GAJUS lib. 1. Inſtit. *Liberum arbitrium eſt ei, qui filium & ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem poteſtate demittere: nepotem verò in poteſtate retinere; vel ex diverſo, filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò manumittere: vel omnes ſui juris efficere. Eadem & de pronepote dicta intelligemus.* l. xxviii. D. de adopt.

***

Adhibitis non minus quinque teſtibus, puberibus, item Libripende. Ex Priscian. Lib. vi.

*** ***

Qui *libram aneam teneat, qui appellatur Libripens.* Ex Priscian. eod. lib. vi.

Tit. IX.
De Tutelis.

TUtores aut legitimi ſunt, aut teſtamentarii. §. 1. Legitimi ſunt, [2] qui pupillo per virilem ſexum [3] propinquitate conjunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipſum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipſe proximus eſt ad hereditatem [4].

1 Hoc patri licitum *l. 6, ſ. 2, & l. ſeq. ff. de bon. poſſ. contra tab. & l. 6, ff. unde lib.*

2. *ſ. 1. Inſtit. de legitima agnat. tutela 11. Vlpian. 4.*

3 *l. 10. §. 2. ff. de grad. & affin. l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legitim.*

4 *l. 1, de legit. tut. tit. inſtit. legit. patroni tut. l. 10, l. 73, ff. de Reg. jur.*

§. 2. *Sunt*

1 *l. 1.*

§. 2. *Sunt autem adgnati, qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt, quaſi à patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo: item patruus, & patrui filius, nepoſve ex eo.* L. VII. D. DE LEGIT. TUT.

§. 3. Teſtamentarii ſunt[1], quos patres, aut avi paterni in teſtamento ſuo tutores filiis, aut nepotibus delegaverint. Quòd ſi nec teſtamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquiſitione judicis pupillis tutores dantur[2].

TIT. X.
DE CURATORIBUS.

PEractis pupillaribus annis, quibus tutores abſolvuntur, ad curatores[3] ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore ſunt minores ætate, majores everſores[4], inſani[5]. Hi, qui minores ſunt, uſque ad viginti & quinque[6] annos completos[7] ſub curatore ſunt. Qui verò everſores, aut inſani ſunt, omni tempore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe jubentur: quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.

1 *l. 1, ff. de teſt. tut.*

2 *tit. ff. de tutor. dat. & inſtit. de Attiliano tutor. Ulpian. 11, 18.*

3 *tit. ff. & inſt. de Curatoribus. Ulpian. tit. 12,*

4 *Prodigi l. 1, ff. de curator. Ulpian. 12, 2,*

5 *l. 1, ff. de curat. furioſ. §. 1, Inſt. de curator.*

6 *pr. inſt. de curat.*

7 tempus de momento in momentum ſpectatur *l. 3, §. 3, ff. de minorib.*

Caii JC^ti
Antiquiſſimi

INSTITUTIONUM
LIBER SECUNDUS.

Tit. I.
DE REBUS.

CAjus ſuperiori commentario de jure perſonarum aliqua diſputavit. Nunc in hoc commentario de Rebus [1] iterum tractat.

§. 1. Omnes itaque res aut noſtri juris ſunt, aut divini [2], aut publici. Noſtri juris ſunt, quæ in proprietate noſtrâ [3] eſſe noſcuntur. Divini juris ſunt Eccleſię, id eſt, templa Dei, vel ea patrimonia, ac ſubſtantię, quæ ad Eccleſiaſtica jura pertinent. Publici juris ſunt muri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quæ antiqui ſancta [4] appellaverunt, pro eo, quòd exinde tolli aliquid, aut

GAJUS lib. 2. Inſtit.

Summa rerum diviſio in duos articulos deducitur: nam aliæ ſunt divini juris, aliæ humani.

Divini juris ſunt, veluti res ſacræ, & religioſæ. Sanctæ quoque res, veluti muri, & portæ, quodammodò divini juris ſunt. Quod autem divini juris eſt, id nullius in bonis eſt; id verò, quod humani juris eſt plerumquè alicujus in bonis eſt: poteſt autem & nullius in bonis eſſe: nam contin-

1 Rei appellatio latiſſimam habet ſignificationem *l. 120, ff. de Verb. Sign. l. 1, ff. ad l. Falcid l. 23, l. 49, ff. de Verb. Sign. l. 52, ff. de acq. rer. dom.*

2 *l. 1, ff. de diviſ. rer.*

3 in patrimonio noſtro *pr. inſtit. de rer. diviſ.*

4 *l. 8, §. 3, ff. de rer. diviſ. l. ult. ff. eod. l. 2, ff. ne quid in loco ſacro.*

1 Rectò

contingi non liceret. Sed hæc omnia in nullius bonis ſunt, ideò publici juris eſſe dicuntur. Sed & res hereditariæ, antequam aliquis heres exiſtat, id eſt, quando dubitatur, utrum ſcriptus, an legitimus heres ſuccedere debeat, in nullius bonis eſſe videntur [1].

§. 2. Præterea quædam res corporales ſunt[2], quædam incorporales.

Corporales ſunt, quæ manu tangi poſſunt[3]: velut ager, mancipium, veſtis, aurum, argentum, & his ſimilia[4]. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ non in corpore, ſed in jure conſiſtunt, ſicut eſt hereditas[5] & obligationes diverſis contractibus ſcriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diverſi contractus res corporales in ſe habeant,

res hereditariæ antequam aliquis heres exiſtat: nullius in bonis ſunt. Hæ autem res, quæ humani juris ſunt, aut publicæ ſunt, aut privatæ; quæ publicæ ſunt, nullius in bonis eſſe creduntur, ipſius enim univerſitatis eſſe creduntur. Privatæ autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt, L. I. D. DE DIVIS. RER. ET QUAL.

Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales.

Corporales hæ ſunt, quæ tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ in jure conſiſtunt, ſicut hereditas, uſusfructus, obligationes quoquomodo contractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hereditate res corporales continētur: nam & fructus, qui ex fundo jus

1 Rectè videntur, quia adhuc defuncti vicem ſuſtinent *l. 34, l. 61, ff. de acq. rer. dom. l 31, ff. de hered. inſt. l. 24, ff. de novat.*

2 *§. 4, 5. Inſt. de rer. diviſ.*

3 *§. 1, Inſt. de reb. corporal.*

4 & nummi *l. 14, ff. de reb. credit. §. ult. inſt. quib. al. licet.*

5 *l. 119, l. 178, §. 1, & l. 208, ff. de verb. Signif.*

jus tamen ipſius hereditatis vel emptionis, aliorumque contractuum incorporale eſt.

§. 3. Incorporalia [1] etiam ſunt jura prædiorum urbanorum [2], vel ruſticorum. Prędiorum urbanorum jura ſunt, ſtillicidia [3], feneſtræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ [4], & luminum: ut ita quis fabricet, ut vicinæ domui lumen non tollat [5]. Prædiorum verò ruſticorum jura ſunt, via, vel iter, per quod pecus, aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæ ductus, quæ ſimiliter incorporalia ſunt. Hæc jura tamen ruſticorum prædiorum *Servitutes* [6] appellantur.

percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliquâ obligatione nobis debetur, plerumquè çorporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia: nam ipſum jus obligationis incorporale eſt. Eodem numero ſunt & jura prædiorum urbanorum & ruſticorum: quæ etiam ſervitutes vocantur. L. 1. §. 1. D. DE DIVIS. RER. ET QUAL.

§. 4. Item regulariter conſtitutum eſt, ut ſuperpoſita inferioribus cedant: Ut, ſi quis in ſolo noſtro, ſine noſtro permiſſu, domum ædificaverit, ad eum, cujus terra eſt, domus ædificata pertineat [7]. Vel ſi aliquis in agro noſtro arbores, aut vineas, vel plantas quaſcunque poſuerit, ſimiliter ſuperficies ſolo cedat [8]. Vel ſi meſſem in campo ſeminaverit, omnia hæc [9], quæ in terram alienam jactantur, domino terræ acquiruntur. Quod & de chartis & pergamenis,

1 §. 3, *Inſt. de reb. corporal. l. 1, in fin. ff de diviſ. rer.*

2 *l. 1, ff. comm. prædiorum l. 166, l. 98, ff. de Verb. Signif.*

3 Recipiendi vel non recipiendi §. 1, *Inſt. de ſervitut. l. 2, ff. de Servit. Urban. prædior.*

4 *l. 2, ff. de Servit. præd. Urban.*

5 *l. 4, ff. eod.*

6 §. 2, *Inſt. de Servit. prædior.*

7 §. 30, *Inſt. de rer. diviſ.*

8 §. 31, *Inſt. eod.*

9 §. 32, *Inſt. eod. l. 9, ff. de rer. diviſ.*

I §. 33,

his, ſi in alienis ſcribat, licet aureis, vel argenteis literis, ſimiliter ejus eſt ſcriptura, cujus charta, aut pergamenum fuerit [1]. Quòd & de tabulâ, hoc eſt, ſi aliquis in tabulâ meâ picturam fecerit, obſervatur: quia ſtatutum eſt, ut tabulæ pictura cedat [2].

§. 5. Quòd ſi quis ex uvis meis vinum, aut ſpicis frumentum, aut ex olivis oleum fecerit [3]: ejus vinum, triticum, vel oleum eſt, cujus ſpicæ, aut uvæ, aut olivæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis navem [4], aut armarium, aut quodcunque ad uſum pertinens fecerit, ſimili ratione ejus erunt, quæ facta fuerint, de cujus ligno facta probantur. Similiter etiam, ſi ex lanâ, vel lino [5] veſtimenta fecerit, ejus erunt veſtimenta, cujus lana, vel linum fuiſſe probabitur.

§. 6. Sed in his omnibus ſuperius comprehenſis quicunque in terra alienâ aliquid poſuerit, aut ædificaverit, aut horum, quæ dicta ſint, aliquid fecerit, illis, qui aliena præſumpſerunt, hoc competit, ut expenſas [6], vel impendia, quæ in his fecerint, à dominis, qui rem factam vendicant, recipere poſſint.

§. 7. Acquiritur autem nobis non ſolùm per noſmetipſos [7], ſed & per eos, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſicut filii [8], vel ſervi [9]. quia quicquid his

Adquiruntur nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus. Item per ſervos in quibus uſumfructum habemus. Item per à qua-

1 §. 33, *Inſt. eod. l. 9, §. 1, ff. de acq. rer. dom.*

2 §. 34, *Inſt. eod. l. 23, §. 3, ff. de rei vind. l. 9, §. 2, ff. de acq. rer. domin.*

3 §. 25, *Inſt. de rer. diviſ. l. 7, §. 7, ff. de acquir. rer. dom.*

4 *d. §. 25, junct. l. 61, ff. de rei vindic. & l. 26, ff. de acq. rer.*

5 *d. §. 25, in fin.*

6 *l. 48, ff. de rei vind. l. 33, de condict. indebiti l. 14, ff. de doli mali except. l. 21, ff. ad Senat. Trebell.*

7 *pr. inſt. per quas perſon. l. 10, ff. de acq. rer. dom.*

8 *§. 1, inſt. eod.*

9 *§. 3, inſt. eod.*

à qualibet perſonâ donatum, vel venditum fuerit, aut heredes fuerint inſtituti, id patribus & dominis ſine aliquâ dubitatione conquiritur: præter eos filios, quibus per leges caſtrenſe peculium habere permiſſum eſt[1]. Hi verò ſervi, qui in uſufructu noſtro[2], & in proprietate alteriùs ſunt, hoc tântùm uſufructuario acquirere poſſunt, quod opere, aut manibus ſuis fecerint, aut de mercedibus operis ſui acceperint. Nam ſi eis aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non uſufructuario acquiritur.

homines liberos & ſervos alienos, quos bonâ fide poſſidemus, de quibus ſingulis diligentiùs deſpiciamus.

§. 1. *Igitur quod ſervi noſtri ex traditione nanciſcuntur, ſive quid ſtipulentur, vel ex qualibet aliâ causâ adquirunt, id nobis adquiritur, ipſe enim, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt. Ideoque ſi hæres inſtitutus ſit, niſi noſtro juſſu hereditatem adire non poteſt, & ſi jubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur, perinde ac ſi nos ipſi heredes inſtituti eſſemus. Et his convenienter ſcilicet legatum nobis per eundem acquiritur.*

§. 2. *Non ſolùm autem proprietas per eos, quos in poteſtate habemus, adquiritur nobis, ſed etiam poſſeſſio, cujuſque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id nos poſſidere videmur. Unde etiam per eorum longam poſſeſſionem nobis adquiritur.*

§. 3. *De his autem ſervis in quibus tantùm uſumfructum habemus, ita placuit, ut quicquid ex re noſtrâ, vel ex operis ſuis adquirant, id nobis adquiratur, ſi quid*

verò

1 §. 1, inſt. per quas perſonas & tit. ff. de caſtrenſi peculio.

2 §. 4, inſt. eod. l. 10, §. 3, ff. de acq. rer.

3 l. 19,

verò extra eas cauſas perſecuti ſint, id ad dominum proprietatis pertinet. Itaque ſi is ſervus heres inſtitutus ſit, legatumve quid, aut ei donatum fuerit, non mihi, ſed domino proprietatis adquiritur.

§. 4. *Idem placet de eo, qui nobis bona fide poſſidetur*[1], *ſive liber ſit, ſive alienus ſervus: quod enim placuit de uſufructuario, idem probatur etiam de bonâ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra duas cauſas adquiritur, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt, vel ad dominum ejus, ſi ſervus eſt.*

§. 5. *Sed bonæ fidei poſſeſſor, cùm uſuceperit ſervum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus cauſis, per eum ſibi adquirere poteſt; uſufructuarius verò uſucapere ſervum non poteſt: primùm quia non poſſidet, ſed habet jus utendi fruendi: deinde, quoniam ſcit ſervum alienum eſſe.* L. X. DE ADQUIR. RER. DOM.

DE MANCIPATIONE.

Eſt autem Mancipatio, ut ſuprà quoque indicavimus, imaginaria quædam venditio, quod ipſum jus proprium Romanorum eſt civium: eaque res ita agitur, adhibitis non minus, quàm quinque teſtibus Rom. Civibus puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens. Is, qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra. *Deinde ære percutit libram, indeque æs dat ei, à quo mancipio accipit quaſi pretii loco.* Ex Boetio in lib. III. Topicor. Ciceronis.

DE

1 *l. 19, ff. de acq. rer. dom.*

DE CESSIONE.

In Iure autem Ceſſio ſit hoc modo: Apud Magiſtratum populi Romani, vel apud Prætorem, vel apud Præſidem provinciæ, is, cui res in jure ceditur, rem tenens, ita vindicet: HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO. *Deinde poſtquam hic vindicaverit, Prætor interrogat eum, qui cedit, an contra vindicet, quo negante, aut tacente, tum ei, qui vindicaverit, eam rem addicit, idque legis actio vocabatur.* EX BOETIO IN LIB. III. TOPICOR. CICERONIS.

TIT. II.

DE TESTAMENTIS.

PEr univerſitatem [1], hoc eſt, omnia ſimul bona, acquirimus hereditate, emptione, adoptione: quia is, quem adoptaverimus, ſi ſine patre eſt, cum omnibus bonis ſuis ad nos tranſit [2].

§. 1. *Si quæratur, an valeat teſtamentum, inprimis animadvertere debemus, an is, qui fecerit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem, deinde ſi habuerit, requiremus, an ſecundum regulas juris teſtatus ſit* [3]. L. IV. D. QUI TEST. FACER. POSS.

§. 2. Id quoque ſtatutum eſt, quòd non omnibus liceat facere teſtamentum. Sicut hi ſunt, qui ſui juris non ſunt, & alieno juri ſubjecti ſunt, hoc eſt, filii tàm ex nobis nati, quàm adoptivi [4].

§. 3. Item teſtamenta facere non poſſunt impuberes, id eſt, minores XIV. annorum, aut puellæ XII [5].

§. 4.

1 *§. ult. inſt. per quas perſonas l. 62, ff. de Reg. jur. l. 24, ff. de Verb. Sign.*

2 *l. 15, ff. de adopt. l. pen. §. 2, ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.*

3 vide *tit. ff. & Cod qui teſtam. fac. poſſ.*

4 *l. 6, ff. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. pen. Cod. eod.*

5 *l. 5, ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. ult. Cod. de teſtam. militar.*

§. 4. Item & hi, qui furioſi, id eſt, mente inſani fuerint, non poſſunt facere teſtamenta[1].

Sed hi, qui inſani ſunt, ſi intervalla ipſius inſaniæ habent, per intervalla, quibus ſani ſunt, poſſunt facere teſtamenta.

Tit. III.
DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

IS, qui filium in poteſtate habet, curam agere debet, ut teſtamentum faciens, maſculum filium aut nominatim heredem inſtituat, aut nominatim exheredet[2]. Nam ſi maſculum filium in teſtamento præterierit, non valebit teſtamentum[3]. Nam etſi facto teſtamento, in quo filius maſculus prætermiſſus eſt, evenerit, ut vivente adhuc patre, filius, qui prætermiſſus eſt, moriatur, ſic quoque, quamlibet filius ille mortuus fuerit, teſtamentum, quod factum eſt, non valebit[4].

§. 1. Si verò filiam præterierit, non rumpit teſtamentum filia[5] prætermiſſa, ſed inter fratres ſuos, legitimo ſtante teſtamento, ſuam, ſicut alii fratres, conſequitur portionem. Si verò teſtamento extranei heredes ſcripti fuerint, ſtante teſtamento, filia medietatem hereditatis acquirit.

§. 2. Poſtumorum duo genera ſunt: quia Poſtumi appellantur hi, qui poſt patris mortem de uxore nati fuerint: & illi, qui poſt teſtamentum factum naſcuntur[6]. Et ideò, niſi is, qui teſtamentum facit, in te-

1 *l, 2, l. 13, in fin. de inoff. teſtam. l. ult. Cod. de teſtam. milit.*

2 Vide *l. 11, ff. de lib. & poſthum. pr. Inſt. de exheredat. liberor.*

3 *l. ult. §. ſancimus. Cod. de lib. præterit. d. pr. inſtit. l. 30, ff. de lib. & poſthum. l. 17, ff. de injuſto rupt.*

4 ex regula Catoniana *l. 1, ff. de Reg. Catoniana l. pen. ff. de Reg. jur. & l. 29, ff. eod.*

5 Hanc differentiam ſuſtulit Juſtinianus in *l. ult. cod. de lib. præter.*

6 *l. 3, §. 1, ff. de injuſt.*

in ipſo teſtamento comprehenderit: *Quicunque filius, aut filia, mihi natus, natáve fuerit, heres mihi ſit*; aut certè dicat, *exheres ſit*, valere ejus non poteſt teſtamentum [1]: quia, ſicut ſuperiùs jam dictum eſt [2], legitimè concepti pro natis habeantur [3]. Niſi quòd melior conditio eſt poſtumæ, quàm natę: quia nata, ſi prætermiſſa fuerit, non rumpit teſtamentum: poſtuma verò, ſicut maſculus, teſtamentum rumpit.

§. 3. *Poſtumorum loco ſunt & hi, qui in ſui heredis loco ſuccedendo, quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes. ut ecce, ſi filium, & ex eo nepotem, neptémve in poteſtate habeam; quia filius gradu præcedit, is ſolus jura ſui hæredis habet: quamvis nepos quoque & neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius meus me vivo morietur, aut qualibet ratione exeat de poteſtate meâ, incipit nepos, neptiſve in ejus loco ſuccedere, & eo modo jura ſuorum heredum, quaſi adgnatione nanciſcuntur: ne ergò eo modo rumpat mihi teſtamentum, ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere, vel exheredare nominatim debeo, ne non jure ſaciam teſtamentum, ita & nepotem, neptémve ex eo, neceſſe eſt mihi vel heredem inſtituere, vel exheredare, ne fortè, me vivo, filio mortuo, ſuccedendo in locum ejus, nepos neptiſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum; idque lege Iuniâ Velleiâ proviſum eſt.* L. XIII. D. DE INJ. RUPT. IRRIT. FACT. TEST.

TIT. IV.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

SI quis poſt factum teſtamentum adoptaverit apud populum [4] illum, qui ſui juris eſt, hoc eſt, qui

1 Paul. *lib. 3, ſentent. tit. 4, §. 22,*
2 *lib. 1, tit. 4, §. 10,*
3 *pr. inſt. de ingenuis l. 7, l. 26, ff. de Statu hom. l. 2, §. 6, ff. de excuſ. tut.*
4 mutatum hoc gemis adoptandi *l. 2, ff. De his qui ſunt ſui.*

I §. 1,

qui patrem non habet, aut apud Prętorem illum adoptaverit [1], qui in poteſtate patris eſt, quaſi ei filius natus ſit, ita ejus rumpitur teſtamentum.

§. 1. Poſteriore quoque teſtamento, quod jure factum eſt, id, quod jure factum antè fuerat, rumpitur [2]. Quòd ſi facto poſteriore teſtamento, heres ſcriptus, aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut vivo teſtatore defecerit, aut conditio poſſibilis; ſub quâ heres inſtitutus eſt, impleta non fuerit: is, qui teſtamentum fecit, inteſtatus mori videtur [3], quia teſtamentum, quod priùs fecerat, teſtamento poſteriore reſciſſum eſt [4], & quod poſteriùs factum eſt, his rebus, quas diximus, infirmatur.

§. 2. Alio quoque modo teſtamenta jure facta infirmantur, ſi aliquis poſt factum teſtamentum capite minuatur [5]. id eſt, aut ab hoſtibus capiatur [6], aut pro crimine in exilium deputetur [7]. Similiter & ſi qui adoptatus fuerit [8], teſtamentum, quòd antequàm adoptaretur, fecerat, non valebit.

TIT. V.

DE HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

HEredes autem ſui ſunt, aut neceſſarii, aut extranei [9]. Sui heredes appellantur filii, aut nepotes ex filiis maſculis, quos in poteſtatę avus, vel pater habet. Neceſſarii ſunt heredes ſervi [10], qui cum

1 §. 1, *inſtit. quib. mod. teſtam. l. 8, ff. de injuſto. Ulpianus 23, 3,*

2 §. 2, *inſt. quib. mod. teſtam. in infirm.*

3 Nam ex cujus teſtamento nemo heres exſtitit is inteſtatus deceſſiſſe dicitur. *§. 1, inſt. de heredit. quæ ab inteſtato l. 9, §. 2, ff. de lib. & poſth.*

4 *l. 1, l. 16, ff. de injuſto rupto.*

5 *§. 6, inſtit. Quib. mod. teſtam. infirm.*

6 *l. 6, §. 1, ff. de injuſto rupto.*

7 *l. 17, §. 1, ff. de pæn*

8 Vide *l. pen. §. 2. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.*

9 *Inſt. t. de hered. qual. & differ.*

10 *§. 2, Inſt. eod. l. 1, §. 2, ff. de ſuis.*

cum libertate heredes inſtituuntur. Neceſſarii ideò, quia aut velint, aut nolint,.[1] neceſſe eſt eis heredes eſſe. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, & putant, ſe non tantum [2] in ſubſtantiâ, quantum in debitis relinquere, ipſi ſervos ſuos manumittunt, & heredes neceſſarios faciunt, ut, quo magis heres, quàm dominus infamiam incurrat, cùm res ejus, id eſt, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Extranei ſunt, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori junguntur[3], ſed eos quicunque pro arbitrio ſuo ſcribit heredes.

Tit. VI.
DE SUBSTITUTIONIBUS, ET FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.

SUbſtitutio eſt, quæ pòſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, ut eſt, ſecundi heredis appellatio[4]. Et duæ ſunt, quarum una Vulgaris dicitur, alia Pupillaris.

§. 1. Vulgaris dicitur, [5] *Ille heres mihi eſto*, ſive hoc filio ſive extraneo. *Quòd ſi hereditatem meam adire nolueris, illum ſubſtituo, ad quem hereditas mea debeat pertinere.*

§. 2. Pupillaris ſubſtitutio [6] filiis tantummodò impuberibus dari poteſt, quæ ita fit: *Ille filius, ſi intrâ pubertatem deceſſerit illum ei ſubſtituo* [7]. Sed pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet, [8] ut ad notitiam ſubſtituti pervenire non poſſit, ne vitę pupilli aliquas ſubſtitutus inſidias moliatur. Nam in ex-

1 *d. §. 1, l. 12, ff. qui teſtam. Ulp.* 22, 24.
2 *d. §. 1,*
3 Vide §. 5, 6, 7, *inſt. de heredum qualitate* Ulpianum 22, 25.
4 Paul. 3, *ſent.* 4, §. 17, & 22, Ulpian. 33,
5 Vide *tit. inſt. de Vulgari.*
6 Vide *tit. inſt. de pupillari.*
7 *l. 1, §. 1, ff. de vulg. & pupillari.*
8 Vide §. 3, *Inſt. de Pupillari.*

1 §. 1.

extremâ paginâ teſtamenti fieri debet, ut pars illa, in quâ ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, quamdiù pupillus annos pubertatis egrediatur, obſignata permaneat, & prior pars teſtamenti, in quâ heres ſcriptus eſt, reſeratur. Hoc etiam & de donis fieri poteſt.

§. 3. Nam ſi extraneus[1] heres ſcriptus ſit, etſi aliquem ſubſtituere non poſſumus, ut ſi heres extiterit, & intrà aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres ſit, poteſt tamen per fideicommiſſum obligari, ut alii, rogatus à teſtatore, hereditatem aut integram, aut pro parte reſtituat.

Tit. VII.
DE LEGATIS.

Legatorum genera ſunt quatuor[2], Vindicationis, Damnationis, Sinendi modo, & Pręceptionis.

§. 1. Vindicationis legatum eſt, ſi teſtator ſic locutus fuerit[3]: *Illum, ſervum tibi do, aut lego.* Vel, *Illam rem tibi præſume, habe, vindica.* Quod poſt mortem teſtatoris ſtatim legatarius, non expectato herede, ſibi præſumit. Quam ſi præſumpſerit, nec pro præſumpto legato ab herede poteſt calumniam ſuſtinere, nec ſi aliena res fuerit, quæ legata eſt, legatarius hoc poterit ab herede repetere[4]. Si per vindicationem una res multis legata ſit, & ſinguli hanc ipſam rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legatâ capiant portiones[5].

§. 2.

1 *§. 9, inſtit. de pupillari.*

2 Ita Ulpian. *fragment. tit. 24*, & Paul. *ſent. lib. 3, tit. 7.* Sed Juſtinianus omnium legatorum quibuſcunque verbis relicta ſint unam voluit eſſe naturam *l. 1, Codic. commun. de legat. §. 2, inſtit. de legat.*

3 Vide Ulpian. *fragm. tit. 24, § 3,*

4 Res aliena per vindicationem fruſtra legatur. *Ulpian. 24, 7, §. 3. infra eod.*

5 Id eſt, ſcinditur inter eos legatum. *§. 8, inſtit. de legat.*

1 *Ul-*

§. 2. Per damnationem [1] iſto ordine legatum di mittitur, ut teſtator in teſtamento ſcribat: *Tu here meus illi hoc da*: aut, *Illud illi ab herede meo dari jubeo* In quo genere legati etiam alienæ res per legatun dimitti poſſunt. Et neceſſe eſt heredi aut redimere eam rem [2], quæ juris alieni eſt, & legatario tradere aut ſi is, cujus eſt res, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compenſare [3]. Sed ſi teſtator rem alienam quaſi ſuam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non poteſt [4]: & inutile eſt legatum. Nam ſi ſciens alienam eſſe, per legatum dederit, neceſſe eſt ab herede aut ipſam rem, aut æſtimationem rei in pretio legatario dari.

§. 3. Cæterùm inter damnationis legatum & vindicationis hoc intereſt, quòd per vindicationem res aliena relinqui non poteſt: [5] per damnationem eo pacto, quo ſuperiùs comprehenſum eſt, poteſt [6]. Illæ etiam res, quæ in rerum naturâ non ſunt, per damnationem legato dimitti poſſunt, veluti ſi ita teſtator in teſtamento ſcribat: *Fructus, qui ex illo agro nati fuerint*: aut, *id quod ex illa ancilla natum fuerit*, quod in legato vindicationis fieri non poteſt: quia non poteſt hæc legatarius teſtatore mortuo continuò vindicare.

§. 4. Inter legatum vindicationis & damnationis iſta ſimilitudo eſt, quòd legatum vindicationis, ſive damnationis, ſi conjunctim: id eſt, duobus, aut pluribus una res in legato dimiſſa fuerit, in utroque

1 *Ulpian. 24, 4, &* Paul. *ſentent. 3, tit. de legat.*

2 *§. 4, inſt. de legat.*

3 *d. §. 4, inſt. l. 71, §. 3, ff. de legat. 1, l. 14, §. ult. l. 30, §. ult. ff. de legat. 3,*

4 Vide *l. 67, §. 8, ff. de legat. 2, l. 10. Cod. de legat.*

5 *Ulpian. 24, 7,*

6 Adde *§. 5, inſt. de legat. Paul. 3, ſent. 6.*

1 Id

troque legato ſimul ab omnibus præſumatur [1].

§. 5. Inter legatum vindicationis & damnationis iſta diſtantia eſt, ut, ſi disjunctim, id eſt, ſingulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, ſingulis integra debeatur: id eſt, ut unus rem ipſam accipiat, alii æſtimationem rei ipſius in precio ab herede percipiant [2].

§. 6. Sinendi modo hæc legati verba ſunt: *Ille heres meus rem illam, illum permitte præſumere, & ſibi habere* [3]. Nam & propriam rem teſtator, & heredis ſui [4], per ſinendi legatum relinquere poteſt: in quo legato non quidem heres legatario rem, quæ relicta eſt, jubetur tradere, ſed vindicanti legatario non permittitur prohibere.

§. 7. Præceptionis verò legatum [5] non, niſi uni [6] ex heredibus, dari poteſt, ut aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquatur, & ſi aut conjunctim, id eſt, multis, aut disjunctim ſingulis relinquatur, omnibus una res tantùm, quæ nominata eſt, debetur, non uni res [7], & alii æſtimatio, ſicut in legato damnationis eſt conſtitutum.

TIT. VIII.
DE LEGE FALCIDIA.

Lege Falcidiâ conſtitutum eſt: quicunque heres fuerit inſtitutus, quartam partem [8] totius hereditatis habeat. Quòd ſi teſtator hereditatem ſuam legatis exinanierit, hoc ſtatutum eſt, ut Falcidiam ſibi

1 id eſt, omnes concurſu partem faciunt.

2 Hodie ſive conjunctim, ſive disjunctim eadem res duobus legata ſit ſcinditur inter eos, legatum §. 1, *Inſt. de legat.*

3 Vide *Ulpian. 24, 5,*

4 Additum erat, *& alienam*, quod rectius expungitur.

5 formulam vide apud *Ulpian. 24, 6,*

6 Paul. *3. ſent. 16, § 1.*

7 *§. 5. in fin. ſupra eod.*

8 Ulpian. *25, 32, §. 1, inſt. de lege falcid. l. 73, ff. ad leg. falcid. Paul. 3, ſent. 8, §. 1,*

ſibi de imminutione legatorum heres retineat, conſtante nihilominùs teſtamento. Hic de Pauli Sententiis addendum.

Tit. IX.
DE FIDEICOMMISSIS.

POteſt aliquis recto [1] jure heredem inſtituere, & rogare eum, ut hereditatem ſuam, aut omnem, aut ex parte alii per fideicommiſſum reddat. Nam ſi heredem directo jure non inſtituerit, fideicommiſſarius non poteſt ad alium acceptam hereditatem tranſmittere. Sed in hâc quoque re hoc obſervandum eſt, quod de Falcidiâ ſuprà jam dictum eſt, ut heres inſtitutus, etiamſi omnem hereditatem alii reſtituere juſſus ſit, ita hereditatem alii reſtituat, ut quartam [2] ſibi ex ipſâ hereditate retineat.

§. 1. Et ſingulæ quæcunque [3] res per fideicommiſſum dimitti poſſunt, hoc eſt, fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum.

§. 2. Ab ipſo fideicommiſſario alteri fideicommiſſum dimitti poteſt [4].

§. 3. Et à legatario, licet legatum dimitti non poſſit [5], fideicommiſſum poteſt.

§. 4. Et non ſolùm propriæ res à teſtatore per fideicommiſſum dimitti poſſunt, ſed etiam ipſius heredis, aut legatarii, aut cujuſlibet extranei [6].

§. 5. Ne legatarius, cui per teſtamentum parum dimiſſum eſt, plus alii per fideicommiſſum, quàm id,

1 §. 2, *inſt. de fideicomm. hered.*

2 §. 4, *inſt. de fideicommiſſ. hered. & ad Senat. Trebell. l. 1, §. 2, ff. ad Senat. Trebell.*

3 Et legatum Ulpian. *24, 25.*

4 confirmatur *l. 5, ff. de legatis 3, §. 1, inſt. de ſing. reb. per fideicommiſſ. relict. l. 9, Cod. de fideicommiſſ.*

5 Ita olim ut in fragment. *Ulp. tit. 24, §. 19, & pr. inſt. de ſing. reb. per fideicom.* Sed hodie ſublatum *l. 2, Cod. commun. de legat.*

6 Vide Paul. *ſent. 4, tit. 1, §. 7, & 8.*

id, quod conſequitur, reddere jubeatur[1].

§. 6. Cùm autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur, neceſſe eſt heredi, vel legatario, rem illam, quæ per fideicomiſſum eſt relicta, aut redimere, & fideicommiſſario dare, aut pretium[2] ejuſdem rei, quantum æſtimata fuerit, fideicommiſſario numerare, ſicut in damnationis legato[3] fieri diximus.

§. 7. Libertates etiam ſervis[4] per fideicommiſſum dari poſſunt, ut heres, vel legatarius éa mancipia manumittant, quæ teſtator ab iis, ut manumitterent, ſperavit. Nec intereſt, utrùm hoc teſtator de ſuis ſervis, an de ipſius heredis, vel legatarii[5], aut de alienis[6] fieri jubęat. Quod ſi de alienis fecerit, ſimiliter cogitur heres emere ipſum ſervum, & manumittere. Sed ſi illum dominus ſuus noluerit vendere, perit[7] per fideicommiſſum data libertas: quia in hac re heres æſtimationem in pretio dare non cogitur. Sed cùm per fideicommiſſum libertas datur, is, qui manumiſſus fuerit, non teſtatoris, ſed heredis[8] libertus eſt.

§. 8. Prætereà inter fideicommiſſa & legata ſunt quædam diſtantię[9]. Fideicommiſſum ad eum[10], cui aliquid commiſſum eſt, herede mortuo, poterit pervenire, ſi talis fuerit conditio teſtamenti: nam legatum

1 Ratio eſt *in l. 1, ſ. 17, ff. ad Trebell. l. 1, §. 6, ff. de legat. 3, l. 114, ſ. 3, ff. de legat. 1, l. 9, Cod. de fideicom.*

2 *§. 1, inſt. de ſing reb. per fideicom. l. 14, §. 2, l. 30, ſ. ult. ff. de legat. 3,*

3 Supra *tit. 7, ſ. 2,*

4 *25, Ulpian. 18, §. 2, inſt. de ſing. reb. per fideicomm. l. 12, ſ. 1. ff. de fideicommiſſ. hered*

5 Etiamſi minus ſit in eo quod accepit *l. 24, ſ. 12, ff. de fideicom. lib.* quia ſervum non pluris æſtimavit. *l. 36, ff. ad l. falcid.*

6 Vide *l. 6, Cod. de fideicom. lib.*

7 Imo non perit, ſed differtur. *d. l. 6, & §. 2, inſt. de ſing. reb. per fideicomm.*

8 *l. 7, Cod. de fideicom. lib.*

9 quæ poſtea ſublatæ *l. 2, Cod. comm. de legat. l. 1, ff. de legat. 1.*

10 Has differentias etiam vide apud *Ulp. 25. ſ. 8,* & Paul. *4, ſent. 1, ſ. 10,*

1 Quod

tum ita relinqui non poteſt. Item legatum per codicillum relictum non valet, niſi codicilli teſtamento fuerint confirmati: fideicommiſſum verò, etiamſi teſtamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominùs debetur. Item, per legatarium legatum alteri relinqui non poteſt, ſed fideicommiſſum poteſt. Item per legatum ſervo alieno [1] directa libertas dari non poteſt, per fideicommiſſum poteſt. Item, per codicillos nemo heres inſtitui poteſt [2], quamvis teſtamento confirmati ſint: ſed is, qui teſtamento heres fuerit inſtitutus, poteſt per codicillum rogari, ut hereditatem, quæ ei data eſt, alii totam, vel pro parte reſtituat; quod validum eſt, etiamſi codicilli teſtamento non fuerint confirmati. Item, quamvis non poſſumus poſt mortem ejus, quem heredem inſtituimus, alium ei ſubſtituere, tamen per fideicommiſſũ rogare eum poſſumus, ut cùm moriatur, alii eam hereditam vel totam, vel pro parte reſtituat. Et quia, ſicut ſuperiùs dictum eſt, etiam poſt mortem heredis fideicommiſſum ei, cui relictum, eſt, dari poteſt: quod hoc ordine fit, ut teſtator ſcribat: *Illum heredem inſtituo, & volo, ut cùm mortuus fuerit, ad illum hereditas mea pertineat.* Prætereà & in hoc alia fideicommiſſorum & legatorum conditio eſt, quia fideicommiſſa, ſi tardiùs, quàm ſcriptum eſt, ſoluta fuerint, uſuræ & fructus debentur: legatorum verò uſuræ [3] non debentur, ſed ex morâ ſolutionis, ſi per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

1 Quod & hodie obtinet. *ſ. 2, inſt. de ſing. reb. per fideicommiſſ. l. 9, Cod. de manumiſſ. teſtam.*

2 *ſ. 2, Inſt. de Codicill. l. 2. §. ult. l. 10, ff. eod. l. 2, l. 7, Cod. eod. l. 76, ff. ad Sen. Trebell.*

3 Hæc legatorum & fideicomm. differentia non fuit perpetua. Unde *tit. in Cod. de Uſuris & fructib. legat. vel fideicomm.* Et Paulus *Sent. lib. 3, t. t. ult.* expreſſis verbis refert: *Ex mora præſtandorum fideicom. vel legatorum fructus & uſura peti poſſunt.*

CAII JC^TI
Antiquiſſimi
INSTITUTIONUM
LIBER TERTIUS.

TIT. I.
DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS.

INteſtatorum heredi- ditates primùm ad ſuos heredes [1] pertinent. Sui àutem heredes appellantur [2] filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis ex nepote: quia omnes per virilem ſexum deſcendentes, ſui vocantur. Naturales ſunt hæ perſonæ, ac adoptivę. Adoptivorum enim [3] comparatione legitimi, *naturales* appellantur. Sed ita nepos, vel neptis ex filio, avo ſui heredes ſunt, ſi pater eorum de poteſtate patris aut morte, aut emancipatione diſceſſerit: nam ſi eo tempore, quo aliquis

INteſtatornm hereditates Lege XII. *Tabularum primum ad ſuos heredes pertinent. Sui autem heredes exiſtimantur liberi, qui in poteſtate morientis fuerunt, veluti filius, filia, vel nepos, neptiſve, pronepos, proneptiſve ex nepote filio nato prognatus prognatâve. nec intereſſe naturales liberi an adoptivi. Ita demùm tamen nepos, neptiſve, & pronepos proneptiſve ſuorum heredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit * ſive aliâ ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per idem tempus, quo quiſque morietur, filius in poteſtate ejus*

mo-

1 §. 1, *inſt. de hered. qua ab inteſt. def.*
2 §. 2, *inſt. eod.*
3 Ita vocantur quum adoptivis opponuntur *pr. inſt. & §. 7, de adopt. §. 1 inſtit. de exhered. lib. §. 2, inſtit. de inoff. teſtam. l. 31, ff. de adopt. l. 2, §. 6, ff. ad Senat. Tertull.*

moritur, filium in poteſtate habeat, & ex eo nepotes, illi vivo patre ſuo & in poteſtate avi conſtituto, ſui heredes avo eſſe non poſſunt [1].

§. 1. Similiter poſtumi, qui, ſi vivo patre nati fuiſſent, in poteſtate ejus futuri erant, ſui heredes ſunt [2].

§. 2. Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, nepteſve: filii, vel nepotes ex filio defuncto, patri, vel avo hâc ratione ſuccedunt, ut filius, vel filia ſuas partes, & nepotes [3] ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter conſtitutum eſt, ut inter ſuos proximior longiore gradu poſitos non excludat: & non in capita, ſed in ſtirpem dividatur he-

ſit, nepos ex eo ſuus heres eſſe non poteſt. Idem & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum intelligimus. Vxor quoque, quæ in manu ejus eſt, Is ſua heres eſt: quia filiæ loco eſt. item nurus, quæ in filii manu eſt. nam & hæc neptis loco eſt, ſed ita demùm erit ſua heres, ſi filius, cujus in manu erit, dum pater moritur, in poteſtate ejus non ſit. Idemque dicimus & de eâ, quæ in nepotis manu matrimonii causâ ſit. quia proneptis loco eſt. Poſtumi quoque, qui, ſi vivo parente nati eſſent, in poteſtate ejus futuri forent, ſui heredes ſunt. Idem juris eſt de his, quorum nomina ex lege Æliâ Sentiâ, vel ex Senatuſconſulto poſt mortem patris causâ probatâ in poteſtate ejus futuri eſſent, & de eo filio, qui ex primâ, ſecundaque emancipatione poſt mortem patris manu-

redi-

1 §. 2, *inſtit. de exhered. lib.* §. 2, *inſt. de hered. qualit.*

2 *l. 3, ff. de injuſt. rupt.*

3 *l. 3. Cod. de ſuis & legitim. hered.* nam jus repræſentationis in deſcendentibus in infinitum obtinet. *l. 1, §. 7, ff. de conjung. cum èmancip. lib. Novell. 118, cap. 1, Ulpian. 26. 2, §. 6, inſt de heredit. quæ ab inteſt.*

reditas. Item ſi quis moriens filium non relinquat, ſed ex duobus maſculis filiis dimittat nepotes, hoc eſt, ex uno filio unum, vel duos nepotes, ex altero tres, aut quatuor: ſimiliter, ſicut ſuperiùs dictum eſt, in ſtirpem, non in capita hereditas dividatur; hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem; hoc eſt, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, ſi vixiſſent, habituri erant[1].

§. 3. Si defuerint ſui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos[2]. Agnati enim ſunt per virilem ſexum defuncto propinquitate conjuncti, id eſt, conſanguinei[3] fratres, hoc eſt, de uno patre nati. Nec

*mittitur, intelligimus. Cùm filius, filiáve & ex altero filio nepotes, nepteſve exiſtent, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu proprior eſt ulteriorem excludit. Æquum enim videtur nepotes, nepteſve in patris ſui locum portionemque ſuccedere. Pari ratione etſi nepos, neptiſve, ſit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptiſve, ſimul vocantur. Et quia placebat nepotes, nepteſve, item pronepotes, pronepteſve in patris ſui locum ſuccedere; conveniens non in capita; ſed in ſtirpem hereditates dividi: ut filius dimidiam partem hereditatis fruat; ex altero filio duo plureſve nepotes alteram dimidiam. Item, ſi ex duobus filiis nepotes exſtent, ex alterò filio unus fortè, vel duo, ex altero tres, vel quatuor, * altera dimidiam. **

diſpu-

1 §. ult. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. l. 9, Cod. de ſuis & legitim. lib. Novell. 118, cap. 1,

2 Ulpian. fragm. tit. 26,

3 . 1, §. 9, l. 2, in pr. ff. de ſuis & legitim. l. 1, §. penult. l. 6, §. 1, l. 7, ff. ad Sen. Tertull.

diſputari poteſt, ſi de diverſis matribus naſcantur, qui uno patre geniti ſunt. Item patruus, id eſt, frater patris, fratris ſui filio agnatus eſt. Ipſo modo ſunt fratres partueles[1], hoc eſt, qui de ſingulis germanis nati ſunt. Hoc ordine agnoſcitur, qui ſint agnati, ſicut ſuprà diximus, per virilem ſexum propinquitate conjuncti.

§. 4. Non tamen omnibus ſimul agnatis lex hereditatem propinqui inteſtati dat, ſed his, qui defuncto mortis ſuæ tempore proximiores[2] inveniuntur.

§. 5. In fœminis verò alia conditio eſt: quia inter fœminas[3] ſola tantùm ſoror conſanguinea habetur agnata, ut germano ſuo defuncto, ab inteſtato ei agnationis jure ſuccedat. Reliquæ fœminæ, hoc eſt, amitæ,

DE AGNATIS.

Si nullus ſit ſuorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem Lege XII. *Tabularum ad agnatos. Vocantur autem adgnati, qui legitimâ cognatione juncti ſunt. Legitima autem cognatio hæc eſt, quæ per virilis ſexus perſonas conjungitur. Ita qui eodem patre nati ſunt fratres agnati ſibi ſunt, qui etiam conſanguinei vocantur; nec requiritur an eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati ſunt, quos plerique etiam conſobrinos vocant. Qua ratione ſcilicet etiam ad plures gradus agnationis pervenire potuerimus. Non tamen omnibus ſimul agnatis dat Lex* XII. *Tabularum hereditatem, ſed his, qui tunc, cùm certum*

id eſt

1 *l. 1, §. 6, ff. de grad.*
2 *l. 2, §. 4, ff. de ſuis & legit.*
3 *Ulpian. in collat. leg. Moſaic. tit. 16,* Papinian. *lib. 7, ibid.* Paul. *4, ſent. 8, §. 3.*

id eſt, patris ſoror, vel fratris ſilia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ ſunt, nec maſculis propinquis agnationis jure ſuccedunt. Ipſarum verò hereditates ad maſculos propinquos agnationis conditione perveniunt.

§. 6. Regulariter conſtitutum eſt, ut inter agnatos proximior [1] poſteriorem excludat, & inter eos non in ſtirpem, ſed in capita ab inteſtato dividatur hereditas. Nam inter ſuos, ſicut ſuperiùs diximus, alia ratio eſt, ut proximior poſteriorem non excludat, & ſemper hereditas in ſtirpem, non in capita [2] dividatur. Nam ſi quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior eſt, ſolus ſuccedit, fratris filii non ſuccedunt. Item ſi

eſt aliquem inteſtatò deceſſiſſe, proximo gradu ſunt. nec in eo jure ſucceſſio eſt. Ideoque ſi heres proximus omiſerit, vel antequam hereditatem adierit, deceſſerit, ſequentibus nihil juris competit. Ideò autem non mortis tempore certum * *fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quàm ſi quis teſtamento facto deceſſerit, meliùs eſſe viſum eſt tunc requiri proximum, cùm certum eſſe cœperit neminem ex teſtamento heredem fore. Quòd ad fœminas attinet, hoc jure aliud in ipſarum hereditatibus capiendis placet, aliud in cæterorum ab his capiendis. Nam & fœminarum hereditates proinde agnationis jure redeunt atque maſculorum: noſtræ verò hereditates ad fœminas ultrà conſanguinearum gradum non pertinent. Itaque ſoror fratri ſororive legitima heres eſt: amita verò & fratris filia heres eſſe non poteſt. Sororis* moria-

1 § 5, *inſt. de legitim. agnat. ſucceſſ. l, 195, §. 1, ff. de V. Sign.*
2 § 4, *inſt. de legitim. ſucceſſ. l, 2, §. 2, ff. de ſuis & legitim. l. pen. & ult. §. 3, Cod. de legitim. hered.*

moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat maſculos, ex uno fratre dimiſerit duos, ex alio quatuor ſimiliter maſculos: omnes quidem fratrum filii patruo ſuo ab inteſtato ſuccedunt, ſed non in ſtirpes, ſed in capita: ita, ut illi duo ex una parte duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam ſi ſorores habuerint [1], in patrui hereditatem non veniunt, ſicut nec ſororis filii [2] in avunculi hereditate ſuccedunt.

§. 7. Nam & hoc regulare eſt, ut cognati tunc inteſtatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut ſui, aut agnati defuerint [3].

*autem nobis loco eſt etiam mater, aut noverca, quæ per in manum conventionem apud patrem noſtrum jus filiæ conſecuta eſt. Si quis defunctus erit, ſi ſit frater & alterius fratris filius, ſicut ex ſuperioribus intelligitur, frater potior eſt, quia gradu præcedit. Sed alia * faciat juris interpretatio inter ſuos heredes. Quòd ſi defuncti nullus frater exſtet, ſed ſint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet. Sed quæſitum eſt, ſi diſpari numero ſint, fortè nati ex uno unus, vel duo, & ex altero tres, aut quatuor, utrùm in ſtirpes dividenda ſit hereditas, ſicut inter ſuos heredes juris eſt, an potiùs in capita. Iamdudùm autem placuit in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte perſonæ, in tot portiones * fuerunt. Si nullus agnatus ſit. eadem Lex duodecim Tabularum Gentiles ad hereditatem vocat. Qui ſint autem Gentiles primo Commentariorum & ultimum eſt.*

1 quia feminæ ultra conſanguineas non admittuntur ad legitimam hereditatem.

2 omnes pari jure eſſe voluit *Novell. 118.*

3 *l. 1, l. 2, ff. Unde cognat. pr. inſt. de ſucceſſ. cogn.* ſed hodie ſublata omni differentia ſuccedunt. *Novell. 118,* *1 §. 1,*

eſt. & cùm illic admonuerimus gentilitium jus in deſuetudinem abiiſſe, ſupervacuum eſt hoc quoque loco de eâ re curioſiùs tractare. Ex Auct. Collation. Leg. Mosaicar. et Romanar. Tit. XVI.

Tit. II.
DE OBLIGATIONIBUS.

Obligatio in duas ſpecies dividitur. Nam omnes obligationes aut ex contractu [1] naſcuntur, aut ex culpâ. Quæ ex contractu naſcuntur, quatuor genera [2] ſunt, quæ ſingula hoc ordine diſtinguuntur. Aut enim Re contrahitur obligatio, aut Verbis, aut Literis, aut Conſenſu.

§. 1. Re contrahitur [3], quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in his rebus contingunt, quæ pondere, numero, menſurâ continentur: hoc eſt, ſi pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum, Quæ omnia numerando, aut penſando, aut metiendo, ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos ſtatuto tempore non ipſæ res, ſed aliæ ejus naturæ, quales data ſunt, atque ipſius ponderis, numeri, vel menſuræ reddantur [4]. Propter quod Mutuum appellatum eſt [5], quaſi à me tibi ita datum ſit, ut ex meo tuum fieret.

§. 2. Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & reſponſione accipientis [6], ita ut ſi ille, qui dat, interroget, *Hoc mihi dabis;* qui accipiet,

1 *§. 1, inſt. & l. 1, ff. eod. l. 7, in pr. ff. de pact.*
2 *d. l. 1, §. 1, ff. eod.*
3 *tit. inſtit. Quib. mod. re contr. obligat. l. 1, §. 2, ff. de obligat. & act.*
4 Hæ enim res quantitate potius quam corpore valent *l. 1, ff. ad leg. falcid. l. 94, §. 1, ff. de ſolut.* & in genere ſuo functionem recipiunt. *l. 2, §. 1. ff. de reb. cred.*
5 *l. 2, §. 2, ff eod.*
6 *l. 5, §. 1, ff. de Verb. obligat. l. 1, §. 7, l. 52, §. 2, ff. de oblig. l. 2, in fin. ff. de reb. credit.*

donum, aut munes, aut operas ſe daturum eſſe juraverit[1]. Exponendum hîc, quid ſit donum, aut munus, vel operæ: in quâ re ſupradicti liberti non tam verborum ſolemnitate, quàm jurisjurandi religione tenentur. Sed nulla altera perſona hoc ordine obligari poteſt.

§. 5. Præterea inutilis eſt promiſſio, etiamſi ſtipulatione interveniente facta ſit, ſi id aliquis daturum ſe promiſerit, quod ſui juris non eſt[2]: hoc eſt: ſi aut ingenuum hominem, quaſi ſervum ſe daturum promittat. Aut ſi mortuum aliquis, quem vivum credebat, promiſerit. Aut locum ſacrum, aut ſanctum, aut religioſum daturum ſe quicunque promiſerit.

§. 6 Præterea inutilis eſt promiſſio, ſi aliquis rem ſub tali conditione promittat, quæ impleri pro rei difficultate non poſſit[3].

§. 7. Præterea inutilis eſt interrogatiô & promiſſio, ſi ita aliquis interroget debitorem, *Poſt mortem meam*, vel, *tuam illud dari ſpondes?* Quod præterea inutile viſum eſt, quia à perſona heredis obligatio incipere non poteſt[4]. Et ideò nec heredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitores heres creditori tenetur obnoxius.

§. 8. Item inutilis eſt obligatio, ſi dicat creditor, *Pridiè, quàm moriar*[5], *dare ſpondes?* Vel interroget debitorem, *Pridiè, quàm moriaris?* Similiter & hæc ſtipulatio inutilis judicatur, quia non poteſt ſciri,

1 Hujus Jurisjurandi mentio eſt in *l. ult. ff. de lib. cauſ. l. 7, l. 3, ff. de op. libert. l. 34, ff. de jurejur. l. antepen. §. 3, ff. de confeſſ.*

2 Vide *l. 35, in pr. ff. de V. obligat. l. 185, ff. de reg. jur.*

3 Vide *l. 1, §. 11, l. 31, ff. de oblig. & act. l. 7, l. 35, ff. de V. oblig.*

4 Quob ſublatum à *Inſt. in l. unic. Cod. Ut act. ab hered.*

5 ſimiliter & hanc ſtipulationem validam eſſe voluit *inſt. in l. 11, Cod. de cont. ſtip.*

ſciri, quando ſit pridiè, quàm aliqui moriatur, niſi poſtquàm mortuus fuerit.

§. 9. Item ſi purè interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat [1].

§. 10. Vel ſi creditor decem ſolidos debitorem interroget, & debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoſcitur [2].

§. 11. Si quis nobis pecuniam debeat, poſſumus debitorem noſtrum compellere, ut pecuniam, quam nobis redditurus erat, alteri ſe caveat [3] redditurum. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cavet, de cauto & non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid diſputationis afferre, cùm id, quod à nobis accepit, alteri caverit redditurum.

§. 12. Literis obligatio fit [4], aut à re in perſonam, aut à perſonâ in perſonam. A re in perſonam, velut ſi id, quod ex emptione, aut conductione, aut ſocietate debes, alii reddas [5]. A perſonâ in perſonam, velut ſi id, quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem [6], ut reddere debeat.

§. 13. Conſenſu fiunt obligationes, ex Emptionibus & venditionibus, Locationibus, conductionibus, Societatibus, & Mandatis [7]. quia in ejuſmodi rebus conſenſus magis, quàm ſcriptura [8], aut ſolemnitas quæritur.

Conſenſu fiunt obligationes in Emptionibus, venditionibus, Locationibus, conductionibus, Societatibus, Mandatis.

§. 1. *Ideo autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum, neque*

In

1 *l. 1, §. 4, ff. de Verb. oblig.*
2 adverſatur *l. 1, §. 4, ff. de Verb. oblig.* & Paul. *l. 83, §. 3, ff. de V. oblig.*
3 *§. 19, Inſt. de inut. ſtip.*
4 Vide *tit. Inſt. de litt. oblig.*
5 *§. 3, Inſtit. quib. mod. toll. oblig. l. 11, ff. & l. ult. Cod. de novat.*
6 *d. §. 3, & l. 11, ff. de novat.*
7 *pr. inſt. de obligat. ex conſenſu.*
8 *d. pr. & §. 1, Inſt. eod. l. 2, ff. de oblig. & act.*

1 *d. l. 2,*

In quibus rebus etiam inter abſentes [1] obligatio contrahi poteſt, quod in aliis rebus fieri non poteſt.

§. 14. Emptio igitur & venditio contrahitur, cùm de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiam ſi pretium non fuerit numeratum [2], & nec pars pretii, aut arrha data fuerit.

ſcripturæ proprietas ulla deſideratur, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire.

§. 2. Unde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuntium.

§. 3. *Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet.* L. 11. D. DE OBL. ET ACT.

§. 15. Locatio & conductio ſimili ratione conſiſtunt, ut conſenſu, etiam verbo definitio inter conſentientes firma permaneat [4].

§. 16. Societatem inire [5] poſſumus, aut omnium bonorum, aut unius alicujus negotiationis. Et poteſt ita iniri ſocietas, ſi tamen hoc inter ſocios convenit, ut unus pecuniam det, alter operam ſuam pro pecuniâ ponat [6]. Et hujus rei definitio etiam verbo inita [7] valet, ita ut quicquid ſocietatis tempore, quolibet modo, fuerit adquiſitum, ſociis commune ſit.

§. 17. Permanet autem inita ſocietas, quamdiu in ipſo conſenſu [8] ſocii perſeverant: quia ſicut conſenſu contrahitur, etiam diſſenſu ſolvitur. Diſſolvitur

1 *d. l. 2, §. 2, ff. de oblig.*

2 *l. 2, §. 1, ff. de contr. empt. l. 1, §. 2, ff. de rer. permut. l. 8, ff. de per. & comm. rei vend. pr. inſt. de emption. & vend.*

3 *tit. Inſt. de locat. & conduct. l. 1, & 2, ff. eod.*

4 *tit. Inſt. de Societate.*

5 Vide *l. 63, ff. pro ſocio & l. 73, §. pen. ff. de leg. 3, pr. inſt. de Societate,*

6 *§. 2, Inſt. eod. l. 1, Cod. eod. & l. 52, §. 2, & §. 7, ff. pro Socio*

7 *Inſt. de obligat. ex conſenſu.*

8 *§. 4, Inſt. de Societate l. 5, Cod. eod.*

§. 5,

vitur ergo ſocietas aut morte [1] unius ſocii, aut contrariâ voluntate, aut capitis diminutione, id eſt, ſi unus ex ſociis, ſicut frequenter ſuprà diximus, capite fuerit deminutus.

§. 18. Similiter & mandari verbo poteſt. Et cum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur [2]. Poſſumus enim aut noſtra negotia, aut aliena [3] cuicunque agenda mandare, dummodò honeſtum aliquid agi mandemus. Nam ſi contra mores bonos [4] aliquid mandare voluerimus: hoc eſt, ſi cuicunque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium, aur adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non contrahitur.

§. 19. Solvitur autem mandatum aut morte, cui mandatum eſt [5], aut contrariâ illius voluntate [6], qui mandavit.

§. 10. Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non poteſt [7]. Aut ſi egreſſus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extrà mandatum egit, non præjudicet mandatori.

Tit. III.

Quibus modis obligatio tollatur.

Tollitur obligatio ſolutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiamſi aliud, quàm cautum fuerat à debitore, creditori reddatur [8]. Nam ſi quicunque pro pecuniâ, quam creditori cavit, acquieſcente creditore, aurum, aut argen-

1 §. 5, *Inſt. eod. l. 70, ff. pro ſocio.*
2 *d. tit. inſt. de oblig. ex conſenſu.*
3 *§. 1, & ſeqq. Inſt. de mandat.*
4 *§. 7, Inſt. eod. l. 6, §. 3, l. 22, §. 6, ff. mandat.*
5 *l. 26, ff. mandati. §. 10, Inſt. eod.*
6 re adhuc integra *§. 9, Inſt. mandat. l. 12, §. 10, ff. eod.*
7 *§. 8, inſt. mandati l. 5, ff. eod.*
8 *pr. inſt. Quib. mod. tollit. obligat. l. 107, ff. de Solut.*
9 *l. 17, Cod. & l. 99, ff. de. Solut. l. 26, §. 4, ff. de condict. indeb. l. 1, §. 5, ff. de pecun. conſtit.*

1 idem

gentum, aut mancipia, vel alias quaſlibet ſpecies, habitâ æſtimatione conſentiente, creditore dederit, obligatio evidenter tollitur.

CAII JC^TI
Antiquiſſimi
INSTITUTIONUM
LIBER QUARTUS.

TIT. I.
DE OBLIGATIONIBUS EX DELICTO.

QUia de obligationibus, quæ ex contractu naſcuntur, diximus, ſupereſt, ut de his obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur, ſimpliciter diſputemus. Ex delicto naſcuntur obligationes, ſi aliquis Furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel Damnum alteri dederit, aut Injuriam [1] fecerit. Quarum omnium rerum uno genere ex delicto naſcitur obligatio.

§. 1. Furtorum autem ſunt genera quatuor [2]: manifeſti, nec manifeſti, concepti & oblati. Manifeſtum furtum dicitur, ſi quando fur cujuſcunque rem tollit, in ipſo furto deprehenditur [3]. Nec manifeſtum furtum appallatur, quod quamlibet, dum fieret, inventum non [4] eſt, tamen furtum factum fuiſſe probatur. Conceptum furtum [5] dicitur, cùm apud aliquem alterum res furtiva inveniatur. Oblatum

1 Idem exprimit in *l. 4, ff. de obl. & act. pr. inſt. de obligat. ex delicto.*
2 *§. 3, & 4, inſt. eod. l. 2, ff. de furt.*
3 *l. 3, ff. de furt.*
4 *l. 8, ff. de furtis.*
5 *§. 4, inſt. de obligat. ex delicto.*

1 *d. §. 4.*

latum furtum dicitur [1], cùm res furtiva alicui ita à fure datur, ut apud ipſum furem inveniri non poſſit.

§. 2. Prætereà, qui rem alienam invito, aut neſciente domino contingit [2], vel tollere, aut de loco movere præſumit, furtum facit.

§. 3. Et ſi quis rem utendam [3] acceperit, aut commendatam [4] apud ſe habuerit, & aliter eâ uſus fuerit, quàm acceperit, furti actione tenetur.

§. 4. Prętereà, ſi quis jumentum [5] alterius ad hoc accepit, ut eum quinque milliaribus duceret, ſi id decem milliaribus aut longiùs, quàm ab illo, qui dedit, fuerit conſtitutum, duxerit, furti reus erit.

§. 5. Et multa præ tereà quorumcunque [6] ſimilia ſunt, ſecundùm quæ & ille furti tenetur, qui ut ferret opem, aut conſilium [7], aut ſtudium commodârit: velut, ſi quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excuſſerit, ut alii eam rapere poſſent.

MO-

1 *d. §. 4, Inſt.* vide etiam Paul. *2, ſent. 31,*

2 Vide A. Gell. *11, 18,*

3 *l. 5, §. 8, ff. commodat. l. 40, l. 54, l. 76, ff. de furt.*

4 id eſt depoſitam ut in *l. 168, ff. de Verb. Sign.*

5 *l. 40, ff. de furt.*

6 lege *quæ horumcunque.*

7 Vide *l. 52, in pr. ff. de furt. l. 6; Cod. de cond. furt. l. 50, §. pen. ff. de furt.*

FINIS LIB. IV. & ULTIMI.

MOSAYCARUM *ET* ROMANARUM LEGUM COLLATIO,

EX

INTEGRIS PAPINIANI, PAULI, ULPIANI, GAII, MODESTINI, ALIORUMQUE VETERUM JURIS AUCTORUM LIBRIS ANTE TEMPORA JUSTINIANI IMP. DESUMPTA.

Et quædam alia.

Ex Bibliotheca P. PITHOEI IC.

cum ejuſdem notis emendatioribus.

INDEX TITULORUM.

I. De Sicariis & homicidiis caſu vel voluntate.
II. De atroci injuria.
III. De jure & ſævitia dominorum cohibenda.
IV. De adulterio.
V. De ſtupratoribus.
VI. De inceſtis.
VII. De furibus & pœna eorum.
VIII. De falſo teſtimonio.
IX. De familiari teſtimonio non admittendo.
X. De depoſito.
XI. De abigeis.
XII. De incendiariis.
XIII. De termino moto.
XIV. De plagiariis.
XV. De Mathemat. maleficis & Manicheis.
XVI. De legitima ſucceſſione.

*

Modeſtini Regula de teſtamentis.

Imp. Juſtiniani Novellæ Conſtitutiones.

I. De uſuris ſupra duplum non computandis.
II. De partiariis ſolutionibus uſurarum in duplum non computandis.
III. De alienatione rerum Eccleſiæ Miſiæ relictarum pro captivorum redemptione & alimentis pauperum.

Juliani Anteceſſoris CP. De conſiliariis Dictatum.

Ejuſdem Juliani Collectio de tutoribus.

Veteris cujuſdam juris auctoris fragmentum ex manuſcripto exemplari Cl. Puteani.

TIT. I.

DE SICARIIS ET HOMICIDIS CASU VEL VOLUNTATE.

Incipit Lex Dei quam Deus præcepit ad Moyſen.

Moyſes Dei Sacerdos hæc dicit.

SI quis[1] *percuſſerit hominem ferro, & occiderit eum, morte moriatur. Sin autem manu lapideve quo mori poſſit percuſſerit, & mortuus fuerit, homicida eſt: morte moriatur. Si autem per inimicitiam impulerit eum, vel immiſerit ſuper eum aliquod vas*[2] *ex inſidiis, & mortuus fuerit: vel per iram percuſſerit eum manu & mortuus fuerit, morte moriatur.*

PAULUS quoque libro quinto Sententiarum ſub titulo [3] ad Legem Corneliam de ſicariis & veneficis, dicit. Lex Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui hominem occiderit ejuſque rei cauſa, furtive faciendi cum telo fuerit: & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, paraverit,

Ad TIT. I.

1 *Si quis perc.*) Extat *libro* IV. *Moyſis, qui Numerorum inſcribitur cap.* 35. Sed quanam ſacrorum librorum interpretatione hic collector uſus ſit; nondum mihi ſatis liquet. Sane quidem plures hodieque extant in vetuſtioribus archivis, quarum, ut Auguſtini verbis dicam, infinita eſt varietas.

2 *Aliquod vas.*) Hoc nomine poſteriorum temporum ſcriptores, omnes fere res complexi ſunt quæ nobis inter mobiles atque inſtrumenta domus numerantur. Sed & veteres in re militari inter contubernia uſurparunt, unde & Vaſa conclamare, & Convaſare apud eos legimus.

3 *Sub Titul. ad Leg. Corn.*) Extat inter receptas Pauli ſententias *ſub Tit.* 23. *libro* 5. ad quem etiam non erit fortaſſis alienum hoc loco monere duas priores ſententias de circumciſis pertinere, quæ tamen hactenus ſub alieno Titulo aberrarunt, ut & alia multa ejuſdem operis.

verit, falſumve teſtimonium dixerit quo quis periſſet, mortiſve cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores verò aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubjiciuntur.

ULPIANUS libro VII. de officio Proconſulis, ſub titulo De ſicariis & veneficis. CAPITE primo legis Corneliæ de ſicariis cavetur, ut IS PRÆTOR judexve r quæſtionis, cui ſorte obvenerit quæſtio de ſicariis, ejus quod in urbe Roma propius

r *Ut is Prætor judexve*) Veteris exemplaris ſcriptura hæc fuit: *ut is Prætor judexve quæſtionis cui ſortem obvenerit quæſtio de ſicariis ejus quod in urbe Roma proprius mille paſſus factus ſit Utique erat cum judicibus cui ei ex legem ſortem ob.* in quam quid & cur nobis permiſerimus apertum eſt Auctorem præterea habuimus M. Tullium, cujus hæc ſunt in oratione pro Cluentio: *jubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, judicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum his judicibus qui ei obvenerint (nos appellat, judices) quærere de veneno. In quem quærere? infinitum eſt, quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex ſtatim adjungit. Recita Deque ejus capite quærito.* Loquitur vero de quæſtione veneficii, quæ eundem habuit auctorem & eadem rogatione comprehenſa fuiſſe videtur, ſed diverſis capitibus, ut locus arguit & *l. 3. D. ad L. Corn. de ſic.* quam etiam ob cauſam ſæpius hæc judicia diſtinguuntur tanquam ex diverſis legibus ut in *l. 3. D. de bon. damnato. & apud Martialem eo loco,* Non de vi, neque cæde, nec veneno. Et ſane diverſos habuiſſe judices diverſoſque Prætores veriſimile eſt. Idque Ciceronis verba plane confirmant, ſi conjungatur cum præcedentibus hujuſmodi, *Opinor hac omnia lege fieri, totumque hoc judicium quaſi mente quadam regi legis &. adminiſtrari. Quid ergo eſt? hæc quæſtio ſola ita gubernatur, Quid M. Platorii & C. Flaminii inter ſicarios. Quid C. Orchinii peculatus? Quid mea de pecuniis repetundis? Quid aliæ quæſtiones?* Unde fortaſſe non immerito quis ſuſpicetur in *l. 2. §. capta D de orig. jur.* quod in Pandectis Florentinis deeſſe videtur, ſic potius eſſe ſupplendum *Deinde Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, de veneficiis, & Prætores quatuor adjecit.* nam injuriarum quidem judicium ex lege Cornelia inter privata ab auctoribus noſtris perpetuo relatum eſt *l. 2, & ult. C. de injuriis.* utpote quod & civiliter moveri poſſit: & in *l. Prætor. §. 1. de injur.* Cornelia non de injuriis, ſed de ſicariis potius exaudienda eſt, ut & in *l. 23. §. ſi dolo. D. ad leg. Aquil.* Nec tamen inficior ex lege Cornelia injuriarum ſervum reum non recipi, ſed duriore pœna extraordinem affici, & quod ad ſervos attinet excedere eam quæſtionem quodam genere privatæ modum *l. 12. §. ut. D. de accuſat.* Idcoque cum de ſervo ageretur in *l. 5. D. Si ex nox. cauſ. ag.* hæc recte Ulpianus ſic conjunxit, *Capitalium actionum injuriarumque nomine.* Sed hæc

pius mille paſſus factum ſit, uti quærat cum judicibus qui ex lege ſorte obvenerint, de capite ejus qui cum telo ambulaverit hominis necandi furtive faciendi cauſa, hominemvę occiderit, cujus id dolo malo factum fuerit. *Et reliqua. Relatis*[1] *verbis legis modo ipſe loquitur Ulpianus.* Hæc lex non omnem qui cum telo ambulaverit, punit: ſed eum tantum qui hominis necandi, furtive faciendi cauſa telum gerit, coërcit, compeſcit[2]. Item eum qui hominem occidit, coërcit: Nec adjecit cujus conditionis hominem, ut & ad ſervum & peregrinum[3] pertinere hæc lex videatur.

ITEM PAULUS libro quo ſupra & titulo, dicit. HOMICIDA eſt, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortiſve cauſam præſtitit.

ITEM de caſualibus homicidis MOYSES legaliter

hæc aliena nec hujus loci quæſtio eſt, ac vereor ne jam etiam notarum modum exceſſerim. Illud tamen addere liceat eſſe hoc exemplum aliud exercitionis publici judicii lege delegatæ *ad l. 1. D. de offic. ejus cui mand. eſt jurisd.*

1 *Relatis.*) Hæc ſunt collectoris, quæ ideo forma literarum à ceteris diſtingui voluimus, ut & reliqua omnia quæ illius eſſe viſa ſunt.

2 *Coercit compeſcit*) vet. *coerci compeſci.* & paulo poſt, *pertinet ire hac.*

3 *Ut & ad ſervum & peregrinum*) Cicero pro Cluentio, *Ubi omnes mortales alligat lex, ita loquitur, qui fecit, fecerit, omnes viri, mulieres, libri ſervi, in judicium vocantur.* Omnibus legibus ſervi rei fiunt, quarum pœna in ſervos cadere poteſt *l. 12. §. ult. D. de accuſat.* In ſervos etiam admiſſa delicta legibus vindicantur, adeo ut & ipſi ſervo non ad ſugillationem domini facta injuria legibus inulta non relinquatur *l. Item apud Labeonem. §. ſi quis. D. de injur. l. 6. D. ad l. Iul. de adult.* Et tamen illud etiam verum eſt quod & Fabius libro VI. uſurpavit, ad exules, ad ſervos, ad peregrinos nullam legem pertinere. Sed hæc ex mente verbiſque legum dijudicanda ſunt, & potiſſimum quidem ex ſubjecta materia. Peregrinus manumittens ſervum non potuit Latinum facere. Cur ita? quia lex Junia quæ Latinorum genus induxit, ad peregrinos non pertinet. Prætor tamen non permittebat ita manumiſſum ſervire, niſi aliter lege peregrina cautum eſſet. Hoc ſcripſerat Juriſconſultus quidam, ſive is Ulpianus fuit, ſeu Gajus, ſeu quis alius, in libro regularum, cujus ego nuper fragmentum magna parte erui ex veteri Gloſſario Cl. Puteani viri ſelectiſſimæ eruditionis & judicii recti. Quod de peregrino diximus fortaſſe & ad deportatum non male trahetur *l. 2. D. de interdic. & relegat.*

ter dicitur. Si autem [1] *non per inimicitias inmiſerit ſuper eum aliquod vas non inſidians, vel lapidem quo moriatur non per dolum & ceciderit ſuper eum, & mortuus fuerit, ſi neque inimicus ejus, neque quæſierit malefacere ei, judicabitis inter eum qui percuſſerit & proximum morti ſecundum judicia hæc, & liberabitis percuſſorem.*

Ulpianus libro & tituló qui ſupra relati. Distinctionem caſus & voluntatis in homicidio ſervari, reſcriptio Hadriani [2] „confirmatur. Verba reſcripti. Et qui hominem „occidit, abſolvi ſolet, ſcilicet ſi non occidendi ani„mo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit occi„dere, pro homicida damnatur. E re itaque con„ſtituendum eſt * ex quo ferro percuſſit, ipſa fun„ditus. Nam ſi gladium inſtrinxit, aut telo per„cuſſit, quid dubium eſt quin occidendi animo „percuſſerit? Sic lapide [3] percuſſit, aut cucuma, aut „cum forte rixaretur, ferro percuſſit, ſed non occi„dendi mente. Ergò hoc exquirite, & ſi voluntas „oc-

1 *Si autem.*) Extat apud Moyſem eo loco quem ſupra notavimus, extat & de eadem re Novella Conſtitutio Valentiniani, qua fere utimur. Addatur & Numæ lex ex vetuſtiſſimo Servii exemplari ad illud Virgil. Ecl. 4. *Ipſe ſed in pratis aries.* Sane, inquit, *in Numæ legibus cautum eſt ut ſi quis imprudens hominem occidiſſet pro capite occiſi & natis ejus in concione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare, dicendo Ipſe, qui oblatus homicidam crimine homicidii poſſit exſolvere.* Sed placet etiam Philonis locus ex lib. 1. de vita Moyſis, ὁ κτείνας, inquit, ἄνθρωπον εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιασθεὶς ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὸ αὐτόχειρ καὶ κοινὴν συγγένειαν. Placet & ille Plutarchi ex Cauſalibus, in quo rationem inquirens cur non niſi ſacramento adacti militent, πότερον ὅτι, inquit, τὴν ἀναγκαίαν μόνην ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τοῦ ἀναιρεῖν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀνδροφόνος ἐστίν.

2 *Reſcriptio Hadriani.*] Refertur & hoc reſcriptum in *l. 1. §. Divus D. ad Leg. Corn. de ſic.* quem cum hoc contuliſſe non inutile erit.

3 *Sic lapide.*) Vetus hæc ſcriptura propius accedit ad clavis quam clavæ nomen, quod & Græci interpretes retinuerunt *libro 60.* Baſil. *Tit. 39. & 59.*

1 Ut

„ occidendi fuit, ut homicidam ſervum [1] ſupplicio *
„ cum jure jubete affici.

Paulus libro quinto tituli quo ſupra. Qui hominem [2] occidit, aliquando abſolvitur: & qui non occidit, ut homicida damnatur. Conſilium [3] enim uniuſcujuſque, non factum puniendum eſt. Ideoque qui cum velit occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: & is qui caſu teli [4] hominem inprudenter ferierit, abſolvitur. Quod ſi in rixa [5] percuſſus homo fuerit, quoniam ictus quoque

que

1 *Ut homicidam ſervum.*) Franciſcus Pithœus frater meus, cujus ego ingenuis virtutibus digna ex aliis audire malo quam ipſe dicere, putat hunc locum ſic emendari poſſe: *ut homicidii reum ſupplicio majore jubete afſici*, niſi qui ita malit, *ut homicidam ſervum ſupplicio majore*. Certum eſt enim ex perſona delinquentis ut crimen, ita pœnam augeri.

2 *Qui hominem.*) Reliqua fuit prior pars apud Paulum *lib. v. Sent. Tit.* XXIII.

3 *Conſilium.*) Paterculus, *Facta* inquit, *majores noſtri ad conſilium dirigebant. Seneca de Tranquil. lib.* II, *Poteſt evenire ut faciat aliquis injuriam mihi, & ego non accipiam, tanquam ſi quis rem cum è villa mea ſubripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens geri, quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam mixtum cibo perdidit: venenum illud dando ſcelere ſe obligavit, etiam ſi non nocuit. Non minus latro eſt cujus telum oppoſita veſte eluſum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum* (ſic legendum) *operis quantum culpa ſatis eſt, perfecta ſunt.* Servius ad illud Virg. ex libro VI. *Auſi omnes immane nefas, ſecundum Romanorum morem dicit, quo ; non tantum exitus punitur, ſed voluntas. Sic & Impp. in l. 1. C. Th. de ambitu* [illegible], *Pari forte leges ſcelus quam ſceleris puniunt voluntatem* Sane in rebus non uſque adeo turpibus etiam factum exigitur *l. 1. §. beſtias. D. de poſtulando. l. 28. D. de pœnis.* quæ pertinet ad edictum, Quod quiſque juris, non ad publica judicia. Itaque oratoriè magis quam juridicè ab his ad illa M. Cato pro Rhodienſibus argumentatus eſt apud Gell. libro 7. capite 3. & rectius quidem Aſconius Prædianus, *Qui jus*, inquit, *dicit factorum judex eſt non futurorum, duntaxat in civilibus cauſis.*

4 *Caſu teli.*) fuga teli magis quam jactu ut olim in exceptionibus ſcribi ſolitum M. Tullius auctor eſt Auguſtin. de lib. arbitr. lib. 1. *Nam & miles hoſtem, & judex vel miniſter ejus nocentem, & cui invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt.*

5 *Quod ſi in rixa.*) Extat in *l. ult. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ex qua fortaſſe hic quoque non male ita legetur, *ictus quoque ipſos* Cætera cur à Triboniano prætermiſſa ſint, non eſt obſcurum.

que ipſos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honeſtiores dimidia partę bonorum multati relegantur.

ITEM GREGORIANUS libro IV. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis, talem conſtitutionem ponit. IMPERATOR Antonius A. Aurelio Herculano & aliis militibus. Frater veſter [1] rectius fecerit ſi ſe Præſidi provinciæ obtulerit: cui ſi probaverit non occidendi animo Juſtam à ſe percuſſam eſſe, remiſſa homicidii pœna ſecundùm diſciplinam militarem ſententiam proferet. Propoſita prid. Kl. Febr. Læto [2] II. Cons.

ITEM GREGORIANUS eodem titulo & libro talem conſtitutionem ponit. IMP. Alexander Aurelio Favio, & aliis militibus. Si modò pro quo libellum dediſtis non dolo præſtitit mortem minimè perhorreſcat. Crimen quippe ita contrahitur ſi & voluntas occidendi intercedat. Ceterùm ea quę ex inproviſo caſu potius quàm fraude accidunt, fato plerumque non noxæ inputantur. Prop. XIII. Kl. Aug. Alexandro Cons.

ITEM GREGORIANUS eodem libro & titulo tale reſcriptum dedit.* Quod ſi dominum [3].* Habe Agato KN. Qualitas precum Juli Antonini clementiam noſtram facilè commovit: quippe quòd aſſeveret homicidium ſe non voluntate ſed caſu for-

1 *Frater veſter.*) Ex hoc Antonini reſcripto & eo quod proxime ſequitur, Gordiani, confecta eſt à Triboniano *l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicariis.*

2 *Læto II.*) Pro Læto II. id eſt iterum conſule. Nam his quidem aut ter Conſul in notatione temporum non uſque adeo Latine dici videtur. Et tamen ſæpe in veteribus libris ita ſcriptum memini.

3 *Quod ſi dominum*) Quo hæc pertineant non video. Extat ſane reſcriptum quòd ſequitur *in l. 5. C. eod. tit.* & hoc eſſe Diocletiani & Maximiani ſubſcriptio arguit.

fortuito feciſſe, cùm calcis ictu mortis occaſio præbita videatur. Quod ſi ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni eum metu ac ſuſpicione quod ex admiſſi diſcrimine ſuſtinet, ſecundùm id quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari. Dat. prid. Kl. Dec. Dioclitiano A. IV. & Maximiano Conss.

Ulpianus libro titulo quo ſupra. Cùm quidam [1] per laſciviam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini Egnat I. Proc. Bæticę à Divo Hadriano, quòd eum in quinquennium [2] relegaſſet. Verba Conſultationis [3] & reſcripti ita ſe „ habent * em [4] *. Inter Clodium, Optime Impe- „ rator, & Evariſtum cognovit, quod Clodius [5] Lu- „ pi filius in convivio dum ſago jactatur [6], culpa „ Marii Evariſti [7] ita malè acceptus fuerit, ut poſt „ diem quintum moreretur. Ad quæ apparebat [8] nulla

1 *Cum quidam*) Leguntur & hæc in *l. 4. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* At neque reſcripti neque conſultationis verba adjecta ſunt, quibus in hoc generc quod ſciam elegantius nihil eſt.

2 *In quinquennium*) Ponitur & illa lex apud Rhetores ut imprudentis cædis damnatus quinquennali exilio multetur, ut apud Quintil. *lib. 7. cap. 5. & Declam. 295. & 305.*

3 *Conſultationis.*) Vet. *conſolationis*, quomodo & in optimo Servii exemplari ſcriptum eſt eo loco *lib. 3. Æneid. Augurium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſolationem avium aut ſignorum.*

4 *Em.*) An hæc emiſſam conſultationem, an aliud quiddam ſignificent non ſatis ſcio. Illud fortaſſe fœlicius divinaſſe videbor, iſta ſub finem quæ quis ſupereſſe putaverit (*Vel. res.*) notas eſſe quæ veterem formulam contineant, Velim reſcribas: aut potius quando ad principem ſermo eſt, Velis reſcribere. Sic apud Plinium ſæpe, Rogo reſcribas, & infra, Vellem mihi reſcribere.

5 *Cognovit quod Clodius.*) Malim *cognovi*, & infra, *interdixi, decrevi &c.*

6 *Dum ſago jactatur*) Vet. *dum ſagu jactatur.* Sed jam notus eſt ex Suetonio & Martiale veterum ludus. Appellatio ipſa non uſque adeo fortaſſis nota quam ex veteri Gloſſario didici, in quo ita eſt. *Sagatio* πόλμ@.

7 *Culpa Marii Evariſti.*) Veteris libri ſcriptura hæc eſt, *culpa manu Evariſti*, quam ideo adnotare libuit quod & hanc conjectutam reciperet, *culpante manu Evariſti.* excuſa tamen magis placuit.

8 *Adque apparebat.*) Hujus loci ſententiam facile eſt mente concipere, verba ipſa ſanare difficile eſt.

„ nulla inimicitia cum Evariſti fuiſſet nec cupidita-
„ tis culpam coërcendum credidit, ut ceteri ejuſ-
„ dem ætatis juvenes emendarentur. Ideoque Ma-
„ rio Evariſto urbe Italia provinciç Bęticę [1] in quin-
„ quennium interdixit: decrevit ut impendii cauſa
„ duo milia patri ejus perſolveret Evariſtus, quòd
„ manifeſta ejus fuerat paupertas, vel res. Verba
„ reſcripti. Pœnam Marl Evariſti recte Egn.
„ Taurine [2] moderatus es ad modum culpæ. Refert
„ enim [3] in majoribus delictis conſulto aliquid ad-
„ mittatur, an caſu. Et ſanè in omnibus criminibus
„ diſtinctio hæc pœnam aut * juſtitiam provocare
„ debet, aut temperamentum admittere,

Modestinus libro differentiarum ſexto, ſub titulo de ſcientibus & ignorantibus, generaliter loquitur. Nonnunquam ignorantiam delinquentibus jure civili venia tribui ſolet, ſi modo rem facti quis [4] non juris ignoret, quæ ſcilicet conſilio delinquentibus præſtari non ſolet. Propter quod neceſſarium eſt, addita diſtinctione conſiderare utrum ſciente an ignorante aliquo quid geſtum proponatur. *& reliqua.*

Pau-

1 *Urbe Italia provinciæ Vetica.*) Ant. Oiſelus meus, de cujus eruditione, judicio, rerumque ac juris prudentia ſingulari quicquid dixero minus erit, hunc locum ſic malit legere, *urbe Italica provincia Betica*, quod mihi quidem facile perſuadet, quando. & Italicam Beticæ urbem eſſe vel ex Ptolemæo conſtat, & provincia, atque adeo Italia & urbe interdicere delicto gravius non immerito videatur. Scio tamen non defuturos qui lectionem ſcriptam magis probent, quam etiam confirmat. *l. 1. §. 1. D. de effract. & exp l.*

2 *Recte Egn. Taurine.*) Vet. *Recte & Taurine.*

3 *Refert enim.*) Sunt igitur illa Divi Hadriani in *l. 5. §. ult. D. de pœnis.* unde & hic lubentius ita legerim. *Et ſane diſtinctio hæc pœnam aut juſtam provocare debet.* Juſta, id eſt legitima, alioqui juſtitiam, quç cum æquitate conjungitur non recte ſtricti juris temperamento opponemus *l. placuit. C. de judic. l. 31. §. 1. D. depoſiti* Gratiæ fortaſſe rectius, ut in *l. 17. §. pen. D. ad leg. Iul. de adulter.*

4 *Rem facti quis.*) Vet. ex. *rem pacto.* hoc vult, factum non jus.

1 Ge-

PAULUS libro & titulo quo ſupra. Qui telum tutandæ ſalutis causâ geret [1], non videatur hominis occidendi cauſa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, ſed omne quod nocendi causa portatum eſt.

TIT. II.

DE ATROCI INJURIA.

Moyſes dicit.

SI autem contenderint [1] duo viri, & percuſſerit alter alterum lapide aut pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in lectulo, & ſi ſurgens ambulaverit homo foris [2] in baculo, ſine crimine erit ille qui eum percuſſerat: Præter acceſſionis mercedem [3] dabit ei & medico inpenſas curationis.

ULPIANUS libro regulari [4] ſub titulo De injuriis.

1 *Geret*) Vet. ageret. Extat in *l. pen. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Sed nec moribus noſtris qui occidendi hominis cauſâ telum gerit, utique homicidii pœna punitur: & hac parte lex Cornelia in uſu apud nos eſſe deſiit, ut poſteriorum temporum Doctores recte annotarunt.

Ad TIT. II.

1 *Si autem contenderint*) Extat apud Moyſem Exod xxr.

2 *Homo foris*) Vet. *fortis*.

3 *Acceſſionis mercedem*) *Ceſſationis*. hæc vero interpretationem recipiunt ex *l. ultim. D. de his qui deie. vel effud. & l. 3. D. Si quadrup. paup. fec. dic.*

4 *Ulpianus libro regularis.*] Sic vetus exempl Ego vero non dubito quin & hæc ipſa & alia quædam hujus Ecclogæ ſint ex libro ſingulari Regularum Domitii Ulpiani, cui etiam antea ſemper adſcripſi titulos illos qui Jo. Tilii immortali beneficio ante annos aliquot editi ſunt. Movit me præter ſcribendi rationem, quod cum in Pandectis noſtris duo tantum capita ex eo libro reliqua eſſent, nempe *17. de Teſti. & 25. de oblig. & actionib.* illud quidem totidem verbis inter iſtos Titulos legitur, alterum cur non extet cauſa in promptu eſt, cum & titulus ipſe deſideretur, ut & alios plures non fruſtra deſiderari hæc collectio indicat, ex qua etiam quoſdam ſupplere, quoſdam rectius emendare eſt. Sunt igitur illi Tituli ex corpore non omnium Ulpiani ſcriptorum, ſed ex corpore libri ſingularis Regularum, ut & Æmilii Papiniani ſententia unica ex ipſius corpore, id

riis. Injuria ſi quidem[1] atrox, id eſt gravis rerum non ſine judicis arbitrio æſtimatur. Atrocem autem æſtimare ſolere Prætorem, * atque colligi[2] ex facto, ut puta ſi verberatus vel vulneratus fuerit. *& reliqua.*

Papianus[3] libro definitionum ſecundo ſub titulo De judicatis. Per hominem[4] librum noxiæ dedi-

eſt ex libro ſingulari Reſponſorum collecta, quæ ıanquam purpuræ lumen centonem illum Gothicum in fronte deturpat magis quam honeſtat.

1 *Injuria ſiquidem*) Hæc pertinent ad injurias rerum, id eſt quę re fiunt membro rupto vel oſſe fracto, & ad honorariam earum pœnam de qua in *§. pœ.a inſtit. de injur.*

2 *Adque colligi*) An *idque collegi ex facto*, quod verius eſt. Ex facto autem dicit quia de illis injuriis loquitur quę re fiunt, ut proxime monuimus. Nam & injuriarum atrocitas ex aliis etiam circumſtantiis æſtimatur.

3 *Papianus.*) Sic in vetuſtiſſimo exempl conſtanti fide ſcriptum eſt. Sic & in Aniani Breviario. Sane à Græcis non niſi Papinianus ſcribi ſolet, & ab ipſo Juſtiniano *Nov. 4. & 108.* à Latinis frequentius Papinianus dicitur.

4 *Per hominem*) Certum eſt jure P. R. filiios familias noxæ dedi potuiſſe, nec eos modò ſed & filias *§. ult. Inſt. de nox. act.* Ea fuit patriæ poteſtatis anctoritas, quam & Papiani temporibus eo uſque valuiſſe hic locus indicat. Cujus etiam juris veſtigia quædam reliqua ſunt in Pandectis. Unum hic indicaſſe ſufficiat in *l. 3. §. Si eum quu. D. de liber. hom. exhib.* De his verò & illa circa propria ac differentia ſubtilitas, quam ut magnam Quintilianus proponit de addictis, ſervine ſint an liberi. Ego quidem ſervire utroſque dixero, nec impari multum jure *l. 33. & ſeqq. D. nox. act.* Neutros tamen ſervos dixere, ut nec eum qui redemptus ab hoſtibus, redemptionis pretium nondum exſolvit. *l. 2. C. de poſtlim. reverſ.* Sunt vero hæc inter ſe longe diverſa & in ſervis etiam ipſis ſæpe diſtinguuntur. *l. 27. §. de eo D. ad l. Iul. de adul. l. 18. D. de nox. act. l. 24. de uſufr. leg.* Nam & è contrario ſervi ſunt quidam revera, nec tamen ſerviunt: & aliud eſt liberum, aliud in libertate eſſe, ut recte Quintilianus diſſerit *declam. 340. & 342.* Tanta eſt rerum verborumque differentia in cauſa libertatis. Hujuſmodi ſunt jure novo Coloni *de Colon. Thrac. in legibus Longobardorum Aldii l. 4. de prohib. alien. ſer.* & jure noſtro qui manus mortuæ dicuntur. Sed placet exemplum veteris juris nou uſquequaque vulgare, quod me decuit auctor ille Regularum, quem Puteano noſtro deberi dixi. Apud veteres inter amicos manumiſſi, ſerviendi tantum metu dimittebantur, manebant ſervi, & manumiſſores audebant eos in ſervitutem denuo per vim ducere. Ideoque recta Maſſenio ſervus apud Plautum in Menæch. intur amicos manumiſſus. *Melıore*, inquit, *opus eſt auſpicio, liber perpetuo ut ſiem.* Interveniebat Prætor & non permittebat ſervire. Poſtea habuerunt propriam quandam liberttatem ex lege Junia quæ ex

æquavit

deditum ſi tantum adquiſitum ſit quantum damnum dedit, manumittere cogendus eſt à Prætore qui

æquavit eos Latinis colonariis (quos ego ad novum jus Latii refero. Nam & vetus fuiſse aliud Servius notat, & illæ ſingulares litteræ apud Valeriun Probum confirmant, C. L. P. R.) effecitque liberos, negato tamen ultimæ voluntatis arbitrio, ut Salvianus Timothei nomine ſcripſit *lib. 3, ad Eccl. Cathol.* & probat. *l. 1. C. Th. de petitione hered.* & Gajus *lib. 1, Inſt. qua de re alibi plenius.* Ita poſt legem Juniam inter amicos manumiſſi, nec ſervi ſunt, ſed libertini: non juſtæ tamen nec ſolidæ libertatis, ut & Seneca in libr. de beata vita ſignificat, Denique ſervorum liberi & liberorum ſunt ſpurii, ut ait *l. 1. C. Th. ad S.C. Claud.* Ergo ut ad rem redeam liber homo noxæ deditus ſervit, & ei adquiritur qui deditũ accepit. Verum ſi tantum adquiſierit quantum damnum datum eſt, liberatur, cogiturque is qui deditum accepit, ipſum manumittere. Cogitur autem à Prætore: ſed fiduciæ, inquit, judicio non tenetur. Quid eſt hoc? An ſignificat fiduciæ judicio non poſse cogi manumittere, cum videri poſset hoc ab initio quodammodo actum per fidem taciti contractus, ut litis æſtimatione accepta deditum dimitteret: quemadmodum ſervatur in eo qui ſuis nummis redimitur *l. 3. D. de obſequ. parent. vel patron. præſtant. l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.* ſed auxilio & officio Prætoris id fieri, ut de ſervo Iuſtinianus paulo dilucidius ſcripſit in *§. 1, Inſtit. de nox. act.* An vero quia manumiſſionem liberi hominis præcedit mancipatio, in qua fiducia interponi ſolet; (ex parte quidem emptoris aut revendendi remancipandique, aut etiam interdum manumittendi: ex parte vero mancipantis de indemnitate fiduciarii ob impenſas ipſius actus, vel etiam ob actiones noxales, certaſque ejus generis quibus alioqui ex perſona liberi hominis teneri poſſet) hoc potius Papinianus ſignificat, eum qui ſibi noxæ deditum manumittit fiducia non teneri, quia non ſponte manumittit: ut nec alias qui facto alterius coactus vendit, de evictione teneri ſolet, niſi ex ſuo facto? Sed hoc fortaſſe ſubtilius eſt. Illud non minus. An filiusfam ita manumiſſus, in patris naturalis poteſtatem recidat, ſiquidem legi XII. tab. trina mancipatione ſatisfactum non eſt. Nam ſane accepto pretio vendere non minus eſt, quam aut non defendere, aut noxæ dedere, & eſt quod hic filio magis ob noxiam imputetur. Ita fruſtra quæratur hoc caſu, an is qui noxæ deditum auxilio Prætoris manumittit, jura ſibi legitimæ ſucceſſionis adquirat, quod forſan non fruſtra quæri videretur in cæteris liberis qui una manumiſſione ſui juris fiunt, ſi per omnia liberorum hominum manumiſſores patronis exæquarentur, & non edicto Prætoris enumeratæ eſſent certæ perſonæ. Et hic profecto neque gratuitum neque revera; beneficium præſtat, cum cogi poſſit, & nihil amplius quam operam ſuam vel invitus accommodat, quaſi precio recepto ſartaque noxa *l. ult. D. obſeq. parent.* Hæc ſunt ejus juris quod ille apud Gellium cum lance & licio evanuiſſe dicit, cujus tamen cognitio quanti ſit momenti in cæteris partibus, ii demum intelligunt qui rivis & caſtellis ita utuntur ut fontes ipſos non negligant.

1 *Ræ-*

qui noxæ deditum accepit, ſed fiduciæ judicio non tenetur.

Ulpianus libro xix. ad edictum ſub titulo, Si fatebitur injuria occiſum eſſe in ſimplum. *& cum diceret.* Rupisse [1] eum utique accipiemus qui vulneraverit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cedit, vel telo cum aliovis genere cederit hominis corpus, * vel tumo rem fecerit, vel ita demum ſi damnum datum eſt. De cetero ſi in nullo ſervum pretio viliorem deteriorémve fecerit, ad Aquiliam ceſſat, injuriarumq; erit agendum. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior factus ſervus, verùm ſumptus in ſalute ejus & ſanitate facti ſunt, in hæc nec mihi videtur damni. * Aquilia lege poſſe.

Paulus libro ſingulari [2] & titulo de injuriis. Generaliter dicitur injuria omne quod non jure fit. Specialiter alia eſt contumelia quam Græci. * ʼΑΔΙΚΙΑΝ vocant Nam cùm Prætor noſter adverſum nos pronunciaret, injuriam nos accepiſſe dicimus. Unde apparet non verum eſſe quod Labeo [3] putabat, apud Prætorem injuriam ΥΒΡΙΝ duntaxat ſignificare. * Communem omnibus enim juris eſt, quod ſemper adverſus bonos mores fit, idque

1 *Rupiſſe.*) Extant hæc in *l. 24. §. rupiſſe. D. ad l. Aquil.* ſed verbis aliquantulum mutatis: ac vereor ne illa etiam quæ ſequuntur, *Aquilia enim eas dètaxat ruptiones quæ damna dant, perſequitur* (ſic enim reponendum arbitror) non ſint Ulpiani. Sane nec ea collector hic agnovit, qui alioqui continua dividere, aut diviſa continuare non ſolet.

2 *Paullus libro ſingulari.*) Quonam? De injuriis. Sic ſequentia utcunque ſuadent. Atque nullus hoc titulo liber Paullo tribuitur in eo indice qui Pandectis præfixus eſt, in quo alii quidam notantur ex quibus nihil deſumptum legimus. Et tamen hunc ipſum habuere compoſitores qui hæc ad verbum tranſtulerunt in ſuas Inſtitutiones ſub tit. De Injuriis, quem eum hoc loco conferre cuilibet, licet, & ex eo quod hic deeſt, ſupplere. Quod autem ſequitur, ſic fortaſſe non male reſtituetur. *Commune enim omni ei nomen injuriæ eſt*, quod & Franciſco fratri chariſſimo ſuboluit.

3 *Labeo*) *l. 15. D. injuriis.*

1 *Qui*

idque non fieri alicujus intereſt. Hoc edictum ad eam injuriam pertinet quæ contumeliæ cauſa fit. Fit autem injuria vel in corpore, dum cedimur: vel verbis, dum convitium patimur: vel cum dignitas læditur, ut cum matronæ vel prætextatæ comites abducuntur. Injuriarum actio aut legitima eſt; aut honoraria, legitimi ex lege duodecim tabularum, qui injuriam [1] alteri facit quinque & viginti ſeſtertiorum

1 *Qui injuriam.*] hæc ſunt verba legis ipſius XII. tabul. in quæ ſibi quiſque pro arbitrio licere exiſtimet. Quod ſequitur de ſervo & libero, valde corruptum obſcurumque eſt. Ego pertinere cenſeo ad illud legis caput quod de gravioribus injuriis fuit, quarum æſtimatio hactenus fruſtra quæſita hinc fortaſſe non male diſci poterit. Nam omnes quidem hujuſmodi injurias non eſſe talione vindicatas; vel unus A. Gellii locus arguit, apud quem cum Phavorinus dixiſſet. *Nonne tibi quoque videtur eſſe dilutum, quod de injuria punienda ſcriptum eſt*, SI INJURIAM ALTERI FAXIT XXV. ÆRIS POENÆ SUNTO? *Quis enim erit tam inops quem ab injuria facienda libidine* (ſic legendum ex veteribus libris) XXV. *aſſes deterreant?* reſpondet noſter Africanus non omnes injurias iſtis aſſibus quamvis librariis vindicatas. *Sed injurias* (inquit) *atrociores ut de oſſe fracto, non liberis modo, verum etiam ſervis factas impenſiore damno vindicarunt; quibuſdam autem injuriis talionem quoque impoſuerunt.* Fuit vero & alius ejuſdem legis articulus de injuriis, quo capite vindicabatur ſi quis carmen condidiſſet, quo alteri infamiam flagiriumve faceret. Fuſtis pœna, cujus Horatius meminiſſe videtur, nulla, ut opinor, fuit: & poëticè dictum eſt, cum ſignificare vellet, abſtinuiſſe pœnæ metu, tracta à canibus ſimilitudine, ut & Helenio Acronio ſuboluit. Quin & hiſtriones ipſos immunes verberum Auguſtus ipſe reſponderat, quod Tacitus *lib. 1. Annal.* Tiberium ſequutum refert. Quç ſtatuitur pœna *in l. 5. §. ſi quis D. de Injur.* puratur eſſe ex lege Cornel. Sed eſt magis ex ipſa lege Julia. ex SC. tamen eſſe dicitur in *l. 21. D. de teſtib. l. 18. §. ult. D. qui teſt. fac poſſ.* Lex Cornel. ex trib. cauſis actionem dedit, quæ longæ aliæ ſunt. Sane Arnob. *lib. 4. adv. gentes* ob convitium petulans formam ex edicto dari ſignificat, & veriſſimum eſt. Qui locus revocat mihi in memoriam alium quendam non diſſimilem M. Vellii Paterculi (ſiç enim apud Priſcianum ſcribitur) ex poſteriore volumine qui in B. Rhenani editione ita conceptus eſt. *Primus ille & utinam ultimus* (de Sylla loqnitur) *exemplum proſcriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convitii judicium hiſtoriarum ex alto redditur; in ea jugulati civis Reipublica conſtitueretur auctoramentum; plurimumque haberet qui plurimos interemiſſet, nec occiſi hoſtis quam civis uberius foret præmium, fieretque quiſque merces mortis ſua.* Quid alii ſuppoſuerint referre nihil attinet: ego ſic lubentius legerim. *Petulantis convicii judicium injuriarum ex albo redditur.* Injuriarum nomen generale eſt, & habet ſub ſe ſpecies multas. Nam eſt injuriarum judicium oſſis fracti, & membri rupti, & carminis

tiorum pœna ſubit. Qui os ex genetali fudit liberò trecentos ſervos CL. pœnam ſubitò ſextertiorum.

IDEM PAULUS eodem libro ſingulari, ſub titulo Quemodmodum injuriarum agatur. Qui autem injuriarum in quid aget [1], certum dicat quid injuriæ factum ſit, & taxationem [2] ponat non minorem quam quanti vadimonium [3] fuerit. Certum dicit qui ſuo nomine demonſtrat injuriam, neque ita ut per disjunctionem hoc aut illud accidiſſe comprehendat, ſed ut neceſſe habeat aut unam nomini ſuo rem diſtinare [4], aut plures ita complecti ut omnes eas accidiſſe cogatur probare. Certum autem an incertum dicat, cognitio ipſius Prætoris eſt. Demon-

mon-

minis famoſi. Itaque juridicè loquitur qui dicit, Injuriarum petulantis convitii judicium, ut legis Aquiliæ hominis occiſi &c. & leviorem ſpeciem injurię complexus eſt, quam ſummæ crudelitati opponeret fortaſſe non omiſſurus & ipſius Syllæ legem ſi hanc quoque injuriæ ſpeciem complexa eſſet. Gravius Seneca Cornel. de ſicariis auctori objecit, eum de eadem re ageret in libello de divina providentia. *Videant* (inquit) *largum in foro ſanguinem & ſupra Servilianum lacum* (*id enim proſcriptionis Syllanæ ſpoliarum eſt*) *Senatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa millia civium Rom. uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem trucidata. Quid ergo? Fœlix L. Sylla, quod illi deſcendenti ad forum gladio ſubmovetur? quod capita conſularium virorum patitur oſtendi, & precium cedis per quæſtorem ac tabulas publicas numerat? Et hæc omnia fecit ille qui legem Corneliam tulit.* Quę poſteriora verba ſuadent ut apud Paterculum *Reipublicæ* legam non *Romæ* (quis enim non hoc ſuperesse videat?) ſed è *Publico*: ut reſpondeat illis, *per Quæſtorem & tabulas publicas*. Sed & Paulo poſt ita legendum. *Nec tantum in eos qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſævitum*, adeo perſpicuum, eſt ut probatione non indigeat

1 *Qui autem injuria in quid aget.*) Sic vet malo; *inquit*, ut ad Prætorem referatur. *l. 7. D. eod.*

2 *Et taxationem.*) Eſſe hoc legum verbum Inſtinianus dixit. *No. 12.* Pertinet verò hic locus ad id quod idem ſcribit de æſtimatione injuriam à Prætore permiſſa in *ſ. pœna. Inſtit. eod. tit.*

3 *Quanti vadimonium.*) Si quidem ſatis datio ipſa vel cautio judicio ſiſti certam ſummam continet, nam & interdum ita vadimonium concipitur. *Quanti ea res erit*, de vadimonio etiam in actione injuriarum locus eſt in *l. ſi eum ſ. qui injuriarum. D. Si quis caut.*

4 *Unam nomini ſuo rem deſtinare.*) Non inficior ad hanc veterem Scripturam propius ita legi poſſe. *Unam nomini ſuo rem deſtinare*, ſed illud malim *unam nomine ſuo rem deſignare.*

1 Non

monſtrat autem hoc loco Prætor non vocem agentis [1], ſed qualem formulam edat. Certum non dicit pulſatum, ſi ſit verberatus, ſed & partem corporis demonſtrat, & quem in modum, pugno puta, an fuſte, an lapide, ſicut formula poſita eſt, QUOD AULI [2] AGERII PUGNO MALA [3] PERCUSSA EST. Illud non cogitur dicere, dextra an ſiniſtra, nec qua manu percuſſit. Ita ſi dicat infamatum ſe eſſe, debet adjicere quemadmodum infamatus ſit. Sic enim & for-

1 *Non vocem agentis.*) Vocatio in jus actionis editionem præceſſit, ſequuta eſt ipſa actio litiſque conteſtatio. Imo & in jure ad album plerumque actio edi ſolebat. Itaque rectè Inſtinianus omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſci ait, quæ eſt de in jus vocando, quem & ipſe ordinem in vetere jure digerendo religiosè ſequutus eſt.

2 *Quod Auli.*) Hoc ſuiſſe ſolemne verbum in formulis actionum, & alii notarunt, & hic locus pleniſſime probat. Sic & apud Fab. *lib. 6. c. 8. Colaphum hic ducam, & formulam ſcribam. Quod caput durum habeas.* Exempla ſunt ex libris noſtris præter jam notata in *l. 17. §. 1. D. de in rem verſ. l. 2, D. Quod juſſ. l. 133 D. de verb. ob ig. l. 21. §. ult. D. de negot. geſt. l. 47. de ædilit. edict. . ult. D. ſi quadra. paup. fe. di. l. 26. §. neque D. de de nox. act. l. 1. §. an pater. D. de fur. l. 1. §. ſi is qui novem, & l. 5. D. de exercit. act.* Fuit & in exceptionum formulis uſitatum. Quod præjudicium non ſtat. Quod metus cauſa *Inſtit. de excep.* Quod non vi *l. 1. §. 1. & §. denique l. 7. §. belliſſime. & §. ſeq. D. Quod vi aut clam. l. 1. §. ſunt qui. D. Ne quid in loco publ.* Quod facere poſſim *l. 7. & l. 14. in fine D. de except.* & infra Quod rem ſeſtertiorum &c. Sed & in conceptione ſtipulationum. Quod ego decem credidi. *l. 47. D. de rei vind. l. 42. D. de fidejuſſ. l. 1. §. ſi manumiſero. D. Quar. rer. act. non dat. leg. 8. §. 1. D. de pignerat. act. l 122. §. Flav. l. 135. §. Seia. de verb. obl. l. 15. D. de acceptil. l. 58. D. de rei vind.* Quo pertinent & illa in teſtamentis, quorum exemplum extat in *l. 11. D. liberat. leg.* Unde & apud Ciceronem in orat. pro Quintio illa verba, *ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatudet ex formula. Quod ab eo petat &c.* non modo ad actionis ſed & ad ſatiſdationis formulam referi poſſunt, & melius quidem quam ad edictum ipſum, quamvis conſtet ad exemplum etiam edicti actiones fere conceptas. Illud fortaſſe non uſque adeo obvium, in conceptione formularum non ſemper Cajum Sejumque aut Titium ac Mævium, ſed & Agerium actoris, Nigidium rei nomen ſuſtinuiſſe, cujus moris in acceptilationis Aquilianæ formula reliquiæ extant: & in *l tutor. §. 2. D. de uſur.* Agerio Gajus Sejus conjungitur. Sed de tota ea veteris juris parte expectamus votis multis tractatum quem B. Briſſonius celeberrimum ingenium fori noſtri jampridem pollicetur, cui utinam ea rerum prolatio tandem aliquando volenti eveniat, quem ſumma ipſius eruditio ingeniique ſingularis dexteritas meretur, & ſtudioſorum utilitas expoſtulat.

3 *Mala*] Vet. *mola.*

& formula concepta eſt, QUOD NUMEDIUS NIGIDIUS ILLUM INMISIT AULO AGERIO INFAMANDI CAUSA.

PAULUS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. Cauſa mortis [1] idonea non videtur, cum læſus homo poſt aliquos dies officium diuturnæ vitæ retinens deceſſit, niſi forte fuerit ad necem cæſus, aut lætaliter vulneratus.

DE JU-

1 *Cauſa mortis*] Hęc ſententia indicat jure P. R non fuiſſe certum dierum numerum, ſed hoc totum quæſitoris & judicum arbitrio permiſſum. Pertinet verò magis ad titulum proximum niſi quod libero homine loquitur. Novum vero non eſt in hujuſmodi eclogis eſſe quædam capita fugitiva: qualia multa in libris noſtris Doctor meus adnotavit, quibus & hæc addi poſſunt, *l. 1. & 2. D. de ceſſ. bon. l. 3. D. Qui pet. tut. l. ult. D de loco pub'. l. 4. C. de probat.* Sanè in *l. Labeo, in fin. D. de ſtatulib.* quod ex Pactumeio Clemente traditúr, ad titulum non ſatis pertinet, niſi ex priori dictione repetita ſyllaba cum ſuperioribus conjungatur hoc modo, *dediſſet, & Pactumeius Clemens &c.* At in *l. 5. §. utrum. D. ſi uſufruct. pet.* quod Ulpianus adjecit *non ſervitutem*, quamvis à propoſita quæſtione alienum videatur, ideo tamen adjectum eſt, ne ſententiam Juliani de ſervitute probaſſe argueretur, quod alias fortaſſe amplius exponemus.

Ad

TIT. III.

DE JURE ET SÆVITIA DOMINORUM.

Moyſes dicit.

*SI * quis [1] percuſſerit ſervum aut ancillam virga, & mortuus fuerit in manibus ejus, judicio vindicetur. Quòd ſi ſupervixerit die uno, aut duobus, non vindicabitur. pretium enim ipſius eſt.*

PAULUS libro ſententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis *dicit*. SERVUS ſi plagis defecerit, * niſi id dolo fiat [2], dominus homicidii reus non poteſt poſtulari. Modum enim caſtigandi & in ſervorum coërcitione placuit temperari.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis, ſub titulo De dominorum ſævitia. * Si dominus [3] in ſervum ſęvierit, vel ad pudicitiam turpemque violationem conpellat, quę ſint partes Pręſidis ex reſcripto Divi Pii ad Aurelium Marcianum Proconſulem Bæticæ manifeſtatur: Cujus reſcripti „ verba hęc ſunt. * Dominorum [4] quidem poteſtatem

Ad. TIT. III.

1 *Si quis.*) Exod XXI. hanc vero dierum interpretationem Conſtantinus ſuſtulit in *l. 1. C. de emendat. ſerv.* ut & Zeno in *l. penult. de inceſt. nupt.* à Moyſis lege nonnihil receſſiſſe videri poteſt.

2 *Niſi id dolo fiat.*] Hoc igitur caſu reus erit dominus homicidii: ſed punietur tanquam homicida ſervi, non ut homicida liberi hominis. Punietur autem ex lege Cornelia non ex plebiſcito.

3 *Si dominus.*] Extat & *in l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* & *in Inſtit.* mutatis etiam nonnullis, quæ nihil neceſſe putavimus ſingillatim notare.

4 *Dominorum.*] Non fuerunt ante has Conſtitutiones impunitę dominorum in ſervos injuriæ. Nam Senecæ *lib. 3. de benef. Poteſt*, inquit, *ſervus dare beneficium domino ſi ab eo poteſt injuriam accipere. Atque de injuriis dominorum in ſervos qui audiat poſitus eſt, qui & ſævitiam, & libidinem, & in præbendis ad victum neceſſariis avaritiam compeſcat.* Lege quoque Petronia dominis poteſtas ablata eſt ſuo arbitratu ſervos dandi ad depugnandas beſtias *l. 11. §. ult. D. ad l. Cornel. de Sic.* Sed & apud

Græcos

„ tem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cui„ quam hominum jus ſuum detrahi. Sed domino„ rum intereſt ne auxilium contra ſævitiam, vel fa„ mem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis „ qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de que„ relis illorum qui ex familia Julii Sabini ad ſtatuam „ confugerunt, & ſi vel durius habiti quam æquum, „ * vel infamiæ injuria [1] adfectos cognoveris, veni„ re jube, ut in poteſtatem Sabini non revertantur. „ Quod ſi meæ conſtitutioni * fraudem fecerit, [2] „ ſciet me admiſſum ſeverius exſecuturum. Divus etiam Adrianus [3] Umbram quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaret. Item Divus Pius ad „ libellum Alfi Juli reſcripſit hæc verba. Servorum „ obſequium non ſolum imperio, ſed & moderatio„ ne, & ſufficientibus præbitis, & juſtis operibus „ contineri oportet. Itaque & ipſe [4] curare debet „ juſtè ac temperatè & vos tractare ut & facili requirere

Græcos ſervorum fortunæ humaniter inconſultum Athenæus eleganter oſtendit *libr. 6. Dipn. c. 7.* prolatis in ea rem Hyperidis, Lucurgi & Demonſth. verbis.

1 *Infamiæ injuria.*] Sic vet. & fortaſſe rectè ſi ad impudicitiam referatur.

2 *Fraudem fecerit.*] Veluti ſi cum emptore pactus ſit ut ſervum redhibeat. Theoph.

3 *Divus etiam Hadrianus.*] Spartianus in ejus vita, *Servos*, inquit, *à dominis occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices, ſi digni eſſent.* Divus etiam Marcus domino ſervum accuſare permiſit ut Gajus notat *lib. 1. Inſt. l. ſervos. D. de accuſat. De ſervorum* vero criminibus cognoſcebat Romæ quidem Præfectus urbi, in provinciis Præſides, ut idem auctor eſt, & probat. *l. 1. ſi quis ſervum. & §. quod autem. D. de off. P. V. l. 24. §. ult. D de pig. act. l. 9. D. de manumiſſ.*

4 *Itaque & ipſe.*] Hic locus valde corruptus eſt, & fortaſſe non infeliciter ita reſtituetur, *Itaque & ipſe curare debes juſte ac temperate tuos tractare, ut & facile requirere eos poſſis, ne ſi apparuerit vel imparem te impendiis eſſe, vel atrociorem dominatione ſævitiam exercere, neceſſe habeat Procoſ. V. C. ne quid tumultuoſius contra accidat, prævenire te, & ex mea jam auctoritate ad alienandos eos compellere. Glabrione & omullo Conſ.* Cujus loci emendationem aliquam ex parte Nic. Fabri viri optimi indicio acceptam referre non ingratum eſt.

1 *Re-*

„ rere[1] eo poſſit, niſi apparuerit vel in parente in-
„ pendiis eſſe, vel atrociorem dominationem ſævi-
„ tiam exercere neceſſe habeat Proconſul. v. c. ne
„ quid tumultuoſius contra accidat, prævenire ſe,
„ & ex mea jam auctoritate ad alienandos[2] eos con-
„ pellere. Gravione & Romulo Conſs.

GREGORIANUS libro XIX[3] ſub titulo De accuſationibus. IMP. DIOCLITIANUS & Maximianus Auguſti Aurelio Sacrato militi. Cum ſervum tuum vi ægritudinis graviter oppreſſum fati munus implêſſe proponas, propter immoderatam caſtigationem calumniæ cauſationem emergere, * innotitiæ ratio, cujus fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Dioclitiano A. III. & Ariſtone Conſs.

Explicit Titulus de Dominorum ſævitia cohibenda.

TIT. IV.

DE ADULTERIO.

Moyſes dixit.

Quicunque[1] mœchatus fuerit cum muliere proximi ſui, morte moriatur qui mœchatus fuerit & quæ mœchata fuerit. Quòd ſi aliquis ſeduxerit virginem non deſponſatam & ſtupraverit eam, ducat eam ſibi in uxorem.

1 *Requirere.*) fugitivos ſcilicet.

2 *Ad alienandos.*] Bonis conditionibus, itaque juſto pretio vendere compelletur arg. *l 4. §. 2. D. de in di. addict.* & de evictione cavere: quamvis alias nemo cogatur rem ſuo precio vendere, & qui invitus vendit, de evictione non promittat *l. 8. §. ult. & l. ſeq. D. de act. rer. amot. l. 35. §. petitor. l. 70. D. de rei vindic.*

3 *Gregor. lib. XIX.*) Hic numerus mihi valde ſuſpectus eſt.

Ad TIT. IV.

1 *Quicunque.*] Lev. XX. Deut XXII. Exo. XXII.

rem. Quòd ſi renuerit pater ejus & noluerit eam dare illi in uxòrem, pecuniam inferet patri in quantum eſt dos virginis.

PAULUS libro ſingulari de adulteriis ſub titulo. Brevem interpretationem de adulteris coërcendis facturus per ipſa capita ire malui, ordinemque legis ſervare. Et quidem primum caput legis Juliæ de adulteriis prioribus legibus [1] pluribus abrogat. Secundo vero [2] capite permittit pater filias ſuas quas in poteſtatem [3] habet, ut in ea quæ auctore cùm in poteſtate eſſet viro in manum convenerit, adulterum domui ſuæ generíve ſui deprehenderit in quem eam rem ſocerum adhibuerit, ut is pater cùm adulterum ſine fraude [4] occidat, ita ut filiam in con-

1 *Prioribus legibus plurib. abrogat.*) An *derogat*, ut Ulp. dixit de lege Aquilia, an potius *obrogat*? Nam & ſic apud Livium ubi vulgo ſcriptum legitur lib. 9. *Et quia ubi duæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat nova*, in vetuſtiſſ. exemplari ſcriptum lego, *obrogat*: & apud Lact. *li. 6. div. Inst.* ſic Cicer. ſcripſiſſe alias monuimus, *huic legi neque obrogari fas eſt, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari poteſt.* Verum reperio veteres quoque ita loquutos. Auct. libelli de vir. illuſtr. *Minutio*, inquit, *Ruto Trib. legibus ſuis abrogante*, & paullo poſt de Apuleio Saturnino, *huic legi multis nobilibus abrogantibus.* Ovidius 2. de Triſtib. *Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.* Sed Modeſtinus noſter longe apertius *l. 102. D. de verb. ſignif. Abrogatur legi cum prorſus tollitur.* Itaque veterem Scripturam non temere violandam cenſeo: quamvis, ut verum fatear, & in illis Plinii locis obrogandi verbum lubentitius repoſuerim.

2 *Secundo vero.*] Hoc caput ſic reſtituo. *Secundo vero capite permittit patri, ſi in filia ſua quam in poteſtatem habet, aut in ea quæ eo auctore cum in poteſtate eſſet viro in manum convenerit adulterum domi ſuæ generive ſui deprehenderit, inque eam rem ſocerum adhibuerit, ut is pater cum adulterum ſine fraude occidat, ita ut filiam in continenti occidat.* Quod ait, *inque rem eam ſocerum adhibuerit*, videtur pertinere ad filiam quę eo auctore cum in poteſtate eſſet, viro in manum convenit. Cujus juris quod jam in manum conventio evanuiſſet, nulla ſunt, quod ſciam, in hoc tractatu apud Juſtinianum veſtigia. Nam quod Ulpianus ait in *l. 23. §. 1. D. eod.* ad priorem illam capitis partem non pertinet.

3 *Aut, in poteſtatem.*) Sic. vet. atque ita etiam M. Tullium locutum Gellius auctor eſt *lib. 1. cap. 7.*

4 *Sine fraude.*) Sine periculo, impune, ut ex jure Servius notat, qui & illud addit ad XI. Aeneid. in optimo libro meo, Fraudem veteres pœnam vocaſſe ab eo quod præcedit id quod ſequitur: citatque hoc

continenti occidat. * Invidia autem [1] filiæ qui adulterum deprehenſum occiderit, & in continenti filiam, licito jure hoc factum Marcellus libro XXXI. Digeſtorum ſcribit. Auctoritate quoque [2] pater poſſe interficere vel Conſ. verum vel patronum ſuum in filiam adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. Sed ſi filiam non interfecerit ſed ſolum adulterum, homicidii reus eſt. Si ex intervallo [3] filiam interfecerit, tantundem eſt, niſi perſequutus interfecerit. Continuationem enim animi videtur legis auctoritate feciſſe.

Idem Paulus eodem ſingulari libro & titulo. Certæ autem enumerantur perſonę, quas viro liceat occidere in adulterio deprehenſa uxore, quamvis uxorem non liceat. Ergò ſecundùm leges [4] viro etiam

hoc M. Tullii ex Cornelianis. *Ne fraudi ſit ei qui populum ad concionem vocarit*, quod in editis exemplaribus fruſtra quæretur.

1 *Invidia autem.*) Sic vet. libr. Sed nemo non fateatur ſic ſcriptum à Paulo, *In vidua autem.* Quod ſi verum eſt; ſanè fateamur in occiſionem filiæ viduæ patrem habuiſſe jus præcipuum, ſiquidem & hoc jus ſic rectè exprimitur. At in accuſationem filiæ viduæ non habet pater jus præcipuum *l. 22. §. 1. D. eod.* Jus vero prçcipuum in eo etiam eſt ut intra ſexaginta dies voluntas expectetur, nec ulli alii interea agendi poteſtas fiat *l. 14 §. 2. D. eod.* itemque ut jure patris accuſans non facile calumniæ pœna adficiatur, qua de re mox dicetur.

2 *Auctoritate quoque.*) Legi poteſt, *Auctoritate quoque paterna*, poteſt & ſic, *Auctoritate quoque legis patrem poſſe interficere vel Conſularem vel patronum ſuum ſuam filiam.* Pertinent vero hæc ad interpretationem eorum verborum. *Eum adulterum:* circa quæ & idem olim ex ſententia legis quæſitum eſt. Sed verba ipſa conditionem adulteri non diſtinguunt *l. 24. §. 1. D. eod. tit.* Papiniano quidem in patronum durum viſum eſt *l. 38. §. penult* forſan quod ad jus mariti attinet, cujus impetui & calori minus lex conceſſit quam paterni nominis pietati. Atque hæc quidem ita temperari poſſunt. Placet tamen Cl. Puteani conjectura qui hunc locum ſic potius emendat. Vel *Conſularem vel Prætorem ſi eam in filiam adulterum deprehenderit.*

3 *Si ex intervallo.*) Vet. libri ſcriptura hæc eſt: *Sed intervallum filiam int. i. e. niſi perſequatur illum interfecerit. Continuationem enim animi videtur legis auctoritatem feciſſet.* Huc pertinet *l. 23. §. ult. & l. 32, D. eod.* Auctoritate legis dixit ut & Alexander in *l. 4. C. eod. tit.*

4 *Secundùm leges.*] Ex legis Juliæ verbis quæ filiumf. maritum ab eo qui ſui juris eſt non ſeparant. *l. 6. §. 2.*

iam domi ſuæ deprehenſum adulterum interficere ſervum,[1] & eum qui auctoramento rogatus [1] eſt ad gladium, vel etiam illum qui operas ſuas ut cum beſtiis pugnaret, locavit. Sed & judicio publico damnatum licere interficere in adulterio deprehenſum, vel libertinum vel ſuum vel patronum, & tam civem Romanum quam Latinum. Sed & patris & matris, filii & filiæ libertum permittitur occidere: quo loco & deditius [2] haberetur. Debet autem profiteri apud eum cujus juriſdictio eſt eo loco ubi occidit, & uxorem dimittere. Quòd ſi non fecerit, inpunè non interficit. Sciendum eſt autem Divum Marcum & Commodum [3] reſcripſiſſe, eum qui adulterum illicitè interfecerit, leviori pœna puniri. Sed & Magnus Antoninus [4] pepercit [5] eis qui adulteros

1 *Auctoramento rogati.*) De auctoratis alibi diximus. Sed queri poſſet unde origo verbi. Ego ad illud Plutarchi problema lubens refero cujus & ſuperius meminimus, ut ne viderentur privato jure contra fas arma tractare, ſacramento quodam & religione in eam rem auctoratos eſſe.

2 *Quo loco & deditius.*) Si de libertino dediticio accipias, fruſtra adjectum videbitur. Ego deditium potius accipio liberum hominem noxæ deditum, cujus inter ſervos & libertos media quædam conditio eſt. Et videntur veteres juris auctores nomen ab eodem fonte ſic variaſſe ambiguitatis diſcernendę gratia. Quod & in aliis factum Soſipater notavit in Grammaticis.

3 *Divum Marcum & Commodum.*) l. 38 §. Impp. D. eod. tit. Illud non erit alienum hoc loco annotare, quod Divi Marci & Commodi reſcriptum extat in *l. 14. D. de off. praeſ.* Divis fratrib. paſſim tribui *l. 13. §. ult. D. & l. penult. D. de lege Pomp. de parricid.* Nam & verus Commodus dicebatur, ſed hic Commodus M. F. exaudiendus eſt.

4 *Magnus Antoninus.*) Caracalla, qui corpore Alexandri Macedonis conſpect. Magnum atque Alexandrum ſe juſſit appellari.

5 *Pepercit.*) Sic & Ulpianus dixit ignoſci marito in *l. 2. §. ſi maritus. D. de SC. Silan.* At ego à D. Pios ultimum quidem ſupplicium remiſſum, pœnam tamen inrogatam video, ſed molliorem *d. l. 38. & l. 1. §. ult. D. ad leg Cornel. de Sic* Et hoc quoque parcere atque ignoſcere eſt. Tandem vero ferrum maritis in omnes porrectum eſt Novella conſt. Majorani de adulteriis, quam & plerique omnes populi adprobarunt. Cujus juris veſtigia quædam notaſſe memini inter ea fragmenta quæ diſcordantium canonum Concordiæ nomine Gratinus collegit 33. q. 2. can. Inter.

1 Qui

teros inconſulto calore ducti interfecerunt. *& reliqua.*

IDEM PAULUS eodem libro ſingulari & titulo, Jure [1] mariti & patris qui accuſat, poteſt & ſine calumniæ pœna vinci: ſi jure extranei accuſat, poteſt calumnię [2] pœna puniri, ſed tantum poſt duos menſes.

1 *Qui jure.*) Jure mariti ſine calumnia vir accuſare poteſt, *l. 37. D. de minoribus*. Notandum eſt quod ait, *poteſt*. Nam & poteſt calumniæ pœna victus adfici. Et hoc eſt quod dicitur, Jure mariti accuſantem calumniæ periculum non evitare, & ſine periculo calumniæ non poſſe agere, *l. 4. §. ult, & l. 3. D. ad leg. Iul. de ad.* videlicet ſi evidens ejus calumnia apparuerit. Verum non facilè ei hoc jure accuſanti calumniæ pœna irrogabitur, ut fit in eo qui jure publico accuſat. *l. 15. §. lex. D. eod. l. 2. C. Qui accuſar. non poſſ.* Sic hæc *διαφορία* temperanda eſt.

2 *Sine calumniæ pœna.*] Calumniatoribus ſive ex lege Remmia ſeu qua alia frontem inuri ſolitam conſtat. Sed quæ fuerit illa litera jam diu quæſitum eſt, de quo nihil habeo certius quam quod Julianus in Antiocho ſic ſcribit, *εἶπε, ὡς ἐκ τοῦ πώγωνος μου πλέκειν δυσχοίνια καὶ ὅτι πολεμῶ τῷ χῖ. πόθος δὲ ὑμᾶς εἰσῆλθε τοῦ κάππα, καὶ ὑμῖν γε οἱ πολιοῦχοι τῆσδε τῆς πόλεως θεοὶ διπλοῦν δοῖεν, ὅτι πρὸς τοῦτο καὶ τὰς ἀστυγείτονας ἐσυκοφαντήσατε πόλεις ἰσούχους καὶ ὁμοδούλους ἐμοί.* Quod ſi quis putet Grçcorum eſſe illud K dicat & veteres Romanos Kalumniam ſcripſiſſe non calumniam, & hac quoque litera pro ſingulari uſos cum idem ſignificare vellent, hoc & Terentius Scaurus, & Velius longus, & Diomedes de Orthographia tradidere, ſed potius ad Julianum Iſidorus lib. 1. Eth. de notis juridicis differens, per duo KK. calumniæ cauſa ſignificari ſcribit. Fabius quoque lib. 1. Inſtitut. ipſam nominum notam eſſe ait. Et quando totus ille Fabii locus mirum in modum deformatus eſt, operę precium fecero, hic eum integriorem adſcripſero. K. inquit, *& ipſa quorundam nominum nota eſt & Q cujus ſimilis effectu ſpecieque, (niſi quod paullulum è noſtris obliquatur) Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet, & noſtrarum ultima quadam carere potuimus quam Pſi non quærimus.* Quæ ſi quis cum impreſſis conferat, facilè intelliget quid nos in eis reſtituendis cum ex veterum librorum ſcriptura, tum ex non incertis conjecturis præſtiterimus. Sed quid vetat & Velii locum ex Puteani noſtri codice adjicere? Eſt enim ſanè quam elegans, necdum, quod ſciam, integre à quoquam editus. Sic igitur Longus. *Hinc ſuperſunt ex multis K. & C. & Q. de quibus quæritur an ſcribentibus ſint neceſſaria, & qui K. expellunt, notam dicunt eſſe magis quam literam, qua ſignificamus Kalumniam, Kaput, kalendas, hac eadem nomen Cato notatur: non magis igitur in numero literarum eſſe oportet, quam illam notam 7. qua Centuria, & quam Ↄ. converſum quo Caia ſignificatur, quod notæ genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris oſtenditur. Cajas enim generaliter a ſpicis omnes mulieres accipere voluerunt.* Ubi pro *Catonis*, *kæſonis* nomen ex Scauro reponendum eſt. Sed & illud, *Aſpicis*, vereor ne non pro *Auſpices* ſcriptum ſit. Pertinet enim is locus ad veterem nuptiarum ritum

 quo

ſes. Intra quatuor menſes utiles expertus, licet talis ſit qui alias accuſare non poſſit, ut libertinus[1], aut minor[2] viginti quinque annorum, aut infamis, tamen ad accuſationem admittitur, ut & Papianus libro xv. ſcripſit.

PAPIANUS libro xv. reſponſorum ſub titulo ad legem Juliam de adulterIs. Civis Romanus qui ſine connubio[3] ſibi peregrinam in matrimonio habuit, jure quidem mariti eam adulteram non poſtulat, ſed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem ſeſtertiorum triginta millium aut filium

quo auſpicibus adhibitis Cajus Cajam ducebat, & veriſimile eſt quod Plutarch. *ἐν αἰτίοις* ſcribit, *εἰσαγοντας τὴν νύμφην*, hæc verba præeuntes ſuggeſſiſſe. *Ubi tu Cajus ego Caja*, ad auſpices eſſe referendum. Sane Fabius cum de Cajæ nota idem tradidiſſet, ſubjecit. *Quia tam Cajas vocitatas eſſe quam Cajos ex nuptialibus ſacris apparet*. At nos jam paulo longius quam par fuit fortaſſe excurriſſe videbimur: nulla tamen homini ſtudioſo diſcendi occaſio importuna eſſe ſolet, & nobis hoc ſaltem luxu interdum genio indulſiſſe, condonabitur.

1 *Ut libertinus*.] Patronum ex lege Julia publicorum *l. 8. in fine D. de accuſat.* vel quemlibet ſi rem ſeſtertiorum triginta milium, aut filium non habeat, ut proximo reſponſo continetur.

2 *Aut minor*.] Hoc eſt ex verbis legis ipſius Juliæ de pudicitia *l. 15. §. ex Julian. D. eod.*

3 *Qui ſine connubio*.] Connubium eſt jus legitimi matrimonii, ut rectè Servius definit. Itaque cum peregrino connubium non eſt. Seneca lib 4. de benefic. *Promiſi tibi filiam in matrimonium: poſtea peregrinus apparuiſti. Non eſt mihi cum extraneo connubium.* Itaque jure mariti peregrinus non accuſat, ſed accuſat tamen jure quodam hominum *κατὰ ἐξ ὁμολογίας*, ut Africanus eleganter ex Homero arguit in *l. 13. §. 1. D. eod.* nec ei opponetur infamia, quæ alias juſta fuit exceptio etiam in civilibus cauſis, *§. ult. Inſtit. de except. non hæc*. Quod libertinus rem HS. XXX. aut filium non habeat, quę una fuiſſe videtur, ex iſtis præſcriptionibus legis Juliæ de adulteriis & maritandis ordinibus, de quibus in *l. 15. §. penul. D. hoc tit.* aut fortaſſis etiam legis Juliæ & Papiæ quod ad filium attinet. Nam privilegia liberorum ex illis ferè ſunt legibus. *l. 2. D. de minorib.* Denique nulla præſcriptio objicitur ſuam injuriam vindicanti. Immo & hodie ceſſant omnia illa præſtigia verſuti juris, ut ait *l. 28. & l. 32. C. hoc tit.* Eſt & de pręſcriptionibus ex lege Julia locus in *l. 5. D. de accuſat.* ubi hæc verba *Præſcriptione utetur*, ſic accipio, utetur exceptione mulier. Ne in præjudicium ſervus aut accuſetur aut torqueatur, *l. 33. D. ad leg. Jul. de adult.* in qua idem omnino reſcriptum referri exiſtimo. Cui conſequens eſt eo caſu à muliere nupta initium accuſationis fieri.

1 In

lium non habuit, propriam injuriam perſequenti.

Paulus libro ſingulari & titulo quo ſupra. In uxorem adulterium [1] vindicatur jure mariti, non etiam ſponſam Severus quoque & Antoninus ita reſcripſerunt.

Papianus libro ſingulari de adulteriis [2]. Quærebatur an pater emancipatam filiam jure patris accuſare poſſit. Reſpondit. Occidendi quidem facultatem Lex tribuit eam filiamquam habet in poteſtatem, aut eo auctore [3] in manum convenit: ſed accuſare jure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

Papianus. eodem ſingulari & titulo. Cùm patri lex Regia [4] dederit in filiam vitæ neciſque poteſta-

1 *In uxorem adulterium*) Vet. ex. *adulterum*. Sane de ſponſa quæſtio eſt, quæ ſimplicius ita definietur: In ſponſam adulterium jure mariti vindicare non poſſe ex lege Julia quæ de uxore & nupta loquitur: Divi tamen Severus & Antoninus reſcripſerunt etiam hoc vindicandum, & ex hoc reſcripto quaſi ſponſa jure quoque præcipuo accuſatur, *l. ſi uxor. §. Divi, junct. §. ſi minor. in fi. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Atque ita intelligenda videtur *l. 9. C. eod. tit.*

2 *Papinianus libro ſing. de adulter.*) Hic liber continuit reſponſa quæ ad legem Juliam de pudicitia pertinebant. Sed & alios Reſponſorum libros Papinianus ſcripſit de variis conſultis.

3 *Aut eo auctore.*) Vet. lib. *aut eum auctorem*. Ergo non qui jure præcipuo accuſare poteſt, & occidere poteſt. Sed nec qui occidendi jus habet, jus præcipuum in accuſationem habet, ut in vidua dictum eſt. Cæterum hic locus arguit, emancipatam filiam jure patri accuſari poſſe, quamvis vidua non poſſit. Scævola tamen cum de jure patris ageret, eam poſuit quæ in poteſtatem eſſet *l. 14. §. pen.* vetum in his quæ ſimul conſiſtere poſſunt, non qui unum dicit & alterum tollit: & eſt Muciani ingenii de jure aperto præciſe ad propoſitum reſpondere. ut in *l. 34. §. ult. D. de pignorib.* ſi modo Florentina ſcriptura retineatur.

4 *Cum patri lex regia.*] Atqui jus patriæ poteſtatis moribus receptum dicitur *l. 8. D. de his qui ſunt vel ſui vel al. jur.* Sed non eſt novum quæ veteribus primum legibus introducta ſunt, moribus adſcribi, maximè cùm de utendi ratione agitur, quæ tota ex moribus pendet. Sic & ſubſtitutio pupillaris, quę jure poteſtatis fit, moribus fieri dicitur. Sic furioſis & prodigis ex XII. tab. curator datur, at moribus fit interdictio, quę & ipſa ex lege XII. tab. fieri dicitur. Et ſanè quędam ſunt jura patriæ poteſtatis, quę non tam ex verbis ipſis legis, quam ex interpretatione

teſtatem, quod bonum fuit[1] lege comprehendi, ut poteſtas fieret etiam filiam occidendi, vellem mihi reſcribere, nam ſcire cupio. Reſpondit. Numquid ex contrario præſtat nobis argumentum hæc adjectio ut non videatur lex non habenti dediſſe, ut[2] videatur majore æquitate ductus adulterum occidiſſe, cùm nec filiæ pepercerit.

IDEM. Si pater qui adulterum occidit, & filiæ ſuæ pepercit, quæro quid adverſus eum ſit ſtatuendum? Reſpondit. Sine dubio iſte pater homicida eſt. Igitur tenebitur lege Cornelia de ſicariis, Plane ſi filia non voluntate patris, ſed caſu ſervata eſt, non minimam habebit defenſionem pater, quod fortè filiam[3] * Nam lex ita punit homicidam ſi dolo malo homicidium factum fuerit. Hic autem pater non ideo ſervavit filium quia voluit, ſed quia occidere eam non potuit.

PA-

tione & auctoritate prudentium quaſi per conſequentiam, aut ex plurium annorum obſervatione tacito populi conſenſu obfirmata manarunt. At poteſtatem ipſam vitæ neciſque in liberos ex lege Regia eſſe hic locus apertè confirmat. Quod & Dionyſ. Halicarnaſſ. tradit, & Ulpianus noſter in XII. tabulas tranſlatum teſtatur, ut pleraque alia ex Regum legibus. Fruſtra vero Papiniano hæc quæſtio propoſita fuiſſet, ſi non idem quoque jus eo tempore obtinuiſſet. Quod ſi verum eſt, & Tribonianus pro præſenti præteritum tempus ſuppoſuit in *l. ſuu D. de lib. & poſth. hær. inſt.* Sane quidem ſub Auguſto exemplum eſt judicii paterni & domeſtici in filium cujus & ipſe princeps pars fuit, apud Senecam lib. 1. de Clem. ut non immerito idem auctor parentes magiſtratus domeſticos appellarit *lib. 2. de benef.*

1 *Quod bonum fuit.*) Sic etiam ſcriptum eſt *in l. 3. & l. 10. D. de bon. poſſ. con. tab. l. 13. §. aliquando D. ad SC. Vell.*

2 *Dediſſe ut.*) Fortaſſe melius, *dediſſe, ſet ut*, Hoc velle videtur Papinian. legem Juliam non tam dediſſe patri jus necis in filiam, quam neceſſitatem impoſuiſſe filiam occidendi, ſi quidem & adulterum vellet occidere, & rectè, *hæc adjectio.* Nam ſi quis verba ipſa legis expendat, hoc maxime agit, ut impune adulterum pater occidere poſſit: adjicit tamen veluti temperamentum quoddam nimii caloris, dum modo filiam in continenti occidat. Non dat igitur lex jus occidendi filiam cum adultero, ſed adulterum potius cum filia, *l. 20. D. eod.* & eſt filia ipſa ut ita dicam, in conditione magis quam in diſpoſitione,

3 *Quod forte filiam.*) Deſunt quędam hujuſmodi, *quod forte filia effugit, aut caſu evaſit.*

1 *Non*

Papianus idem. Si maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de ſicariis indicit, quæro. Reſpondit. Nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur. Quare ea parte contra legem feciſſe eum non * dubitatur non ambigitur. Sed ſi de pœna tractas * non his quæ aliquid ejus honeſtiſſimo calori permittetur, ambigitur [1]. Si dicit non dubitatur, ut non quaſi homicida puniatur capite vel deportatione, ſed uſque ad exitium pœna [2] ejus ſtatuitur.

Item sic. De mancipiis alterius marito vel patre [3] accuſante queſtionem habendam palam eſſe: An idem extraneo accuſatori permitti debeat, quæro. Reſpondit. Poteſt videri ea ratio fuiſſe permittendi iſtis perſonis de ſervis quæſtionem habere, ut diligentius dolorem animi ſui, item injuriam lecti [4] & domus, non tranſlatitiè perſequerentur. Sed quoniam [5] non facilè tale delictum ſine miniſterio ſervorum admitti creditum eſt, ratio eò perduxit, ut etiam extranea accuſante mancipia quæſtioni tormentorum ſubjicerentur à judicibus.

Paulus libro [6] * Sententiarum ſub titulo de adul-

1 *Non dubitantur non ambigitur. Sed ſi deponas.*) Sic vet. legendum videtur, *non dubitatur. Sed ſi de pœna tractas quin aliquid ejus honeſtiſſimo calori permittatur, non ambigitur. Sic dicit, non ambigitur, non ut quaſi, &c.* Hæc autum poſteriora verba videntur eſſe collectoris, vel potius Pauli, aut alicujus eorum qui ad Papinianum notas ſcripſerant, quarum auctoritatem Theodoſius & Valent. infirmarunt in *l. 1. C. Th. de reſponſ. prud.* Iuſtinianus reſtituit adempta etiam Papiniano ſententiæ prærogativa, immemor ipſe judicii ſui quod etiamnum extat in *l. cum acutiſſ. C. de ſi leic.*

2 *Vſque ad exitium.*) Leg. *exilium l. 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. ult. D. ad leg. Corn. de ſic.*

3 *Marito vel patre accuſante.*) Etiam jure publico ſive extranei, ſed hoc eſt ex conſtitutionibus *l. 6. C. eod.*

4 *Injuriam lecti.*) Vet. *lex.* corrupte. Conſtantinus dixit Genialis lecti in *l. 30. C. eod. tit.* ut & alii auctores multi.

5 *Sed quoniam.*) *l. 17. D. de quæſtionib.*

6 *Paulus libro ſent.*) lege *libro ſecundo ſententiarum*, & quæ ſequuntur

adulteriis. Permittitur tam adoptivo quam naturali patri, adulterum cum filia cujuſque dignitatis domi ſuæ vel generi ſui deprehenſum ſua manu occidere. Filius familiæ pater ſi filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis propè eſt ut non poſſit [1] occidere, permittitur tamen etiam ei ut occidat. Maritus in adulterio deprehenſos non alios quam infames & eos qui corpore quæſtum faciunt, ſervos etiam & liberos [2], excepta uxore quam prohibetur, occidere poteſt. Maritum qui uxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc inpatientia juſti doloris admiſit, lenius puniri placuit. Occiſo adultero dimittere ſtatim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri cum quo adultero, & in quo loco uxorem deprehenderit. Inventa [3] in adulterio uxore ita demum adulterum maritus occidere poteſt, ſi eum domi ſuæ deprehendat. Eum qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinii poſtulari placuit. Servi verò tam mariti quam uxoris in cauſa adulterii torqueri poſſunt: nec his libertas ſub ſpecie [4] inpunitatis data valebit.

tur ſic ſupplenda ſunt ex *l. 22. D hoc tit. permittitur tam adoptivo quam naturali patri.*

1 *Prope eſt ut non poſſit*] Et ſic Papinianus reſpondit in *l. 20.* Sed juriſconſultis diverſas inter ſe opiniones tueri conceſſum eſt, ut Fabius quodam loco ait. Atque utinam hæc eadem libertas conſcientiæ & veritatis potius fiducia quam contentionis & gloriolæ ſtudio inter nos conſervetur. Ego ſententiam non divido, ſed à Paulo ſto, atque ita cenſeo: Quando adulterium jure naturæ probrum dicitur, ejus quoque vindictam ex jure potius gentium quam ex ipſis legum verbis æſtimandam. Qua etiam ratione nec dignitatem quidem auctoritate legis Paulus excepit.

2 *Et liberos.*) An *libertos?* Sed exceptio uxoris ad liberos magis pertinet quorum numero & illa habetur quæ in manum convenit. Atque ita Nic. Fabro noſtro videtur viro & doctiſſimo & humaniſſimo, cujus fidei atque amicitiæ multum me debere lubens merito profiteor.

3 *Inventa*) Extat apud Paulum lib. 2. Sentent. ſed corruptior. Quomodo autem reſtituenda ſit, hic locus indicat, in quo tamen mariti verbum fruſtra repetitur.

4 *Sub ſpecie.*) Fortaſſe rectius *ſub ſpe:* quamquam utrumque leviter ferri poteſt.

Ad TIT.

DE STUPRATORIBUS.

Moyſes dicit.

Qui manſerit[1] *cum maſculo manſione muliebri, aſpernamentum eſt, ambo moriantur: rei ſunt.*

Paulus libro * Sententiarum ſub titulo de adulterIs. Qui maſculum liberum invitum ſtupraverit, capite punietur[2]. Qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque inpurum patitur, dimidia parte bonorum ſuorum multatur, nec teſtamentum ei ex majore[3] parte facere licet. *Hoc quidem juris*[4] *eſt, mentem*

1 *Qui manſerit.*) Extat Levit. xx.

2 *Capite punitur.*) An ſit hęc pœna legis Scantiniæ dubitari poteſt: an potius Juliæ de adulteriis, qua etiam in marem ſtuprum vindicatur, ut *&* ea quæ de vi publica eſt ſi per vim ſtuprum illatum ſit *l. 29. §. ult. D. ad leg. Iul. de adult.* Fabius quidem nihil præter decem milium multam ſtupratori minatur, & Plutarchus auctor eſt Capitolinum à Senatu pecunia multatum quod Claudii Marcelli filium de ſtupro appellaſſet: an quod non perpetraſſet, an quod non ſatis convictus videretur, dubitari poteſt. Ad hic ipſe legi nomen dediſſe dicitur; ſive ut Macedo Senatuſconſulto, ſive quod ipſe illam tuliſſet, nec enim novum eſt primum aliquem ſua ipſius lege punitum. Sanè Valerius C. Scantinium appellat, & Tribunum plebis facit: Plutarchus Ædilem collegamque Marcelli, & Capitolinum tantum nominat. Porrò Wiſigothorum legibus hujuſmodi ſtuprum caſtratione vindicatur.

3 *Nec teſtamentum ei ex majore parte.*) Sicut nonnullis pro beneficio datur ut pro parte dimidia teſtamentum facere poſſint, veluti ſervo publico P. R. ita aliis, pro pœna interdicitur ex majore parte bonorum teſtamenti factio. Sunt igitur quidem pro parte teſtabiles, pro parte inteſtabiles. Cujus rei gratiam populus aut princeps facit cum liberam teſtamenti factionem concedit. Quod de ſervo publico diximus unus Ulpianus tradidit, nec alius, quod ſciam, ejus juris auctor hactenus laudatus eſt. Sed videor mihi inter ſenticeta M. Varronis, veſtigia quædam illius notaſſe, verum ita perturbata ut non facilè à quovis agnoſci poſſint. Sic autem lego ex vetuſtioribus ſcripturæ reliquis ſub finem lib. VII. de ling. Lat. *Habent plerique liberti à municipio manumiſſi: in quo ut ſocietatum & fanorum ſervi non ſervaverunt proportionem & rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut à Faventia Faventinus, à Reate Reatinus, ſic à Roma Romanus, ut nominantur libertini à libertis orti, & è publicis ſervis P. R. qui manumiſſi. ante quam ſub magiſtratuum nomine qui eos liberarunt, ſuccedere cœperunt.* Ut ſignificet Varro, quæ analogia eſt inter Roma & Romanus, eandem eſſe videri inter libertus & libertinus, quo nomine temporibus Appii cęci & de-

tem tamen legis Moyſis, Imperatoris Theodoſii conſtitutio ad plenum ſecuta cognoſcitur.

ITEM Theodoſianus, IMP. VALENTINIANUS Theodoſius & Arcadius Auguſti, ad Orientium Vicarium urbis Romæ. Non patiamur urbis Romæ virtutum omnium matrem diutius effœminati

& deinceps aliquamdiu cenſiti ſunt non ipſi qui manumitterentur, ſed ingenui ex iis procreati, ut Sueton. lib. 3. ſcripſit, & Ulpianus noſter monet apud Athenæum. Addit Varro, libertinos etiam dictos, qui ex ſervis publicis P Roman. manumiſſi erant, quaſi plus aliquid eſſent quã liberti & propius ad ingenuitatem accederent, utpote qui & ante manumiſſionem quodammodo libertorũ jure uterentur, cum teſtamenti factionem haberent, poſſentque non modo ipſi teſtamentum facere, ſed ex aliorũ etiam teſtamento ſibi capere, ex parte ſcilicet dimidia. Quod ut rite fieri videretur, cum alioqui hęres jure Rom. eſſe non poſſit qui ne nomen quidẽ, immo nec perſonam habet, hic juris colorà prudentibus excogitatus eſt, ut ſervi hujuſmodi in capienda hęreditate nomẽ ſibi ejus magiſtratus abſumerent cui miniſtrabant. Ergo & in teſtamento teſtes eſſe poterant, cum juris civilis aliqua ex parte communionem haberent (quod pertinet ad *l. 20. §, ſervus. D. de teſtament.*) & familiæ emptores, quia & mancipationis jus habuerunt, quod alioqui civium Rom. proprium, poſtea Latinis tantum colonariis Junianiſque conceſſum eſt, atque etiam peregrinis iis quibus jus commercii datum erat, ut ad Gajum Ulpianus adjecit. Tacit. *lib. 2. Annal. Et quia vetere SC. quæſtio in caput domini prohibebatur, Tiberius mancipari ſingulos actori publi o juſſit, & lib. 3. Servos Silani actor publicus mancipio accepit.* Quod tamen Xiphilinus ex Dione ab Auguſto prius conſtitutum referens, *τῷ δημοσίῳ* (inquit) *ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι*. Et ſanè eos actores publicos ſervos P. R. fuiſſe nemo ejus antiquitatis peritus negaverit. Fuerunt igitur olim ſervi ii eodem pene jure quo poſtea liberti principis ex conſtitutione Gordiani quam ex Gregoriano recitat Theodericianus I. C. ſub Titul. de libertatibus, *φιλοσοφώτερον* Leo ſervis principis plenam rerum arbitrium etiam morientibus conceſſit Novell. Conſt. 38. quod etiam aliquatenus ſutis ſe indulſiſſe Plinius nepos gloriatur. Porrò quod additur ad Varronem *& rationem*, quamquam belle habere videatur, vereor ne non ſuperſit, aut potius *Romæ* locum occupet, errore non obſcuro. Nam & in veteribus monumentis hæc etiam ſæpè conjunguntur, Urbis Populique Romani. Urbis Varro non dixit, ſed Romæ, ut analogia conſtaret. Sed nos etiam notis iſtis ſuam analogiam conſtare non concedimus, Si cui tam noſtra hæc de loco obſcuriſſimo conjectura probabitur, is facilè peccati, quodcunque eſt, veniam dabit.

4 *Hoc quidem juris.*) Sunt hęc aut collectoris, aut alterius cujuſdam qui hæc poſtea ex Theodoſiano adjecit, vel potius ex Præfecturę urbanæ archivis. Nam in ipſo Codice hæc conſtitutio brevius relata eſt, quod & ante monuimus.

I Aguc

nati in viros pudoris contaminatione fœdari, & agreſte illud ad priſcis conditoribus robur fracta molliter plebe tenuatum, convicium ſæculi vel conditorum irrogare vel principium. Orienti AGUC novis[1]. Laudanda igitur experientia tua, omnes quibus flagitioſus luxus eſt viri corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, nihilque diſcretum habere cum fœminis, occupatos, ut flagitii poſcit inmanitas, atque omnibus ſeductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabit, ut univerſi intelligant ſacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animæ, nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpiter perdidiſſet. Prop.[2] Prid. Id. Majas, Romæ in atrio Minervæ.

TIT.

1 AGUC NOVIS.) Sic vet. quod ex aliis conſtitutionibus ſic reſtitui poteſt *Orienti vicarie Kariſſime nobis.*

2 *Prop.*) in C. Th. paulo alia eſt ſubſcriptio, nempe hæc, PP. *in foro Trajani* VIII. *Id. Aug. Valentiano* IV. *& Neotorio Coſſ.* In veteri quidem exemplari ſcriptum eſt. *Minere* non *Minerva*. Sed in eadem regione urbis quæ Fori Rom. nomen prętulit, & Trajani forum, & Minervæ atrium fuiſſe vel ex P. Victore conſtat.

Ad

TIT. VI.

DE INCESTIS NUPTIIS.

Moyſes dicit.

QUicunque [1] concubuerit cum muliere uxore patris ſui pudenda patris ſui detexit, morte moriantur: ambo rei ſunt. Et quicunque concubuerit cum nuru ſua, morte moriantur: ambo rei ſunt.

ULPIANUS libro Regulari [2] De nuptiis ſub titulo. Inter parentes & liberos cujuſque gradus ſint, connubium non eſt. Inter cognatos autem ex tranſverſo gradu, olim quidem matrimonia contrahi non poterant, nunc autem ex tertio gradu [3] licet uxorem ducere, ſed tantùm fratris filiam, [4] non etiam ſororis: Nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu ſint. Eam quę noverca, vel privigna, vel quæ nurus vel ſocrus fuit, uxorem ducere non poſſumus. Si quis eam quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit, ideoque liberi in poteſtate ejus non fiunt, ſed quaſi vulgo concepti, ſpurii ſunt.

PAU-

1 *Quicunque*) Lev. xx.

2 *Ulp. libro Regulari.*) Lego, *Ulpian. libro ſingulari Regularum, ſub Titulo. De nuptiis.* Atque ex hoc loco reſtituenda arbitror quæ hodieque corrupta extant inter fragmenta *Ulpiani Tit. 5.*

3 *Ex tertio gradu.*) Wiſigothorum legibus uſque ad ſextum cognationis gradum nuptiæ prohibitę ſunt, qui gradus ex Pauli Sententiis numerantur: quod & Wiſigothus Iſidorus ſequutus eſt, ut non immerito Salvianus ejus gentis caſtitatem laudibus extollat. Sed nos & Salvianum integriorem & leges illas XII. libris compoſitas brevi, Deo faciente, in publicum dabimus.

4 *Sed tantum patris filiam.*) Et hoc Ulpiani temporibus obtinuiſſe multi Pandectarum loci evincunt. Sane conſtitutio illa D. Nervæ cujus Xiphilinus ex Dione meminit, ad fratris potiùs filiam pertinuiſſe videtur, nam & hæc ἀδελφιδῆ dicitur. Conſtantinus tamen & Conſtans cum alterum magis prohibere vellent, utrumque complexi ſunt ea lege quæ ex veteribus libris in Codice Theodoſiano nuper reſtituta eſt *ſub Tit. de inceſtis nuptiis*, ex qua etiam hoc idem jus ad Gajum Anianus adjecit *lib. 1. Inſt. Tit. de nupt.*

1 Sed

PAULUS libro * Sententiarum De nuptiis ſub titulo. Inter parentes & liberos jure civili matrimonia contrahi non poſſunt, nec filiam ſororis aut neptem ducere poſſumus. Proneptem ætatis ratio prohibet. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes & liberos omnimodo: Inter fratres eatenus quatenus capitis minutio non intervenit. Nec ſocrum, nec nurum, privignam nec novercam aliquando citra pœnam inceſti uxorem ducere licet: ſicut nec amitam, aut materteram. * Si verò cognatam [1] contra interdictum duxerit, remiſſo mulieri juris errore, ipſe pœnam adulterii legis Juliæ patitur, non etiam ducta.

GREGORIANUS libro quinto De Nuptiis ſub titulo [2]. *Exemplum literarum Diocletiani & Maximiani Impp. talem conjunctionem graviter puniri commemorat.*

EXEMPLUM Edicti Dioclitiani & Maximiani nobiliſſimorum Cæſarum. Quoniam piis religioſiſque mentibus noſtris ea quæ Romanis legibus caſtè ſanctẽque ſunt conſtituta, venerabilia maximè videntur atque æterna religione ſervanda, diſſimulare ea quę à quibuſdam in præteritum nefariè inceſteque commiſſa ſunt, non oportere credimus, cùm vel cohibenda ſunt, vel etiam vindicanda, inſurgere nos diſciplina noſtrorum temporum cohortatur. Ita enim & ipſos inmortales Deos Romano nomini, ut ſemper fuerunt, faventes atque placatos futuros eſſe

1 alii, *ſed vel cognatam*) Puto leg. *Si vero cognatam.* Quod ſequitur, *contra interdictum*, ſic interpretor, contra jus civile. Pertinent vero hæc ad legem Juliam de adulteriis, & explicantur fuſius in *l. 33. D. eodem tit.* quo etiam referendum eſt *Divorum fratrum* reſcriptum ex *l. 57. §. 1. D. de rit. nupt.*

2 *De nuptiis ſub titulo.*) Melius *ſub titulo de nuptiis.*

eſſe non dubium eſt, ſi cunctos [1] ſub imperio noſtro agentes piam, religioſamque, & quietam, & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. In quo id etiam providendum quam maximè eſſe cenſuimus, ut matrimoniis religioſe atque legitimè juxta diſciplinam juris veteris copulatis, tam eorum honeſtati qui nuptiarum conjunctiones ſectantur, quam etiam his qui cum deinceps ſervata religione naſcentur, incipiat eſſe conſultum, & honeſtate naſcendi etiam poſteritas ipſa purgata ſit. Id enim pietati noſtræ maxime placuit, ut ſanctè neceſſitudinum nomina obtineant apud affectus ſuos piam ac religioſam conſanguinitati debitam caritatem. Nefas enim credere eſt ea quę in præteritum à compluribus conſtat eſſe commiſſa, cum pecudum ac ferarum promiſcuo ritu, ad illicita connubia inſtinctu exercendæ libidinis, ſine ullo reſpectu pudoris ac pietatis irruerint. Sed quæcunque ante hac vel imperitia delinquentium, vel pro ignorantia juris, Barbaricæ inmanitatis ritu ex illicitis matrimoniis videntur admiſſa, quamquam eſſent ſeveriſſimè vindicanda, tamen contemplatione clementiæ noſtræ ad indulgentiam volumus pertinere: ita tamen ut quicunque in anteactum tempus illicitis inceſtiſque

1 *Si cunctos.*) lege *ſi cunctos ſub imperio noſtro agentes piam religioſamque & quietam & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. More* eſt vitæ quadam honeſta ratione atque inſtituto. Horatius *lib. 4. Odar. Mos & lex maculoſum edomuit nefas.* Petronius Satyrico.

Artus ſeveræ ſi quis amat affectus,
Mentemque magis applicat, prius more
Frugalitatis lege polleat exacta.

In Novella etiam Theodoſii & Valentiniani de lenonibus. *Pro circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtræ mori pudicitiaquæ ſuggeſſit.* Sic enim potius legendum arbitror, niſi cui magis placet, *ori, προαίρεσις* illa Epicteto *κατὰ φύσιν* gignit ἕξιν, id eſt, perpetuæ cujuſdem voluntatis conſtantiam quæ mortem efficit, aut ipſa illa potius mos eſt. Varro apud Ambroſium Macrobium lib 3. Satur. *Mos eſt in judicio animi, quem ſequi debet conſuetudo, id eſt, cultus moris.*

1 *Sus-*

que ſe matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos ſe eſſe noſtra indulgentia ſciant, ut poſt tam nefaria facinora, vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam; ſciant tamen non legitimos ſe ſuſcepiſſe liberos, quos tam nefaria conjunctione genuerunt. Ita enim fiet ut de futuro quoque nemo audeat ineffrenatis cupiditatibus obedire, cùm & ſciant ita præcedentes admiſſores iſtiuſmodi criminum venia liberatos, ut liberorum quod illicitè genuerunt ſucceſſiones [1] * careatur, * quæ juxta vetuſtatem Romanis legibus negabatur. Et optaſſemus quidem nec ante quicquam ejuſmodi eſſe commiſſum quod eſſet aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum. Sed & poſt hanc religionem ſanctitatemque in connubiis copulandis volumus ab unoquoque ſervari, ut ſe ad diſciplinam legeſque Romanas meminerint pertinere, & eas tantùm ſciant nuptias licitas quæ ſunt Romano jure permiſſæ. Cum quibus autem perſonis tam cognatorum quàm ex affinium numero contrahi nuon liceat matrimonium, hoc edicto noſtro complexi ſumus: cum filia, nepte [2], pronepteque, matre, avia, proavia: & ex latere amita ac matertera, ſororis filia, & ex ea nepte. Itemque ex affinibus privigna, noverca, ſocru, nuru, ceteriſque quæ antiquo jure prohibentur, à quibus cunctos volumus abſtinere. Nihil enim [3] niſi hanc tantùm ac venerabiles noſtra

Jura

1 *Succeſſiones careatur.* (Forſitan, *ſucceſſione careant, ut.* Puteanus tamen malit, *ſucceſſione arceantur.*

2 *Cum filia nepte.*) Hinc ſumpta eſt *l. 17. C. de nupt.* in qua ex Conſtantini & Conſtantis lege à Triboniano adjecta v dentur illa verba. *Preterea fratris filia.*

3 *Nihil enim.*] Priorem hujus ſententiæ partem Puteanus noſter ſic emendat. *Nihil enim niſi ſanctum ac venerabile noſtra jure cuſtodiunt.* Poſteriorem ego ſic. *& ita ad tantam magnitudinem Romana majeſtas cunctorum numinum favore pervenit, quoniam omnes leges ſuas, &c.* paulo poſt, *contra diſciplinam veterem indulta*, & infra, *qui tam evidenti crimini ſe poſt*

edi-

jura cuſtodiunt, & ita ad tantam magnitudinem Romanam geſta cunctorum non mirum favore pervenit, quoniam omnes leges ſua religione ſapienti pudoriſque obſervatione devinxit. Quare hoc edicto noſtro volumus omnibus palam fieri, quod præteritorum venia per clementiam noſtram contra diſciplinam videtur indulta, ad ea tantùm delicta pertineat quę in die tertio [1] Kal. Januariarum Tuſco & Anulino Conss. videtur eſſe commiſſa. Si qua autem contra Romani nominis decus ſanctitatemque legum, poſt ſupradictum diem deprehenduntur admiſſa, digna ſeveritate plectentur. Nec enim ullam in tam nefario ſcelere quiſquam æſtimet veniam ſe conſequi poſſe, qui tam evidenti crimini, & poſt edictum noſtrum non dubitabit * : infuere. Dat. Kl. Mai. Damaſco. Tuſco, & Anulino Conss.[2]

Ermogenianus ſub titulo de nuptiis. Imp. Dioclitianus & Maximianus AA. Fl. Flaviano. His qui inceſtas nuptias per errorem contrahunt, ne pœnis ſubjiciantur, ita demum clementia principum ſubvenit, ſi poſtea quam errorem ſuum reſcierint, illicò nefarias nuptias dirimerint. Prop. Id. Mar. * & Diogene [3] Cons.

Hanc quoque conſtitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inſeruit, quæ eſt triceſima & ſecunda, aliis tamen & die & coss. * *Id eſt* Constitutio PP. V. Id.

edictum noſtrum non dubitabit inſuere, vel, *crimine inficere.*

1 *In die tertio.*) Fortaſſe melius, *in diem tertium*

2 *Ermogenianus ſub Titul.*) Hic velim illud obſervari Codicem ſive Hermogenis ſive Hermogeniani libris non diſtingui, ſed titulis tantum.

3 *Et Diogene.*) Fortaſſe. *Tiberiano & Dione conſſ.* Quæ ſequuntur ſunt collectoris, ſed indicant quanta veterum religio fuerit, in conſtitutionibus Impp. recitandis circa diem & Coſſ. credo equidem poſt *l. 1. C. Th. de diverſ. reſcript.* quam Iuſtinianus cum ad privilegia reſtrinxiſſet, poſtea facile neglexit.

1 Alii,

V. ID. JUN. DIOCLITIANO TER ET MAXIMIANO AUGUSTIS.

PAPIANUS libro ſingulari de adulteriis. Qui ſororis filiam uxorem duxerat per errorem, antequam præveniretur à delatore, dirimit coitum: quæro an adhuc poſſit accuſari. Reſpondit. Ei qui conjunctione [1] ſororis filiæ bona fide abſtinuit, pœnam remitti palam eſt: quia qui errore cognito diremit coitum, creditur ejus voluntatis fuiſſe, ut, ſi ſciſſet ſe in eo neceſſitudinis gradu poſitum, non fuiſſet tale matrimonium copulaturus.

Idem dicitur in eos qui inceſtas nuptias contraxerunt. Maledicti tamen ſunt omnes inceſti per legem, cum adhuc rudibus populis ex divino nutu condita iiſdem adſtipulantibus ſancirentur. Et utique omnes maledicti puniti ſunt, quos divina & humana ſententia conſona voce damnavit. Lex divina ſic dicit.

MALEDICTUS [2] (inquit) dixit Moyſes, *qui concubuerit cum uxore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore ſua de patre aut de matre: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum nuru ſua: & dicit omnes populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſocru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui* con-

1 Alii, & *qui conjuncta*) Lego *Ei qui conjunctione ſororis ſi ie. Vid. l 57. D. de rit. nuptiar. l. 38. §. idem Pollioni. D. ad leg. Jul. de adulter. Conjunctionem* antem dixit non *connubium*. quod eſt jus legitimi matrimonii, ut ſupra Paulus *du‍ctam* non *uxorem*. his tamen nominibus interdum facilè abutimur. Nam & idem Paulus libro 2. Senteat. dixit matrimonia injuſſu parentum contracta non ſolvi, cum proprie hæc matrimonia non ſint. Quæ ſequuntur ſunt Eclogarii ſive collectoris.

2 *Maledictus.*) Extant *Deuteron. capite* XXVII.

concubuerit cum ſorore matris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore uxoris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat, Maledictus qui dormierit cum uxore fratris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui dormierit cum omni pecore; & dicit omnis populus, Fiat, Fiat.

Tit. VII.

DE FURIBUS ET POENA EORUM.

Quod ſi [1] *duodecim tabularum * nocturnum furem autem ſi ſe aut telo defendere, interfici jubent, ſcitote, Iuriſconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit; ſicut lectio manifeſtat,*

Moyſes dicit.

SI perfodiens [2] *nocte parietem inventus fuerit fur, & percuſſerit eum alius & mortuus fuerit hic, non eſt homicida is qui percuſſerit eum. Si autem ſol ortus ſuper eum, reus eſt mortis percuſſor, & ipſe morietur.*

Paulus libro Sententiarum v. ad legem Corneliam De ſicariis & veneficis. Si quis furem nocturnum vel diurnum cum ſe telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: ſed meliùs fecerit qui eum comprehenſum, tranſmittendum ad Præſidem magiſtratibus [3] obtulerit.

Ulpianus libro viii. ad [4] edictum ſub titulo, Si

Ad TIT. VII.

1 *Quod ſi* xii.) Et hæc quoque collectoris ſunt, ſed ita deturpata, ut mens potius quam plena & articulata vox audiatur.

2 *Si perfodiens.*) Exod. xxii.

3 *Magiſtratibus.*] Municipalibus, ut Duumviris & aliis qui cuſtodiarum poteſtatem habent *l. 52. §. ſi quis D. de furt. l. 10. D. de cuſtod. reo.*

4 *Ulpian. lib.* viii.) Legendum arbitror *lib.* xviii. Sed in titulo ipſo collector falſus videtur. nam hæc ad legem Aquiliam omnino pertinent, non ad Edictum Si quadrupes, quod eſt de damno ſine injuria

dato

Si quadrupes pauperiem dederit. Injuria occiſum eſſe meritò adjicitur. Non ſufficit occiſum, ſed oportet injuria id eſſe factum. Proinde ſi quis ſervum latronum occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia non * occidit [1]. Sed & quemcunque alium ferro ſe petentem qui occiderit, non videbitur injuria occidiſſe. Proinde ſi furem nocturnum quem lex duodecim tabularum omnimodo [2] permittit occidere, aut diurnum quem eaque lex permittit, ſed ita demum ſi ſe telo defendat, videamus, an lege Aquilia teneatur. Et Pomponius dubitat [3] nunc hæc lex non ſit in uſu. Et ſi quis noctu furem occiderit, non dubitamus quin lege Aquilia teneatur [4]. Sin autem cùm poſſet apprehendere maluit occidere, magis eſt ut injuria feciſſe videatur. Ergò etiam lege Cornelia tenebitur. Injuriam autem accipere hîc nos oportet non quemadmodum & circa injuriarum actionem, conrumeliam [5] quandam, ſed quod non jure factum eſt, hoc eſt, contra jus, id eſt, ſi culpa quis occiderit. *& reliqua.*

Ulpianus libro actavo de officio Proconſulis ſub titulo de furibus. Fures ad forum [6] remittendi ſunt

dato ex XII. tabulis. Et vero magna pars horum hodieque extat in *l. 3. & 5. D. ad leg. Aquil.*

1 *Quia non occidit.*) Leg. *quia non injuria occidit*, quod perſpicuum eſt.

2 *Omnimodo.*) M. Tullius & poſt eum Seneca itemque Auguſtinus de eadem re, *quoquomodo*.

3 *Et Pomponius dubitat, num hæc lex nunc ſit in uſu.* Hic locus indicat exceptiones illas in fure nocturno Si parcere ei ſine periculo non potuerit, &c, Sed melius fecerit, &c. eſſe ex jure civili, id eſt ex interpretatione prudentium, non ex lege XII. tabularum: ſed nec ex Cornelia.

4 *Quin lege Aquilia teneatur.*) Videtur legendum, *non teneatur.* Quod fit lege permittente, non poteſt videri injuria factum. Quod ſequitur, *Si tamen cum poſſet adprehendere*, eſt ex jure civili, non ex legum verbis.

5 *Contumeliam.*) ὕβριν ex ſententia Labeonis, quam tamen Paulus non probavit.

6 *Fures ad forum*) Vet. ex. *ad furtum*. Emendationem noſtram probat quod ex Paulo relatum eſt ſub *Tit. de abigeis. Ad forum* autem eſt ad examinationem civilem ſive ad jus ordinarium ut ex Marciano Tribonianus maluit adſcribere. Quod ſequi-

di ſunt diurni, nocturnique extra ordinem audiendi, & cauſa cognita puniendi, cum pœna [1] eorum ſciamus operis publici modum non egrediendum. Idem & in Balneariis furibus. Sed ſi ſe telo fures defendunt, vel effractores, vel ceteri ſimiles, nec quemquam percuſſerunt, metalli pœna humiliores, honeſtiores verò relegatione afficiendi erunt.

Paulus libro Sententiarum ſub titulo de furibus. Furti quocunque genere damnatus famoſus efficitur. Fur eſt qui rem alienam contrectat [2]. Furtorum genera ſunt quatuor, Manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtus fur eſt qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci unde furatus eſt, comprehenſus [3] eſt, vel antequam ad eum locum quo deſtinaverat, pervenerit. Nec manifeſtus eſt fur, qui in rapiendo quidem comprehenſus non eſt, ſed cum feciſſe negari non poteſt. Concepti actione tenetur apud quem furtum eſt inventum [4]. Oblati actione is tenetur qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur. Furti actione is agere poteſt cujus intereſt rem non periſſe. Conceptiva autem agere poteſt qui rem con-

cepit

ſequitur de nocturnis extat in *l. 1. D. de furib. baln.*

1 *Dum pœna.*) Paulus Oroſius. lib 4. hiſt. *Furtum ne leges quidem niſi multa pecuniaria, vel ad ſummum exilii, circa quemlibet hominum vindicandum cenſuerunt.* Servius tamen in illud Maronis ex lib. 8. *At furis Caci mens effera*, notat furis nomen pro ingenti poſitum. *Capitale enim*, inquit, *apud majores fuerat ante pœnam quadrupli.* Apud nos quoque furta ſunt quædam facilè capitalia ut domeſtica, & repetita, quæ more à majoribus tradito ſuſpendio fere vindicari ſolent.

2 *Contrectat.*) Dolo malo. Semper furtum contrectando fit. Sic lego *in l. 6. D. furt.* Sunt vero ex *lib. 2. Sentent. Recept.*

3 *Comprehenſus.*) Vel viſus ex ſententia quorundam, quam Servius ad illud Virgilii ſequutus videtur *Eclog. 3. Non ego te vidi.* cum manifeſti magis arguatur illis verbis, *Et cum clamarem &c. l. 7. D. de furt.*

4 *Furtorum.*) *In l. 14. §. quaſis D. de furt.* puto ab Ulpiano ſcriptum: *Omnes furti actiones competere*, id eſt concepti. oblati, manifeſti, nec manifeſti, ope, conſilio alioqui ſane idem vocabulum fruſtra repetatur.

5 Alii,

cepit & invenit. Oblati agere poteſt penes quem res concepti inventa eſt [1].

Tit. VIII

DE FALSO TESTIMONIO.

Moyſes dixit.

SI ſteterit [1] *teſtis injuſtus adverſus hominem accuſandum, accuſans eum inpietatis, ſtabunt duo homines quibus eſt invicem contentio, ante Deum, & ante ſacerdotes, & ante judices quicunque fuerint in illis diebus. Cùm inquiſierint judices diligenter; & inventus fuerit teſtis injuſtus teſtificans injuſta, inſurgentes adverſus eum facietis ei ſicut voluit malefacere, & delebitis malum de medio veſtrûm, & ceteri audientes timebunt, nec audebunt mala facere inter vos.*

Paulus libro ſingulari de pœnis omnium legum ſub titulo, Ad legem Juliam de adulteris. Qui falſum [2] teſtimonium dixerit, proinde tenebitur ac ſi lege Cornelia teſtamentaria damnatus eſſet.

Paulus libro Sententiarum quinto ſub titulo de teſtibus & de quæſtionibus. His qui falſum [3] vel * aliquà teſtimonia dixerunt, vel utriuſvè parti [4] pro-

1 Alii, *Concepti inventa eſt.*) Fortaſſe melius; *res concepta. i. inventa eſt*, ut & paulo ſuperius, *Concepti agere poteſt.*

Ad TIT. VIII.

1 *Si ſteterit*) Deut. xix.

2 *Qui falſum.*) Et hoc fortaſſe eſt ex lege Julia de adulteriis; cujus plura capita fuiſſe conſtat, ut & illud quod eſt in *l. 18. D. de teſtibus.*

3 *Hi qui falſum vel aliqua.*] Fortaſſe leg. *hi qui falſa vel abliqua*, id eſt, varia. Extat hæc ſententia apud Paulum *lib. 5. Sentent. & in l. 16. D. teſtib.*

4 *Vel utriuſque parti.*) *Utrique parti.* Impudentia ejus cujus ita anceps fides vacillat, ut diverſa duobus teſtimonia præbuerit, quin crimine falſi teneatur nec dubitandum eſt, *l. 27. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ.*

prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmoventur.

Idem libro * ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. Lex Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui[1] hominem occiderit, ejuſque rei cauſa furtique faciendi cum telo fuerit, & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, paraverit, falſumve tèſtimonium dixerit quo quis periret, mortiſvè cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores verò aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubjiciuntur.

Paulus libro Sententiarum v. ſub titulo ad legem Corneliam teſtamentariam. Hi qui ob falſum teſtimonium perhibendum pecuniam acceperint, dederint, judicemvè ut ſententiam ferat vel non ferat, corruperint corrumpendumvè curaverint, humiliores capite puniuntur, honeſtiores publicatis bonis cum ipſe judice in inſulam deponantur.

Idem eodem libro & titulo. Falſum eſt quicquid in viritate non eſt, ſed pro vero aſſeveratur.

Ulpianus ſub titulo de pœna legis Corneliæ teſtamentariæ libro viii[2]. * Præterea factum eſt Senatuſconſultum * Statilio & Tauro [3] Conſulibus, quo pœna legis Corneliæ irrogatur ei qui quid aliud quam teſtamentum ſcies ſignaverit, ſignarivè curaverit. Item qui falſas teſtationes faciendas, teſtamen-

1 Alii, *hi qui*) Extat Tit. 25.

2 *Ulp. lib.* viii.) *De off. procoſ.* ut indicat. *l. 9. §. 1. D. ad l. Corn. de falſ.*

3 *Statilio & Tauro.*) Statilii Tauri plures couſulatus infaſtis reperiuntur, ſed in notatione horum temporum quem potiſſimum ſequar non habeo, ſi quis tamen conjecturæ locus eſt, ſic lubentius repoſuerim. *Statilio Tauro & Scribonio Libone Conſ.* Nam his Conſs. SC. Libonianum circa legem Corneliam factum veriſimile eſt.

1 *Teſta-*

ſtamentavè falſa invicem dicenda [1] aut conſignanda dolo malo curaverit, Licino v. & Tauro Conſs. Item qui ob ſtruendam [2] advocationem teſtimoniavè pecuniam acceperit, pactuſvè fuerit ſocietatem coïerit, aut aliquam delationem interpoſuerit. Item ſi quis coïerit ad occiſionem innocentium Senatus conſulto quod Cotta & Meſſala [3] factum eſt, coër-

1 *Teſtamentave invicem dicenda.*) In Pandectis *teſtimonia*, & in *l. 1. D. eod.* male, ut mihi quidem videtur, *inſpicienda*. An teſtamentum pro teſtimonio? ut contra teſtimonium pro teſtamento apud Cornelium Tacitum in vita Agricolæ, & in veteri Regularum fragmento cujus ſupra memini: & ſane in utroque nomine præter teſtationem nihil revera agnoſcimus. Verbi tantum productio variata eſt, non fruſtra tamen rerum cauſa hæc diſtinguuntur, ut in *l. 15. D. hoc tit.* Cæterum nec fruſtra ait *dicenda aut conſignanda*. Nam teſtimonium vel per tabulam datur, vel coram dicitur: hoc quidem olim in publicis religioſe obſervatum, illud ſuo tempore potius in uſu fuiſſe teſtatur auctor libri de oratoribus qui Tacito paſſim tribuitur, quem ego libentius M. Fabii librum de cauſis corruptæ eloquentiæ inſcriberem, niſi me annorum ratio aliquatenus remoraretur. Non eſt verò utriuſque teſtimonii eadem fides *l. 3. §. Gabinio D. de teſtib.*

2 *Obſtruendam.*) Fl. *ob inſtruendam in l. 1. D. eo.* & paulo poſt, *ad obligationem innocentium*, pro, *in accuſationem*, ſic enim & hic lubens reponerem ex *l. 2. D. de concuſſionib.* niſi quis *in occiſionem* malit dictum, ut in necem, id eſt, in perniciem. Et infra *renunciandum remittendumve*, non *denudandum*, denunciat accuſator reo ut eos teſtes producat, quibus ſuam ipſe accuſationem confirmare velle ſe dicit, ut ex Apuleii priore Apolog. conſtat. Ceterum qui improbe coëunt in alienam litem ut quicquid ex condemnatione in rem actoris redactum fuerit inter eos communicetur, lege Julia de vi privata tenentur ex SC. Voluſiano *l. 6. D. ad l. Iuliam de vi privata.*

3 *Cotta & Meſſala*] Hoc diverſum eſt ab illis quæ iiſdem Coſs. facta referuntur in *l. 12. §. ſi ſervus. D. de accuſat. l. 4. §. proficiſci D. de off. Proconſ.* Fuerunt vero & alia SC. circa legem Corneliam. Et hoc fortaſſe ex SC. eſt, quod falſi nominis vel cognominis adſeveratio pœna legis Corneliæ coërcetur *l. 13. D. ad leg. Corn. de falſ.* videlicet ſi id in fraudem alterius factum ſit, ſive quo quid alienum interciperetur, aut poſſideretur, ut Paulus ait *lib. 5. ſent.* Alioqui libera nominis cognominiſque mutatio periculoſa non eſt *l. 1. C. de mutat. no.* nam ſervo ſolus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem, ut in Orat. pro Roſc. Amerino notavit Vulcatius, ſeu quis alius vetus interpres, cujus fragmenta quædam viſpellionum aliquando manibus precio extorſimus. Sic quæ more apud veteres recepto ſtupri licentiam apud Ædiles profitebantur nomina mutaſſe vel unus Plauti locus ex Penulo arguit. *Hodie, inquit, earum mutarentur nomina. Facerentque indignum genere quæſtum corpore.* Nam quod Juvenalis Meſſalinam Lyciſcæ titulum mentitam ait, ad fornicis titulos magis pertinet, de quibus

coërcentur. Sed & ſi quis ob venundandum vel * denudandum * non remittendumve teſtimonium pecuniam acceperit. Senatuſconſulto quod duobus Geminis Conss. factum ſit, pœna legis Corneliæ afficitur, *& reliqua.*

TIT. IX.

DE FAMILIARI TESTIMONIO NON ADMITTENDO.

F*alſum*[1] *teſtimonium non dabis adverſus proximum tuum.*

ULPIANUS libro IX. de officio Proconſulis ad legem Juliam de vi publica & privata. Eadem lege[2] qui-

quibus eſt & illud Petronii. *Video quoſdam inter titulos nudasque meretrices furtim conſpatiantes.* Sic enim eum locum plane reſtituendum libri me veteres poſt Senecam docuerunt. Sic & C. Staienus Ligur impune ſe ipſe adoptavit, & de Staieno, Ælium fecit, ut M. Tullius jocatur in Bruto: ſed uſque adeo infeliciter ut pene ubique verum nomen amiſerit. Nam in omnibus ferè exemplaribus Stalenus ſcribitur ut & in Topicis & actionis ſecundæ in Verrem lib. II. qui eſt de jure dicundo. *Quem tu mihi Tubulum, quem Staienum*, ubi vulgo corrupte, *Quem tu mihi Bulbum, quem Stalenum.* Itemque pro A. Cluentio, *Dico de C. Ælio Staieno*, & paulo poſt. *Qui tu*, inquit, *Pacete, hoc enim ſibi Staienus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ quam generis uti cognomine videretur.* Sed vereor ne etiam apud Saluſtium in poſteriore oratione ad C. Cæſarem de Repub. ordinanda hoc idem nomen hactenus amiſerit eo loco. *Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus, ſicut in titulo, præter nomen nihil eſt additamenti*, legendumque ſit potius, *in quibus ſicut in Staieno.* Quod ex his quæ poſuimus interpretationem accipit. Notus eſt Staieni paries, nota Æliorum virtus ab Ennio uſque laudata. Sed vetuit poſtea Claudius peregrinæ conditionis homines uſurpare nomina duntaxat gentilitia, ut Suetonius in Claudio ſcripſit.

Ad TIT. IX.

1 *Falſum*) Exod. xx.

2 *Eadem lege*) Lege Julia publicorum judiciorum enumeratæ ſunt perſonæ, quibus teſtimonium invitis denuntiari non poteſt, ſeu potius quæ à dicendo teſtimonio excuſantur interdum etiam volentes, *l. 4. D. de teſtib.* De eis qui omnino à teſtimonio arcentur, nihil videtur illa lege cautum. Sed multæ aliæ leges in ſua quęque quæſtione de ea re cave-

quibuſdam teſtimonium omnino, quibuſdam interdicitur invitis, capite octogeſimo & VII. & capite octogeſimo octavo, in hæc verba, * his verbis * HOMINIBUS IN HAC LEGE IN REUM TESTIMONIUM DICERE NON LICETO, qui ſe ab eo parenteve ejus, libertove cujus eorum libertus liberaverit * quive inpubes erit, * quive eorum integrum reſtitutus non eſt, quive in vinculis cuſtodiaque publica erit, quive depugnandi cauſa auctoratus erit, quive beſtias depugnare locavit, locaverit, præterquam qui aculandi [1] cauſa ad urbem miſſus

re caverunt, ut lex Julia de vi, & reperundarum, & pecularus *l.5.& 13. D.eo.* Et hic quidem ejus quæ de vi fuit duo capita proponuntur, quorum prius ſic reſtituendum arbitror ex Calliſtraro in *l.3.§. lege D. de teſt. Eadem lege. q. teſt. omnino, quibus inter. invitis capite* LXXXVII. *& capite* LXXXVIII. *in hoc his verbis: Hominibus hac lege in reum teſtimonium dicere ne liceto, qui ab eo parentive ejus libertove ejus cujus eorum libertus libertáve erit, liberaverit, quive impubes erit, quive judicio publico damnatus, quive eorum in integrum reſtitutus non eſt, quive in vinculis cuſtodiaque publica erit, qui ve depugnandi cauſa auctoratus erit, quive beſtias depugnare locavit, locaverit, præterquam qui jaculandi cauſa ad urbem miſſus eſt, erit, palamve corpore quæſtum fecit, fecerit, quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe judicatus erit, neu quis eorum hac lege in reum teſtimonium dicat. Capite &c.* Non fruſtra autem diſtinguit auctorarum ab eo qui beſtias depugnare locavit, ut & Paulus lib. ſingulari de adulteriis. Nam hic quidem operas turpiter tantum locat, ille totum ſe ſerviliter addicit: & rectè Acron atque Porpyrio auctoratos appellari ſcribunt eos qui ſe ludo vendunt. nam & ſic de iiſdem ut opinor Manilius lib. 4. Aſtron.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ,
Atque hoſtem ſibi quiſque parat.

Hoc formula ipſa indicat ex Petronii noſtri Satyrico antehac prodita, quam & hic meo jure adſcribam. *In verba,* (inquit) *Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animoſque religioſiſſime addicimus.* Quo pertinet & illud Tibulli lib. 1. Eleg.

Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

1 *Qui aculandi.*) Sic vet. fortaſſe, *jaculandi*, repetita ex ſyllaba priore litera. Jaculatores dicebantur qui leonibus aliiſve feris animalibus in Circo conficiendis operam dabant, quales à Boccho primum miſſos cum L. Sylla leones in Circo ſolutos dediſſet, Seneca teſtatur in lib. de brevit. vitæ. Porro ex hoc loco ſatis apparet legib. Romanis non congruere, quod Hermenop. *lib. 1.* Prochiri ex Praxi Magiſtri tradit, in teſtib. de vi nec mores nec vitę qualitatem ſpectari.

1 *He-*

ſus eſt, erit, palamve corpore quæſtum faciet, fecerit: Quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe judicatus erit, nevè quis eorum hac lege in reum teſtimonium dicat: Capite octogeſimo ſeptimo his verbis. HOMIMES INVITI IN REUM teſtimoniumne dicant, qui ſobrinus eſt ei reo, propiorevè cognatione conjunctus, quivè ſocer, gener, vitricus, privignuſque ejus erit, *& reliqua*.

PAULUS libro ſententiarum v. ſub titulo de teſtibus & quæſtionibus. Suſceptos teſtes [2] & eos vel maximè quos accuſator de domo eduxit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit. In teſtibus enim & vitæ qualitas ſpectari debet & dignitas * ſi ſint [3] in affinem vel adgnatam inviti teſtes inter-

1 *Homines inviti.*) Ergo in *l. 5. D. de teſtibus. In legibus*, id eſt, non tantum in lege publicorum judiciorum, ſed & in lege Julia de vi &c.

2 *Suſcepto teſtes.*] Sic vet. exemp. ſed quis non admittat *ſuſpectos*? Atque ita hodicque ſcriptum legitur apud Paulum *ib. 5. Sentent.* additurque, *Suſpectos gratiæ*. Ego vetuſtiorem ſcripturam non temere contemnendam cenſe . Suſcepti dicuntur & clientes quos paterfamilias in fidem ſuam ita ſuſcipit, ut pars quodammodo familiæ cenſeantur, quam ob cauſam libertis fere conjungi ſolent, ut in *l. 3. D. de uſu & habit. l. 5. D. de his qui dejec. vel eff. l. 7. D. de capt. & poſtl. l. 8 9. D. de furt. l. 3. C. de novationib.* Ejus veteris juris reliquiæ udhuc extant in *l. quidam cum filium D. de verb. oblig.* quod ex Servio & Salviano JAC. CUJACIUS Doctor meus jampridem in lucem protulit, ut & alia multa hactenus hominibus noſtris incognita, per quæ

Illum ſumma manet Romani gloria juris.

Atque utinam vir immenſæ doctrinæ & cum priſcis illis legum coryphæis ſine invidia comparandus, cujus me ſtudioſorum numero cenſeri hoc unum eſt, quod in maxima laudis parte ponam, adhæc quoque vel invitatus deſcendere voluiſſet. nam illis quantum meriti noſtra hæc perturbata exaratio detrahit, tantum ex ejus doctiſſimis & abſolutiſſimis commentariis accederet ſplendoris & gloriæ. Non abs re igitur ſuſceptorum & clientum teſtimonium ut domeſticum non admittitur *l. 24. D. de teſtib. l. præſenti. §. penult. C. de iis qui ad Eccleſ. conf.* in qua familiaris nomen & ad ſuſceptum non male referetur. Sane Gellius ex M. Catonis oratione in Lentulum inter cætera & hoc refert. *Teſtimonium adverſus clientem nemo dicit lib. 5. Noct. c. 13.* Suſceptorum etiam nomine videtur Jul. Severianus in præceptis Rhetoricis quorum fragmenta quædam poſt integriorem editionem Corn. Celſi titulo nuper proſtituta ſunt.

3 *Si ſint*) Malim ut apud Paulum. *In ad-*

interrogari non poſſunt. Adverſus ſe invicem parentes & liberi, itemque liberti[1] nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit.

T I T. X.

DE DEPOSITO.

Moyſes dicit.

SI aliquis[1] dabit proximo ſuo argentum vel vas ſervare, & furatum fuerit de domo hominis, ſi invenitur qui furatus eſt, reddet duplum. Quòd ſi non fuerit inventus fur, accedat is qui commendato ſuſceperat ante Dominum, & jurabit nihil ſe nequiter egiſſe de omni re commendata proximi ſui, & liberabitur.

MODESTINUS libro differentiarum ſecundo de depoſito vel commendato[2]. Commendati judicio conventus[3] etiam culpam præſtare cogitur: Qui verò depoſiti convenitur, de dolo non etiam de culpa condemnandus eſt. Commodati enim contractu, quia utriuſque contrahentis utilitas intervenit, utrum-

In adfinem vel cognatam. Eſt vero hoc ex lege Julia publicorum judiciorum, vel idem Paulus tradit in *l. 10. D. de gradib. & adfinib.* in qua tamen agnatorum nomen & pro cognatis poſitum legimus.

1 *Itemque liberti.*) Et hoc habet optimum exemplar. nec fortaſſe abſurde neceſſitudinis nomen etiam de libertis uſurpabitur, & de ſervis, ut in *l. 2. C. Th. de teſtam.* Eſt enim ut ſanguinis, ſic & amicitiæ & affinitatis, & officiorum neceſſitudo quædam. quamquam illud quod Calliſtratus ait, propter reverentiam perſonarum quoſdam non admitti ad teſtimonii fidem, omnibus magis conveniat.

Ad TIT. X.

1 *Si aliquis*) Exod. XII.

2 *Vel commendato*] Commendare nihil aliud eſt quam deponere *l. 186 de verb. ſignific.* Sed hic Modeſtinus differentiam perſequitur inter commodatum & depoſitum. Itaque commodati nomen ubique reſtitui malim.

3 *Conventus eſt.*) Repoſui, *conventus etiam culpam, &c.*

utrumque prꝺſtatur: In depoſiti verò cum ſola [1] deponentis utilitas vertitur, ibi dolus tantùm præſtatur. Sed in ceteris quoque partibus juris iſta regula cuſtoditur. Sic enim & in fiduciæ judicio [2], & in actione rei uxoriæ [3] & dolus & culpa deducitur: Quia utriuſque contrahentis utilitas intervenit. In mandati verò judicio [4] dolus * non etiam tutoris utilitas in adminiſtratione verſatur. Depoſiti [5] damnatus infamis eſt: qui verò commòdati damnatur non fit infamis. Alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur. Actione depoſiti conventus ei

1 *In depoſiti vero cum ſola.*] Vetus *clauſula*, poteſt vero & in depoſito depoſitarii utilitas verti *l. 5. §. 1. D. Commodati.*

2 *Et in fiduciæ judicio.*.) Sane in fiducia pignoris quæ inſtar legis commiſſoriæ eſt, quin hoc verum ſit dubitari non poteſt *d. l. 5. §. 1.* vel cum fundus ea lege alicui mancipatur, ut eum mancipanti remancipet, veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipio tradat, ut ei cum tempus ſuſpectum præterierit, reddat: quo etiam genere fiduciam contrahi Boëtius tradit. nam hoc certe contractu quamvis commendati ſive depoſiti ſpeciem quandam gerat, fiduciarius tamen revera fit dominus. At cum fiducia ita contrahitur ut ſervus ſuis nummis ematur, atque manumittatur, nomen imaginarius ille emptor accommodat, prætetea nihil illi adeſt abeſtvé, *l. 4. §. ſive autem. D. de manumiſſ.* In mancipatione etiam liberi hominis quæri poteſt quæ utilitas fiduciarii interveniat. nam ſeſtertius ille nummus aſſium quatuor, qui dicis gratia numerationis loco non in hac ſolum, ſed in omni alia imaginaria venditione interveniebat, vix eſt ut revera precium dici poſſit, *l. 10. §. ult. D. de adq. poſſ. l. 43. D. locat. l. 16. D. de reg. jur.* tale ſaltem quod fiduciario diligentiam imponat. Nec inficior tamen etiam in hujuſmodi contractibus majore aliquo precio fidem commodari poſſe, & hos nonnihil ad mandatum accedere.

3 *Et in actione rei uxoriæ.*) Tribon. ſcripſit, *in pignore & in dote l. 5. §. 1. & l. 8. D. commodati.*

4 *In mandati vero judicio dolus.*) Deſunt hic nonnulla quæ forſan non male ita ſupplebuntur. *In mandati vero judicio dolus & culpa præſtatur, itemque in tutelæ judicio, quamvis pupilli non etiam tutoris utilitas in adminiſtratione verſetur.* In mandati judicio quin & culpa vel levis præſtetur dubium non eſt. Idemque videtur in tutore ſtatuendum, qui aliena quodammodo ex mandato gerit negotia, cujus tamen ſcio in quibusdam partibus levem culpam excuſari *l. 7. §. competit. D. de adminiſt. tut.* De leviſſima quæri non abs re poteſt. Sed hæc tractatio amplior eſt quam ut notis capi queat.

5 *Actione depoſit.*) Hinc ſumpta eſt *l. 23. D depoſiti*: in qua cur illa verba adjecta ſint *ſervo conſtituto.* non ſatis intelligo: niſi *reſtituto* aut legatur aut intelligatur.

1 Ciba-

tus cibariarum[1] nomine apud eundem judicem utiliter experitur: at is cui res commendata[2] eſt, improbe cibariarum exactionem intendit. Inpenſas tamen neceſſarias jure perſequitur, quas fortè in ægrum vel alias laborantem inpenderit. * Reſpondit depoſita[3] ſi ſurripiatur, dominus domus habet furti actionem, quamvis apud quem res depoſita eſt interſit ob inpenſas in rem factas ſe retinere: Is verò cui res commodata ſit, furti experiri debebit ſi modo ſolvendo fuerit[4]. Actio commodati ſemper in ſimplum competit: Depoſiti verò nonnunquam in duplum, ſcilicet ſi ruinę, vel naufragii, vel incendii, aut tumultus cauſa res deponatur.

Ermogenianus ſub titulo de depoſito hujuſmodi inſerit conſtitutionem. Idem Auguſtus Cæſar Fl. Munatio., Eum qui ſuſcepit depoſitum, dolum non etiam caſum præſtare certi juris eſt. Cùm itaque proponas ignis vi quædam cremata de his quę tibi fuêre commendata, nec ullum dolum in ſubtrahendis rebus adhibitum, rector provincię nihil contra juris rationem fieri patietur. Et quoniam nec tu quereris moras adhibita varietatem negotium

1 *Cibariarum.*) Cibariorum *l. 18. §. 1. D. Commod.* & apud eundum Modeſtinum in *l. 4. de al m. leg. ſu* & alimonium legitur & alimonia.

2 *Cui res commendata.*) Melius, *Commodata.*

3 *Reſpondit depoſita.*) Fortaſſe melius, *Res apud te depoſita ſi ſubripiatur, dominus domui, &c.* ut ſit *domui* dictum quemadmodum alias in Pandectis *domi* ſecundo caſu ſed hic ſupereſſe videtur. Idem vero obtinet & ſi depoſitarius culpam promiſerit aut depoſitionis precium acceperit: quibus tamen caſibus vi bonorum raptorum datur *l. 2. §. ſi in re. D. vi bonor. rapt.* Apud Quintilianum *Declamat. 351.* depoſitarius furem damnaſſe quadruplumque exegiſſe fingitur ſcholaſtica licentia: cujus eſt etiam illud, non potuiſſe dominum furti agere. quæ in foro nullus prudens dixerit.

4 *Si modo ſolvendo fuerit. Actio:*) Veteris libri ſcriptura hæc fuit, *Si modo ſolvenda actio fuerit.* Cæterum caſus eſt quo commodatori furti actio datur, licet dominus ipſe furti agere non poſſit in *l. Si uxor D. de act. rer. amot.* Pertinet vero hic locus *ad l. ult. C. de furt.*

tium inter vos ortum ſecundùm juris ordinem ſua ratione decidetur. Subſcripta VIII. Kl. Jul. Serdica Auguſtis Cæſaribus.

IDEM Auguſtus & Cæſar Fl. Aurelio Attenico Andronico. Eos penes quos veſtem & argenti materiam depoſuiſſe proponis, apud Rectorem provinciæ convenit interrogari. quod ſive teneant, ſive dolo fecerunt quominus poſſint reſtituere, ſecundùm bonam fidem tibi ſatisfacere conpellet. Subſcripta VI. April. Syrmi Cæss. Conss.

IDEM Auguſtus & Cæſares Aurelio & Euſtatio & Dioſimo. Is qui depoſitum ſuſcepit ultra dolum, ſi non aliud ſpecialiter convenit, præſtare nihil neceſſe habet. Cujus memor juris Rector provinciæ partium allegationibus auditis pro ereptorum qualitate ſuam ordinabit ſententiam. Subſcripta XIV. Kl. Nov. Appiaria. *

IDEM Auguſtus & Cæſares VII.. & Quadrat. Ille qui dolo malo depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conventus ad ejus cum infamiæ periculo reſtitutionem urgetur. Scripta Id. Dec. Nicomedia. CC. Conss.

PAULUS libro ſecundo ſententiarum ſub titulo de depoſito. Deponere poſſumus apud alium id quod noſtri juris eſt vel alieni. Depoſitum eſt quaſi diu poſitum. Servandum eſt quod ad breve tempus cuſtodiendum datur. Deponere videtur qui in metu ruinæ, incendii, naufragii, apud alium cuſtodiæ cauſa deponit. Deponere videtur & is qui ſuſpectam habens vel minus idoneam cuſtodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem cuſtodiendam commendat. Si ſacellum vel argentum depoſuero, & is penes quem depoſitum fuit me invito

vito contrectavit, & depoſiti & furti actio mihi in eum conpetit. Ob res depoſitas dolus tantùm prę-ſtari ſolet. In judicio depoſiti ex mora & fructus veniunt, & uſuræ rei depoſitæ præſtantur. Si quis rem penes ſe poſitam apud alium depoſuerit, tam ipſe directam, quam is qui apud eum depoſuit, utilem actionem depoſiti habere poſſunt. Si pecuniam depoſuero eamque in * uſum tibi commiſero, mutuum magis videtur quam depoſitum, ac per hoc periculo tuo erit [1]. Si rem apud te depoſitam vendideris, eamque redemeris, poſtque eam perdideris [2], ſemel admiſſo dolo perpetua depoſiti actione teneberis. Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum [3] in duplum actio datur, edicto Prætoris in ſimplum.

GREGORIANUS libro IV. ſub titulo de depoſito. Imp. Alexander A. Meſtrio militi. Incurſu [4] latronum ornamenta depoſita apud interfectum ab eis perierunt. Detrimentum ad heredes ejus qui depo-

1 *Periculo tuo erit.*) Etiam ſi non utare *l. 9. §. ult. D. de reb. cred.* aliud eſt ſi ita depoſuero, ut ſi velis, utaris: tum enim & ſi periculo tuo ſit, *l. 4. & l. 10. eodem.* ex uſu demum mutui actio naſcitur uſuræque debentur *l. 1. §. ſi pecunia D. depoſiti.*

2 *Poſtquam perdideris.*) Malim, *poſtque eam perdideris*, Paulo aliter Ulpianus in *l. 1. §. ſi rem depoſitam. D. eod. tit.* Dolo ſemel admiſſo periculum rei ad depoſitarium pertinere.

3 *Ex cauſa depoſiti lege XII. tab.*) Credo hanc eſſe depoſiti actionem in duplum ex inficiatione & dolo malo, cujus & Juſtinianus meminit in *§. furti. Inſtit. de action.* & Paulus *lib. 1. Sentent. Titul. de actionibus, quæ per inficiat. dupl.* ſi modo pro *depenſi*, legatur *depoſiti*. Nam ſane in actione illa negotiorum geſtorum ἀπὸ κοινοῦ δαπανήματος, quę & recte depenſi dici poteſt, non de rupta fide agitur, ſed de indemnitate ejus qui alienum negotium gerens aliquid expendit, ut Ulpianus de depoſitario dixit in *l. 5. D hoc tit.* cui judicio non video cur plus tribuatur quam contrario mandati. At ex depoſitio certum eſt & ob dolum condictionem competere tanquam adverſus furem *l. 13. D. eod.* ut mirum non ſit eum quoque ut manifeſtum dupli pœna coërceri ob inficiationem quę inter graviora delicta non immerito à veteribus habita eſt.

4 *Incurſu.*) Extat in *l. 1. C. Depoſ.* *aucta* à Triboniano quibuſdam verbis.

depoſitum accepit, qui dolum tantùm præſtare debent, non pertinet. Quòd ſi ex prætextu latrocinii commiſſi res quæ in poteſtate heredis ſunt non reſtituuntur, tam depoſiti quam ad exhibendum actio, ſed & in rem vindicatio conpetit. Prop. VII. Kl. Jul. Maximiano bis & Urbano Conss.

Paulus libro reſponſorum quinto ſub titulo Ex locato & conducto Imper. Antoninus Julio Agrippino. Dominus horreorum [1] periculum vis majoris. vel efracturæ latronum præſtare non cogitur. His ceſſantibus ſi quid ex poſitis rebus illæſis extrinſecus horrei * damnum depoſitorum ſarciri debet. Prop. IV. Non. Nov. Antonino III. Cons. Paulus reſpondit, Satis præpoſitam conſtitutionem declarare his qui horrea locant, majorem vim inputari non poſſe.

Tit. XI.

DE ABIGEATORIBUS.

Moyſes dicit.

Si quis involaverit [1] *vitulum aut ovem, & occiderit, aut vendiderit, quinque vitulos reſtituet pro vitulo uno, quatuor oves pro ove una. Quod ſi non habeat unde reddat, venundetur pro furto.*

Paulus libro ſententiarum ſub titulo de Abactoribus. Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnunquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem ſunt qui equos

1 *Dominus horreorum.*) Extat & hæc conſtitutio in *l. 1. C. de locat.*

Ad TIT. XI.

1 *Si quis involaverit.*] Exod. XXII.

1 *De*

equos & greges ovium de ſtabulo [1] vel de paſcuis abigunt, vel ſi id ſæpius aut * cum ferro [2] aut conductâ manu faciunt.

Idem Paulus eodem libro & titulo. Abactores ſunt qui unum equum, vel duas equas, totidemque boves [3], vel capras decem, porcos quinque abegerint. Quidquid verò intra hunc numerum fuerit ablatum, pœna furti pro qualitate ejus aut in duplum, aut in triplum convenitur, aut fuſtibus cæſus [4] in opus publicum unius anni datur, aut ſub pœna vinculorum domino reſtituitur.

Idem Paulus eodem libro & titulo. Si ea pecora de quibus quis litigaverat, abegerit, ad forum remittendus eſt, atque ita convictus in duplum vel triplum furis more damnatur.

Idem Paulus eodem libro & titulo. Qui bovem vel equum errantem, quodvè aliud pecus abduxerit, furem magis eum quàm abigeatorem [5] conſtitui placuit.

Paulus libro ſingulari de pœnis paganorum, ſub titulo de abigeis, *dixit*. Cùm durius abigei damnantur, & ad gladium tradantur. Itaque Divus Pius

1 *De ſtabulo.*) Ergo & hic atrox abigeus eſt. Sed tamen lenius coërcetur ſi à ſtabulo domitum pecus abegerit, quam ſi à ſilva vel grege. Sic enim legendum eſſe in *l. 3. §. 1. D. de abig.* Doctor noſter ex Græcis interpretibus admonuit.

2 *Aut a ferro.*) Fortaſſe melius, *aut ferro conducta manu*, vel quod Faber mavult, *aut cum ferro, aut conducta manu*: ut hæc etiam diſtinguantur.

3 *Totidemque boves.*) Sic vet. ſic & Oſtrogothus ſcriptor. *Titul. 3.* ex Pauli *lib. V. Sentent.*

4 *Aut fuſtibus cæſus.*) Illud hic annotare placet. Fuſtis pœnam interdum capitalem fuiſſe, ut in decimatione militum, ad quam videntur etiam pertinuiſſe Saluſtii verba quæ apud Servium duobus locis corrupte leguntur. Sic autem reſtituendam arbitror, *Sorte ductos fuſti necat*, quæ & ipſa Corn. Tacitus de eadem re uſurpavit lib. 3. Annal.

5 *Abigeatores.*) Sic vet. apud Paulum, *Abactores*, cujus etiam ſcriptam lectionem codex noſter confirmat.

Pius ad concilium Bæticæ reſcripſit. Qui pecora de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus eſt, & ſi victus fuerit, in duplum vel quadruplum condemnandus.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis ſub titulo de abigeis[1]. De abigeis puniendis ita Divus Adrianus reſcripſit concilio Bæticæ. Abigei cùm duriſſimè puniuntur, ad gladium damnari ſo-„ lent. Puniuntur autem duriſſimè non ubique, ſed „ ubi frequentius eſt hoc genus maleficii: Alioqui „ nec [2] in opus, & nonnunquam temporarium da-„ mnantur. Ideoque puto apud vos quoque ſuffi-„ cere genus pœnæ, quod maximo[3] huic maleficio „ irrogari ſolet, ut ad gladium abigei dentur: aut ſi „ quis tam notus & tam gravis in abigendo fuit, ut „ prius ex hoc crimine aliqua pœna affectus ſit, „ hunc in metallum dari oportere. Reſcriptum Divi Adriani ſic loquitur, quaſi gravior pœna ſit metalli: Niſi fortè hoc ſenſit Divus Adrianus gladii pœnam dicendo, ludi damnationem. Eſt autem differentia inter [4] eos qui ad gladium, & eos qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati, confeſtim conſumuntur, vel certè intra annum debent conſu-

1 *De abigeis.*) Referuntur & hæc ex eodem libro in *l. 1. D. de abig.* ſed ita ut Tribonianí manum facile agnoſcas.

2 *Alioqui nec*] Malim ut in Pand *alioquin &c.*

3 *Quod maximo*) Malim *quod maxime*, id eſt, ut plurimum.

4 *Eſt autem differentia.*) Eam differentiam hic unus locus habet, ut & alia quædam noſtris interpretibus hactenus incognita. Sane ex Paulo didiceramus, ad gladium datos intra annum conſumendos eſſe. De ludo nihil dum tale, quod ſciam, audieramus. Eſt autem ludi nomen generalius, & continet ferrum, gladium, arma, ceſtus, arenam, venationem, quæ omnia inter mediocres pœnas uno ludi verbo Paulus complexus eſt *lib. 2. Sent. Titul. 17.* Ergo qui ad ludum damnatur, non ſtatim ad gladium damnatus intelligitur, id eſt, ad ferrum, ſive ad ludi gladium, ut à Capitolino ſcriptum eſt in Marino ad differentiam decollationis. At qui ad gladium datur, vix eſt ut ad alium ludum datus intelligatur, quam tamen interpretationem Ulpianus hic tentat. Eſt & de

conſumi. Hoc enim * damnatis continetur [1]. Enim verò qui in ludum damnantur, non utique [2] conſumuntur, ſed etiam pileari [3] & rudem accipere poſſunt poſt inter * palam [4]. Si quidem poſt quinquennium pileari, poſt triennium autem rudem induere eis permittitur. Eodem reſcripto Divi Adriani diligentiſſimè expreſſum eſt, non ubique parem eſſe pœnam abigeorum.

ITEM Ulpianus libro & titulo qui ſupra. Abigei

& de ludo locus non ſatis animadverſus apud auctorem ejus hiſtoriæ ex qua ſecundus Machabæorum liber factus eſt, dum narrat Jaſonem Oniæ fratrem ſummum Pontificatum ambientem apud Antiochum Epiphanem, petiiſſe ab eo pro ſummo beneficio, ut Jeroſolimitani deinceps ab ipſo Antiocheni dicerentur, liceretque in ea urbe gymnaſium conſtituere. Quod cùm ille facile impetraſſet, magno ardore ſub ipſa arce gymnaſium *καὶ ἐφηβίαν* inſtituiſſe, in quo optimos quoſque adoleſcentes *ὑπὸ πέτασον*, id eſt, quodam auctoramento ſibi ſubjiciens, *ὑπὸ πέτασον ἦγεν*: quod vetus interpres tranſtulit *in lupanaribus poſuit*, non uſquequaque fortaſſe rectè. Nam & ſi Judæis velatę mulieres pro meretricibus habeantur, & apud Romanos flavus galerus in proſtibulis notatus ſit, petaſus tamen curſorum eſt, & in ludo depugnantium, aut diſco certantium, pręſertim apud Gręcos ad quorum gymnaſia locus ille magis pertinet. & rectè Pollux *πέτασον εἶναι ἐφήβων φόρημα*, quo loco *ἐφήβους* appellat eos qui juvenes dici videntur in *l. 28. §. ſolent D. de pœn.* ut & in veteri epigraphe *Allectus inter juvenes*, de pantomimo legitur. Plautus Pſeudolo, *etiam opus eſt chlamyde & machara & petaſo.*

1 *Damnatis continetur.*) Lego, *mandatis*, nam & de his rebus Præſidibus in provincias proficiſcentibus præcepta dabantur *l. 35. D. de pœn.* & aliis multis locis.

2 *Non utique.*) Non ſemper. nam & aliquando conſumuntur. imo id interdum ſententia ipſa comprehenditur *l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.*

3 *Pilleari.*) Tanquam liberati. eſt enim hoc liberationis ſive præmii inſigne: Tertullianus de ſpectacul. *Et qui inſigniori cuique homicida leonem poſcit. Idem gladiatori atroci petat rudem & pilleum, præmium conferat.* unde & pillei manumiſſionum in Aurelii Victoris Breviario. Galerus aut petaſus non recte pilleus dicitur. Sed an hæc pillei impoſitio ſtatum publicum reddit ad inſtar reſtitutionis cujuſdam in integrũ? Suſtineo. Rudis ſane vacationem potius periculoſi laboris quam libertatem donaſſe videtur Ovid. 2. *Eleg. Tutaque depoſito poſcitur enſe rudis.* Fuit enim hoc ſignum honeſtæ miſſionis artis gladiatoriæ, quam gladiator ſtans ad crepidinem Circi ſub Circulo amphiteatri, à populo petere & impetrare ſolebat ut Acro in Horatium ſignificat.

4 *Poſt inter palam.*) Sic vet. lego *poſt intervallum.*

gei autem propriè hi habentur qui pecora ex paſtu & ex fermentis ſubtrahunt, & quodammodò deprædantur, & abigei ſtudium quaſi artem exercent, equas de grege, vel boves de armentis [1] abducentes. Ceterùm ſi quis bovem aberrantem vel equum in ſolitudinem abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Sed & qui porcum vel capram vel Vervicem abducunt [2], non tam graviter ut hi qui majora animalia abigent, plecti debent. Quanquam autem Adrianus metalli pœnam, item operis vel etiam gladii præſtituerit, attamen qui honeſtiori loco nati ſunt non debent ad hanc pœnam pertinere, ſed aut religandi erunt aut removendi ordine. Romæ tamen etiam beſtiis ſubjici abigeos videamus Et ſanè qui cum gladio [3] abigunt, non iniquè hac pœna afficiuntur.

TIT. XII.

DE INCENDIARIIS.

Moyſes dicit.

SI exibit ignis [1] *& invenirit ſpinas, & comprehenderit arcas, vel ſpicas, aut campum, æſtimationem reſtituet ille qui ſuccendit ignem.*

PAULUS libro * Sententiarum ſub titulo de incendiariis. Qui caſam aut villam [2] inimicitiarum gra-

1 ex fermentis, vet. in Pand. rectius, *ex armentis.*

2 *Berbicem adducunt.*) *Vervecem adducunt.* Poſteriores ferè berbicem & pronunciarunt & ſcripſerunt, ut apud Anianum & Paulum Monachum, & in Longobardicis Franciciſque legibus. unde nobis remanſit vocabulum.

3 *Qui cum gladio.*) Firmicus *lib. 6. Matheſ. Faciet pecorum abactores inſequentibus hominibus minaci ſemper gladio reſiſtentes.*

Ad TIT. XII.

1 *Si exibit ignis.*) Exod. XXII.

2 *Qui caſam aut villam,*) *ut in l. 28. §. incendiarii, D. de pœn.*

1 *Venti*

gratiâ incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur. Fortuita incendia quæ caſu venti * fuerint [1] his vel incuria ignem ſupponentis, ad uſque vicini agros evadunt, & ſi ex eo ſeges, vel vinea, vel oliva, vel fructiferæ arbores concrementur, datum damnum æſtimatione ſarciatur.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. Commiſſum verò ſervorum ſi domino videatur, noxæ deditione ſarcitur. Meſſium ſane * per dolum [2] incenſores, vinearum olivarumvè, aut in metallum humiliores damnantur, aut honeſtiores in inſulam relegantur.

IDEM Paulus libro & titulo qui ſupra. Incendiarii quidquid [3] in oppido prædandi cauſa faciunt, facilè capite puniuntur.

ULPIANUS libro octavo de officio Proconſulis. De naufragiis [4] & incendiariis lex quidem Cornelia aqua & igni interdici juſſit, ſed varia ſunt [5] punitionum *.

1 *Venti ſuerint his.*) Lego *furentis*, & paulo poſt, *dati damni æſtimatione ſarciantur æſtimatione* autem, id eſt, dupli compendio, Paul. *libr. 5. Sent.* & hæc eſt actio quæ incenſarum ædium dicitur in *l. jurigentium, 5, ſi paciſcar. de pact.*

2 *Perdum.*) Siç vet. an, *per odium*, id eſt, ob inimicitias, ut Calliſtratus dixit aliquanto rectius quam Paulus inimicitiarum gratia, quæ duo quo vinculo ſociari poſſint, non ſatis video.

3 *Incendiarii quidquid*) Malim, *qui quid. Facile* autem eſt, ut plurimum.

4 *De naufragiis*) Puto legendum, *Ulpianus lib. VIII de officio Proconſ. ſub Titulo de naufragiis & incendiariis. Incendiariis lex quidem Cornelia.* Nam & de naufragiis eo libro Ulpian. tractaſſe indicat *l. ult. D. de incend. ruin. & nauf.* in qua hujus quoque ſententiæ pars extat. Sæpe vero inter exſcribendum evenit, ut vel unius vocis repetitio librarii oculos fallat: quod & accidiſſe arbitror in *l. ſtatu liberi. §. Quintus D. de ſtatu lib.* cujus ſententiam lubens ita replevèrim. *An videatur ſententia qua vicit, ad eam rem valere. Et ait* (nempe Q. Mutius) *ad eam rem valere, quapropter &c.* Sic & in . 27. *D. de furt. Si chirographa aureorum decem, decem tabula fuerint* & in *l. 58. 5. acceptu D. ad leg. Falcid. Acceptu centum, centum hereditatem, &c.* ſic legendum.

5 *Sed varia ſunt*) Deeſt, *Species*, vel *circumſtantia*,

 1 *Aut*

num *. Nam qui data opera in civitate incendium fecerunt, ſi in humillimo loco ſunt, beſtiis ſubjici ſolent: ſi in aliquo gradu & Romæ id fecerunt capite puniri, aut certè [1] * afficiendi ſunt qui hæc committunt. Sed ei qui non data opera incendium fecerit, plerumque ignoſcitur, niſi in lata culpa & incauta negligentia vel laſcivia fuit.

Paulus libro ſingulari de pœnis paganorum, ſub titulo de abigeis, *dicit*. Incendiarii qui in oppido prædæ causâ id admiſerint, capite puniuntur: Qui caſu inſulam aut villam non inimicitia incenderint, levius. Fortuita enim incendia ad forum remittenda ſunt, ut damnum vicini ſarciatur.

Ulpianus libro ad Edictum [2] ſub titulo. Si fatebitur injuria occiſum eſſe, in ſimplum,* *& cum doceret*. Item ſi inſulam meam aduſſeris vel incenderis, Aquilæ actionem habebe. Idemque eſt & ſi arbuſtum meum, vel villam meam. Quod ſi dolo quis inſulam exuſſerit, etiam capitis pœna plectitur quaſi incendiarius. Item ſi quis inſulam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam pervenerit, Aquilia tenebitur lege vicini, etiam non minus inquilinis ob res eorum exuſtas, & ita Labeo libro xv. Reſponſorum refert. Sed ſi ſtipulam in agro tuo incenderis, igniſque pervagatus ad prædium vicini pervenerit, & illud exuſſerit, Aquilia lex locum habeat, an in factum actio ſit, fuit quæſtio. Sed

1 *Aut certe.*) Hæc quoque ita ſupplenda videntur, *aut certe exilio vel deportatione adficiendi ſunt qui hæc committunt.*

2 *Ulpianus lib. ad edictum.*) Lego, *libro* XVIII. *ad edictum*. Extat pars quædam hujus capitis *in l. 27. D. ad leg. Aquil.* quæ ſi quis conferre non gravabitur, & nos moleſtia notarum liberabit, & melius intelliget quid ſibi juris noſtri compoſitores permiſerint. Nobis hic vetuſtiſſimi exemplaris ſcripturam bona fide repræſentaſſe ſatisfuit.

1 *Id*

Sed pleriſque Aquilia lex locum habere non videtur: & ita Celſus libro XXXII. Digeſtorum ſcribit. *. Id enim [1], ſi ſtipulam incendentis ignis fugit, Aquilia lege eum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic exuſſit, ſed dum aliud legit ſic ignis præciſſit, Cujus ſententia ſic reſcripto „ Divi Severi comprobata eſt in hæc verba. * Pro- „ fiteri propter ignem pabuli gratia factus culpa ſer- „ vorum Vectoriæ Aſtiliæ evagatus agrum tuum ut „ proponis, depopulatus eſt, ad exemplum legis „ Aquiliæ noxali judicio acturus, ſi litis æſtimatio „ permittitur [2], judicum cum adire poteſt. Videlicet non eſt viſa Aquilia ſufficere. Si forte [3] ſervus quia idem conductores coloni ad fornacem abdormiſſent, & villa fuerit exuſta. * Muneris ſcribit ex locato conventum præſtare debere, ſi negligens in legendis miniſteriis fuit tenetur ceterorum ſi alius ignem ſubjecerit fornaci, alius neglegenter cuſtodierit, tenetur namque qui non cuſtodit ſi nihil hic fecit qui rectè ignem ſubjecit non peccavit: Quemadmodum ſi hominem medicus rectè ſecuerit, ſed negligenter vel ipſe vel alius curaverit, Aquilia ceſſat. Quid ergo eſt; Et hic puto ad exemplum Aquiliæ dandam actionem, tamen eum [4] qui

ad

1 *Id enim.*) Lego. *Ait enim, ſi ſtip. in e. ig. fugit, Aquilia lege eum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic non exuſſit: ſed dum aliud agit, ſic ignis proceſſit. cujus ſententia & reſcripto Divi Severi comprobata eſt in hac verba.* Quę ſequuntur quomodo reſtituenda ſint, non ſatis video. Et tamen hic ſenſus plenus eſt. *Si ignis pabu'i gratia factus, &c. judicium cum ea adire potes. Cum ea. i.* cum Victoria.

2 *Si litis æſtimatio permittitur.*) Id eſt, ſi Victoria judicium ſuſcipere & litis æſtimationem ſufferre malit, quam noxæ dedere aut indefenſos ſervos relinquere. Nam alioqui recuſare atque evitare judicium poteſt.

3 *Si forte.*) Confer §. *ſi fornicarius l. 27. D. ad leg. Aqu.*

4 *Tamen eum*) Puto legendum, *tam in eum qui ad fornacem obdormivit, quam in eum qui ignem ſubjecit vel negligenter curavit.*

1 *Sive*

ad fornacem obdormivit, vel negligenter curavit, ſive homo perit ſive debilitatus eſt [1]. Nec quiſquam dixerit in eo qui obdormivit, rem eum humanam & naturalem paſſum, cum deberet vel ignem extinguere, vel ita munire ut non evagaret. Item libro VI. ex Viviano relatum eſt, ſi furnum ſecundùm parietem communem haberes, an damni injuria teneris? Et ait [2] non poſſet id Aquilia lege, quia nec cum eo qui focum haberet. Ideo æquum putat in factum actionem [3] dandam. Sed non proponit exuſtum parietem. Sanè enim quæri poteſt, nondum mihi damnum dederit, & ita ignem habeat ut metuam ne mihi det, æquum ſit me inter actionem [4] idem in factum imperare. Fortaſſis enim de hoc ſenſerit Proculus: niſi quis dixerit damni non facti ſuffi-

1 *Sive homo perit ſive debilitatus eſt.*) Hæc verba pertinent ad ſuperius exemplum de medico, & reponenda videntur continuo poſt illa. *Aquilia ceſſat.* Omiſſa vero ſunt à compoſitoribus pandectarum fortaſſe quod Caii ſententiam magis probarent, quæ extat in *l. 8. D. eod. tit.*

2 *Et ait*) Vivianus ſcilicet, quod ex præcedentibus conſequitur. In Pandectis tamen ſcriptum eſt, Proculus: & rectius quidem ut ſequentia indicant.

3 *Me inter actionem*] An inter actionem accipiemus incerti actionem ſive in factum ſubſidiariam? an potius ita legimus? *Me interim actionem, id eſt, in factum impetrare.* Quod mihi quidem magis probatur. *Interim* vero, id eſt, ante damnum datum. Et proprie impetrare de hujuſmodi actionibus uſurpavit, quæ & permitti dicuntur. *l. 45. D. ſolut. matr.* & indulgeri tribuique. *l. 28. D. de procurat.* & accommodari *l. 22. D. de aqua & aqu. pl. arc. l. ult. D. tranſact. §. item ſiquis poſtulante. Inſt. de actionib.* & conſtitui *l. 16. D. ad exhibend.* & decerni *l. 2. D. de adminiſtrat. rer. ad civitat. per l. 20. D. de tutel. & rat. diſtrah. l. 22. D. de conſtit. pec. l. 2. §. interdum D. de vulg. & pub. ſubſt. l. penult. D. de acquir. hered. l. 15. §. eleganter D. de damn. inf. l. pen. D. de fideicom. libert. l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. tut.* nempe quia ex æquitate cauſa cognita dantur. *l. 15. §. Prætor ait, ſi quis D. injur. l. 18. §. ult. D. de damn. infect. l. 5. D. de præt. ſtipul.* Actio directa ordinaria eſt *l. 5. C. ſi res al. pign. data ſit.* & utili Prætoriæque opponitur *l. 26. §. 2. D. de noxal. act.*

4 *In factum actionem*) Sic in *l. 53. D. ad leg. Aqu.* in factum actio ad exemplum legis Aquiliæ, & utilis actio damni injuria quaſi ex lege Aquilia in *l. 51. D. de furt.* Utilis actio ad exemplum directæ inſtituitur. *l. 1. C. de precario.* unde & utilis in rem quaſi in rem actio dicitur in *l. 1. §. proponitur D. de ſuperficieb.*

1 Sed

ſufficere cautionem. Sed & ſi quis ſervi inquilini inſulam [1] exuſſerit, libro xi. Urſeius refert Sabinum reſpondiſſe, lege Aquilia ſervorum nomine dominum noxali judicio conveniendum, ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem reſp. cùm coloni ſervi villam exuſſerint, colonum vel ex locato * lege Aquilia; ita ut colonus ſervos poſſet noxa dedere; & ſi uno judicio res eſſet judicata, altero amplius non agendum. Item Celſus libro XXVII. Digeſtorum ſcribit, ſi cùm apes meæ ad tuas advolaſſent totas exuſſerit, quoſdam negare competere legis Aquiliæ actionem, inter quos & Proculum, quaſi apes dominii mei non fuerint. Sed id falſum eſſe Celſus ait, cum apes revenire ſoleant, & fructui * miſſi ſunt [2]. Sed Proculus eo movetur quod nec manſuetæ, nec ita clauſæ fuerint. h. d. [3] Ipſe autem Celſus ait nihil in has & columbas intereſſe, quæ ſi manu refugiunt, domi tamen fugiunt.

TIT. XIII.

DE TERMINIA MOTA.

Moyſes dicit.

NOn transſmovebis [1] *terminos proximi tui quos conſtituerunt patres tui vel principes poſſeſſionis tuæ.*

PAU-

1 *Sed & ſi quis ſervi inquilini.*] Fortaſſe melius, *ſed & ſi ſervi inquilini inſulam exuſſerint.*

2 *Et fructui miſſi ſint*) Lego, *mihi ſint.*

3 *Hd.*) Sic in vet. ex.

Ad TIT. XIII.

1 *Non transſmovebis.*) Deuteronom. XIX. Extat & de Termino priſca lex Numæ Pompilii apud Verrium Flaccum, qua qui terminum exaraſſet, ipſius & boves ſacri erant. Nihil fere religioſius Numa ſanxit. Nam & templum ut video poſuit, & ferias inſtituit, noluitque animatum quicquam pacis Præſidi ſacrificari, quod Plutarchus in Romaicis eleganter ſic expreſſit, τὸν τέρμινον ὡς ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης, ὥστε δεῖν αὐτὸν καὶ φόνου καθαρὸν καὶ ἀμίαντον διαφυλάττειν. Sed hoc jam ſuo tempore neglectum

PAULUS libro * Sententiarum ſub titulo, Finium regundorum. In eum qui per vim[1] terminos dejecit vel amovit, extraordinem animadvertitur.

ULPIANUS libro IX. De officio pro conſulis, ſub titulo de termino moto. Eos qui terminos moverunt

glectum idem alio loco teſtatur. Unde & Horatius in Epod. *Et agna feſtu caſa Terminalibus.* Quin & Siculus Flaccus in terminis defigendis, hoſtiæ inmaculatæ cæſæ ſanguinem inſtillari ſolitum ſcribit, & Prudentius extis ſeu gallinæ pulmone termino fieri ſignificat. Illud quoque Numæ videtur, ut Termino non niſi ſub divo ſacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum conſiſtere. Itaque quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, ut Sex: Pompejus tradit. Quod etiam cum Capitolium Tarquinius ædificaret religioſe obſervatum Servius teſtis eſt, ob idque in Capitolio pronam (ſic legendum apud Servium non *primam*) partem tecti patuiſſe quæ lapidem ipſum Terminum ſpectaret. Unde non absre quæri poteſt, Plinii verba hæc ex *lib. 18. cap. 2. Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt*, an ad Terminum referenda ſit, an ad Dionyſ. *οὐδὲ γε*[illegible] *διόνυσον ἐμνύουσιν ὑπὸ ςέγῃ*, ut Plutarch. ait. Ego quidem ad Terminum malim, & nominandi vocabnlum ad ſacrificium quam ad jusjurandum inferre. Et fortaſſe ille locus mendo non caret, atque ita potius alicui legendus videatur, *Terminum ex* XII. *nominare ſub tecto religio eſt.* Nam de termino multa XII. tabulis cauta quis neſcit? in quas etiam ſi quis veterem illam Numæ ſanctionem tranſlatam velit, non contradicam. Sic enim & ubi XII. tabularum auctoritas contemni cæpit, eadem illa quę legibus cavebantur, in alia latorum nomina tranſierunt, ut Macrobius ait *lib. 3. Satur. cap. 9.* Sane & de ſacrificiis & religionibus non pauca iiſdem tabulis comprehenſa M. Tullius ſatis ſignificat in libris de legibus, & Servius tradit multa de ſacris ab Faliſcis petita poſt X. tabulas magna ex parte ab Athenienſibus mutatas, quæ reliquis duabus Decemviri complexi ſunt. Adſcribam vero & ipſa Livii verba ex quibus etiam poſt XII. Regias leges retentas intelligamus. Sic igitur cum de Trib. militum Conſulari poteſtate ageret *lib. 6. In primis fœdera ac leges (erant autem ea duodecim tabulæ & quædam Regiæ leges) conquiri quæ comparerent, juſſerunt. Alia ex iis edita in vulgus: quæ autem ad ſacra pertinebant, à Pontificibus maximus ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa.* Itaque mirum videri non debet quod apud Tacitum legimus cenſuiſſe Claudium ad inceſtum procurandum ſacra ex legibus Tullii regis piaculaque apud lucum Dianę per Pontifices danda: Et in libris noſtris de muliere quæ prægnans mortua ſit humanda legem Reg am recitari audimus. At hæc paulo audacior conjectura eſt, & jam ipſi Notarum terminos exaravimus.

1 *In eum qui per vim.*] Sic apud Paulum ſcriptum eſt libro I. Sent. ubi in vet. exempl. annotatum reperi idem ſtatui in Codicis Theodoſiani lib. 2. ſub hera 26. quæ conſtitutio hodie deſideratur.

1 *Di-*

verunt non impune id facere debere Divus Adrianus [1] Terentio Gentiano XVII. Kl. Septembriarum ſe III. Conſl. reſcripſit: quo reſcripto pœnam variam ſtatuit. Verba reſcripti ita ſe habent.
„ Peſſimum factum eorum qui terminos finium
„ cauſa inpoſitos abſtulerunt, dubitari non poteſt.
„ Pœnæ autem modus ex conditione perſonæ &
„ mente facientis magiſtratui ponam. Si ſplendi-
„ diores ſunt perſonæ quæ convincuntur, non du-
„ bito quin occupandorum aliorum finium cauſa
„ id admiſerint. Et poſſunt ad tempus ut cujuſque
„ compatitur ætas, relegari, & ſic in biennium aut
„ triennium ad opus publicum dari. Quod ſi per
„ ignorantiam aut fortuitò lapides * viſus cauſa [2]
„ furati ſunt, ſufficit eos verberibus coërceri.

TIT. XIV.

DE PLAGIARIIS.

Moyſes dixit.

Quicunque plagiaverit [1] *quemquam in Iſrael*, *& vendiderit eum, moriatur.*

PAULUS libro ſententiarum V. ſub titulo ad legem Fabiam. Lege Fabia tenetur qui civem Romanum ingenuum [2], libertinum, ſervumvè alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Et olim quidem hujus legis pœna ſummaria fuit: ſed

1 *Divus Hadrianus*] Refertur & *in l. 2. D. eod. tit.*

2 *Viſus cauſa*] Puto legendum *uſus cauſa.* quod à compoſitoribus Pandectarum omiſſum eſt.

Ad TIT. XIV.

1 *Quicunque plagiaverit*] Exo. XXI. Deuter. XXIV.

2 *Civem Romanum ingenuum*] Vet. exemp. *Civem id manum ingenuus liber.*

1 Impp.

ſed tranſlata eſt cognitio in Præfectos urbis, itemque Præſidis provinciæ extraordinem meruit animadverſionem. Ideoque humiliores aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur, honeſtiores adempta dimidia parte bonorum impp. relegantur[1]. Si ſervus ſciente domino alienum ſervum ſubtraxerit, vendiderit, celaverit, in ipſum dominum animadvertitur. Quòd ſi id domino ignorante commiſerit, in metallum datur.

Ulpianus libro IX. de officio proconſulis ſub titulo Ad legem Fabiam. Frequens eſt etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præſidum: Quamquam quidam procuratores Cæſaris uſurpaverint quam Romæ tam in provinciis. Sed enim jam eò perventum eſt conſtitutionibus, ut Romæ quidem Præfectus urbis ſolus ſuper ea re[2] cognoſcat[3], ſi intra miliarium[4] lapidem centeſimum ſit in via commiſſa[5]. Enimverò ſi ultra centeſimum, Præfectorum prætorio erit cognitio. In provinciam enim Prſidum provinciarum. Nec aliter Procuratori Cæſaris cognitio injungitur quam Præſidis

1 *Impp. relegatur.*) Sic vetus. quo ſignificatur, in perpetuum relegari.

2 *Super ea re.*) vetus codex habuit *ſuperare.*

3 *Cognoſcat.*) Extraordinem, ut de expilata hereditate dicitur in l. 3. *D. de expil. hæred.*

4 *Intra milliarium centeſimum*] Fuit hic terminus urbis, aut potius Præfecturæ urbanæ & ſolitarum regionum *l. 1. §. initio D. de off. Præf. urb.* ubi quod in Pand. Fl. ſcriptum eſt, *Egreſſum eſt P. V. notionem*, eadem phraſi dictum videtur qua in *l. 12. §. facti D. capt. & poſtl. Sequendum eſt Iuliani ſententiam: & in l. 19. de novat. denegandum eſt exceptionem*, quibus etiam non diſſimiles dicendi rationes notari poſſunt in *l. 1. §. ult. D. de contr. tut. act. l. 12. D. Si quis omiſſ. cau. teſt. l. 19. §. 1. D. de negot. geſt. l. 45. ſub fin. D. ſolut. matr.* unde & in *l. 4. §. non omnes D. de re milit. ſic lubentius legerim. Nec tamen facile indulgendum extra ordinem judicationem his qui negotium ante habuerunt, ſed ſi in tranſactionem res recidit, indulgendum eſt.* Extraordinem autem judicatio indulgetur ut militi.

5 *Sit in via commiſſa.*) Fortaſſe melius, *ſit injuria commiſſa:* quamquam & excuſa lectio defendi poteſt.

1 Quem

dis partibus [1] in provincia fungatur. Planè poſt ſententiam [2] de Fabia latam Procuratoris partes ſuccedunt. * Hujus certe [3] attamen Procuratori qui illam provinciam regit, licet de capitalibus cauſis cognoſcere nec ſoleat, tamen ut de lege Fabia poſſit cognoſcere Imp. Antonius conſtituit. Idem legis Juliæ de adulteriis coërcendis conſtitutione Imperatoris Antonini quæſtionem accepit. Lege autem Fabia tenetur qui civem Romanum eundemque [4] qui in Italia liberatus ſit [5], celaverit, vinxerit,

1 *Quam præſidis partib.*) *l. 4. C. ad leg. Fab. de plag. l. 2. C. de pœn.* Quędam provintiæ procuratoribus cohibebantur ut Tacitus loquitur ſed aliæ ut procuratoribus tantum qui ne deportandi quidem jus habuerunt: aliæ ut Præſidis vicem tuentibus.

2 *Plane poſt ſententiam.*) Videlicet cum jam dę bonis quæritur, non de crimine, *l. 1. & 2. ubi C. cau. fiſ.*

3 *Hujus certe.*) Hic locus proculdubio corruptus eſt, & ſi quid conjectura valeo, deeſt nomen aut urbis aut regionis Armeniæ. ut ſuſpicer, facit *Certa* reliquum nomen quo Parthis civitatem ſignificari. Hermolans Grammaticus ex Stephano auctor eſt.

4 *Qui civem Ro. eundemque qui.*) Malim, *eumve qui in Italia liberatus ſit:* quod etiam ſic interpretari audeo. Italiæ multa olim fuere privilegia cum in cenſitionibus, jure nexus, uſucapione, exceptione annali, tum in jure capiendi, & aliis hujuſcemodi, quæ pro ſummo beneficio provincialibus quibuſdam coloniis poſtea conceſſa ſunt, ut eodem jure eſſent ut quo & ipſe Italia: quam ob rem juris Italici dictæ ſunt, quod jus eſt liberæ civitatis, ſive liberæ conditionis, cujus ſignum apud eas fuit Marſiæ ſimulachrum, ut Servius in Virgilium notat. Hujus generis privilegiorum Italiæ illud etiam fuiſſe videtur, ut quem Latinus in Italia manumitteret, quamvis Romanum civem non faceret, tamen quod ad legem Fabiam, eodem jure eſſet quo civis Romanus, ait autem.

5 *Liberatus ſit.*) Proprie. Nam Latinus ut dixi, qui manumittit, civem Romanum facere non poteſt. itaque hæc non juſta manumiſſio eſt, ſed liberatio potius à ſervitute. Denique non eſt hic reverà actus legitimus, & iterari poteſt. Sic enim legimus apud Ulpianum iteratione fieri civem Romanum qui poſt Latinitatem quam minor annis XXX. acceperat, iterum rite manumiſſus eſt ab eo cujus ex jure Quiritium ſervus fuit cujus rei & Iuſtinianus meminit *Novell. 78.* & in illo Regularum fragmento, cujus jam ſuperius meminimus, ſcriptum eſt minorem XX. annorum manumittere, nec vindicta poſſe, nec teſtamento, itaque nec Latinum facere poſſe, tantum enim apud Conſilium poſſe manumittere ſervum cauſa probata. hunc autem qui manumittitur quotcunque ſit annorum, Latinum fieri, & ſolum ad hoc ei procedere libertatem ut iterum manumitti, & civis Rom. fieri poſſit.

xerit vinctumque habuerit, vendiderit [1], emerit, quivè in ea rem ſocius fuerit: cui capite primo ejuſdem legis pœna injungitur, ſi ſervus qui ſciente domino fecerit, dominus ejus ſeſtertiis [2] quinquaginta millibus eodem capite punietur. Ejuſdem legis capite ſecundo tenetur, qui alieno ſervo perſuaſerit ut dominum fugiat, quivè alienum ſervum invito domino celaverit, vendiderit, emerit dolo malo, quivè in ea re ſocius fuerit, jubeturque * populus [3] ſeſtertiorum quinquaginta millia dare, *& reliqua. Sciendum tamen eſt ex* [4] *Novellis conſtitutionibus capitali ſententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos: Quamvis & Paulus ſupra relatis ſpeciebus, crucis & metalli pœnam hujuſmodi reis irrogavit.*

Tit.

1 *Vendiderit.*) *l. 15. C. hoc tit.* Sed hoc Apuleius legi Corneliæ tribuit *lib. 8. de aſin. aur. Prudens*, inquit, *crimen Corneliæ legis incurram, ſi civem Rom. pro ſervo vendidero.* Et vero falſi ab emptore redargui poſſe vindetur, ut & is qui duobus eandem rem vendiderit, *l. 21. D. ad leg. Corn. de fal.*

2 *Seſtertiis l.*) *Seſtertium*, hæc eſt illa pœna pecuniaria legis Fabię quę in deſuetudinem abiiſſe dicitur in *l. ult. D. eod tit.* cujus tamen veſtigia quædam reliqua ſunt in *l. 12. D. de manum, & l. 12. §. ſed ſi in captivo. D. de capt. & poſtl.* quibus etiam aliud quoddam hujus legis caput continetur; itemque aliud in *l. 1. §. 1. D. de fugit.*

3 *Populus.*) Leg. *populo*, hodie fiſco *l. 6. C. hoc tit.* cujus reſcripti pœna ex lege Fabia, prohibitio vero ipſa ex SC. eſt *l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. D. de contrah. empt. l. arbor. §. Iudex. D. com. divid.*

4 *Sciendum eſt tamen.*) Sunt hæc collectoris, qui Novellarum conſtitutionum nomine videtur innuere Conſtantini legem qua ob plagium liberi hominis, ſervus aut libertinus ſtatim, id eſt, primo quoque munere beſtiis objicitur: liber ſub hac forma in ludū datur ut antequam aliquid faciat quo ſe defendere poſſit, gladio conſumatur *l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.* ſed extat & antiquior Paulo Diocletiani conſtitutio qua in urbe hoc idem crimen capite vindicatum eſt *l. 7. C. eod* Quo pertinet etiam *Novella Leonis 66.*

Ad

TIT. XV

DE MATHEMATICIS & MANICHÆIS.

Moyſes dicit.

Non inveniatur [1] *in te qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec divinitus apud quem ſortes tollat: nec conſentiat venenariis inpoſtoribus qui dicunt quid conceptum habeat mulier. Quoniam fabulæ ſeductoriæ ſunt. Nec intendas prodigia, nec interroges mortuos. Non inveniatur in te augurator, nec inſpector avium, nec maleficus, aut incantator, nec Pitonem habens in ventrem, nec aruſpex, nec interrogator mortuorum, nec portenta inſpiciens. Omnia namque iſta à Domino Deo tuo damnata ſunt, & qui fecerit hæc. Propter has enim abominationes Deus eradicavit Chaldæos à facie ſua. Tu autem perfectus eris ante Dominum Deum tuum. Gentes enim iſtæ quas tu poſſides, auguria & ſortes & divinationes audiebant.*

ULPIANUS libro VII. De officio [2] Proconſulis, ſub titulo de Mathematicis & vaticinatoribus.

PRÆTEREA interdicta eſt Mathematicorum callida inpoſtura & obſtinata perſuaſio. Nec hodie primum interdici eis placuit, ſed vetus hæc [3] prohibitio

Ad TIT. XV.

1 *Non inveniantur*) Deut. XVIII.

2 *Ulpianus lib.* VII. *de off. Procos.*) Hoc libro Domitius de variis criminibus tractavit, atque inter cætera de iis quæ ad religionem pertinent: ut mirum non ſit quod eo etiam reſcripta principum nefaria collegerat, ut diceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe Dei cultores profiterentur. Quod cum totis ſeptem libris de officio Proc. feciſſe ex corrupto Cælii Lactantii loco hactenus male creditum eſt.

3 *Vetus hac.*) Servius 4. Æneid. *Cum multa ſacra Romani ſuſciperent, ſemper magica damnarunt; Probroſa enim ars habita eſt, ideo excuſat cum ait. Teſtor ego magicas invitam accingier artes.* Extant vero & varia de Mathematicis Senatuſconſulta apud Tacitum libro 2. & 12. Annal. & primo ſecundoque Hiſtoriæ Auguſtæ, cæteroſque ejus ætatis ſcriptores, quæ hic colligere neque otiam neque inſtituti eſt noſtri, quibus

potius

bitio eſt. Denique extat Senatuſconſultum Pomponio & Rufo Conss. factum, quo cavetur ut Mathematicis, Chaldæis, ariolis & cæteris qui ſimilem * incertum [1] fecerunt, aqua & igni interdicatur omniaque bona eorum publicentur: & ſic * externus gentium qui ſi id fecerit ut in eum animadvertatur. Sed fuit quæſitum utrum ſcientia hujuſmodi hominum puniatur, an exercitio, & profeſſio [2]. Et quidem apud veteres dicebatur profeſſionem eorum non notitiam eſſe prohibitam: Poſtea variatum. Nam diſſimulandum eſt nonnunquam irrepſiſſe in uſum, ut etiam profiterentur & publicè * reprehenderent [3]. Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum eſt qui viſi erant [4] vel conſulere vel exercere, quam * qui fuerant permiſſum. Sępiſſimè denique interdictum eſt fere ab omnibus principibus, ne quis omnino hujuſmodi ineptiis ſe inmiſceret: & variè puniti ſunt hi qui id exercuerunt, pro menſura ſcilicet * conſultationis. Nam qui de principis ſalute, capite puniti ſunt, vel qua alia graviori pœna affecti. Enimverò ſiquidem * ſuaſorum profeſſio quæ leviùs inter hos habetur quam vaticinatores, ii quoque plectendi

potius eſſet quæ ſequuntur in integrum reſtituere, ſi quam facile eſt peccare, tam facile eſſet peccatum corrigere.

1 *Similem incertum*) Fortaſſe; *ſimilem artem.*

2 *Et profeſſio*) Legendum videtur *an exercitio & profeſſio. Et quidem, &c.* atque ita Oiſelo noſtro videtur, qui & paulo poſt ita legit; *Nec diſſimulandum, &c.*

3 *Et publice reprehenderent.*) An potius, *reſponderent?* Nam & horum ut juris conditorum proprie reſponſa dicuntur.

4 *Qui viſi erant*] Fortaſſis melius, *qui auſi erant vel conſulere vel exercere, quam quod, &c.* Quo pertinet aureum illud Taciti ex *lib. 1. Hiſtor. Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra; & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Eſt vero hoc vulgi vocabulum. Gellius *lib. 1. Vulgus*, inquit, *quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos vocat.* Et Ammianus *lib. 29. Mathematicis, ut memorat vulgus*, quo etiam libro plura ille de Mathematicis.

1 *Ad*

ſtendi ſunt: quoniam nonnunquam contra publicam quietem imperiumque populi Romani inprobandas artes exercent. Extat denique decretum Divi Pii ad Pacatum legatum provinciæ Lugdunenſis, cujus reſcripti verba quia multa ſunt, de fine ejus ad hunc locum [1] hæc pauca ſubjecit. Denique „ & Divus Marcus eum qui motu Caſſiano [2] vatici„natus erat & multa quaſi ex inſtinctu Deorum di„xerat, in inſulam Syrum [3] relegavit. Et ſanè non debent inpunè ferre hujuſmodi homines, qui ſub obtentu & monitu Deorum, quædam vel renunciant, vel jactant, vel ſcientes eos fingunt.

Gregorianus libro vii. de maleficis & Manichæis ſub titulo comp. Maximus Dioclitianus & Maximianus nobiliſſimi AA. Juliano Proconſuli Africæ. Otia maxima interdum homines * in communionem [4] conditionis naturæ hominum modum excedere hortantur, & quædam genera inaniſſima [5] ac turpiſſima doctrinæ ſuperſtitionis inducere ſuadent, ut ſui erroris arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Juliane Cariſſime. Sed Dii immortales

1 *Ad locum*) Sic olim notare ſolebant particulas quas ex conſtitutione aliqua aut recitabant, aut exſcribebant, adjectis etiam interdum primis conſtitutionis verbis: cujus moris plures ſunt in Theodoſiano codice reliquiæ, quibus etiam accidit ut ea verba neſcio quomodo in textum ipſum irreperent, & excerpti partem occuparent, ut in *l. 3. de poſtuland.* & *Novella Majoriani de Epiſcopali judicio.*

2 *Motu Caſſiano*] Eſt & hujus Caſſiani furoris tumultuſque mentio in eo Pauli fragmento quod extat in Codice Juſt. ſub titulo de leg. Jul. majeſt. & apud Tertullianum in libro de fuga in perſequutione, & in Apologetico, hiſtoria ipſa à Capitolino & Gallicano pluribus narratur.

3 *In Inſula Syrum*) Eſt & ejus inſulæ mentio apud Strabonem: & Servius ad illud Virgil. 3. Æneid. *Mycone celſa Gyaroque revinctu. Quidnam*, inquit, *per hiſtoriam dictum putant. Nam inter Myconem & Gyarum Syrum unam de Cycladibus eſſe dicunt, unde fuit Pherecides Philoſophus.* Sic enim in optimo exemplari reponendum arbitror: nam totus ille locus in editis hactenus exemplaribus deeſt.

4 *In communionem*) Fortaſſe melius, *communiorem.*

5 *Inaniſſima*) An potius, *Inmaniſſima?*

tales providentia ſua ordinare & diſponere dignati ſunt quæ bona & vera ſunt, & multorum & bonorum & egregiorum virorum & ſapientiſſimorum conſilio & tractatu illibata probarentur & ſtatuerentur. Quibus nec obviam ire nec reſiſtere fas eſt: neque reprehendi à nova vetus religio deberet[1]. Maximi enim criminis[2] eſt * retractare quæ ſemel ab antiquis tractata & definita ſunt ſtatum enim & curſum tenent ac poſſident. Unde pertinaciam pravæ mentis nequiſſimorum hominum punire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim qui novellas & inauditas ſectas deterroribus[3] religionibus opponunt, ut pro arbitrio ſuo pravum excludant quæ divinitus conceſſa ſunt. Quoniam nobis de quibus ſolertia tua ſerenitati noſtræ retulit Manichæos audivimus eos

1 *Debere*) Puto legendum, *neque reprehendi à nova vetus religio debet. Maximi enim criminis eſt retractare, quæ ſemel ab antiquis tractata & definita ſuum ſtatum & curſum tenent ac poſſident.*

2 *Maximi enim criminis*) Servius ad illud Virg. ex lib. VIII. *Veterum ne ignara Deorum, Cautum*, inquit, *fuit & apud Athenienſes & apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones, nam ideo & Socrates damnatus eſt, & Caldæi & Iudæi ſunt urbe depulſi.*

3 *Deterroribus*) Sic vetus exemplar, niſi quis agnoſcat, *deterioribus*, quo verbo, ne quid diſſimulem, à principibus Chriſtiano nomini infenſiſſimis, ſacroſanctam religionem perſtringi credibile eſt. in eoque etiam miror hujus collectoris ſimplicitatem dicam, an potius oſcitantiam, qui cum hoc maxime ageret, ut longe antè divinis legibus cautum oſtenderet, quod Romanis poſtea comprehenſum eſt, non animadvertit quæ contra Manichæos dicuntur, etiam ad Chriſtiani nominis contumeliam pertinere. Sed ea fuit apud majores noſtros conſcientiæ fiducia, is candor, ut ſumma fide omnia referrent, & atrociſſima hoſtium maledicta facilè contemnerent. Sic in Theodoſii Codice conſtitutiones quaſdam legimus, quibus ſanciuntur Synodi, quæ ab univerſa Eccleſia pro hæreticis damnatæ rejectæque ſunt. Sic & Juliano Divi nomen ut optimo principi tribui audimus. Quę ſi quis tollenda cenſeat, tollat & ea quæ in eo qui Juſtiniani nomen præfert in monazontas ex Valentis furoribus reliqua ſunt. Tollat & Cyrilli libros, quibus Juliani in Chriſtianos dicteria inſeruit. Tollat denique Taciti, Trogi, Suetonii, Galeni, Luciani, Rutilii, Eunapii, atque adeo Juliani ipſius ſcripta, quibus ſacroſanctam relegionem convitiis atque opprobriis laceſſitam quis non videat? Sed eſt omnium fortiſſima veritas.

1 Nu-

eos nuperrime [1] velut nova inopinata prodigia in hunc mundum de Perſica adverſaria nobis gente progreſſa vel orta eſſe, & multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare, nec non & civitatibus maxima detrimenta inſerere [2]: & verendum eſt ne forte, ut fieri adſolet, accendenti tempore conentur execrandas conſuetudines & * priſtinas leges Perſarum innocentioris naturæ homines Romana gente modeſtam atque tranquillam, & univerſum orbem noſtrum veluti venenis de ſuis malevolis inficere. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua in relationem religionis illorum genera maleficiorum ſtatutis evidentiſſimorum exquiſita & adinventa commenta, ideo eorum machinas atque pœnas debitas & condignas illi ſtatuimus. Jubemus namque auctores quidem ac principes una cum abominandis ſcripturis eorum ſeveriori pœnæ ſubjici, ita ut flammeis ignibus exurantur: conſentaneos verò & uſque ad eos [3] contentioſos capite puniri præcipimus, & eorum bona fiſco noſtro vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honorati aut cujuſlibet dignitatis vel majoris perſonæ ad hanc inauditam & turpem atque per omnia infamem ſectam, vel ad doctrinam Perſarum ſe transtulerunt, eorum patrimonia fiſco noſtro adſociari facies: ipſos quo-

1 *Nuperrime*) Sane & Euſebius ejus ſectæ originem ad horum principum initia retulit, quanquàm ex Epiphanio ſatis conſtat ſub Aureliano & Probo Impp. cæpiſſe in Perſide, unde Manes, tandem & ipſe à Perſarum rege ſupplicio affectus, diſcipulos habuit plures, qui inſanię nomen vitantes, ſe non Manichęos, ſed Mannichæos appellarunt, & auctorem ſuum Mannem, tanquam manna fundentem. Ne quis autem putet Manichæos Chriſti nomen ita profeſſos ut à gentilium ſacris abſtinerent, ut cæteri fere qui à noſtris hæretici judicati ſunt, dicat ex Philaſtrii indice eos diis etiam Deabuſque immolaſſe.

2 *Detrimenta inſerere*) Malim, *inferre.*

3 *Uſque ad eos*) Melius, *uſque adeo*, & paulò poſt, *ad hanc inauditam & turpem, & per omnia infamen ſectam.*

 1 *Ipſos*

quoque Forenſibus [1] vel Proconenſibus metallis dari. Ut igitur [2] ſtirpitus amputari * magis hæc nequitia de ſæculo beatiſſimo noſtro poſſit, devotio tua juſſis ac ſtatutis tranquillitatis noſtrę maturius obſecundare * procurabit Dat. prid. Kl. April. Alexandriæ.

TIT. XVI.

DE LEGITIMA SUCCESSIONE.

Scriptura [1] divina ſic dicit.

Filiæ Salpadæ adſtantes ante Moyſem & Eleazarum ſacerdotem & principem omnemque Senatum filiorum Iſraël in foribus tabernaculi teſtimonii, dixerunt: Pater noſter mortuus eſt, & filii non fuerunt ei, ſed filiæ. Et ideo ne deleatur nomen patris noſtri de medio tribus ſuæ. Non eſt ei maſculus. Date nobis poſſeſſionem in medio fratrum patris noſtri. Et obtulit Moyſes petitionem earum Domino Deo: & locutus eſt Dominus Moyſi, dicens: Rectè filiæ Salpadæ locutæ ſunt:

&

1 *Iſſis quoque Forenſibus vel Proconneſibus*) Metalla multa numero fuerunt ut Ulpian. ait in *l. 8. §. eſt pœna. D. de Pœn.* Proconnenſium mentio eſt apud Juſtinianum *Novell. 22.* De Forenſibus nihildum legiſſe memini, & fortaſſe hic locus ſic potius legendus eſt, *Elafonenſibus vel Proconnenſibus metallis*, ſi quidem & ille apud Plinium integer manſit ſub finem lib. V. hiſtor. in quo ita legitur, *Inſula in Propontide ante Cyzicum Elafoneſus, unde Cyzicenum, eadem Neuris & Proconneſus dicta.* Sane τοῖς σιννήσοις καὶ πρoικοννησίοις παραδοθέντα μετάλλοις apud Theodoret. ſcriptum reperio. Apud Athanaſium alter. εἰς μέταλλον (inquit) ἀποσταλῆναι, καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς φαινῶ· ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας ζῆσαι δύναται ζῆσαι. At in Epiphanio ἐν τοῖς φαινησίοις μετάλλοις legitur.

2 *Ut igitur*) Hic locus ſic reſtitui poteſt, *ut igitur ſtirpitus amputari radix hæc nequitia de ſeculo noſtro beatiſſimo poſſit, devotio tua, i ac. ſtr. tr noſt. obſecundare feſtinet.*

Ad TIT. XVI.

1 *Scriptura*) Hoc eſt illud celebre judicium quod à Moyſe refertur lib. IV. cap. XXVII.

1 *Gajus*

& ideo dabitis eis poſſeſſionem hereditatis in medio fratrum patris earum. Et dicimus hæc filiis Iſraël: Homo ſi deceſſerit & filios non habuerit, dabitis hereditatem proximo eorum de tribu ejus, & poſſidebit omnia ejus. Et erit hæc filiis Iſraël juſtificatio judiciorum, ſecundum quæ conſtituit Dominus Moyſi.

GAjus Inſtitutionum lib. III[1]. *Legitimas ſic ordinat ſucceſſiones.* Inteſtatorum hereditates lege duodecim tabularum primùm ad ſuos heredes pertinent. Sui autem heredes exiſtimantur liberi qui in poteſtate morientis fuerint, veluti filius, filia, vel nepos neptiſvè, pronepos proneptiſvè [2] ex nepote filio nato prognatus prognatavè. Nec intereſſe naturales liberi an adoptivi. Ita demum tamen nepos neptiſvè, & pronepos proneptiſvè ſuorum heredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit * ſive alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per idem tempus quo quiſque morietur, filius, in poteſtate ejus ſit, nepos ex eo ſuus heres non poteſt. Idem & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum intelligimus. Uxor quoque [3] quę in manu

1 *Gajus lib. III. Inſtit*] Sic vet. ex. Et Gajum quidem libros quatuor Inſtitutionum ſcripſiſſe Digeſtorum index præfert. Sed hęc eſſe potius ex libro ſecundo facile adducor ut credam. Cæterum ex iis fragmentis ſatis jam liquebit qualem nobis Gajum Anianus ſuppoſuerit. Meliore aliquanto fide Tribonianus magnam horum partem transtulit in Inſtitutiones ſuas ſub *Tit. 1. lib. 3.* ex quo & iſta ſupplere atque emendare multis locis facile eſt. nos ea tantum attingemus quæ compoſitores ultro omiſerunt vel quod poſterioribus conſtitutionibus immutata, vel quod penitus in uſu eſſe deſiiſſent.

2 *Pronepos proneptiſve.*) Cęterique ex his deſcendentes. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex XII. tab. comprehendit, ut rectè Fl. ſcriptum eſt *in l. 220. D. de verb. ſig.* Suorum igitur nomen ex XII. ſive ex jure civili *l. 7. D. de bon. damnat.* Sui ſunt legitimi *l. ſcripto D. unde lib.*

3 *Uxor quoque*) Hujus juris veſtigium eſt in *l. 195. §. 1. D. de verb. ſignif.* Servius in *lib. 1. Georg.* *Tribus*, inquit, *modis apud veteres nuptiæ fiebant, uſu, ſi verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet:*

Farre, cum per Pontificem Maxim. & Dialem Flaminem, per fruges & molam ſalſam conjungebantur, unde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi naſcebantur: Coemptione vero atque in manu conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hæreditatu juſtum alteri faceret. Hęc Servius, non ille adulterinus & ſuppoſititius jejuniarum animarum ineptiis & commentis hactenus deformatus: ſed Servius putus purus, ex cujus fragmentis Danielis noſtri beneficio interim hæc exſcripſimus ea ſpe fore ut vir & doctrinæ & diligentiæ multæ, brevi cum ex ſuis illis tum ex noſtris exemplarib. Servium nobis magna ſui parte ſuperſtitem reſtituat. Porro ex hoc Servii loco ſanè quam eleganti, illud mihi primum videor didiciſſe quod Dionyſ. ſcribit de jure nuptiarum quæ *κατὰ νόμους ἱεροὺς* contractæ ſunt, ad confarreationem potius referenda eſſe, quanquam is omnino ritus Romuli temporibus nondum in uſu fuiſſe videatur, ſi verum eſt quod Plin. ſcribit à Numa primum in ſacrificiis far molamque ſalſam adhibita. Sed & illud, apud Tacitum lib. 4. Annal. & Hiſtor. 4 confarreatis parentibus genitos, patrimos & matrimos ſignificare, quo nomine hactenus cenſiti ſunt omnes, quibus pater materque ſuperſtites eſſent. nec id quidem ſine auctoribus. Nam & hoc idem apud Sex. Pompeji breviatorem in Flaminia legimus, & Dionyſius Halic. *lib. 2.* & Plutarch. *in Numa ἀμφιθαλῆ παῖδα* nominant, Heſychius exponit *τὸν ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα μηδενὸς ἀϕῃρημένον.* immo & ex Sibyllinis verſibus hi à Politiano referuntur.

χωρὶς δὲ κόρῃσι χόρον αὐταὶ ἔχοιεν
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς· ἀλλὰ γονῆων
Πάντων ζωόντων οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.

Quos ille ſe de Zoſimi hiſtoria ſumpſiſſe ait. Sed adſcribam ad eam rem pertinentia Zoſimi ipſius Græca verba, quę mihi ex doctiſſ. diſertiſſimique viri epiſtola Cl. Puteanus communicavit, cujus ego eruditioni atque amicitiæ & hoc lubenter acceptum refero. nam Onuphrius quidem Panvinius Latine tantum antea retulerat. Sic igitur Zoſimus cum de ludis ſecularibus diſſereret *ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς* (Horatius claris patribus ortos, Tacitus patricios fuiſſe exponit) *μετὰ παρθένων τοσοῦτον οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅσπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους δ' ᾄδουσι τῇ τε ἑλλήνων καὶ τῇ ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ ῥωμαίους σώζονται πόλεις.* Quæ noſter Puteanus ſic conciliat ut omnes patrimos matrimoſque, proprie dictos putet qui parentes adhuc vivos haberent, eoſque præterea confarreatos: vivos boni ominis cauſa: confarreatos, propter auctoritatem ſacrorum. Sane quidem non alios vetuſto more patrimos matrimoſque legi ſolitos veriſimile eſt. Sed poſt omiſſam confarreandi adſuetudinem (quod Tacitus jam ante Tiberii tempora accidiſſe ſignificat) rectè ejus ætatis poſterioriſque ſcriptores & ex uſu & proprietate ipſa verborum quæ confarreationis nihil habent, eos patrimos matrimoſque interpretati ſunt qui modo patrem matremque adhuc vivos haberent. Nam & ſic olim pater patrimus dicebatur, qui cum jam ipſe pater eſſet, haberet etiam tum patrem. Unde & pater patratus Plutarcho in Probl. Verum quid prohibet & alios Servii locos adjicere necdum, quod ſciam, proditos, & totam coëmendi confarreandique rationem, quæ hactenus non ſatis cognita fuit, exponentes? Sic igitur in illud libr. 4. Æneid. *Liceat Phrygio ſervire marito. Sane hic,* inquit, *coemptionis ſpeciem tangi. Coemptio*

emptio enim eſt ubi libra atque as adhibetur & mulier atque vir inter ſe quaſi emptionem faciunt, quod ante jam in I. Georg. Teque ſibi generum Tethys emat: quoniam coemptione facta, mulier in poteſtatem viri cedit, atque ita ſuſtinet conditionem liberæ ſervitutis (ſic in opr. ex. legendum arbitror) *ait enim, Liceat Phrygio ſervire marito, & in Georgic. Tibi ſerviat ultima Thyle. Quoque omnis iſte mos coemptionis & citra nominis nuncupationum dotis datæ taxatione expediretur, quæ in res manum conventio dicitur, ſubjunxit, Dotaleſque tua Tyrios permittere dextra. Quid eſt enim aliud dextra quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur ut aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam jure Pontificio in matrimonium neceſſe eſt convenire.* Et paulo poſt, *Mos apud veteres fuit Flamini ac Flaminiæ ut per farreationem in nuptias convenirent, ſellas duas jugatas ovili pelle ſuperinjecta poni ejus ovis quæ hoſtia fuiſſet, & ubi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica reſiderent, ait igitur, locavi: locata enim uxor dicitur quod ſimul cum eo ſedeat dum confarreatur. Confarreationes autem tonitru dirimit.* Ad hanc aurem conjunctionem quæ frugibus & mola ſalſa fieret, etiam diffarreationem proprie pertinuiſſe exiſtimo, cujus apud Sex. Pompejum mentio eſt: ut non niſi contrario ſacrificio vinculum illud confarreationis diſſolveretur, quo nihil religioſius in ſacris fuiſſe Plinius ſcribit, cum cætera matrimonia XII. tabulis facilè diſſolverentur muliere domo exacta & res ſuas habere juſſa clavibuſque ademptis: demum etiam confarreatione jam abolita, per libertum ſeptem civibus Rom. puberibus ex lege Julia. Sed quod ſequitur apud Servium eo loco quem initio recitavimus, non ſic accipiendum eſt, quaſi in manum conventio coëmptione ſola fiat, quod Boëtio viſum eſt. nam & farre conveniebatur in manum ut Ulpianus ſcripſit Tit. 9. & Servius idem poſtea ſignificat. Ergo tam confarreatione quam coëmptione maritus in patrie locum, uxor non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti & in ſui hæredis locum venit, eſtque in ejus manu mancipioque, aut ejus in cujus manu mancipioque eſt, & Materfamilias proprie appellatur, ut poſt M. Tullium à Gellius ſcripſit, & ex illo tranſtulit Servius in lib. XI. Æneid. Sed hic illud quæri non abs re poteſt. An ea quæ anno uno continuo abſque uſurpatione apud virum fuit, poſt annum in ejus manu eſſe incipiat & hæres ei ſua fieri. Quod & Fabro noſtro viſum eſt, & mihi probatur. Nam quo uſucapio, quæ etiam rerum nec mancipi eſſe dicitur: niſi ut uxor viri fiat jure Quiritium, & in ejus poteſtatem redigatur? Et ſanè M. Tullius hoc etiam modo mulierem in manum convenire ſignificat. ſic enim in ejus oratione pro L. Flacco conſtanti omnium exemplarium fide ſcriptũ legimus. *In manum*, inquit, *convenerat. Nunc audio, ſed quære, utrum uſu an coemptione*, quanquam ſcio non deeſſe qui in matrimonium malint, ſed quod ſequitur, *Uſu non potuit: nihil n. de tutela legitima potuit ſine omnium tutore auctoritate deminui*, indicas hoc ſaltem uſu meliorem tutela liberatam; quod ſine minima capitis deminutione fieri non potuit, i. e. in manum conventione ut Ulpian. explicat libro ſingulari Regularum Tit. de tut. & Boeth. ipſe in Top. ſequitur, qui hæc alioqui non ſatis juridice diſtinguit. Dicet aliquis Quænam igitur erit illa forma uxoris quæ matrona proprie dicitur, & tantummodo uxor habetur? Nempe hæc eadem quę vel ſine legibus tam viro eſt antequam uſucapta ſit, ſive intra annum, ſeu poſt annum,

manu ejus eſt, ſua heres[1] eſt: quia filiæ loco eſt. Item nurus quæ in filii manu eſt[2]. Nam & hæc neptis loco eſt. Sed ita demum erit ſua heres ſi filius cujus in manu erit, dum pater moritur in poteſtate ejus non ſit. Idemque dicimus & de ea quę in nepotis manu matrimonii cauſa ſit. Quia proneptis loco eſt. Poſthumi quoque qui ſi vivo parente nati eſſent, in poteſtate ejus futuri forent, ſui heredes ſunt. Idem juris eſt de his quorum nomina ex lege[3] Ælia Sentia vel ex Senatuſconſulto poſt mortem patris cauſa probata in poteſtate ejus futuri eſſent: & de

annum, ſi trinoctium abfuerit uſurpandi cauſa, ut ex Q. Mutio Gellius tradit. Atqui hæc concubina potius videatur quam uxor. Immo verò in ejus mulieris conſuetudine cum qua connubium eſſe poteſt, non concubinatum, ſed nuptias intelligimus *l. 24. D. de rit. nupt.* Et hic igitur in dubio nuptiæ præſumuntur, & uxor illa interea eſt: ſed non eſt in mancipio viri antequam uſucapta ſit. Hæc nos poſt tot ſcriptores de ritu & jure nuptiarum non adeo trita, qui aut non ſatis idoneo loco, aut prolixius tractaſſe arguet, ei ego tam ingratæ reprehenſionis occaſionem ſic invidebo, ut tamen æquiorem mentem optaturus ſim.

1 *In ſua hæres eſt*) lego, *ei ſua h. e.*

2 *Quæ in filii manu eſt.*) Ergo & qui in aliena poteſtate eſt, uxorem in manu habere rectè dicitur. immo & hæc materfamilias à noſtris auctoribus appellatur *l. 44. D. de adopt.* licet ejus vir paterfamilias non ſit: quod Verrii definitioni non ſatis congruit. Alias autem materfam. dici ſolet quæ nupta in patris vel avi poteſtate non eſt *l. 30. & 34. D. ſolut. matr. l. 5. D. de bon. dam.*

3 *Quorum nomina ex lege*) Puto legendum, *quorum nomine ex lege Ælia Sentia vel ex SC. poſt mortem patris, &c.* quod pertinet ad illud caput legis Æliæ Sentiæ cujus Ulpian. meminit *Tit. 7.* Qui locus, ut hoc obiter moneam ſic meo judicio reſtituendus eſt. *In poteſtate parentum ſunt etiam ii liberi quorum cauſa probata eſt per errorem contracto matrimonio inter diſparis conditionis perſonas. Nam ſeu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam quæ deditiorum numero eſt, quaſi civem per ignorantiam uxorem duxerit, ſive civis Romana per errorem peregrino, vel ei qui deditiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino nupta fuerit, ex lege Ælia Sentia cauſa probata civitas redditur tam liberis quam parentibus præter eos qui deditiorum numero ſunt, & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.* Quod ſubjicit de SC. referendum videtur ad decretum ampliſſimi ordinis circa legem Æliam de Conſilio & cauſa probanda *l. 1. in fine D. de off. Coſſ.* non tantum in minore ſed & inter diſparis conditionis perſonas, ut hic locus indicat. ad quod etiam conſilium pertinere videtur *l. 24. D de manumiſſ.* quæ alioqui ſi de judicio liberalis cauſæ accipiatur, inter fugitivas non immerito cenſebitur.

& de eo filio[1] qui ex prima ſecundaque emancipatione poſt mortem patris manumittitur, intelligimus. Cùm filius filiavè[2] & ex altero filio nepotes neptesvè exiſtent, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu propior eſt ulteriorem excludit. Æquum enim videtur[3] nepotes neptesvè in patris ſui locum portionemque ſuccedere. Pari ratione etſi nepos neptisvè ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisvè, ſimul vocantur. Et quia placebat nepotes neptesvè, item pronepotes proneptesvè in pa-

1 *Et de eo filio*) Eſt hic & alius agnationis modus ex manumiſſione qui ab Ulpiano quoque recenſetur *Tit. 23.* Porro hi caſus ſi quidem poſt mortem contingerent, ad juris antiqui formulam, ſin ante, ſed poſt teſtamentum ad legem Vellcam olim pertinuerunt, quod latius explicare non eſt hujus loci.

2 *Cum filius filiavè*) Et hæc ex eodem Inſtitutionum Titulo ſuppleri atque emendari poſſunt. Quod ſequitur de agnatis, in Titulum de ſucceſſione agnatorum magna parte tranſlatum eſt, quem cum hoc conferte cujuſvis operæ fuerit.

3 *Æquum enim videtur*] Lex XII. tabularũ agnatis præfert ſuos quoslibet ſine diſtinctione itaque ſufficit ſuum hæredem eſſe, nec ſpectatur proximior ſit an ulterior. Quãobrem ſucceſſionis ſive, ut hodie loquimur, repræſentationis ratio aliqua ex æquitate habita eſt, ut inter ſuos hæredes in ſtirpes non in capita dividatur hæreditas, quod prudentium interpretatione receptum Gaſus ſignificat. At eadem lex deficientibus ſuis hæredibus agnatum non quemlibet vocat, ſed proximum: obidque inter agnatos ſemper in capita, nunquam in ſtirpes dividitur hæreditas ex XII. tabulis. Qua etiam ratione idem in libertorum ſucceſſione ſervari Paulus tradit *lib. 2. Sent.* ex ſententia Juliani in *l. 23. §. 1. D. de bon. libert.* Alio ſenſu auctores noſtri dixerunt in ſuis & legitimis non eſſe ſucceſſionem ſequentis ſcilicet gradus ejuſdem ordinis poſt delationem aut adquiſitionem. quod veteri jure perpetuum eſt, ea etiam ratione quod proximo tantum legitima hereditas deferatur. *l. 1. §. ſciendum & l. 2. §. legitima D. de ſuis & legit.* Si tamen filius matris hæreditatem ad quam ex Orfitiano vel legitimus vocatur, ſibi delatam repudiaverit, aut cum agnoviſſet, abſtinendi cauſa reſtitutus ſit, cæteri legitimi admittuntur. Sed hoc fieri ex ipſius SC. verbis indicat *l. 1. §. ſi nemo. juncto §. ſeq. D. ad SC. Tertyll.* In bonorum poſſeſſione, Unde cognati poſt delationem ſucceſſio eſt *l. 2. C. de ſucceſſ. edict.* nempe quia ex ſola Prætoris indulgentia pendet. *l. 1. D. unde cogn.* Non eſt tamen ſucceſſio poſt adquiſitionem *l. ult de ſucceſſ. edict.* Eadem ratione tentari poteſt & in honoraria. Unde liberi eſſe ſucceſſionem, cum ea cognationis detur veluti emancipatis, nec tam ſpectetur jus civile quam ipſa natura *§. emancipat. & §. minus. Inſtit. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. def.* Sed hæc omnia Juſtinianus exæquavit.

1 Quos

in patris ſui locum ſuccedere, conveniens eſt non in capita, ſed in ſtirpem hereditates dividi: Ut filius dimidia parte hereditatis fruatur, ex altero filio duo pluresvè nepotes altera dimidia. Item ſi ex duobus filiis nepotes extent, ex altero filio unus forte vel duo, ex altero tres aut quatuor, * altera dimidiam, * *De agnatis*. Si nullus ſit ſuorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. Vocantur autem agnati qui legitima cognatione juncti ſunt. Legitima autem cognatio hæc eſt quæ per virilis ſexus perſonas conjungitur. Ita qui eodem patre nati ſunt fratres, agnati ſibi ſunt, qui etiam conſanguinei vocantur: nec requiritur an matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati ſunt, quos plerique etiam conſobrinos [1] vocant. Qua ratione ſcilicet etiam ad plures gradus agnationis pervenire potuerimus. Non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem; ſed his qui tunc cùm certum eſt aliquem inteſtato deceſſiſſe, proximo gradu ſunt. Nec in eo jure ſucceſſio eſt. Ideoque ſi hæres proximus omiſſerit, vel antequam hereditatem adjerit, deceſſerit, ſequentibus nihil juris competit. Ideò autem [2] cùm non mortis tempore

1 *Quos plerique conſobr.*] Hoc verbum Triumviris diſplicuit, qui conſobrinorum nomine hos ſemper intelligi voluerunt: quod tamen per abuſionem fieri Theophilus recte notat. idque verbi etymologia ſuadet. conſobrini enim quaſi conſororini dicuntur. Nonius, *Conſobrini ex duabus editi ſororibus, de quibus exempla multa ſunt in antiquis auctoribus & maxime in Afranio & juris vetuſtiſſimi ſcriptoribus.* Sic legendum *non viris*, qui error etiamnum manet apud Suetonium in Nerone, & Capitolium in Pio.

2 *Ideo autem*) Lego, *autem non mortis tempore ſed cum certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quia ſi quis teſt. &c.*

1 Hoc

pore certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe quam ſi quis teſtamento facto deceſſerit, melius eſſe viſum eſt tunc requiri proximum, cum certum eſſe cœperit neminem ex teſtamento heredem fore. Quod ad fœminas attinet, hoc jure [1] aliud in ipſarum hereditatibus capiendis placet, aliud in cæterorum ab his capiendis. Nam & fæminiarum hereditates perinde agnationis [2] jure redeunt atque maſculorum. Noſtræ verò hereditates ad fæminas ultra conſanguineorum gradum non pertinent. Itaque ſoror fratri ſororivè legitima heres eſt: Amita verò & fratris filia heres eſſe non poteſt. Sororis autem nobis loco eſt etiam mater aut noverca, quæ per in manum conventionem apud patrem noſtrum jus filiæ conſecuta eſt. Si quis defunctus erit, ſi ſit frater & alterius fratris filius, ſicut ex ſuperioribus intelligitur, frater potior eſt, quia gradu præcedit, ſed alia * faciat [3] juris interpretatio inter ſuos heredes.

1 *Hoc jure*] Id eſt, jure civili, ſive ex lege Voconia, ex qua eſt legitimę cognationis nomen de maſculis, non ex XII. tab. Aliud vero ex edicto Prætoris obſervatur *§. cæterum de legit. agnat. ſucceſſ.* Manſit tamen in cognatorum definitione maſculorum nomen in *l. 2. §. 1. de ſuis & legit.*

2 *Proinde agnationis jure.*) Non ſuitatis, nam ſuos hæredes fœminæ non habent. Hinc illa olim queſtio de jure apud Centumviros, Filius an frater debeat eſſe inteſtatæ hęres. Sic enim apud Fabium legendum eſt *lib. 4. Inſt.* non *inteſtato*, vel veteribus libris adſtipulantibus quod aliàs pluribus oſtendimus in libro ſingulari de Centumviralibus, Decemviralibus Septemviralibuſque & Quinqueviralibus judiciis. Et vero de inteſtati hæreditate eſſet ea ineptiſſima quæſtio, ut hodie eſt de matris ſucceſſione poſt orationem D. Marci & S.C. Orfitianum, quibus id actum eſt ut ſine in manum conventione matrum legitima hæreditas ad filios pertineret excluſis conſanguineis & reliquis agnatis, quemadmodum Ulpian. ſcribit in *fragment. Tit. 26.* ubi notandum eſt quod ait, *ſine in manum conventione*, nam & ante S.C. ea conventionis in manum vis fuit ut liberi matri ſuccederent, non quidem ut liberi, ſed ut fratres & agnati. An ut conſanguinei? Non puto, alioqui ſane reliquos agnatos tum quoque excluſiſſent. Et vero eis ſanguinis nomen ut fratribus proprie convenire non videtur.

3 *Sed alia faciat*) Malim, *ſed alia facit* (vel *fuit*) *juris interpretatio. &c.*

1 *Iam.*

das. Quod ſi defuncti nullus frater exſtet, ſed ſint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet. Sed quæſitum eſt ſi diſpari numero ſint, forte nati ex uno unus vel duo, & ex altero tres aut quatuor, utrum in ſtirpes dividenda ſit hæreditas, ſicut inter ſuos hæredes juris eſt, an potius in capita. Jam dudum [1] autem placuit in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte perſonæ, in tot portiones [2] * fuerunt. Si nullus agnatus ſit, eadem lex duodecim tabularum gentiles [3] ad hæreditatem vocat. Qui ſint autem gentiles primo Commentariorum & ultimum eſt [4]. Et cum illic

1 *Iamdudum autem*) Hæc eſt illa quæſtio jamdiu inter Juſtinianei juris interpretes vexata, tandemque uſu potius noſtro quam certo aliquo illorum judicio definita ex veterum tamen conſultorum ſententia, quę & ipſa legis fuit cum proximos agnatos ad ſucceſſionem vocaret. Nam quibus proximorum nomen æque competit, quique æquo jure ſuo veniunt, æquas etiam partes ferre rationis eſt. Sane cum alii ex legis aut ſtatuti verbis ut proximi vocantur, alii ſucceſſionis quodam jure ex aliorum perſona veniunt, æquitas poſtulat & illis ex lege partem integram conſervari, & his ſimul non plus juris deferri quam ille habiturus eſſet in cujus locum partemque ſuccedunt. Quæ viſio alterius tractationis eſſet.

2 *In tot portiones fuerunt.*) Melius, *tot portiones fient.*

3 *Gentiles*) Ponitur hæc lex à Cicerone non ſuis omnino verbis *lib.* 2. *de Invent. Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque eſto.* Quod de gentilibus reſtat ex XII. tab. in *l.* 53. *D. de verb. Sig.* ad jus tutelæ magis pertinet, à quo tamen ad hereditatem legitima argumentatio eſt. Eſt & de ſucceſſione gentilium verſus Catulli ad Mallium; & exemplum Centumviralis judicii non tam fortaſſe ſenſu notum quam fama celebre, quod à M. Tullio refertur lib. 1. de Orat. in quo illud quæſitum arbitror. An in ſucceſſione liberti ab ingenuo gentilitio adoptati jus gentilitatis locum haberet, adeo ut gentiles ejus familiæ in quam adoptatus erat libertus, ejus cognatis præferrentur ex XII. tabulis. Quia in quæſtione potior fuiſſe videtur Marcellorum cauſa ex Scęvolæ definitione. Nec inficior tamen libertos patronorum gentiles Latine dici poſſe eo modo quo & ſervi dominorum gentiles à Plinio appellantur ob ſimilitudinem nominum quæ gentis vocabulo interdum ſignificatur, ut ex Cincio Feſtus tradit. Quo ſenſu & novus homo Apinas Servium regem gentilem ſuum dicere auſus eſt, & Hiſpalæ libertæ gentis emptio conceſſa legitur apud Livium libro 39.

4 *Primo Commentariorum & ultimum eſt*) Sic vet. Meminit & Commentariorum Gaii Iavolenus in *l. ſi quis D. de cond. & demonſt.* quod ego lubens

illic admonuerimus gentilitium jus in deſuetudinem abiiſſe, ſupervacuum eſt [1] hoc quoque loco de ea re curioſius tractare.

21 PAULUS libro ſententiarum IV. ſub titulo de teſtamentorum ſucceſſionibus. Inteſtati dicuntur qui teſtamentum facere non poſſunt, vel ipſi linum, ut inteſtati decederent, abruperunt: vel hi quorum hereditas repudiata eſt, cujuſvè conditio defecerit. Sine jure Prætorio [2] factum teſtamentum * objecta doli

bens ad libros Inſtitutionum refero quibus idem nomen à Boëtio & Aniano tribui meminit. Et vero probabile eſt ſub finem *lib. 1. Inſtit.* de gentilitatis jure tractaſſe Gajum cum de curatoribus differeret. Sed Juſtin. Commentariorum nomen etiam aliis libris tribuit in Prooœmio Inſtitutionum.

1 *Supervacuum eſt*) Antiquitatis cognitio juris ſtudioſo non utilis modo, ſed etiam neceſſaria eſt, nec fruſtra veteres conſulti quantum in ipſis fuit, nihil ejus penitus nos ignorare voluerunt. Eſt enim illud de omni cognitione Ariſtot. καθόλου· εἰ τῆς ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν. Sed & illud verum Modum in quaque re optimum: nec eadem cura omnia aut ediſcenda aut pertractanda ſunt. Quædam ſemel noſſe vel non ignorare ſufficit: repetere atque inculcare tam putidum eſt, quam aut in gradibus morari cum aſcendas, aut in inſtrumento artis ipſius opus finemve conſtituere.

2 *Sine jure Prætorio*) Hæc eſt veteris codicis ſcriptura quæ fortaſſe non male ita reſtituetur. *Sine jus Prætorio factum eſt teſtamentum objecta doli exceptione obtinebit.* Cujus ſententiæ ſpecies dari poteſt *ex l. 1. C. Th. famil. herciſcun.* videlicet inter coheredes ſi hujuſmodi ſcriptura ſingulis aliquid adſcriptum ſit, oppoſita doli exceptione effici ut ea voluntas obtineat, nec aliquid amplius à ſingulis retineatur quaſi ab inteſtato. Quæ definitio laudatur etiam à Juſt. *Novell. Conſt. 107.* Dari poteſt & caſus quo ſine jure Prætorio factum teſtamentum objecta doli replicatione obtineat, ſi inſtituti ſint ii qui rem ab inteſtato omnino habituri eſſent. Dicet aliquis. Si teſtamentum rite factum non ſit, locus eſt ab inteſtato ſucceſſioni: Itaque iis replicatione doli nihil opus eſt qui ſine teſtamento lege hæredes fiunt. Verum dari poteſt caſus quo neceſſaria eſt doli replicatio; ut ſi prius teſtamentum jure perfectum extet quo alii hæredes inſtituti ſint *l. 12. D. de injuſt. rupt. irrit.* & hac replicatione doli opus habent adverſus liberos ipſos, propinqui, uxor, alumnus, aliæque hujuſmodi perſonæ quibus ex imperfecto teſtamento legata & fideicommiſſa præſtantur *l. 38. D. de fid. liber.* Ergo hæc doli ſive replicatio ex perſona ejus qui opponet omnino æſtimabitur. Dixit autem *ſine jure Prætorio*, quia hæc fuit minus ſolemnis minuſque difficilis teſtandi forma. Sed hæc Novellis Conſtitutio-

doli exceptione obtinebit. Eorum quorum [1] teſtamenta rumpuntur, aut irrita fiunt, quamvis ipſo quidem jure * teſtati decedunt, * ut inteſtatorum hereditas lege duodecim tabularum primum ſuis heredibus, deinde agnatis & aliquando quoque gentilibus deferebatur [2]. Sanè conſanguineos lex non apprehenderat; ſed interpretatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. Sui heredes ſunt hi: primo loco filius, filia, in poteſtate patris conſtituti: Nec intereſt adoptivi ſint an naturales & ſecundum legem Juliam Papiamvè [3] quæſiti, modo maneant in poteſtate. Qui ſui heredes ſunt, ipſo jure heredes etiam ignorantes conſtituuntur, ut furioſi, aut infantes, aut peregrinantes [4], qui-

tutionibus varie immutata ſunt, nos hic veteris juris reliquias tractari meminimus.

1 *Eorum quorum*) Hæc fortaſſe aliquis ita ſuppleverit. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita ſunt, quamvis ipſo quidem jure teſtati decedant, hereditas ut inteſtatorum defertur.* At ego ipſo facto teſtatos dixero, Jure non dixero; ſed magis inteſtatos, nec improprie quidem *l. 5. D. de suis & legit.* ac potius hunc locum ita ſupplevero. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur, aut irrita fiunt licet jure inteſtati decedunt, ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio datur ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt.* Quod & Ulpian. ſcripſit in fragment. *Tit. 23. & 28.* Circa quæ illud admonere ſupervacuum non fuerit, videri Papinianum in eo qui poſt teſtamentum adrogandum ſe præbuit, hoc etiam exigere, ut voluntatem quæ jure defecit recenti aliquo judicio ſui juris factus confirmaverit *l. 11. § 2. D. de bon. poſſ. ſec. tab.*

2 *Gentilibus deferebatur*) *Sane conſanguineos lex non adprehenderat, ſed interpretatione prudentum primum inter agnatos locum obtinuerunt.* Inde in *l. 1. D. de legit. tut.* agnatis & conſanguineis & *l. 30. D. de adquir. hared. legitimum vel conſanguineum*: & rectè in *l. 1. C. Quorum bonor. Conſanguineos,* inquit, *omnia prudentium reſponſa & lex ipſa natura ſucceſſores faciunt.* Eſt enim hæc ſucceſſio ex eo jure quod communi nomine jus civile appellatur *l. 2. § 5. his legib. latis D. de origin. jur.* cujus & alia exempla ſi quis deſideret, reperiet non obſcura in *l. 36. D. de ſtatu lib. & l. 34. D. de har. inſtit.* itemque apud Ciceronem *lib. 3. de Offic.*

3 *Secundum legem Juliam Papiamve quæſivi*) *In l. ult. D. de ſtatulib. ſi mulier ex lege nupſerit,* id eſt intra annum præſtito jurejurando ſe liberorum cauſa nubere, quod etiam ad legem Juliam miſcellam referendum Græcus interpres rectiſſimè notat, & explicandum moneo ex *l. Titio centum § ult. de condit. & demonſt.*

4 *Et peregrinante*) Rectè. At in *§. 4. Inſt. de hæred. qual. & diff.* placet magis

quibus jus bonorum poſſeſſionis propter Prætoriam actionem non erat neceſſarium. In ſuis heredibus adeò ad mortem teſtatoris rerum hereditariarum dominium continuatur; ut nec tutoris auctoritas pupillo, nec furioſis curator ſit neceſſarius; niſi

cet magis quod præceptor meus reſtituit: *peregrinatos*. Diverſitatis ratio per ſe manifeſta eſt.

1 *Quibus jus bonorum poſſeſſionis propter Prætoriam actionem non erat neceſſarium*) Bonorum poſſeſſionis hic fructus eſt, ut commoda & incommoda hæreditaria, itemque dominium rerum quæ in his bonis ſunt, tribuat, quod in ſuis hæredibus non eſt neceſſarium, cum ipſo jure in eis ita continuetur dominium, ut nulla videatur hæreditas fuiſſe quaſi & olim domini fuerint ſimul cum defuncto. Poſſeſſio ut vivo patre filio continuata non intelligitur, ſic nec mortuo continuatur. nam nec ea quidem hæreditatis aut juris eſt, ſed facti, & non niſi naturaliter comprehendi poteſt jure P. Ro. *l. 23. D. de adq. poſſ. l. 91. D. ex quib. cauſ. major.* Moribus noſtris aliud fere obſervatur, fortaſſe ex *l. cum miles D. eod.* in qua Doctor meus pridem admonuit poſſeſſionis nomine uſucapionem ſignificari, non uſum rei quem nec bonorum poſſeſſionis beneficium transfert. Ergo hic Prætoria actio non male fortaſſe accipietur de omni ea quam prætor bonorum poſſeſſori adcommodare dicitur in *§. 1. Inſt. de perpet. & temp. act.* Sed neſcio quomodo mihi plane non ſatisfacit generalior illa interpretatio, ſubodoranti aliud quid ſubeſſe quod ego lubentius ad inofficioſi querelam retulerim, cujus ordinandæ gratia ſuis hæredibus licet bonorum poſſeſſio agnoſci ſoleret *l. 8. §. 1.* neceſſariam tamen non fuiſſe indicat *l. 7. de inoff. teſt.* Emancipato neceſſaria fuit, cum quod alioqui non jure inofficioſi arguere teſtamentum videretur, niſi qui ex officio inſtitui debuerat, tum quod fruſtra inteſtatum patrem faceret, niſi ab inteſtato rem habiturus: quod ſolo Prætoris beneficio per bonorum poſſeſſionem conſequi potuit, alio jure penitus extraneus. Eſt igitur hæc ſaltem res inofficioſi Prætoria actio. Quod vereor ne non ſatis multis probetur. Et tamen video omnibus eam concedi, quibus Prætor bonorum poſſeſſionem defert etiam contra jus civile *l. 6. D. eod.* & in ea ſucceſſionem eſſe ut in honorariis *l. 14. & l. 13.* item, Prætoriarum actionum numero generaliter cenſeri quas Prætor bonorum poſſeſſori accommodat. Nec me movet centumviralis judicii auctoritas, cum & poſſeſſoriæ hæreditatis petitio ejus generis ſit, quam tamen honorariam eſſe nemo inficias ierit. Eadem vero non facilè dixero de auxilio quod contra inofficioſas donationes ad exemplum querelæ inductum eſt, quod eſſe videtur ex conſtitutionibus, id eſt ex Alexandri litteris quarum exemplum extat in *l. Titio Seio §. Imper. D. de legat. 1. qui §.* ut hoc obiter moneam, à Pauli reſponſo quod proxime ſequitur dividendus non fuit, ne non ſatis ad Titulum pertineret. Videtur autem reſcriptum à conſulente libello prepoſitum ut judicaret Paulus ad propoſitæ quæſtionis definitionem accommodari poſſet. Quod alias fieri ſolitum ne longius abeamus, indicat *l. 3. C. de inoff. donat & ult. §. ſupr. Tit. 10.*

niſi forte ſolvendo non ſit hereditas: quamvis etiam furioſus ſi reſipuerit, & pupillus ſi adoleverit, abſtinere poſſint. Poſt mortem patris natus, vel ab hoſtibus reverſus, aut ex primo ſecundovè mancipio manumiſſus, cujuſvè erroris cauſa probata, licet non fuerint in poteſtate, ſui tamen patri heredes efficiuntur. Poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem inter ſuos veniunt nepotes, pronepotes, neptes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimento ipſis in avi poteſtate vel proavi familia remanſerit. Parentes enim libris ſuis cum quibus in poteſtate fuerunt ipſis ordine ſucceſſionis obſiſtunt. Filii ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis in familia retinentur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem cum fratris filiis vocantur: quibus in patris ſui partem venientibus, hereditas in ſtirpes non in capita dividitur, ita ut filius & plures nepotes ſingulos ſemiſſes habeant. Idemque evenit ſi cum eo ex duobus filiis * impari numero nepotes ſucceſſerint. Ex filia nepotes ſui heredes non ſunt, in avi enim materni poteſtate alienam familiam ſequentes, ipſa ratione eſſe non poſſunt. Eo tempore ſuus heres conſtituendus eſt, quo certum eſt aliquem inteſtatum deceſſiſſe: quod ex eventu deficientis conditionis, & ortu nepotis qui vivo avo poſt mortem patris natus, iniri poteſt. Quem filius emancipatus ſuſcepit, vel adoptavit ſui heredis locum in avi ſucceſſione, ſicut ipſe pater, obtinere poteſt: Adoptivus tamen nec quaſi cognatus bonorum poſſeſſionem ejus potiri poteſt. Si ſui heredes non ſunt, ad agnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum conſanguinei obtinent. Agnati autem ſunt cognati virilis ſexus per virilem deſcen-

deſcendentes, ſicut filius fratris, & patruus, deinceps & tota ſucceſſio. Inter agnatos & cognatos hoc intereſt. In agnatis enim etiam cognati continentur: Inter cognatos verò agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus agnatus eſt & cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo eſt. Conſanguinei ſunt eodem patre nati, licet diverſis matribus, qui in poteſtate fuerunt mortis tempore. Adoptivus quoque frater ſi non ſit emancipatus, & hi qui poſt mortem patris nati ſunt, vel cauſam probaverunt. Soror jure conſanguinitatis tam ad fratris quam ad ſororis hereditatem admittitur. Conſanguineis non exiſtentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu præceſſerit. Quod ſi plures eodem gradu conſiſtunt, ſimul admittuntur. Si ſit frater [1] defuncti, & fratris filius vel nepos * fratris non exiſtentes * filius fratris nepoti præfertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes ſed in capita hæreditas diſtribuitur, ſcilicet ut pro numero ſingulorum * viritim [2] diſtribuatur hereditas. Fœminæ ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur. Id quod jure civili Voconia * rogatione videtur effectum. Cæterum lex duodecim tabularum ſine ulla diſcretione ſexus cognatos admittit.

Ulpianus libro ſingulari [3] ſub titulo de legitimis hereditatibus. Inteſtatorum gentilitiorum [4] here-

1 *Si ſit frater.*) Deſunt hic aliqua cum ex ſuperioribus, tum ex ipſo Paulo *lib. 4. Sent. tit. 8.* reſtituere perfacile eſt.

2 *Virium*] An *jurium*? an potius *viritim*: Sic videtur.

3 *Ulpianus libro ſingulari*] Extat hodieque magna pars horum inter Ulpiani fragmenta quæ eſſe omnia ex libro ſingulari Regularum ſupra oſtendimus.

4 *Inteſtatorum gentilitiorum*) Sic vetus rectiſſime. Nam in libertinorum ſucceſſionibus non eadem ob-

hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, cæteroſque qui liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſint, ad conſanguineos, id eſt fratres & ſorores ex eodem patre: Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos virilis ſexus per mares deſcendentes ejuſdem familiæ. His enim cautum eſt lege duodecim tabularum hac, SI INTESTATUS [1] MORITUR CUIUS HERES NEC EST AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABEATUR. Si agnatus [2] defuncti non ſit, eadem lex dodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis, SI GNATUS NESCIT GENTILES FAMILIAM HERES HANC. Nec gentilitia jura in uſu ſunt.

ITEM ab inteſtato [3] inſtitutionum Ab inteſtato quoque hereditas defertur aut per jus civile, aut per Prætoris beneficium. Per jus civile ſuis heredibus, vel liberis qui in poteſtate fuerunt, filii filię & deinceps

tinent, ut poſtea monet Ulp. Gentiles Q. Mutius definivit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo ſervitutem ſerviit. Et recte Corn. Fronto, *Gens*, inquit, *ſeriem majorum quarit*.

1 *Si inteſtatus*) Plures legunt, *Si inteſtatus moritur cui ſuus hæres nec eſt, agnatus proximus familiam habeto:* nam illud AC nondum pro hujus legis particula agnoſcere potui. Sed in re tam trita jam neſcio quomodo diutius immorari piget, poſtquam, ut olim pueri ab Homero in ſcholis, ita nunc vix dupondii à XII. tabul. carmine non ediſcendo ſed recenſendo retractandoque juris ſtudia inchoant.

2 *Si agnatus*) Hoc videtur ab Aniano in collectione ſua omiſſum quod apud Gajum legiſſet gentiliũ jus in uſu non eſſe: qua etiam ratione in proxima ſuperiore ſententia ingenuorum nomen pro gentilitiis ſuppoſuit. Ex quo apparet ne fragmentis quidem Ulpiani de jure veteri temere eſſe credendum. Porro hæc lex non infœliciter ita reſtituetur, SI AGNATUS *nec ſit gentiles familiam habeant:* aut potius, ut Oiſelo noſtro videtur, *herciſcant, nunc nec gentilitia jura in uſu ſunt*. Erciſcundi verbum XII. tabularum eſſe conſtat. Sed an huic capiti omnino conveniat, alii viderint. Ego quidem non puto delinquere eum qui in dubiis quæſtionibus ab amico non facile diſſentit

3 *Idem ab inteſtato inſt.*] Exiſtimo ſic hæc potius reponenda eſſe, *Idem lib. II. Inſtitution. ſub Tit. de Succeſſ. ab inteſt.* nec cur ita exiſtimem, intelligere difficile eſt.

1 *Et ſi*

ceps qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem nati ſunt, ſuccedunt.

ITEM eodem libro. Poſt ſuos ab inteſtato legitimi admittuntur, primum conſanguinei, ii ſunt fratres & ſoror qui in ejuſdem poteſtatem patris fuerunt & ſi ex diverſis matribus [1] ſunt. Conſanguineos & adoptio facit, & arrogatio, cauſæ probatio, [2] & in manum conventio.

ITEM eodem libro. * Ex conſanguineis [3] legitimi vocantur. Hi ſunt agnati qui nos per patris cognationem contingunt virilis ſexus. Nam ſciendum fœminis ultra conſanguineas, hereditates legitimas non deferri. Suis Prætor ſolet emancipatos liberos, itemque civitate donatos [4] conjungere data bonorum poſſeſſione: ſic tamen ut bona, ſi quæ propria habent, his qui in poteſtate manſerunt, conferant. Nam æquiſſimum putavit neque eos bonis paternis carere, per hoc quia non ſunt in poteſtate, neque præcipua bona propria habere

1 *Et ſi ex diverſis matribus*) Varro *lib. de Gradibus. Germanus de eadem genitrice manens* (ſic legendum apud Servium *in lib. 5. Æneid.*) *ut multi dicunt de eodem germino, quos illi tantum fratres vocant.*

2 *Cauſæ probatio*) Ex lege Ælia Sentia & SC. ut ante diximus. Sed & ex lege Junia cum Latinus cauſa probata apud Prætorem, vel præſidem provinciæ tam ipſe quam filius filiave ejus & uxor Latina liberis jus Quiritium conſequitur ex forma quam Ulpianus explicat Tit. 3. Quod ſi quis legi Juliæ potius tribuet, fortaſſis non longe aberraverit. Nam & ejus eſſe videtur illa conditio Liberorum quærendorum cauſâ nuptialibus etiam tabulis adſcribi ſolita, cujus & Auguſtinus meminit: nec ad ullam magis rogationem privilegia ob prolem pertinent. Non fruſtra etiam juris auctores cum ad eam legem ſcriberent tam diligenter annotarunt, quis annieulus diceretur *l. 132. & l. 134. de verb. ſignif.* Cæterum hæ cauſæ probationes non parum inter ſe effectu differunt. Nam ex lege Ælia Sentia civi Romano civitas redditur non datur: At ex lege ſeu Junia, ſeu Julia, Latino civitas datur non redditur.

3 *Et conſanguineis*) Fortaſſe melius, *A conſanguineis*, id eſt, poſt conſanguineos: ut & paulo poſt, *A ſuis hæredibus, poſt conſanguineos, &c.*

4 *Itemque civitate donatos*) Ex lege Junia, atque etiam fortaſſis ex lege Ælia Sentia: quanquam hi non tam videntur civitate donati quam civitati redditi, ut jam attigimus.

bere cum partem ſint ablaturi ſuis heredibus.

Item libro, qui ſupra. * De ſuis heredibus. Poſt conſanguineos Prætor vocat cognatos. Cognati autem ſunt qui nos per patrem aut matrem contingunt. Poſt cognatos virum & uxorem. Et hoc ſi qui deceſſit, non fuit libertinus vel ſtirpis libertinæ [1]. Cæterùm ſi libertinus eſt vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas patronamvè lege duodecim tabularum refertur.

Item eodem libro. Poſt familiam patroni [2] vocat

1 *Vel ſtirpis libertinæ*) Ex libertino natus ingenuus eſt hoc jure. Itaque nihil eſt quod in eo jus patronatus exquiramus. At ſi ex manumiſſione Latinus tantum factus, liberis poſtea ſuſceptis vel alio quovis modo jus Quiritium conſequatur, ille quidem libertinus manet, qui ſemel iterumve manumiſſus eſt, liberi non tam libertini quam libertinæ ſtirpis ſunt. Et hos fortaſſis Ulpian. hoc loco ſignificare videatur. Dicitur vero & noſtris auctoribus libertinus filius qui à patre in ſervitute ſuſceptus poſtea cum ipſo ſimul manumiſſus eſt *l. 17. §. 2. D. ad SC. Treb. l. ult. D. de jure deliber.* Sed hic, ut quod ſentio dicam, libertinę conditionis eſt liberti filius poſt patris manumiſſionem ſuſceptus, cujus olim bonorum poſſeſſio alio jure quam ingenui deferri ſolebat. Nam eo inteſtato & ſine cognatione mortuo vocabatur manumiſſor patris, itemque cognati ejus per virilem ſexum deſcendentes etiamſi capite deminuti eſſent. imo & ſi hujus liberti patronus & ipſe libertus eſſet alterius, etiam patroni patronus vocabatur, itemque ejus agnatio. Quod Juſtinianus iniquum eſſe viſum eſt, qui tamen id lucri patronis tantum ſuperſtitibus conceſſit ea conſtitutione, quæ in ejus *Cod. ſub Tit. de bonis libertorum*, hactenus deſiderata eſt. Et ſane hic quamvis libertinus ſit, nullius tamen revera libertus dici poteſt. Sunt vero hæc inter ſe diverſa. Libertini nomen ſtatum & conditionem perſonę magis reſpicit: liberti, jus patronatus: quod Valla ſubtiliter annotavit, & probat *l. ult. D. ſi ingen. eſſe dic. & l. 1. D. de excuſ. tut.* in qua non fruſtra Modeſt. in libertinis ait tutores dari à magiſtratu potius quam libertis. Cur ita? quia libertis fere ſunt tutores legitimi patroni & patronorum liberi etiam pupilli, ut Ulp. *in fragmentis* ſignificat *tit. 11.* illis verbis, *Idemque permiſit in pupillo patroni filio*, recte, i. e. ſi patroni filius tutor pupillus ſit, nec auctor eſſe poſſit. Et eſt illud reliquum veſtigium juris antiqui, cujus meminit Juſtin. *in l. ult. §. 1. C. de legit. tut.* ex qua & in *l. 16. D. de tut.* Tribonian. addidiſſe videtur illa verba *perfectæ ætatis*, quod obiter indicaſſe placuit.

2 *Poſt familiam patroni*) Legendum. *Poſt familiam liberti*. ſic ſæpe hæc inter ſe reciproca nomina confundi ſolent, emptor venditor, petitor debitor creditor, locator conductor, pater filius, patronus libertus. *Poſt familiam* autem, id eſt poſt liberos, ut in *l. 195. §. 1. D. de verb. ſig. l. 23.*

cat Prætor patronum & patronam: item liberos & parentes [1] patroni & patronæ. Deinde virum & uxorem, mox cognatos patroni & patronæ. Quòd ſi is qui deceſſit liber fuit ex remancipatione manumiſſus, lex quidem duodecim tabularum manumiſſori [2] legitimam hæreditatem detulit, ſed Prætor æquitate motus decem perſonas [3] cognatorum ei prætulit has, patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem, ne quis occaſione juris, ſanguinis neceſſitudinem vinceret. Sed Imperator noſter in hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur eas ſolas perſonas voluit admitti quibus decimæ inmunitatem [4] ipſe tribuit.

MO-

ſig. l. 22. D. de adop. In bonis libertorum lex XII. tab. non niſi ſuos liberos patronis pretulit. Prætor etiam emancipatos. Juſtin. omnes omnino liberos licet in ſervitute ſuſcepti cum parentibus manumiſſi eſſent, & ſive ſoli ſive cum aliis poſt libertatem ſuſceptis ex iiſdem aliiſve nuptiis: Non exiſtentibus liberis vel exhæredatis, primum patroni & patronę vocantur, inde patronorum liberi etiam poſthumi & in adoptionem dati cujuſcunque ſint ſexus, ſublata illa veteris juris imagine qua filia patroni filius eſſe fingebatur: adoptivi non item. poſt liberos patronorum, nepotes tam ex filio quam ex filia: deinde cognati patronorum ſervata gradus prærogativa uſque ad quintum, excluſis & jam hæredibus extraneis à patrono ſcriptis. Ejus Conſtitutionis ex qua & ſuperiora quædam excerpſimus Græcam Synopſin habuimus, ſingulari beneficio Jac. Cujacii, cujus humanitati, benevolentiæ, diligentiæ, fidei, doctrinæ, ni & hæc & reliqua omnia ſtudia mea, ſi quæ aliquando probabuntur, accepta referam, profecto parum gratus mihi videar. Nam peccata quidem ſi qua ſunt, ut erunt fortaſſe multa; mea illa eſſe ultro profiteor.

1 *Parentes*) Id eſt agnatos.

2 *Manumiſſori*] Etiam extraneo. Hodie utique patri legitima jura ſervantur, quaſi tacite contracta fiducia *ex l. ult. C. de emancip. lib.* legitima autem jura definiuntur Conſtitutione illa Græca de Jure patronatus, triens ex teſtamento & bonorum poſſeſſio ab inteſtato: quod rectè Conſtant. notaverat *lib. 5. Proch. tit. 9.* & Synopſis illa continet, ut & aliud quodam caput quod jam ex Græcis interpretibus didiceramus ad *l. 45. D. de vu. 8.*

3 *Decem perſonas*) *§. Quæ autem Inſtit. de bon. poſſeſſ.*

4 *Quibus decimæ immunitatem*] An decimæ hæreditatum? an potius vicesimæ ex lege Julia? Sic videtur. Nam quod apud Ulpian. legitur de decimis ex ejuſdem principis lege quæ ob id decimaria Thalelæo dicta ex *lib. 45. βασιλ. Tit. 5.* ad hunc quidem locum non ſatis facit. Viceſimæ autem inmunitas varie olim conceſſa

conceſſa eſt. Primum quidem domeſticis hæredibus, qui modo veteres eſſent cives, remiſſum eſt vectigal de bonis quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum ſocietate meruiſſent. Nerva ſanxit ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perveniſſet, etiamſi cognatorum jura non recepiſſent cum civitatem adipiſcerentur, ejus viceſimam ne darent. Eandem patri immunitatem in filii bonis tribuit, ſi modo reductus eſſet filius in patris poteſtatem, Trajanus exceptionem illam patriæ poteſtatis removit, ſtatuitque ut quemadmodum in patris filius ſic in hæreditate filiæ pater eſſet inmunis. Cavit præterea ut in ſororis bonis frater, & contra in fratris ſoror, itemqua avus avia in nepotis neptiſque bonis, & invicem illi ſervarentur inmunes. iis quoque quibus per novum Latium civitas Romana patuiſſet, idem indulſit. Sed & ſtatuit ſummam hæreditatibus quæ viceſimæ ſubjacerent, ne vel parvæ & exiles publicanis eſſent obnoxiæ. Denique poſteriores Imperatores varie hujus vectigalis jura vel auxerunt, vel minuerunt. Verum quænam fuerit illa conſtitutio cujus hic Ulpianus meminit, nondum mihi certo conſtat, ut eſſe fateor multa in hoc libello veteris juris P. Rom. quæ me vel non ſatis ingenioſum facilè feſellerunt, vel aliud interdum anxie cogitantem leviter effugerunt, Quædam etiam conſulto depoſuiſſe ſatis fuit, quæ commodius fortaſſe, Deo volente, aliquando retractabimus.

MODESTINUS REGULARUM
LIB. III.
SUB TITULO
De bonis Libertorum de Teſtamentis.

Cum in teſtamento [1] dies & Conſules adjecti non ſunt, non nocet quominus valeat teſtamentum.

CONST.

1 *Cum in teſtamento.*] Hanc unam Modeſtini regulam ex alio codice qui Patris V. C. fuit, pridem habuimus. Quæ ſequitur in eodem ipſo exemplari erant in quo & ſuperiora omnia, Itaque quanquam nobis pridem in animo eſſet & hæc alia quædam veterum Juriſconſultorum fragmenta uno volumine complecti, altero Imperatorum Conſtitutiones, quas etiam plures nondum editas nacti ſumus, concludere, hic tamen adjicere viſum eſt interea, dum res tempuſque inſtituto noſtro benignius adfuerint. Quod optare quidem quam ſperare proclivius eſt.

DE USURIS SUPRA DUPLUM NON COMPUTANDIS.[1]

IMP. IUSTINIANUS. PP.

Auguſtus Hermogeni Magiſtro Officiorum.

MANIFESTISSIMA eſt noſtri nominis conſtitutio, quæ uſque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii ad huc minus conſecuti ſunt; hi quidem qui duplum ex uſurarum quantitate per diverſa tempora conſecuti ſunt, nullam adverſus te inquietudinem proponere concedantur: Alii autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint, fœneratitias cautiones recuperare, vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare, ſi preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus.

Similis huic conſtitutioni Græca ſubſequitur[2], *quæ jubet in his tantùm quæ civitates mutuantur, locum non habere.*

CONST. CXXXVI.

DE PARTIARIIS SOLUTIONIBUS[1] uſurarum in duplum computandis.

IMP. IUSTINIANUS A. Arſilio.

QUIDAM mutuatus ab aliquo quingentos aureos, ſolvit aliam quantitatem uſurarum, quaſ-

1 *Non de uſur. ſupra dupl.*) Deſideratur hæc Novella ordine CXXXVIII. Videtur autem & ejus meminiſſe Juſtinianus in Novell. Conſtit. CXXI.

2 *Græca ſubſequitur.* Ea eſt Nov. CLX. Hinc autum colligere eſt cur hæc tam facile inter Græcas Latina perierit.

1 *De partia ſolut.*) De eſt hæc quidem in Juliani Anteceſſoris Novellarum epitome: ſed extat inter Authenticas Conſt. CXXI.

1 De

quaſdam autem debens cautionem emiſit in ſexcentis aureis. Quoniam autem omnis ſolutio ad nongentos quadraginta novem aureos pervenit, & creditor dicebat totum in uſuris ſolutum fuiſſe, & exigebat ſexcentos qui cautione continebantur. Ait autem lex, ſi reliquos quinquaginta unum ſolverit ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur: quamvis veteres dixerint tunc ſuper duplum non competit debitum, quando nulla ſolutio in medio contigit. Dat. XVIII. Kl. Majas CP. Biliſario. V. C. Cons.

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIÆ Miſiæ [1] *relictatorum pro captivorum redemptione & alimentis pauperum.*

SCIMUS antea legem promulgaſſe per quam omnes alienationes Eccleſiaſticas inhibuimus. Sed poſtea alia lege proſpeximus quatenus liceat pro ſolutione * Eccleſias vel alias quæ piis domibus deputatæ ſunt, perſolvere. Sed & hoc in noſtra venit memoria quod Martino viro ſanctiſſimo Epiſcopo * Clinate civitatis, formam & ante legem noſtram dedimus prohibentem eum Eccleſiaſticas res vendere, ne qui ex potentioribus neceſſitatem ei in-

1 *De alienat. rer. Eccl. Miſiæ.*] Eſt hæc Novella Conſtitutio LXV. quæ ab Irnerio & Bulgaro cæteriſque mediæ ætatis Juſtinianei juris interpretibus in VIII. ut vocarunt, Collationem rejecta fuerat, ut cæteræ fere omnes quarum eis uſus aut nullus aut non uſque adeo neceſſarius videbatur, ſive quod abrogatæ, ſive quod chronicæ, aut locales eſſent. Nobis vero nihil ſuper eſt veterum quod non uſui eſſe poſſit. Cæterum in eo Novellarum ſeu Authenticarum Conſtitutionem exemplari unde iſtam exſcripſimus, ſequebatur proxime Non XXI. nec hujus aliud caput, ne illud quidem ab Haloandro additum, quod ex Theodori interpretationibus irrepſiſſe Doctor meus admonuit.

2 De

ei inponant ſecundùm propoſitum res Eccleſiaſticas alineare. Sed & in noſtra venit memoria alia res quam pro divinis fecimus vaſis, pro quibus omnibus abdicavimus ne cui liceat ſacroſancta vaſa vel venundare, vel obligare, niſi tantummodo in redemptionem captivorum: Quia animæ redemptio aliis omnibus rebus precioſior eſt. Sed hæc quidem antea. Subſecuta ſunt quædam * nam ratione neceſſaria nobis fuit ad preſentis legis memoriam. Venit etenim inpræſenti memoratus ſanctiſſimus vir in hanc ſanctiſſimam civitatem, & edocuit nos multos terras ſine reditu, vel domunculas, vel veneas relinquere ad redemptionem captivorum, vel pauperum alimonias, & alienatione prohibita memoratos actus, licet piiſſimi ſint, attamen inhiberi, competens ſibi permitti per legem hoc facere. Sancimus itaque ſi quis reliquerit ad redemptionem captivorum, vel pauperum alimonias, res immobiles, ſi quidem certus reditus eſt ex relictis rebus colligendus, manere legatum, vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum poſſit ex reditibus redemptio vel ſuſtentatio fieri. Si autem vel certus reditus non eſt, vel domus pene diruta & longe ab Eccleſia poſita, vel vineæ quarum fructus non ſemper ſimiles ſed varii colliguntur, & incurſionibus forſitan Barbaricis dediti, in his tantummodo ſpeciebus permittimus venditionem hac ſpeciali lege in memorata provincia fieri, ſi tamen domus intra fines Eccleſiæ vel vineæ juxta muros civitatis minimè poſitæ ſint; ità ut in venditionis inſtrumento ipſa verba teſtatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, & redemptionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et ſi hoc ita ſubſecutum fuerit, habeat venditio

ditio firmitatem, liceat ſine metu alterius legis, & Oeconomis Eccleſiaſticis, viro ſanctiſſimo Epiſcopo vendere, & emptoribus haberi eaſdem res firmo jure. Habebunt autem Dei omnipotentis crimen œconomi Eccleſiæ, ſi precia quæ acceperint in aliam cauſam conſumſerint, licet piiſſima ſit, & non in prædictas duas tantummodo cauſas, ad imitationem legis quæ ſuper ſacroſanctis vaſis alienandis lata eſt. Sic etenim venditio neceſſaria procedat, ne actus piiſſimi exinde fraudentur, & animæ hominum inde pereant: Cùm & terrarum poſſeſſio & rerum immobilium non talem habeat curam, nec ita ſit neceſſaria ut captivorum redemptio & vita egentium, quæ & animas ſalvant, & Deo omnipotenti placabiles ſunt. Gravitas itaque tua quæ per hanc ſpecialem legem noſtra decrevit æternitas, tam effectu mancipare quam obſervare procuret. *

DE CONSILIARIIS DN. IULIANI ANT. DICTATUM[1].

SI emerſerit de clericis, vel monachis, vel aſceteriis, ſive de conditione eorum, ſive de ſubſtantiis, ſive de alienatione, ſive de legitima portione, ſive de debita liberis eorum vel aliis quibuſdam per-

[1] *De conſiliariis Dictatum.*) Sic legimus apud Gennandium Pomærii Dictatum de contemptu mundi. Fuit hoc ejus ſæculi verbum. Porro hæc quidem ſacroſanctæ illius Juriſprud. non ſunt quæ Scævolas & Papinianos protulit, quibus vel iſta tam proxime adjungere vereor ne ſacrilegium pleriq; interpretentur. Ac ne notas quidem accuratiores mereri fateor. Sed adjumento tamen nobis erunt vel maximo, cum quod argumentum contineant quarundam Conſtitution. quæ in Iuſt. Cod. hactenus deſiderantur, tum quod ex his etiam quaſi unguiculis certius agnoſcere poſſimus quę fuerit ętatis civilis ſcientia, cujus potiſſimum judicio atque arbitri jus conditum, collectum, compoſitum, digeſtum habemus,

perſonis, ſive de accuſatione, vel ſententiis, vel ſportulis, vel apud quem litigare debeant, vel de conſecratione eorum, * Item de Epiſcopis ſi quā emerſerit quæſtio lege in Novellis Conſt. relatam cujus initium eſt de privilegiis, & eſt circa CXX. Conſt. Sin autem de rebus Eccleſiaſticis, vel alienatione, vel emphiteuſi, vel conductione quærere volueris, lege iterum Novellas duas conſtitutiones circa CX. relatas. ** Si autem quæratur apud te de cuſtode de poſſeſſione, lege in III. libro Cod. Titulo XIX. & præſertim II. ejus Conſtit Sin autem de dilatationibus quæ debeant præſtari his â quibus probatio exigetur lege libro III. Cod. Tit XIX. Si autem de curialibus quæris vel de alienatione, vel de legitima portione quæ debeat curiæ & publico præſtari, lege lib. X. Titulo competenti ſubjectas conſtitutiones. Lege autem & poſt Codicem Novellas, Conſtitutione una quidem cujus inſcriptio eſt de novem unciis, & eſt circa XL. conſtitut. altera autem quæ de naturalibus filiis loquitur, & eſt circa LXXX. conſtitutionem. Habes autem & alias duas conſtitutiones quæ de curialibus loquuntur, & ſunt circa C. Conſtitut. Si autem de teſtium productione quæras, lege lib. IV. Cod. tit. XX. & libro XXII. Digeſt. Titulo V. de teſtibus, & in Novellis eam conſtitutionem quæ inſcripta eſt, de teſtibus. Non prætermittas autem nec conſtitutionem prælatam in Novellis in qua plura dicta ſunt de teſtibus, & de inſtrumentis admittendis, cujus inſcriptio eſt de inſtrumentis, & eſt circa LXX. conſtitutionem. Quòd apud te quæſitum fuerit de teſtibus hæreticis, lege in libro I. Cod. Tit. V. conſtitutionem ultimam. Leges autem & circa LX. Conſt. Novellarum Invenies quod hæretici

de cu-

de curiali conditione omnimodo poſſunt teſtimonium dicere. Frequenter autem legere debes Tit. de probationibus in lib IV. Cod. & libro XXII. Digeſtorum relatum. Sed & titulum de quæſtionibus in lib. XLIII. Digeſtorum poſitum. Quotidie autem tibi legendus eſt lib. IX. Cod. propter criminales diſcuſſiones, & maximè Titulus de cuſtodia & exhibitione reorum, in quo eſt Græca conſtitutio quæ de temporibus loquitur, intra quæ oportet criminales exilii cauſa mitti, quando hac ſunt coërcitione digni. Quòd ſi de fiſcalibus vel tributis emerſerit queſtio, invenies in libro X. Cod. à primo Tit. uſque ad * alios complures Titulos. Si autem de patrimoniali capitulo aliquid emerſerit, lege in primo libro Cod. & lib. XI. competente Titulo lib. L. Digeſtorum. Lege autem diligenter & Tit. de officio Præſidis tam in libro I. Protorum quam in lib. I. Cod. relatum. Quòd ſi de religione quæratur apud te & de hæreticis, legere debes quinto lib. I. Cod. & alios plures Titulos poſt eum poſitos. quæ autem pertinent ad querelam, Conſtit. circa CV. Novellarum relatam. Lege autem & aliam inter Novellas conſtitut. cujus ipſcriptio eſt de diverſis capitulis. Ibi invenies quod hodie non cogitur teſtator ſua manu heredum nomina ſcribere. Lege autem & Conſtit. Novellam, quæ innovavit agnatorum & cognatorum jura, & ab inteſtato ſucceſſiones formavit, quæ eſt relata circa CV. conſtit. Lege autem de nuptiis Novell. Conſtit. frequenter, & duas conſtit. in Novellis poſitas de repudiis & adulteriis, quæ ſunt circa finem Novellarum. Omni autem modo lege Tit. I. lib. XLII. Digeſtorum. Nam ibi de re judicata & de interlocutionibus invenies. De compromiſſariis

autem

autem ſive arbitris, invenies in lib. IV. Protorum, & in lib. II. Cod. circa finem eorum librorum titulos competentes. De adſcriptitiis autem invenies lib. XI. Codicis Tit. de colonis cenſitis, & alios complures tales titulos tam de colonis privatorum, quam de tamiacis, & ſimilib. Si quæſitum fuerit apud te hoc quod natum eſt quem ſequatur vel cujus ſit conditionis, quære ea quæ cum legibus * Perlege autem & de nuptiis Conſtit. in Novellis in qua plura invenies de dote & de nuptiali donatione. Et frequenter legenda eſt tibi eadem conſtitutio. Alias enim inſcriptiones reliquarum conſtitutionum legere debes. Ex his enim per conjecturam capias quid innovatum eſt in nuptiis * cauſis. Lege autem & primam conſtitut. Novell. in qua de legatis & de lege Falcidia & de inventario & alia utiliſſima plura relata ſunt. Lege autem & in lib. VI. Cod. conſtit. De jure patronatus, & conſtit. ſub titulo de Caducis tollendis. Conſtit. de inventario ſub Tit. de jure deliberandi, ultima Latina ad Senatum: & conſtitut. de incertis perſonis ſub Tit. competenti: Qui omnes Tituli in VI. lib. Cod. relati ſunt plurima & utiliſſima continentes. Quod ſi quæratur * an oporteat abſentem condemnare vel alio modo prægravare, legenda erit Conſtitutio in primo Titulo tertii lib. Cod. relata è noſtri principis Conſtitut. De jurejurando autem ſi quando fuerit quæſitum, debet legere primo Tit. IV. Cod. lib. Legere autem debet & in lib. VII. Cod. De re judicata & diverſis ſententiis & interlocutionibus Tit. competentes. De Emphiteuſi autem & de conductionibus invenies lib. IV. Cod. ultimum & penultimum. In his aut titulis non prætermittas illam pulcherrimam legem qua cavetur licere intra

 annum

annum ſine pœna à contractu in conductionibus recedere. Lege autem conſtit. inter Novellas relatam de mandatoribus & fidejuſſoribus & de duobus reis promittendi. Quod ſi de numerata pecunia quæſitio emergat, lege competentem Tit. in lib. IV. Cod. & Novellam conſtitutionum poſt Codicem poſitam de dote cauta & non numerata. Non lateat verò te quod Eccleſiis quadraginta annorum præſcriptio opponitur, ut cavetur conſtit. circa centeſimam Novellarum poſita. Eccleſiæ Romanæ autem centum annorum præſcriptio objicitur, ut eſt relatum in lib. I. Cod. Tit. de rebus Eccleſiaſticis conſtit. principis noſtri: & quod civitas pupilli ſive adoleſcentis locum obtineat, quod frequenter quidem dicitur, ubi autem relatum eſt, ignoratur. Eſt autem in lib. II. Cod. Tit. LIII. conſt. IV. De ordine autem edictorum ſive peremptorii ſive aliorum, & de præconum vocibus in abſentes * eum poſt litis conteſtationem invenies, in lib. I. de Judiciis, titulo primo circa media loca Tit. I. Sin autem actor intentionem ſuam deſeruerit, quod juris ſit, in Novell. conſt. poſt Codicem promulgatum invenies circa CV. Conſtitut.

EXPLICIT DE CONSILIARIIS feliciter.

ITEM COLLECTIO DOMINI JULIANI ANTECESSORIS

TUTORES, vel diviſam tutelam adminiſtrant, vel indiviſam communiter gerunt. Et ſi quidem diviſa eſt ſive à teſtatore ſive à judice, unuſquiſ-

quiſque pro ſua adminiſtratione tenetur: niſi forte aut oportebat contutores removere ut ſuſpectos * homines, non removit aut tardius removit. Quod ſi ipſi inter ſe diviſerunt tutelam, tunc adſimilantur ei qui communiter adminiſtrationem geſſerunt, & ita relatum eſt in lib. v. Cod. Tit. LIII. conſt. ſecunda. Si autem indiviſa tutela ſit, diſtinguitur: & interea dicendum eſt facultatem habere pupillum & in ſolidum quem voluerit tutorum ſuorum eligere. Si tamen rem de qua agitur omnes geſſerunt, & ſiquidem omnes ſolvendo ſint litis conteſtatæ tempore, dividitur inter eos actio: ſi autem quidam eorum eo tempore ſolvendo non ſint, onera eorum hi qui ſolvendo ſunt, recipiunt. Sed ſi quidem negligentia communi vel eorum tantùm culpa qui ſolvendo non ſunt, condemnati fuerint idonei tutores, ceduntur eis actiones pupilli, vel habebunt utilem actionem adverſus contutores ſuos. Quod ſi ob dolum communem condemnati fuerint, nulla eis ceſſio vel opitulatio datur. In tantum autem idoneis contutoribus conſtitutis, alii tutores ob culpam communem non condemnantur inſolìdum, ut etiam magiſtratus municipales & fidejuſſores neceſſe ſit, ante eos conveniri, ſi ſolvendo ſint. Tunc ultimę perſonę publicę * cum querela pupilli in eo ſit, quod non remoti fuerint tutores ut ſuſpecti, vel quod ſatiſdatio exacta non ſit. Et hęc omnia manifeſtiſſime dicta ſunt lib. XXVI. Tit. III. Digeſtorum. Primò hęc ſi omnes rem de qua agitur, adminiſtraverint. Quod ſi quidam geſſerunt, quidam non, ſiquidem ex negligentia obligati ſunt, ſiquidem ſolvendo erant hi adminiſtraverunt eo tempore quo depoſuerunt tutelam, poſtea autem ad egeſtatem pervenerunt, ſi quidem per pupillum

 hoc

hoc factum eſt, ad eum non ad tutores ipſius periculum pertinebit, ut relatum eſt in prima Conſt. Tit. LII. lib v. Cod. Quod ſi nihil per eum factum eſt, interea oportet eum qui adminiſtravit, conveniri, ita etſi ſolvendo eſſe dicatur. Sed nihilominus eventus ei qui non adminiſtravit, periclitatur. Et ita relatum eſt ultima Conſt, ejuſdem Tit. Hæc ſi ob neglegentiam accuſatur tutor. Si autem ob dolum, aut de lata culpa, tunc adſimilantur hi qui non adminiſtraverunt, eis qui communiter indiviſam tutelam geſſerunt, ut eſt relatum libro v. Cod. Tit. LII. Conſt. II. Dico autem non adminiſtraſſe tutelam & eum qui rem de qua agitur non adminiſtravit. Nam quantum ad eam rem, non immiſcuit ſe adminiſtrationi. Hæc ante condemnationem. Quod ſi contra omnes tutores condemnatio prolata eſt, tunc dividitur quantitas adverſus omnes æqualiter, & uno non idoneo invento, aliis periculum non inminet, ut eſt relatum in libro VII. Cod. Tit. v. Conſtit. ſecunda. Quod ſi heredibus tutorum vel curatorum quæſtio emerſerit, lege LIV. Tit. lib. v. Cod. nam ibi pleniſſimè de his atque manifeſtiſſime expoſitum eſt. Secundùm eas diſtinctiones oportet nos eas quæ videntur eſſe contrarietates diſcernere.

V E-

VETERIS CUJUSDAM

Juris Authoris Fragmentum,

Ex manuſcripto P. PITHÆI.

JURIS civilis ut quid [1] appoſiticium appellatur ex pluribus partibus conſtat. * Sed Conſtitutiones Imperatoris ſimiliter honorandum quid eſt & Prætoris Edictum ſimiliter vel Proconſulis. *Ex eo enim conſenſerunt peritum * & adſumptus ex reſponſis iſta dicere. Lex enim cæteræ partes juſti appellantur. * Regulas enim ex ſequenti mihi ad ea ſtudia neceſſarium ante omnia ſcire. * Nec enim unius ſunt conditionis, ſed variæ. Quę ſingula pertinentia ad hanc narrationem referenda ſunt in ordine. Omnes enim aut ingenui ſunt, aut liberti. * Sed ut magis poſſunt ſingula declarari, melius videtur incipere à libertis [2] de Latinis ſcribere ne ſæpius eadem interpretari. * Primum ergo videamus quale eſt quod dicitur eos qui inter amicos [3] veteres manumittebantur non eſſe liberos, ſed domini voluntate in libertate morari, & tantum ſerviendi metum dimitti. Antea enim una libertas erat [4] vindicta, vel teſtimonio, vel in cenſu: & civitas Romana competit manumiſſis, quæ appellatur legitima libertas. Hi autem qui domini voluntate in [5] libertate erant, manebant ſervi, & manumiſſores audebant in ſervitutem denuo eos per vim ducere: Interveniebat Prætor & non permittebat manumiſſum ſervire. Omnia tamen tanquam ſervus adquirerebat

1 ἐπιθέμενον. Videntur autem hæc eſſe interpretis potius quam auctoris.

2 περὶ ῥημάτων.

3 For. apud veteres.

4 ἐν τῷ προσαγορεύεσθαι ἢ κατὰ διαθήκην ἢ ἐν ἀπὸ τιμήσεως Cic. in Top. Boet.

5 Quint. Dec. 340. & 341.

 [illegible]

rerebat manumiſſori, [1] vel ſi quid ſtipulabatur, vel ſi per Scripturam acceperat, vel ex quacunque cauſa alia adquiſierat, domini hoc faciebat: * hoc eſt manumiſſi ad patronum pertinebat. [2] Sed nunc habent propriam libertatem, qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Juniani: quoniam lex Junia quæ libertatem eis dedit, [3] exæquavit eos Latinis colonariis qui tunc erant cives Romanorum, & nomen ſuum in civitatem dederant. In his qui inter amicos manumittuntur voluntas domini [4] ſpectatur * quæ jubet eos fieri Latinos quos dominus liberos eſſe voluit. [5] Hoc tamen cum ita habeant debet [6] promiſſum manumittentis habere dominus. Unde ſi per vim coactus verbi gratia ab aliquo vel ab unoquoque [7] hominum manumiſerit, non veniet ſervus ad libertatem: quia non intelligitur voluiſſe qui coactus manumiſit. Similiter ut poſſit habere libertatem talis eſſe debet, ut Prætor ejus vel Proconſule * ad alium pertinere non poteſt vindicta manumittere obſtante uſufructu, & ſi manumiſerit eum vindicta, faciet ſervum ſine domino * [8] ſed Latinum. [9] Peregrinus manumittens ſervum non poteſt Latinum facere, quoniam lex Junia quæ Latinorum genus induxit, non pertinet ad peregrinos, ſicut & [10] Octavianus probat. Prętor

non

1 ἢ εἴ τι ἐπερωτᾶτο ἢ κατὰ γραφὴν εἰλήφει.

2 Cajus lib. 1. Inſtit. Ulp. tit. 1. Seneca in lib. de Vita beata.

3 Ulp. tit. 19.

4 For. ſpectatur ex lege Junia quę

5 τῦτο οὕτως ἔχοντες ὀφείλουσι προαίρησιν &c.

6 Propoſitum ſive animum.

7 Ut à populo *l. 17. D.* Qui & à quib. manu. liber. non fi. Sed hæc neſcio quomodo Græciſmum magis redolent. ὑπό τινος ἢ ὑπὸ τινος ἑκάστου ἀνθρώπων.

8 *Ulp. tit. 1. l. 1. C. Com. de manumiſſ.* Hęc non pertinent ad ſuperiora. Nam tantum abeſt ut ille ſervus ſine domino Latinus ſit, ut contrà vivat quodammodo ſervus quamdiu quidem durat uſusfructus, moriatur vero ut liber.

9 ξένος.

10 Leg. Octavenus probat, at Prætor.

1 ἐλλ-

non permittit manumiſſum ſervire, niſi aliter lege[1] peregrina confirmatum fuerit. Minor viginti annorum manumittere nec vindicta poteſt, nec teſtamento. Itaque nec Latinum facere poteſt. Tantum autem apud conſilium poteſt manumittere ſervum ſuum cauſa probata. Hic autem qui manumittitur quotcumque ſit annorum, Latinus fit, & ſolum in[2] hoc procedit libertas[3] ut iterum manumitti poſſit & civis Romanus fieri.[4] Mulier ſine tutoris auctoritate[5] niſi liberorum jus habeat.* Tunc enim ex vindicta ſine tutore poteſt manumittere. Unde ſi mulier abſens liberum eſſe juſſerit quæ jus liberorum non habet, quæſitum eſt ſi tutores ejus auctoritatem commodent eo tempore quo[6] epiſtula ſcribitur ſervo à domina * Julianus negat. Exiſtimat enim eo tempore debere auctoritatem præſtare in quo[7] peragitur libertas. Tunc enim peragi intelligitur, quando ſervus cognoverit dominæ voluntatem. Sed Neratius[8] Proculus probat libertatem ſervo competere. Sufficere enim quando epiſtula ſcribitur, adhiberi auctoritatem tutoris. Cujus ſententia & conſtitutione Imperatoria confirmata eſt. Servum pignori datum civem Romanum facere debitor non poteſt, [9] niſi ſi ſolvendo non ſit. Obſtat enim libertati lex Ælia Sentia quæ vetat ſervum[10] fœneratorum cauſa manumiſſum civem Romanum fieri, ſed Latinum. Et qui in cenſum manumit-

1 ἰλλωδιων.
2 ad hoc τούτῳ.
3 *Ulp. tit. 1.*
4 Idem Ulp. *tit. 1.*
5 Plut. in Numa.
6 Manumiſſionis per epiſtolam veſtigia ſunt in *l. 28. D. de adq. poſſ.* & apud Caj. *lib. 1. Inſtit.*

7 *ἀπαρτίζεται.*
8 Priſcus.
9 *ἐκτὸς εἰ μὴ οὐ πρὸς ἀποδοῦναι* For. Niſi ſi ſolvendo: ſit contra tamen Paulus in *l. 9. D. de manumiſſ.*
10 *δανειστῶν δίκῃ.* F.C. id eſt fraudandorum creditorum ut in *l. 8. D.* Qui & à Quib. man.

r Poti-

numittitur ſi triginta annos habeat, civitate Romana [1] paſcitur. Cenſus tamen Romæ agi ſolet. [2] Cenſus autem luſtro conditur. Eſt autem luſtrum quinquennale tempus quo Roma [3] luſtratur. Sed debet hic ſervus [4] ex jure Quiritium manumittentis eſſe ut civis Romanus fieri poſſit. Magna tamen diſſenſio inter prudentes [5] utro meo tempore vires accipiant omnia, in quo cenſus, an eo tempore in quo luſtrum conditur. Exiſtimant enim cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum decurrere ad diem cenſus. Propterea quæſitum eſt * quia omnia cenſu aguntur, luſtro confirmantur. Sed in civitate Romana tantum cenſum agi declaratum eſt: In provinciis autem magis [6] profeſſionibus utuntur.

**

Hactenus vetus exemplar. Quæ ſequebantur alterius plane erant generis, nec ad jus Rom. quicqaum pertinebant.

1 Potitur κτᾶται.
2 τιμήσεις δὲ καθαρμῷ τελεῖται Aſcon. in Ver.
3 καθαρεῖται.
4 ἐνδικαίου κυρίας.
5 Cic. 1. de Orat. legendum vero, utrum eo. Interpres tamen ineptiſſimo ἵνα ῥωμαῖοι quæ potiſſima ratio eſt cur hæc potius ex Latinis Græca facta exiſtimem.
6 ἀπογραφαῖς.

De Origine progreſſu uſu atque authoritate

JURIS CIVILIS ROMANI.

Ejuſdemque varia editione, atque emendatione

HISTORICA NARRATIO

Authore S. L.

QUantum proderit juriſprudentiæ Studioſis, diligenter obſervare, & exquiſite tenere, quibus authoribus & quo tempore leges Romanæ fuerint ſcriptæ, neminem modo leviter juris principiis imbutum latere poteſt. Ut citra eam cognitionem res ipſa utiliter percipi nequeant, & in iis enervandis omnis Juſtinianei juris vera & genuina conſiſtat interpretatio hoc evincit non modo *Pomponii Enchiridii liber ſingularis*, quo Juris Civilis fontes, & Prudentium ſucceſſiones elegantiſſime deſcribit, ſed & legum Pandectarum accuratiſſimæ inſcriptiones, & duodecim librorum Juſtinianæi Codicis ſingulæ leges, adjectis ſuis conſulibus & temporum deſcriptionibus ſatis ſuperque commonſtrant, Quæ quantum valeant, & quem præbeant uſum quis non re ipſa experiatur. Ut qua ad publicum privatumque totius univerſi ſtatum regimenque, conferant omne id, quod uſu exigente communis ſocietatis induxit neceſſitas[1].

De

1 §. 4. *Inſtit. de juſt. & jure junct, §. 2. Inſtit. de jure nat. Gent. & civ. verſ. nam uſu.*

1 Ja-

De quibus vere nec minus eleganter Juriſconſultorum Princeps *Iacobus Cujacius*, Jacobo filio ſuo [1], *Studia hæc ſunt*, inquit, *Iuris Civilis*, *ſine quibus neque ſtare res, neque mores hominum conſtitui, componi, aut temperari ullo modo poſſunt, ſine quibus prudentiſſimus, cautiſſimusque rerum homo quisquis ſit, quantumvis felici ſydere natus, nemo unus evaſit unquam, ſine quibus æqui & boni quoque ſpeciem comprehenderit vix unquam quisquam bene, nec ſi ſe dederit totum Philoſophiæ, nec ſi literis ſacris.* Teſtis eſt longævus ejuſdem juris omnium gentium uſus & authoritas: ut merito has leges in omne ævum valituras ipſe Imperator Juſtinianus prædixerit [2]. Nam tum ſtatim à Juſtiniani tempore non modo in Græcia, Orientiſque regionibus Romanæ leges Uſurpatę, ſed & in occidente à Germaniæ Indigenis, *Francis*, *Salis*, *Saxonibus*, *Bajoariis*, *Burgundionibus*, *Longobardis* & utriſque *Gothis* More Majorum [3] ſcriptis legibus carentibus, eædem Romanę leges, paucis tantum mutatis, quę ipſorum moribus non congruebant, pauciſque additis, quæ deeſſe videbantur uſu receptæ fuerunt: quæ & hodie communi omnium quaſi conventione & conſenſu paſſim & ubique qua terrarum patet orbis in gymnaſiis docentur, & quatenus propriæ leges non ſunt adverſæ, in judiciis pro communi jure ſervantur. Quo circa quum multi ſcire deſideraverint quo paulatim tempore jus civile Romanum à nobis uſu receptum & juris authoritatem acceperit, & quid de Juſtinianei Corporis archetypo, ejuſdemque variis editionibus judicandum

1 Jacobus Cujac. *in præfat. ad African. præfix. tract.* VI.

2 *l. tanta. 2. §. leges autem 23. Cod. de vet. jur. enucleand.*

3 Tacitus. *De moribus Germanor.* & Cluverii *German. Antiq.*

1 De

dum foret, in quibus plerique à ſe invicem in diverſum abeunt, ut à multis propter opinionum diverſitatem, totum illud incertum, nec alia quam uſus non longævi authoritate introductum habeatur, recte me facturum exiſtimavi, ut pro introducendis veterum de origine juris fragmentis, de juris civilis Romani prima origine & continuo progreſſu, & varia archetypi ejuſdem emendatione ea quæ ex diligentiori inquiſitione colligere potui ad unum breviter conſtrinxero, & cum diſtinctione temporum uſque ad noſtram memoriam carptim, & perſpicue docuero. Quod ut ab ejus origine, authoritate, atque uſu exordiar: jus civile Romanum ab ipſa urbe condita per mille & trecentorum circiter annorum curſum ante Juſtinianum perpetuo uſu conſtitit.

Primò per leges Regias [1], quæ primo Curiatæ à Curijs triginta Urbis partibus, in quas Populum Romanum Romulus diſtribuit, poſtea jus civile Papirianum dictæ [2], à Sexto Papirio qui eas in unum corpus collegerat. Ejecto deinde Tarquinio ſuperbo Regum ultimo [3], ob violatam, à filio, Sexto Tarquinio lucretiæ pudicitiam [4], & cum eo abolita omni regia poteſtate, omnes hæ leges exoleverunt [5], & liber jam hinc Populus Romanus per duos conſules annuatim comitiis centuriatis eligendos *Leges Regiæ* *conſules*

incer-

1 De legibus Regiis & qui Reges quas tulerunt. Vide J. Lipſium, *de Regiis legibus*.

2 *l. 2. §. 2. ff. de Origin. Iur. l. 144. ff. de Verb. Significat.*

3 Quod contigit *Anno V. Cond. CCXLIV.*

4 Liv. *lib. 1. cap. 58.* & Dioniſius Halicarnaſſ. *antiquitat. Romanarum lib. 4.*

5 *Tribunicia lege lata*, inquit Pomponius *l. 2. §. 3. ff. de Origin. juris.* Quam legem Terentiam ſive Terentillam vocant ab authore *C. Terent. Arſa Tribun. Pleb.* Quæ fuit de legibus conſularis Imperii de qua vide Goveani *lib. 1. var. lect. cap. 21.*

1 Liv.

incerto & prorſus vario jure ſolaque ferme conſuetudine vixit. Primi fuere L. Junius Brutus qui primus pro libertate Romana arma capiendi author fuit [1], & L. Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus Anno ab urbe condita CCXLIV [2]. Qui quum ſummum etiam obtinuerint Imperium, & omnem inferiorem magiſtratum ſolis patriciis deferrent, excluſis ab omni prorſus dignitate Plebeis, hi tandem

Seceſſio plebis.

ſeceſſione in Sacrum montem facta [3] prætextu ſublevationis debitorum, & remiſſionis nexorum, quæ propter continuas expeditiones datis & extortis nominibus contraxerant, non prius inde revocari potuerunt, quam patres per legatos plebi debitorum levationem, & nexorum ſolutionem obtuliſſent, eique inſuper tribunatum Plebis concederent, quem ipſi ſibi è ſuo corpore eligere poſſent, & hic magiſtratus eſſet Sacroſanctus [4] quem vel vi, vel verbis violare capitale eſſet. De quorum poteſtate hæc leguntur [5], ut ſi quid vel de publico negocio, vel de privato animadverterent à patribus agi, ſuam authoritatem interponerent, & illud averterent, quemvis contrà vim à ſuperiore intentatam tuerentur, quibuſvis decretis quæ improbabant intercederent quemcunque vellent arreptum in concionem producerent,

Tribuni plebis.

1 Liv. *lib. 1. cap. 59.*

2 Hoc anno primos Romæ conſules creatos probant *Meſſala, Corvinus, Oroſius, Eutropius, Iornandes, Solinus, Livius* & *Dioniſius Halicarn.*

3 Liv. *lib. 2. cap. 32*, & Dioniſius Halicarnaſſ. *lib. 6.*

4 Liv. *lib. 2. cap. 33.* Cic. *3. de legibus.* Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 6.*

5 Dioniſ. Halicarnaſſ. ant. Romanar. *lib. 7. & lib. 10.* De Tribunis Plebis vide etiam aliqua apud *Aul. Gell. lib. 13. cap. 13. & lib. 15. cap. 27.* Ita dicti quod olim populus in tres partes diviſus eſſet, & ex ſingulis ſinguli crearentur vel quod tribuum ſuffragio crearentur. Varr. *lib. 4. de ling. latin.*

1 vide

rent, & cogerent quibus de rebus eſſet interrogatus de iis reſpondere. Creati primo Tribuni Plebis quinq; Viri anno ab Urbe condita CCLX. Poſtumo Comminio Aurunco & Sp. Caſſio Viſcellino Coſſ. Qui numerus deinde duplicatus fuit, & pro quinque decem creati ſunt [1]. Ex his C. Terentillus Arſa Tribunus Plebis Anno ab V. Cond. CCXCI. T. Lucretio Tricipitino, & Sp. Veturco Craſſo Conſſ. legem rogavit qua omnes leges Regiæ penitus abrogarentur, & quinque viri crearentur qui leges de Imperio conſulari ſcriberent, ne & ipſi libidinem, ac licentiam ſuam pro lege haberent [2], Quæ ab eo lex Terentilla, ſive Terentia dicta eſt. De qua aliquamdiu in Republica certatum eſt, quum & Patres leges plebejas aſpernarentur, & Plebs patricias, inter quos tandem ita convenit, ut legumlatores & ex plebe & ex patribus crearentur [3], qui utriſque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis eſſent. Quo interim tempore nullus legibus locus fuit, ſed ſola ferme conſuetudine Populus Romanus utebatur, annis teſtibus hiſtoriographis circiter LIX. Uſque dum inter Patres & Plebem de certis legibus ſcribendis convenerit, & tres legati Athenas miſſi ſunt qui inclytas Solonis leges deſcriberent, & aliarum Græciæ civitatum, inſtituta, mores, juraque cognoſcerent [4]. Quibus poſt abſumptum in ea legatione biennium cum atticis legibus rever-

Quinque Viri.

1 Vide Liv. *lib. 2. cap. 33. & 58. & lib. 3. cap. 30.*

2 Vide Liv. *lib. 3. cap. 10.* Dion. Halic. *lib. 10. antiq. Roman.*

3 Liv. *lib. 3. cap. 33.*

4 Liv. *lib. 3. cap. 10.* Dion. Halicarnaſſ. *lib. 10.* Feneſtell. & Aul. Gell. *lib. 17. cap. 21.*

1 Liv.

Decem-viri reverſis, pro ferendis legibus decemviri conſtituti ſunt [1], qui primo anno leges allatas in X. tabulas deſcriptas publice propoſuerunt [2], Quibus quum propriæ Romanorum leges deeſſent, proximo anno eas duabus aliis tabulis *XII. Tabularum leges* ſupplerunt. Quæ quum ſingulæ populo placuerint XII. tabulis, perpetuitatis cauſa in æs inciſæ ſunt, Anno ab Urbe condita, ut volunt CCCIV [3]. Quibus tum Prudentum interpretationes & reſponſa [4] (ſed quę primo pro jure non ſcripto habitæ) & legitimæ actiones, ſive actionum formulæ [5] accedebant, à Gnæo Flavio, qui eas Appio Claudio compilatori ereptas, qua gratior eſſet, Populo tradidit [6], jus civile Flavianum, & à Sexto Ælio qui nonnullas alias addidit, jus Ælianum dictę [7].

leges latæ plebiſcita Poſt quod leges [8] à Populo liberâ Republica Senatorio Magiſtratu rogante [9] latæ, & Plebiſcita, quæ ipſa Plebs Plebæo Magiſtratu interrogante ſibi conſtituebat [10] quę poſtea lege Hortenſiâ vim legum acceperunt [11]. Deinde *Senatusconſulta* Senatuſconſulta Senatorum interventu pro legibus ſervari cæpta [12]. Et prætorum edicta, quæ & jus

1 Liv. *lib. 3. cap. 35. & 37.*

2 De decemvirorum legibus quando & quomodo ſcriptæ ſunt vide Juſt. Lipſium *de legib. Regiis.*

3 Vide Euſeb. *Chronic. num.* M D LXIV. & ib. Schalig.

4 *l. 2. §. 3. ff. de Orig. jur.*

5 *d. l. 2. §. 6. ff. de Orig. jur.*

6 *d. l. 2. §. 7.* Hujus Gnæi Flavii meminerunt Cicer. *pro Murena.* Val. Max. *lib. 2. cap. 5.* Liv. *lib. 9. cap. 46.* Plin. *lib. 23.* A. Gell. *lib. 6. cap. 9.*

7 *d. l. 2. §. 7. ff. de Origin. jur.*

8 *§. 4. inſt. de jur. Nat.*

9 vid. Ciceron. *pro flacco.* Aul. Gelli. *lib. 10. cap. 20.* Johann. Roſini *lib. 8. Antiq. Romanar. cap. 2.*

10 *d. l. 2. §. 8. D. de Orig. jur.*

11 *d. l. 2. §. 8. D. eod. junct. §. 4. inſt. de jur. Nat. Gent. & Civ.*

12 *d. l. 2. §. 9. D. de Origin. jur.* de quibus vid. Jul. Cæſar: *lib. 1. de bell. Civil.* Cicer. *1. in Catilin. 4.* Et quo Senatorum numero quo modo & qua forma facta vid. A. Gell. *lib. 14. cap. 7.* Sigon *de Antiq. jur. Civil. Romani. lib. 2. cap. 2.* Manut. *de Senat. Roman.* Johann. Roſin. *Antiq. Rom. lib. 7. cap. 6. 7.*

1 d. l. 2.

& jus Honorarium, à Prętorio Magiſtratu propoſita, [1] poſtea à Salvio Juliano ſub Adriano Imperatore [2] circa annum poſt Chriſtum CXXXIV, [3] Edicti perpetui nomine in ordinem digeſta. Et Ædilium Curulium in quibuſdam cauſis edicta [4] ſubſecuta ſunt Poſt liberam Rempublicam in Principes à Populo omni imperio tranſlato [5]. Prudentes ex authoritate Principum de jure reſponderunt eorumque Reſponſa pro legibus ſervari cæperunt [6]. His accedebant ipſorum Principum atque Imperatorum Conſtitutiones, & Novellæ leges, quæ aut his ad novos ſubinde propoſitos caſus promulgatæ acceſſerant, aut, quas ipſi per epiſtolas conſtituebant, vel cognoſcentes decernebant, vel Edicto præcipiebant, quas omnes vim legum habuiſſe non dubitabatur [7]. Has primum ab Hadriano ad Valerianum, rurſumque à Claudio ad Diocletianum in duobus diverſis Codicibus *Gregorius* & *Hermogenes* ſub Diocletiano circa annum Chriſti CCC. collegiſſe dicuntur. Reliquas deinde Theodoſius Imperator in ſuo Codice, iiſque ſubjectis Novellis Conſtitutionibus, ad ſua uſque tempora deduxit.

prætorum Edicta

Edictum perpetuum

Reſponſa prudentum

Conſtit. princip.

Novellæ conſtit.

Codex Theodoſian.

Hæc juris & legum ſcripta, quum ſuâ mole ultra modum laborare inciperęnt, nonnulli viri principes inter quos *M. Craſſus, Tullius Cicero*

1 *d. l. 2. ſ. 10. D. de Orig. jur.*

2 *l. 3. eod. de Vet: jur. Enucl. ſ. 18. l. 10. eod. de Cond. indeb.*

3 vid. Valent. forſter *hiſtor. jur. lib. 2. cap. 73.*

4 *d. l. 2. ſ. 10. D. de Orig. jur. ſ. 7. nſtit: de jur. Nat. Gent: & Civ.*

5 *l. 1. ſ. cum enim Cod. de Vet. jur Enucl: §. 6. inſtit. de jur. Nat: gent: & Civ:* Liv. Hiſtor: Roman. *lib. 44.*

6 *d. l. 2. §. 48. verſu Primus Divus Auguſt. D. de Orig. jur.*

7 *§. 6. Inſt. de jure nat. gent.*

1 vide

cero[1], *Sextus Pompejus*, *Servius Sulpicius* & ex Imperatoribus primo *Iulius*[2], in artem & compendium redigere, atque ex immenſâ diffuſâque legum Copiâ, optima quęque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros tentarunt. Sed qui propter ſummam difficultatem cœpto opere deſtiterunt Donec tandem Imperator Juſtinianus idem perſequi aggreditur. Qui primum Anno poſt Chriſtum DXXIII. Imperii ſui II per decem viros illuſtres omni juri & experientiæ genere verſatiſſimos, *Iohannem* Exquæſtorem Sacri Palatii *Leontium* & *Phocam* Magiſtros Militum Cõnſulares atque patricios *Baſilidem* Expræfectum Prætorio Orientis, *Thomam* Quæſtorem Sacri Pallatii, *Tribonianum*, Magiſteriâ dignitate inter agentes decoratum, virum Magnificum, *Conſtantinum* Comitem Sacrarum Largitionum inter agentes, & Magiſtrum ſcrinii libellorum ſacrarumque Cognitionum, *Theophilum* Comitem Sacri Conſiſtorii & in almâ Urbe Juris Doctorem, *Dioſcorum Præſentinum* diſertiſſimos togatos fori ampliſſimi Prętoriani, ex iiſdem tribus veteribus Codicibus *Gregoriano*, *Hermogeniano* & *Theodoſiano*, reſecatis tam ſupervacuis, quam ſimilibus & contrariis atque illis quæ in deſuetudinem abierant in novum *Codicem* brevi ſermone conſcriptis legibus transformari, congruis ſuis locis tranſponi, & à ſuo nomine *Iuſtinianum* nominari[3] mandavit, eumque proximè deinde anno edidit.

Codex Iuſtinianus prior

Quo

1 vide A. Gell. *lib. 1. cap. 22.*
2 Sueton. *in Iulio Cæſar cap. 44.* vide Maſquard Freher. *in præfation. juris Græco-Roman. ad Rudolph. 2.*
3 *l. unic. Cod. de novo Cod. faciend.*

Quo perfecto Veterum Juriſconſultorum immenſa volumina, quæ in duo millia librorum & trecenties decem millia verſuum excreverant [1], opus propter ſummum laborem pænè deſperatum, quaſi per medjum profundum eundo incertum corpus, & in unam etiam Conſonantiam contrahere curam ſuam extendens [2], per eoſdem eloquentiâ & legitimæ ſcientiæ decoratos, & in ipſis rerum argumentis emicantes viros, *Tribonianum*, *Conſtantinum*, *Theophilum*, nec non *Dorotheum*, & *Anatolium* viros illuſtres apud Berytienſes juris interpretes, item *Cratinum* virum illuſtrem & Comitem Sacrarum Largitionum, juris & legum peritos, atque Antecesſores, una cum *Stephano*, *Menna*, *Proſdocio*, *Eutholmio*, *Timotheo*, *Leonide*, *Leontio*, *Platone*, *Jacobo*, *Conſtantino* & *Iohanne*, viris prudentiſſimis, Præfecturæ Orientalium Prætoriorum, cauſarum Patronis, ad id electos, ex veteribus libris omnibus ad jus Civile pertinentibus, moderatum compendium & unam fieri conſonantiam, & ut nihil inutile, neque perperam poſitum, nihil contrarium, neque idem, neque ſimile contineat, & ex his, quod unum pro omnibus ſufficiat componi mandavit [3], quæ *Digeſta* ſeu *Pandectas* nominari voluit: quod omnes diſputationes & deciſiones in ſe habeant legitimas [4].

Pandecta ſive Digeſtorum libri compoſiti.

Quo opere tertium etiam poſt annum conſummato, per eoſdem *Tribonianum*, *Theophilum*,

1 *l. 2. §. 1. Cod. de Vet. jur. enucl. l. 3. §. 1. Cod. eod.* Ant. Cont. *lib. Subſciſivar. lect. lib. 1 cap. 8.*

2 *§ 2. proœm. inſtit.*

3 *l. 2. in pr. §. 6. & §. ult. Cod. de Vetr. jur. Enucl.*

4 *d. l. 2. §. 8.*

Inſtitutiones Juris compoſita

lum, & *Dorotheum* inſtitutiones, quæ totius hujus legitimæ ſcientiæ ſunt elementa ex omnibus antiquorum inſtititutionibus & præcipue ex *Caj.* tam inſtitutionum quam rerum quotidianarum commentariis collecta edidit *XI. Kalend. Decemb.* [1] *Anno poſt Chriſtum* DXXXIII ejuſdemque anni menſe ſequenti *XVII Kalend. Iānuar:* qui erat imperii ſui annus ſeptimus, pandectis atque inſtitutionibus cum ſuo Codice in judiciis proferri, & laudari, atque ex iis ſolis jus dici per totam Europam & Aſiam & totam Lybiam, jam tum ſuo imperio iterum adjunctam, à judicibus ſuis & præcipue tribus excelſis Præfectis Prætoriis, tam Orientalibus, quam Illyricis nec non Lybicis, eaſdem leges in omne ævum valituras ſuſcipi,& per eorundem authoritates,omnibus qui juriſdictioni ſuæ ſuppoſiti erant manifeſtari juſſit [2], ſuumque deinde Codicem jam ante quartum ab inde annum editum, per eoſdem viros excelſos *Tribonianum*, *Dorotheum*, *Mennam*, *Conſtantinum* & *Iohannem*, ex repetitâ prelectione additis quam plurimis conſtitutionibus & præterea Quinquaginta novis deciſionibus [3] hinc inde inſertis: quibus controverſias omnes inter Romanos Juriſconſultos antiquiores agitatas, diremit, multiſque aliis recognitis, repletis, & tranſformatis emendari & ex integro conſcribi juſſit, eique ſoli priore illo abrogato vim atque authoritatem legum dedit. *XVI Kalend. Decemb. Anno poſt Chriſtum*

Codex Iuſtinianeus. Repetita prælectionis.

1 *proœm. Inſtit. in fin.*
2 *l. 2. §. ult. Cod. de Vetr. jur. enucl.*
3 Has quinquaginta novas Iuſtiniani deciſiones ordine collegerunt *Eguinar. Baron. Eumund. Merillus, Inglou & alii.*

1 *l. unic.*

ſtum DXXXIV[1].

Quibus tum poſtea quam varia rerum natura aliquid novi creaverit, quum humani juris conditio ſemper in infinitum decurrat, & nihil ſit in eo quod perpetuo ſtare[2] poſſit, *Novellæ Conſtitutiones* acceſſere, quibus quod in poſterum melius inventum & ad Imperatoriam Conſtitutionem neceſſario redigendum erat, emendavit, & noviter Conſtituit idem Imperator, ſuoque ordine & tempore reliquit Græca lingua conſcriptas, exceptis paucis è ſtylo dignoſci ſolitis, haud diu poſt mortem Juſtiniani (qui menſe Auguſto Anno poſt Chriſtum DLXV : expletis Imperii ſui annis XXXVIII. menſibus VIII. diem ſuum obiit[3]) ab ignoto & privato homine ſed non ſemper ordine temporum ſervato collectas. Quas deinde *Iulianus* Anteceſſor Conſtantinopolitanus circa Annum DLXX[4] latinè non quidem vertit integras, aut ad Verbum, ſed in epitomen contraxit, reſecatis prologis & Epilogis[5]. Iſdemque, ut fertur, temporibus prodiit anonymi & privati hominis, ſed Romani juris ſtudioſiſſimi earundem in linguam latinã tranſlatio, ea ipſa, quæ vulgo nunc habetur, & quod κατὰ πόδα uberius pinguius & ad verbum facta ſit, authentica, ipſæque Novellę Authenticæ[6] nominatę ſunt quam licet authore incerto,

Novellæ Conſtitutiones.

1 *l. unic. Cod. de Emend. Cod. Iuſtin.*
2 *l. 2. Cod. de Vetr. jur. Enucl. ſ. 18.*
3 Nicephor. *lib 17. cap. 31.* Car. Sigon. *de Regn. Italiæ lib. 1.*
4 Marquard. Freher. *Chronolog. utriuſque Imper.* vide Joſ. MarZuareſ *notit. Baſilic. ad Urbanum VIII.* Jacob. Gothof. *Manuali jur. Biblioth. jur. civil. cap. 4.*
5 Idem Zuareſ. *notit. Baſilic. verſ. Novell.*
6 vide Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 46.*

Edicta Juſtiniani

to, præſertim ob antiquitatem, valde commendant *Iacobus Cujacius* [1], & *Anthonius Contius* [2]. Quibus & ipſa Juſtiniani edicta intermixta erant, quę perperam poſtea ab ipſis Novellis ſeparata notat idem Cujacius [3].

Sic ut Pandectæ compoſitione priores ſint Inſtitutionibus, promulgatione uno menſe poſteriores, & rurſum Codex, qui & compoſitione & promulgatione omnium erat primus, poſterior ille repetitæ prælectionis, qui ſolus exſtat, & compoſitione & promulgatione omnium ſit poſtremus, & Novellarum liber diem non habeat, ut qui ex ſingulis conſtitutionibus poſtea ſit collectus. His partibus conſtat jus Civile Romanorum, quod in unum Corpus collectum hodieque exſtat, quo ad ſummum illud ſuum & fatale faſtigium ipſa Juriſprudentia perveniſſe videtur, poſtquam & juris libri jam certi iique perfecti eſſent, radiantes legibus ex Veterum Medullis & Conſtitutionum Codicibus enucleatis & exhauſtis, tam piis, tam juſtis ac ſalutaribus, quales nec ab ullo Rege Populove datæ unquam fuerunt nec in poſterum dari poterunt. Quas deinceps tota Poſteritas in hunc uſque diem velut ideam quandam omnis juris & juſtitiæ obſervavit. Hinc juris Profeſſio & docendis legibus à Juſtiniano primum Romæ Beryti & Conſtantinopoli, alliiſque Græciæ, Aſiæque ſcholis inſtituta collegia ad nos magno generis humani bono, velut per manus ſunt tradita.

In

1 Cujac. *lib. 3. obſ. 36. & lib. 4. obſ. 38. lib. 8. obſ. 40.*

2 Ant. Cont. *in præfat. ad Novell. libr.*

3 Cujac *in præfat. commentar. ad Novell.*

1 Ni-

In Græcia & reliquo Oriente, illud in perpetuo uſu fuiſſe, ſatis ſuperque evincunt illæ totius & integri juris Juſtinianæi in Græcam linguam factæ tranſlationes à Phoca, qui circa annum Chriſti DC. in imperium ſucceſſit [1] uſque ad Baſilium Macedonem per ducentos & ſexaginta annos uſitatæ: Codicis quidem & Pandectarum verſiones per Talelæum [2] Anteceſſorem factæ; Inſtitutionum per Theophilum quendam, ſed diverſum ab eo, qui Juſtiniano fuit coœtaneus, aut cujus operâ Juſtinianus ipſe in componendis inſtitutionibus & compilandis Digeſtorum libris ſe uſum profitetur, aliumque ab eo, qui inſtitutiones addita paraphraſi in Græcum ſermonem vertit (quem demum inter cæteros Baſilicorum interpretes libro LX. & alibi circa annum M. numerari putat Jac. Gothofredus [3]) ſed illum qui proximè poſt Juſtiniani tempora vixit: A quo deinde tempore idem Baſilius circa annum DCCC LXVII [4]. eoque ante operis abſolutionem moriente, filius ejus Leo Philoſophus ex invidiâ & ambitione Juſtiniani famam ex compoſitis juris libris non ferens, ut aliquid reprehenderet imperfectæ, atque inordinatæ compoſitionis eoſdem libros inſimulavit, & circa annum D. CCCLXXXVI [5]. recenſionem novam alio, ſed nihilo meliori ordine ac Methodo diſpoſitam in ſexaginta libros diviſam in lucem edidit,

1 Nicephor. *lib. 13. cap. 40.*

2 Marcard. Freher. *in epiſtol. ad Rudolph. Imper. pro editione juris Græco Roman*, Zuareſ. *notit. Baſilicor.*

3 Jac. Gothofr. *Manual. Iur. Bibliothec. jur. civil. cap. 4.*

4 vide Marcard. Freher. *Chronolog. utriuſque Imperii.*

5 vide Luitprand & Niceph. *hiſt. Eccleſ.*

edidit, quos ut quaſi à ſe Imperatore procederent, ſive, ut alii volunt, Baſilio Patri ſuo adſcripſerit, Βασίλικα Νόμιμα appellavit [1]. Quæ Conſtantinus ejuſdem Leonis filius cognomento Porphyrogeneta XX. circiter annis poſt primam, eandem Baſilicorum editionem ſub incudem revocavit, eorumque repetitam prælectionem in lucem emiſit [2].

Baſilicorum libri

Qui tandem veri ſunt Baſilicorum libri, diverſi ab his quibus uſus eſt Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Nomo Canone ſuo, quo Apoſtolicos & Conſiliorum Canones ſuo eodem Leone ad leges Romanas retulit [3], priorem illam editionem ſecutus, qui primo à Theodoro Balſamone Antiocheno Patriarcha circa annum Chriſti M CXLIII [4] ſcholiis illuſtratus, & cum ſecunda illa repetitæ prælectionis editione collatus eſt. Neque alterius quam prioris illius editionis meminit Conſtantinus Harmenopolus, Præſes Theſſalonicenſis in ſuo juris promptuario. Hos Baſilicorum libros poſteriores primo Johannes Leunclavius per eclogas ad epitomen, ſive ſynopſin contraxit [5], cujus apud Dioniſium Gothofredum in notis ſuis marginalibus ad Juris Civilis libros frequens uſus eſt. Baſilicorum deinde ſeptem libros integros Gentianus Hervetus latinos fecit [6], XLV. nimirum, qui de ſucceſſionibus ab in-

1 vide Freher. *in d. epiſt. ad Rudolph. 2.* & Joſ. Zuareſ. *in d. notit. Baſilic.*

2 Goth. *in præfat. ad Novell. Leon. & præf. ad Baſil. Gentiani Herreti* Joſ. Zuareſ. *d. notit. Baſilicor.*

3 vide Goth. *in d. præfat. ad Gentiani Herreti Baſilica.*

4 vide Goth. *in d. præfat. ad Novell. Leonis* Joſ. Zuareſ. *notit. Baſilic.*

5 edit. ex Joan. Sambuci bibliotheca Baſil. apud Euſeb. 1575

6 Edit. *primo Aureliæ Anno* 1556

ab inteſtato eſt, XLVI. qui de ſtatu hominum, & rerum diviſione, XLVII. qui de donationibus, XLVIII. qui de manumiſſionibus & rurſum, ſed inverſo ordine, XXVIII. XXIX. & XXX. qui jura ſponſalitia, nuptialia & dotalia continent, Quibus poſtea acceſſit Jacobi Cujacii liber LX. omnia crimina, quæque ad eorum cauſas, variaque judicia & pęnas ſpectant, continens [1]. Poſtremo autem integros omnes Baſilicorum libros Carolus Annibal Fabrottus vertit, & noviſſimè in lucem edidit, in primis Codicis Juſtinianæi, Digeſtorum, Inſtitutionum & Novellarum κατὰ πόδα interpretationem continentes, adeo accuratam, ut exinde innumeri loci corrupti tuto reſtitui & emendari poſſint: ut ex obſervationibus Jacobi Cujacii (quod divinum opus vocat Jacob: Aug: Thuanus [2]) & poſt eum ex Gothofredi notis marginalibus ipſi Juris Civilis corpori adjectis, cuique legenti fiet obvium, ubi nuſquam non Baſilicorum libri, ut authentici, pro juſtâ emendatione adducuntur. In his præſertim ubi eædem leges Romanæ ſervatæ reperiuntur: In aliis enim ubi Digeſtorum & Codicis jura Poſteriorum Principum Conſtitutionibus (quæ non contemnendæ Baſilicis ſubinde inſertæ reperiuntur) correctæ, & mutatæ ſunt, diverſa ratio eſt.

Hęc mutato tantum nomine atque ordine legum compoſitio in uſu fori Conſtantinopolitani fuit, quamdiu ſtetit Orientis Imperium ad annum uſque MCCCCLII. quo ſub Conſtantino Palæologo Græcorum Imperatorum ultimo, Conſtantinopoli à Mahomete Ottomannico capta, ipſum Orientis impe-

1 A Dioniſio Gothofred. edit. *Hannoniæ Typis VVechelin. 1606*

1 Jacob. Auguſt Thuan *hiſtor*. *lib. 99.*

imperium cum ſuis legibus extinctum eſt [1]. Interim dum in Occidente *Gotthi*, *Longobardi*, *Fanci*, *Hunni*, aliæque Barbaræ nationes bellicis interruptionibus & domeſticis diſſidiis omne interea Regnum & imperium excipiũt, quam interim non ita ſenſit cladem Orientis imperium, ſolum Barbaricæ iſtius dominationis expers. Unde multi volunt Juſtiniani libros in Italiâ & toto Occidente ſtatim ab authore ſuo intercidiſſe, & per tota ſex ſecula ſolos Longobardicos, Francicos, aliorumque adventitiorum Barbarorum mores ac leges viguiſſe, aliaſque provincias, ſimul atque labente imperio in libertatem ſe receperint, cum jugo dominatus leges etiam Romanas excuſſiſſe, & deinde à Gotthis, aliiſque Germaniæ populis occupatas, victorum etiam arbitrio pro belli jure, eorundem etiam leges, atque inſtituta accepiſſe. Donec *Lotharius Saxo* Imperator qui in imperium ſucceſſit anno poſt Chriſtum M C XXV. in Juſtinianæos illos libros ſexcentis demum ab eorum editione annis incidens, primus eos per Irnerium quendam in lucem & uſum revocaſſet, quem Conſtantinopoli Juriſconſultos docentes audiviſſe, atque inde in Italiam primo juris libros attuliſſe quidam ſomniant. Inter quos etiam Marquard: Freherus, in utriuſque alias tam Orientis, quam Occidentis Imperii Hiſtoriis ſatis verſatus, qui Juſtiniani libros non tantum in Occidente ſtatim ab authore ſuo in-

Juſtinianæi libri quando poſt barbariem reſtituti.

1 Vid. Abbat. Urſperg. *in Paralipomen.* An. Sylv. *in Ort. de Excidio Conſtantinopolitan.* & *epiſt.* 130, & 155.

1 Mar.

intercidiſſe, & vix Parenti ſuo ſuperfuiſſe putat, ſed & an unquam eo illatos, aut ab ipſo Juſtiniano in Urbem Romam, ullamve Italiæ, partem, nedum cæteras Provincias Latinas (excepto ſolum Illyrico) publicatos, aut ad obſervandum propoſitos, dubitat [1]; Abbatis Urſpergenſis & Raphaëlis Volaterani authoritate, ut videtur ſeductus: De eodem enim Irnerio Conradus à Lichtenau Abbas Urſpergenſis Germanicarum rerum diligens collector, qui vixit ſub Friderico II. Imperatore circa annum M CCX. in vita prædicti Lotharii Saxonis hæc refert [2]: *Eiſdem quoque temporibus*, inquit, *Dominus Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant ad petitionem Machtildæ Comitiſſæ* [3] *renovavit, & ſecundum, quod olim à divæ recordationis Imperatore Juſtiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpoſitis eos diſtinxit, in quibus continentur Inſtituta præfati Imperatoris, quaſi principium & introductio Juris Civilis. Edicta quoque Prætorum, & Ædilium Curulium, quæ rationem & firmitatem præſtant Juri Civili. Hæc in libro Pandectarum videlicet in Digeſtis continentur. Additur quoque his liber Codicis in quo Imperatorum ſtatuta deſcribuntur. Quartus quoque liber eſt Authenticorum, quem præfatus Juſtinianus ad ſuppletionem & correctionem legum Imperialium ſuperaddidit.* De quo etiam Odofredi veteris Gloſſatoris authoritate [4], (qui floruit circa annum M CCLIX.) idem ferè affirmat Raphaël Volateranus, ante Innocentium III. qui Decretales com-

1 Marquard. Freher. *in epiſtol. ad Rudolph.* 2. quem ſequitur Arthur. Suc. *de authorit. jur. Civi. lib* 1. *cap.* 5. *n.* 21.

2 Abb. Urſperg. in *Lothario Saxone XVIII. Germaniæ imp. pag. mihi* 291.

3 Hanc Tuſciæ Comitiſſam vocat Jacob: Gothofred. *in hiſtor. juris cap. ult.*

4 Forte *ad l. ultim. Cod. de in integr. reſtit. & jus Civile D. de juſt. & jure.*

Xx 5 I Ra-

Irnerius IC.

compoſuit, annis fermè centum in jure Civili Irnerium ſive Guarnerium apparuiſſe, qui primus leges apperuerit [1]. Quæ tamen præter nudam ſcribentium authoritatem nullam faciunt fidem, neque eo pertinent, ut eorum narrationi eatenus credatur: quod vel alias præter res Germanicas ſui ævi, & ſęculorum quę proximè antecedunt, (quarum multę cum fructu apud prædictum Abbatem leguntur) in rebus Gręcis Romaniſque, tantum ei deferendum non videatur, quin fontes ipſos adire ſatius ſit, & in minimo dubio ad ipſas Romanas Italaſque Hiſtorias antiquiores, unde illud petendum, recurri debeat. In quibus etiamſi forte propter Barbarorũ invaſiones omniumque literarum & literatorum per aliquot ſæcula exilium perfectus, abſolutuſque juris Romani in Occidente quoquam modo deficeret ſucceſſus, attamen penitus intercidiſſe, aut nunquam eo delatum fuiſſe à me, ut id agnoſcam, non obtineo: Quod ſi vel obtinerem res ipſa refragaretur: nec ideo magis verum eſſet prædictum Freheri aſſertum, cui hic animus eſſe videtur, ut velit à recentioribus Commentis peti, quæ ex antiquiſſimis rerum argumentis petenda ſunt. Si ergo in hoc aliquis defectus, demonſtrari is Frehero aliter debuit, quam per nudam recentiorum authoritatem, quam ipſis rerum argumentis quam maxime videmus adverſari. Ut enim omittam quæ de authentico Pandectarum manuſcripto Florentino ſive Piſano

1 Raphael. Volater. *comment. urban. in Antropolog. lib. 21. tit. De his qui reliquis in artib. claruerint.*

1 *Con-*

ſano & quæ de Juris libris Ravennæ conſervatis mox aperiam : unde illa quæſo ipſius Juſtinianæi Codicis varia jam ſtatim ab ipſa Barbarie per totam Italiam, aliaſque Occidentis Regiones, in omnibus & per omnia fere conveniens reperta lectio ad manus noſtras pervenit? niſi & illa fuerit antiquiſſima? Quod vero Juſtiniani libros unquam in Occidentem illatos ab ipſo Juſtiniano in Urbem Romam, ullamve Italiæ partem (excepto ſolo Illyrico) publicatos aut ad obſervandum propoſitos dubitet implicat ſemetipſum quam maxime. Expediat, ſodes, quâ ratione aut modo Imperator Juſtinianus conſtitutionem ſuam de confirmatione Digeſtorum ad Senatum & omnes Populos, & alteram, ad univerſos juris libros præfationem ad Senatum, & Populum, & omnes univerſæ ſuæ ditionis urbes inſcripſerit, eaſque ſuas leges iterum omnibus Europæ, Aſiæ & totius Lybiæ ſuo imperio adjunctæ judicibus pro cujuſque juriſdictione ſuſcipiendas præceperit [1], ſi non & Urbem Romam & omnem occidentem includere voluerit? Ecquis quæſo per omnem totius Juſtinianæi juris concipiendi, condendi aut confirmandi prolegomenam, vel ullo in loco Orientis ab Occidente ſeparati o? Quod & præterea innumerę Imparatorum Conſtitutiones in ipſa Urbe Roma conſcriptæ, & promulgatæ ſatis ſuperque evincunt: neque certè Juſtinianum Imperatorem Urbis aut ditionis Romanæ fuiſſe dominum, ejuſque Regionis populos imperio ſuo ſubjectos habuiſſe ille, aut quiſquam dubitare poteſt. Expediat, inquam, qua ratione aut modo idem Imperator, omnes populos legibus tam à ſe promul-

1 *Conſtit. Tanta. & Conſtit. Dedit. nobis Deus circa fin.*

mulgatis, quam compoſitis regi prædicaverit [1], ſi ipſum populum Romanum excipere voluiſſet? & quorſum ſacratiſſimas Romanorum Imperatorum conſtitutiones antea confuſas, & immenſa veteris Romanæ Prudentiæ volumina in luculentam erexerit conſonantiam? ſi non, ut aliis omnibus, eidem populo & ditioni Romanæ ſubjectis, hæc eadem præſcribere voluerit, cui Barbaricas alias Gentes ſub jugum ſuum redactas, & tam Africam, quam alias innumeras Provincias imperio ſuo additas toties inculcat. Ut vero ad Abbatis Urſpergenſis & Volaterrani malè aſſumtam authoritatem accedam: Dato, quod *Irnerius* ille inter primos ab ipſa Barbarie Juris Civilis Doctores in Germania claruerit, aut ut quidam volunt, Bononiæ (ubi tamen ante eum Peponem quendam jura publice docuiſſe teſtatur Guido [2] Pancirollus) primus jura profeſſus fuerit, non ideo magis ipſum jus Juſtinianæum, in iiſdem terris incognitum, aut inuſitatum fuiſſe conſequens eſt, quod propter Barbariem aliquamdiu ſuis caruerit Doctoribus. Ut quę Regiò pacatis rebus & Florente ſtatu in propagando juris ſtudio omnes alias gentes regioneſque quotquot ſunt antecellerit, & quæ ipſius juris Civilis, & quidquid in eo patria ſedes, & natale ſit ſolum, neque in propagando atque illuſtrando juris Civilis ſtudio unquam defuerit. Ipſis enim Italis maximam deberi laudem, quod præ reliquis jus Civile illuſtrarunt, nemo unquam negare poteſt. Et vel hoc evincunt Italorum Juriſprudentiæ propagandæ ſcholæ antiquiſſimę, & in iis Doctores toto Orbe celeberrimi, è qui-

1 *§. 1. proœm. inſtit.*
2 Panciroll. de *clar. leg. interpret. lib. 2. cap. 13.*

è quibus deinde ex ſingulis nationibus Juriſconſulti effulſere Clariſſimi, quos ſuo ordine enumerare inſtituti noſtri non eſt: Quorum poſteriores quidem hi, licet florem & ætatem attulerint, priores tamen illos ipſum fructum reliquiſſe de ſe ac ſuis vere prædicant Itali [1] Neque adeo movet francorum, Gotthorum, Alemannorum, Burgundiorum, aliorumque leges, moreſque aliquandiu fuiſſe in Italia receptos, quod & eorundem leges ſcriptæ, quas ab illo uſque ævo ſuperſtites habemus, totum Romanam, & quidem juſtinianæam ſpirent juriſprudentiam, certiſſimumque ſit, eos ipſos Romanos inter ſe leges, eoſdemque mores & ritus, eademque ſolemnia in contractibus, connubiis & delictis ſervaſſe [2]. Ut hoc ſatis liquide teſtatur eorundem antiquarum legum, tunc quum Gotthi Italiam regerent (ut qui antea moribus & conſuetudine non ſcriptâ uterentur) compoſitarum Codex [3], quas ſine uſu & authoritate Romanarum legum, eadem Romana lingua, illis alias incognita, nec diſſimili adeo argumento conſcriptas eſſe, ut dicatur, res ipſa haud patitur. Quæ certæ nec ipſis Gaii inſtitutionibus ad Aniani, aut Theodoſiani Codicis ad Alarici & Rheodorici Gotthorum Regum manus delatis (ut idem Freherus putat [4]) ſcriptis ſe continet. Hi enim ad annum D XXVI. Italiam tenuere, quo tempore idem Theodoricus edictum perpetuum, tam ex Novellis legibus, quam veteris Juris ſanctimoniis ut ipſe refert [5], collegit. Et Saxonum anti-

1 Benven. Stracha, *de Mercaturâ tit. de contractib. Mercat.*

2 teſtatur Agathas *lib 1. de rebus Iuſtini. imper.*

3 Codex legum Antiquar: ex Bibliotheca Frid. Lindenbrogii *edit. francofurt. Anno 1615.*

4 Marquard. Freher. *in d. præſtat. ad Rudolph. 2.*

5 Exſtat apud Frid Lindenbrog. *in Cod. leg. antiq. & Caſſiodor. poſt librum de Amicitiâ.*

1 Ca-

antiquas conſtitutiones, quæ cum jure Patriæ noſtræ, à quo tempore hic primo ſedem ſuam poſuerint, in multis conveniunt, ex ipſo jure Romano eſſe, ecquis negabit. Sed & quod poſt ducentos à Juſtiniano annos Carolus Magnus Pipini Regis Galliæ filius, Gallorum & Germanorum Rex à Senatu Populoque Romano Romanorum Imperator electus, Longobardorum Regibus Italia expulſis [1], ipſum jus Civile Romanum, quatenus propter librorum per Barbarorum devaſtationem penuriam licuerit, circa annum DCCC. in uſum revocaverit, populiſque ſibi ſubjectis, *Francis, Saliis, Alemannis, Saxonibus, Anglis, Turingis, Burgundionibus, Ripoariis, Bajoariis,* &c. leges dedit, & quas prius habebant reformavit [2]; & quod in Ravennæ Exarchia, durante etiam Longobardorum Regno, jus Romanum in uſu fuiſſe, & ab iiſdem quintę Pandectarum partis, quæ de ultimis voluntatibus, & hæreditatum ſucceſſionibus tractat authenticon coaſervatum conſtet [3]: (ubi & Juſtinianæum Codicem in vetuſta Bibliotheca inventum quidam volunt [4]) & in Illyrico Conſtitutiones Juſtinianæas maximè ſervatas fuiſſe, ipſæ earundem inſcriptiones ad Pręfectos Prætorii Illyrici ſatis teſtantur.

Donec poſt denſas illas, non modo Juriſprudentiæ, ſed & omnium ſcientiarum, ac politioris literaturæ tenebras, jam tum primum & ante omnem pœne excultam litteraturam Juriſprudentia Romana, excuſſo Barbarorum jugo in lucem protracta & quaſi poſtlimino fuerit reverſa, ſub Lothario nempe Sa-

1 Carol. Sigon. de *Regno Italiæ ſub Carolo Imperatore.*

2 Marq. Freher. *in Chronolog. Utriuſque Imper. ſub Carolo Magno.*

3 teſtatur Decian. *in apolog. adverſus Alciatum.*

4 Pancirollus. *de clar. leg. interpret. lib. 2. cap. 13. verſu, alii.*

1 Fran-

pę Saxone Occidentis Imperatore, qui circa annum MCXXV. quo unà cum Innocentio II. Pontifice Romano contra Rogerium Siciliæ & Neapolis Regem implorato Piſanorum auxilio in excidio Amalphitanæ Appuliæ urbis, iiſdem Piſanis in præmium rerum ab iis ſtrenue geſtarum ipſos Pandectarum libros, ibidem ab ipſo Juſtiniani, ut volunt, tempore coaſervatos, pro belli præmio tribuit [1].

Aquo demum tempore ipſis jam Pandectis ita à Barbarorum manu & poteſtate liberatis, reliquiſque juris Juſtinianæi manu-ſcriptis libris undique collatis, univerſum jus Civile Romanorum, ut nunc exſtat, ad omnes alios occidentis imperii populos pervenit. Quod jam ante à Caroli Magni tempore in Germaniam, Galliam & Hiſpaniam tranſlatum erat ſuo modo: manſit enim imperium Occidentis penes Caroli poſteros ſupra centum annos, à quo cum Irene Leonis Porphyrogenetę vidua (quę cum filio Conſtantino Conſtantinopoli imperii faſces tenebat) & cum ſucceſſore ejus Nicephoro pactionem inierat, ut Oriens cum Conſtantinopoli Græcis imperatoribus, Occidens cum Roma Carolo & ejus poſteris cederet [2]. Quo tempore in Germaniâ & Galliâ municipalia, & provincialia multa conſtituta ſunt jura, quibus Principes Populique ejus gentis pro moribus ſuis utebantur, à juris Romani fundamentis non multum aliena: Sed quæ posteaquam jus Juſtinianæum ab Imperatore Lothario porro fuerit reſtitutum, in multis per juris Civilis æqui-

1 Franciſc. Taurell. *in epiſtol. Dedicat. pand. florent. ad Coſm. Med.* Marq. Freher *in epiſtol. ad Rudolph.* 2. *Corraſ ad l. 2. ſ. fin. D. de Origin. jur.* Guid. Panciroll. *de Claris leg. interpret. lib. 2. cap. 13.* Qui tamen omnes annorum computatione variant, de qua latius infra.

2 Sabell. Ennead. 8. *lib. 9.* Adelin. Annal.

1 Ja-

tatem prudentiamque mutari, & in omnibus ex eodem interpretari cæpere. Sed & ipſi Galli in ſuam Linguam Codicem juris Civilis tranſtulere, qualis eſt verſio illa vetus Gallica, qua ſe quandoque uſum profitetur Jacobus Cujacius[1].

Authoritas juris Civilis Romani.

Atque ita jus Romanum, ad alios atque alios quaſi de manu in manus traditum, cæteræ quoque omnes gentes & populi aſſecuti ſunt, ut nuſquam non ab omnibus non tantum jus Romanum, ſed velut jus naturale & gentium, quod ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus conſtet pro communi jure ſit receptum in iis, in quibus propriæ leges aut conſuetudines certæ in contrarium deficiunt: quæ ubi pro morum & temporum diverſitate diſcrepare inveniuntur, in minimo dubio ſecundum jus Romanum, & ita ut ei quam minimè adverſentur, interpretari ſolent: Prout non modo in Imperio Germanico & Italiæ principatibus, ſed & in Regnis Neapolis & Siciliæ, in regno Galliarum & reliquo Belgio, in Regnis Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Angliæ, Hyberniæ, Scotiæ, Poloniæ, Hungariæ, Daniæ, Sueciæ & Bohemiæ ſervari conſtat[2]. Quod quum ſingulatim demonſtrari in re tam certâ atque evidenti opus eſſe non videtur: hæc ita ſummatim de ſummâ authoritate juris Civilis, atque generali apud omnes gentes uſu monuiſſe, ſuffecerit. Quomodo autem illud jus Romanum tan-

1 Jacob. Cujac. *in cap. Paſtoralis extr. de cauſ. poſſ. & præfat. 3. lib. Cod. & obſerv. lib. 11. cap. 11. & lib. 16. cap. 24.*

2 vide Arthur: Duc *de uſu & authoritat jur. Civ. Romanor. in dominiis princip. Chriſtian.*

1 Quod

tandem ad nos pervenerit & quę ſucceſſu temporis ejuſdem juris factæ ſint editiones atque emendationes, hic enumeraſſe, haud minus conducere Juriſprudentię Studioſis, quam juris Romani hiſtoriam cognoſcere, mihi viſum eſt. Cui primum ſe offert ipſum primum Pandectarum Florentinarum exemplar, cum quo nullum aliud integritate aut fide comparandum eſſe fatentur omnes[1]. De cujus manuſcripto Doctiſſimus J. C. *Angelus Politianus*, cui ſuo tempore uni ejus legendi ac verſandi facta fuit copia, ſcribit[2] illud eſſe ipſum Juſtiniani Digeſtorum, ſeu Pandectarum volumen dubio procul archetypum, in ipſa Curia Florentina à ſummo Magiſtratu publicè aſſervatum, quod magnâ veneratione, quanquam raro id, etiamque ad funalia oſtendebatur, ex Piſana præda eo delatum. Idem quoque in epiſtola ad Marcquard. Briſac.[3] illud idem eſſe exemplar affirmat, quod Imperator Juſtinianus pro authentico aſſervari voluit, cujus ipſa verba hic adſcribere lubet: *Scire te opinor*, inquit, *Imperatorem Juſtinianum poſteaquam jus Civile perpurgavit, in ordinemque redegit, caviſſe illud in primis, ut in omnibus civitatibus, quæ dignitate aliqua præcellerent, exemplaria legum, quam emendatiſſima publicè aſſervarentur, quaſcunque ipſe vel novas condidiſſet, vel etiam antiquas enucleaſſet. Sed nullum ex his clarius tamen, aut celebratius, quam quod ad uſque urbis captivitatem Piſis magnâ religione fuit cuſtoditum. Captis autem*

Pandectæ Florentina

1 Quod Anno 1553. Florentiæ à Franciſco Taurellio editum eſt.

2 Ang. Polit. *epiſt. lib. 10. epiſt. 4.*

3 *d. lib. 10. Epiſt. 4.*

autem deinde Piſis liber idem in urbem victricem translatus eſt. Is vero in ipſa Curia loco celeberrimo Monachorum quorundam, ſummique magiſtratus diligentiâ & relligione ſervatur. Tum quoties profertur (quod ipſum non ſine gravi causâ fieri ſolet) accenſis funalibus (ita enim mos traditus) monachi illi, quos dixi, ſummuſque Magiſtratus capite aperto venerabundi circumſiſtunt. Hactenus ille. Quando autem aut quo modo liber iſte in Florentiam urbem fuerit tranſlatus, ex Volaterrano, Reinero Gracchia, Ploto, Gryphio, & Franciſco Taurellio, Marquardus Freherus, de ejus fide atque authoritate refert [1]. Pandectarum antiquiſſimum illud exemplar, quod ſi non Juſtiniani ætate (ut quidam putarunt) & ipſius Triboniani prototypon, ſaltem non ita diu poſt in ipſa Græciâ ſcriptum, ſive in Byſantina aut Ravennate Bibliothecâ, aliquamdiu aſſervatum, ſive aliter Amalpſin, Appuliæ oppidum pervenerit, in ejus Urbis direptione inventum circa annum ſalutis (ut ille habet) M CCCXXXVI. (ſed qui perperam transſcriptus, pro Anno M CXXV. [2] ut videtur, niſi fortè librariorum ille error ſit) Piſanis à Lothario II. Imperatore, & Innocentio II. Pontifice in monumentum egregiè navatæ operæ donatum fuiſſe, quod ipſos adverſus Rogerium claſſe juviſſent, magnaque antiquitatis veneratione ab eis domum relatum, idemque Florentinos tandem per Guinum Coponium Anno M CCCCVI. Piſis in poteſtatem redactis, in ſubjectionis ſymbolum ad ſe transtuliſ-

1 Marq: Freher: *in epiſtol. ad Rudolph. 2. præfix. jur. Civ. Græco Romani Iohann. Leunclavii.*

2 De hujus urbis direptione ſub hoc anno poſt Blondum. *lib. 15. hiſtor.* meminit F. Leander, Albertus Bononienſ. *in Italiæ deſcriptione ſub Campania felici, quinta Italiæ Regione pag. mihi 294.* Et de Amalpſis & Rivelli occupatione idem teſtatur Pandulph. Collenutius *hiſtor. Neapolitan. lib. 3. ſub anno* M CXXV.

tuliſſe. Quo tempore nulla præterea tam probatæ fidei exempla ſuperfluiſſe neceſſe eſt: quum ex hoc unico omnia cętera, quotquot vel manu exarata in Bibliothecis viſuntur vel typis formata proſtant, tanquam per traducem dimanaſſe, docti viri liquido demonſtraverint. Cum quo convenit, quod Antonius Auguſtinus & Antonius Contius acutiſſimi ingenii, & in antiquitatibus verſatiſſimi Juriſconſulti affirmant [r]. unum eſſe illud atque unicum exemplar, ad quod omnes omnino, qui exſtabant Digeſtorum libri erant conſcripti. Quod vel propterea prę cęteris diligentius conſulendi incidit neceſſitas: quod ut olim de ipſo manuſcripto conqueſti ſunt multi, etiam hodie ob exemplarium Florentinorum penuriam, multa à multis etiam non infimi nominis Juriſconſultis erroneæ Pandectis iſtis adſcribantur, quæ eorundem non ſunt, nec fuerunt unquam. Varios quidem primum Juris Civilis Codices à Veteribus Juriſconſultis de manu ad manus tranſcriptos aliis emendatiores extitiſſe conſtat: Unde & magna inter eos lectionum ſemper alteratio. E quibus tamen hoſce omnium emendatiores ad unum omnes habuere, qui quam proxime ad antiquiſſimum Florentinum ſive Piſanum Digeſtorum, ſive pandectarum exemplar accederet in Cæteris Juris partibus hanc illis illam aliis fidem tribuentes. Inter omnes autem qui Juris Civilis pandectas ad archetypum & vetuſtiſſimorum exemplarium fidem reſtituere, atque interpretari fuerint aggreſſi, primus fuit Angelus Politianus [s]. Cujus quidem ſcripta, quæ de jure & ad jus com-

[r] Anton. Auguſt. *lib. 1. emendat. cap. 1.* Ant. Cont. *lib. 1. diſput. cap. 7.*
[s] Vide Anton. Auguſtin. *in præfat. emendat. lib. 1. ad Michaelem Majum.*

compoſuit excuſa non exſtant neque ejuſdem manuſcripta (niſi quod in Byſantina Turcarum bibliotheca nimium ſuperſtitioſe etiamnum coacervari quidam retulerunt) ullibi reperiuntur, ut quę ſuppreſſit *Bologninus*, & poſt eum, meliori quamvis ingenio *Alciatus*, *Haloander Budæus*, aliique, quos, quicquid in jure civili reſtituere, ex politiani libris id ipſum accepiſſe, arguit magnum illud Juriſprudentiæ lumen *Antonius Auguſtinus* [1] Ilerdenſis Epiſcopus, & Tarraconenſis Archi-præſul. Hujus & illius benificio ac conſilio prodiit tandem vetuſtiſſimi Pandectarum Codicis Florentinâ editio à Franciſco Taurellio anno 1553. ſumma fide in omnibus vel minutiſſimis authentici figuris repræſentata. Quam quidem aliæ non adſpernandæ præceſſerant editiones, quarum libros minus mendoſos eſſe conſtat, quod cum antiquiſſima illa in omnibus fere conveniant, quare & in cęteris juris civilis partibus, ſumma cura, atque diligentia hinc inde collectis, ſummam habent fidem. Inter quas primo ſe prodit, Haloandrina, ſive Norica Gregorii Haloandri editio. Cujus ſtudio atque opera primum Digeſtorum ſive Pandectarum libri quinquaginta, ex Angeli Politiani Florentinarum pandectarum collatione & inſcriptionum reſtitutione, tribus voluminibus in 4. Norembergæ Kalend. April. 1529. prodierunt. Deinde Juſtiniani Inſtitutiones optima fide ex digeſtorum ſeu pandectarum collatione recognitas in lucem emiſit. Quibus ſequenti anno 1530.

Variæ juris Iuſtiniani editiones.

1 *lib. 4. emendat. cap. 14.*

1 vide

no 1530. Codicis Juſtiniani libros XII. ex antiquiſſimorum exemplarium fide itidem Norembergæ in folio impreſſos addidit, adjecta Conſulum & annorum ab ejectis Regibus ad quartum Juſtiniani & Paulini conſulatum (quo tempore Codicis repetita prælectio fuit abſoluta) ex probatiſſimis quibuſque authoribus accurata digeſtione. Ejuſdem ſequenti anno additæ ſunt Novellæ Grçcæ itidem Norembergæ excuſæ, quas deinde in latinum ſermonem vertit, adjunctis cânonibus ſanctorum Apoſtolorum. Quæ omnia eodem anno 1531. ſimul uno eodemque volumine prodierunt, decennio poſt repetita à Joanne Hervagio majori charactere anno 1541. Baſileæ duobus voluminibus impreſſa, additis modeſtini legibus Græcis *in tit. ff. de excuſat. tutor.* & Græcorum interpretatione latina in calcem operis adjecta, in Codice itidem ſupra Haloandri editionem locis non paucis, nec exigui momenti emendatis, adjunctiſque feudorum libris & excerptis tam in pandectas quam Codicem variorum lectionibus: in quibus Alciati, aliorumque Doctorum opera ſe adjutum præfatur. Prodierunt interim Antonii Syphriani pandectæ manuales in minori forma Lugduni apud Guilelmum Rovillum anno 1551. excuſæ, poſt omnium editiones & Haloandri caſtigationem ad librorum Florentinorum fidem innumeris in locis emendatæ, adjunctis Juſtiniani Codice, (in quem integer Theodoſianus transfuſus, non intermiſſa Haloandri annorum digeſtione) & Novellis conſtitutionibus, pari forma & venuſtate excuſis, puris, & omni barbara fece emunctis ſtudio atque opera Bernardi Rollandi caſtrenſis, editis. Hugonis à Porta deinde editiones duæ prodierunt quarum poſterior limatior lugduni impreſ-

ſa anno 1552. pandectis ad Florentinum archetypum diligentiſſime collatis, legumque inſcriptionibus iterum reſtitutis, & Græcis ſanctionibus cum latina Franciſci Hottomanni interpretatione inſertis. Quam anno ſequenti ipſa Florentinarum pandectarum archetypa editio ſubſecuta eſt à Franc. Taurellio anno 1553. typis Laurentii Torrentini Florentiæ in majori & nitidiſſimo charactere duobus voluminibus edita. Huic ſucceſſit Ludov. Ruſſardi jus Civile manuſcriptorum librorum ope, emendatum, & perpetuis notis illuſtratum adjutore Franciſco Duareno, qui ſummaria in pandectas præſcripſit, & Novellas Conſtitutiones ad optimum Græcum Henrici Scrimgeri (qui Anno 1558. apud Henricum Stephanum ex Beſſarionis Cardinalis manuſcripto eam Novellarum editionem accuraverat) exemplar Collatas, antiquæ integritati reſtituit additis inſtitutionum libris ex manuſcriptorum librorum & digeſtorum collatione Caſtigatis, noviſque ſummariis, & ejuſdem Ruſſardi perpetuis notis illuſtratis, lugduni primum Anno 1561. in folio editum. repetitum poſtea in 8. Antwerpiæ apud Chriſtoph. plantin. Anno 1567. Hic pandectas ad exemplar florentinum diligenter contulit, & Clariſſimorum illius ævi juriſconſultorum notis illuſtravit, & Codicem ſecundum omnia alia alicujus notæ manuſcripta exemplaria reſtituit. Quorum ipſe præter Cætera hæc numerat: unum quod ſuppeditaverat illi Johannes Lucius Catharinæ Reginæ Procurator, duo quæ acceperat à Guilelmo Abato Senatore Pariſienſi, tria à Joanne Grænetio Conſiliario Regio apud carmitenſes: præter ea quibus benificio Adriani Pulvæi Advocati Pariſienſis ſe uſum fatetur: præterque ſeptem alios manuſcriptos

ptos

ptos libros, cum quibus Noricam Juſtiniani conſtitutionem ſe contuliſſe refert. Huic Anno 1560. & 1562. ſucceſſit A. Contii nitidiſſima editio in 8. pariſiis apud Guilelmum Merlinum excuſa, qua primum anno 1561. Juſtiniani inſtitutiones, antea ab Haloandr: contra vetuſtatis fidem caſtigatas, ex antiquiſſimis exemplaribus (quibus ille ſe defectum quæſtus erat) iterum repræſentavit, adjectis argumentis, paratitlis & notis breviſſimis. Quibus altero ſequenti anno 1562. addidit digeſtorum libros ex pandectis Florentinis repræſentatos adjectis Franciſci Hottomanni ſummariis ad litteram repręſentatis. Codicem Juſtinianæum emendationibus repurgavit & annotationibus illuſtravit, Novellarumque Conſtitutiones Haloandro Interprete ad Scrimgerianam editionem collatas emendavit, & aliquot Novellas in decimam Collationem adjecit, quas olim Jacobus de Belloviſo collegiſſe dicitur. Duæ lacunæ ſub tit. de bonis damnatorum & ſub tit. de Interdictis & relegatis Baſilicorum ope repletæ, & Codicis Conſtitutionem quam plurimas Græcas earumve epitomas plus quam 150. ex Cujacii theſauris ex Antonio Auguſtino & de ſuo quoque nonnullas, & Gręcorum interpretationes in pandectis piſanis ſive Bulgari, ſive Berguntionis addidit. Adjecit etiam indices omnium legum Digeſtorum & Codicis, alterumque indicem rerum & Verborum quæ in pandectis tractantur Copioſiſſimum, à Renato Auberto in ſuprema Curia Pariſienſi advocato conſcriptum. Quæ iterum editio anno 1571. à Guilelmo Rovillio lugdunenſi typographo in 16. repetita. Poſt eam nitidiſſima omnium Lúdovici Charundæ plantiniana ſucceſſit editio Antverpiæ anno 1575. excuſa.

Quæ præter cætera ab Ant. Contio edita pandectæ Florentinę repręſentatę breviſſimis Doctiſſimorum quorundam Juriſconſultorum, annotationibus partim antea à Ludovico Ruſſardo collectis, pleriſque locis vel reſtituuntur, vel diligentius explicantur, Inſtitutiones emendantur, XII. libri Codicis permultis Græcis latiniſque conſtitutionibus, inſcriptionibus, legum contrariarum & obſcurarum interpretationibus, argumentis ſive ſummariis præter alias editiones aucti & locupletati, additis Antonii Contii Chronicis Canonibus, faſtis regiis & conſularibus, uſque ad Juſtiniani mortem ex optimis authoribus collectis, itemque authenticæ ſive novellę conſtitutiones, cum veteri tralatione Græcis appoſita, & Haloandri verſione cum Græco Scrimgeri exemplari collata, & plures additæ conſtitutiones quæ antea deſiderabantur. Hanc ſequitur Julii Pacii non contemnenda editio Lugdun. anni 1580. Et tandem prodierint Dioniſii Gothofredi notæ merginales ad omnes juris civilis partes, quibus inter cætera variæ lectiones, leges ſimiles, contrariæ abrogatæ: verborum legumque difficilium interpretationes ſelectæ, repetitiones, argumenta, compendia, atque epitomata, anni ſingulis Codicis legibus additi continentur Genevæ primum anno 1583. editæ, ſecunda, tertia & quarta ejuſdem prælectione repetitæ. Sed quæ incuria recenſorum, quam ipſorum etiam Gothofredi amanuenſium, corrupte primum appoſitæ, de manu ad manum corruptiores factæ ſunt. Quibus, pro Noviſſima omnium priorum, auctiore, atque emendatiore editione ab Amſtelodamenſi & Batava-Lugdunenſi ſocietate anno 1663. facta, reſtituendis, omnem adhibuimus operam. Qua præter Florentini textus edi-

editionem, præſertim in cæteris juris Civilis partibus, etiam alios melioris notæ Codices adhibuimus fere omnes, uti ſunt Georgii Haloandri, Ludovici Ruſſardi, Antonii Contii, Franciſci Hottomanni Ludovici Charundæ & Julii Pacii editiones ſupra memoratæ. Quas in omnibus fere, exceptis quibuſdam variis lectionibus, Conſentientes invenimus, niſi quod quibuſdam locis alia quam vulgo paragraphorum & interpunctionum ſit diſtinctio. Qua licet in multis veroſimilis, & ad legum interpretationem ſubinde utilis & neceſſaria ſit, communem tamen illam totius ſeculi uſu receptam, niſi magna omnium in omnibus juris Interpretum libris, numerorum confuſione haud mutari potuiſſet, cenſuimus, eamque extra vulgarem numerum hoc † ſigno demonſtrare voluimus quum illa, præſertim in Florentino codice, antiquitus aut plane nulla, aut certe non alia quam punctorum fuerit [r].

His adjunximus textum Græcum quarundam conſtitutionum, pro ut ab eodem Ludovico Ruſſardo Antonio contio, & Ludovico Charunda græce una cum ipſo codice, adjuncta latina interpretatione primo in calcem adjectę, deinde ſuis locis inſertæ editæ ſunt, quæ librariorum culpa periiſſe videbantur: ex eo quod in novis minoris formę editionibus fuerânt prætermiſſæ: Ad majorum etiam commoditatem Novellarum epitomen, ab Irnerio, ut volunt collectam, quibus Authenticarum appellatione uſi ſunt veteres Gloſſatores, ſingulis codicis legibus pro ſubjectâ materia diverſo charactere interpoſitam dedimus, notato titulo atque numero, unde & ex quibus Novellis ſingulæ ſunt deſumptæ: ut

r Vid. Franciſc Taurell. *in præfat. ad pandect. Florent.*

ut quæ præter ipſarum Novellarum juſtam collationem nullius ſint authoritatis, ſed in quibuſdam ab ipſo authentico deviare reperiuntur [1].

Novellas itidem Græcas ex accuratiſſima Henrici Scrimgerii & poſt eum Anton: Contii editione, quam ſecutus eſt Ludovicus Charundas integras adjecimus, cum veteri & hactenus recepta interpretatione latina, quam Jacobus Cujacius, Antonius Contius, & Ludovicus Charundas, propter genuinam verborum tranſlationem retinere maluerunt. His etiam additæ ſunt Juſtini Junioris, Tiberii, aliorumque poſt Juſtinianum, Imperatorum conſtitutiones, ſubjunctis Canonibus Sanctorum Apoſtolorum per Clementem Papam in unum congeſtis. Ut & feudorum jura, quæ ex variis aliarum gentium conſuetudinibus & moribus poſt excuſſum Romanum imperium orta, & maxime Conradi Henrici, Friderici & Lotharii Principum conſtitutionibus conflata, communi quaſi Principum populorumque conſenſu in his ubi propriæ leges deficiunt pro communi quaſi jure recepta ſunt.

Quibus ne quid deſit, quod ad juris ſcientiæ emendationem quoquo modo ſpectat ad calcem adjecimus XII. tabularum,Caii,& Ulpiani,fragmenta additis Julii Pauli & Papiniani Reſponſorum quæ exſtant.

Faſti inſuper conſulares (& ex his anni ſingulis codicis & Novellarum conſtitutionibus additi) correctiores & auctiores quam ante hac ad calcem codicis adjecti ſunt: Quibus pro annorum & temporum continuatione accedit Marquardi Freheri chro-

1 Hujus errores enumerat Johann. Jacob. Wiſſenbach. *in Syllog. error. Irnerian.*

chronologia utriuſque tam Orientis, quam Occidentis imperii & juris tam civilis quam canonici in utroque conditi ab exceſſu Juſtiniani uſque ad excidium Urbis conſtantinopolis & imperii Orientalis finem nunc denuo in Occidentis imperio ad præſentia tempora continuata. In ipſo textu præter communes diſtinctiones notæ quædam inſunt diverſa ſignificantes, quibus aliqua in manuſcripto Florentino non inſerta, ſed poſtea addita, hiſce aſtericis * .. * includuntur. Et quæ in aliis manuſcriptis exemplaribus non inveniebantur, duplici hoc ſemiquadrato [..] deſignantur, quo incluſa in aliis manuſcripis defuiſſe ſignificantur. Tertium eſt quo juris Regulæ & ſcientiæ ſubinde quaſi indice, hoc aſteriſco uno * in aliis poſt Gorhofredum editionibus ſignificabantur.

Ad notas Merginales quod attinet, ipſi textui paſſim Dioniſii Gothofredi notas appoſitas & in omnium manibus verſantes integras reſervavimus, & à multis millibus allegationū mendis, quibus cęteræ prȩſertim recentiores, tam ob incuriam recenſorum, quam ipſorum etiam Gothofredi amanuenſium (ut in ipſa primâ ejus editione anni 1583 quoad textum alias poſterioribus correctiori reprehendimus) in tranſ-ſcribendo negligentiam & incuriam, editiones omnes quotquot hactenus prodiere, miſere ſcatent, ita recenſuimus & reſtituimus, ut omnium allegationum notas de numero ad numerum, & lege ad legem inveſtigando, ſummo fateor labore, ſepe etiam cum diffidentia ipſi reviderimus, reſtituerimus, & genuina adulterinis ſuppoſuerimus: quorum Catalogus in tot errorum tractu temporis non centena, ſed millia multa excrevit, ut non facile alicui, niſi coram intuenti, demonſtrative

tive perſuaderi poſſit. Ut non dicam de corrupto ipſarum Pandectarum & Codicis textu plerarumque præſertim noviſſimarum editionum, etiam earum, quæ in aliquo habentur pretio. In quibus pręter continuam fere diſtinctionum perverſitatem, & in numeras verborum tranſpoſitiones, plurima, nec tantum verba, ſed & integras lineas, non uno ſed diverſis locis omiſſas deprehendimus. Quorum, ne quis aliorum editiones præter merita, aut calumioſe à nobis traduci putet, Catalogus ad Millena eorundem errorum & ſphalmatum, à nobis reſtitutorum loca accumilatus, cuique ſi detur exhibendus, ſervatur. Cui irreparabili, ut videbatur vitio mederi maximo labore maluimus, quam hactenus amplius ſinere fluctuari. Indices porro tam titulorum, quam legum, corruptos reſtituimus. Quo in opere tantum nos profeciſſe confidimus ut ſi unquam dari poſſit, hoc ipſo perfectum tandem & numeris omnibus abſolutum corporis Civilis titulum profiteri unnime vereamur. De cæteris, duo ad huc ſunt quæ noviter hiſce acceſſere, unum eſt, quod notæ merginales non per literas alphabeticas, uti ſolent, ſed per numerum Arabicum à capite ad calcem cujuſque paginæ continuo, nec interrumpendo aut eundem numerum repetendo demonſtrentur, neque alterius columnæ notæ in alteram columnam tranſiliant, ſed materiæ ſuæ cui correſpondent, quam proxime ſint appoſitæ, eâque ſpacii diſtinctione à ſe invicem diſtinguantur, ut mox cuique intuenti ipſę in oculos incidant. Quum in aliis omnibus editionibus eædem notæ præſertim ubi crebriores ſunt, per confuſionem trium, quatuorve ſubinde ejuſdem paginæ & columnæ alphabetarum, ita confundantur, ut non niſi cum magnâ moleſtia

leſtia inveſtigari poſſint, ſæpeque eveniat, ut quod hic quæritur, longe remoto, & alieno loco poſitum, inveniatur, unius etiam ſæpe alphabetæ pro alterius litteras adſumendo.

His deinde ſuis locis noviter interjectæ ſunt ſeleċtiſſimæ notæ, Antonii Anſelmi IC. Antwerpienſis (qui jam pæne Octogenarius, quinquaginta & quod excedit, in exercendo & volvendo jure contrivit annos) continentes inter cætera novas remiſſiones legum ſimilium, aut contrariarum, ad genuinam cujuſque legis interpretationem, cum Juris recepti à Canonico differentiis, facientes; tum etiam Antonii Auguſtini, Goveani Vacconii, Bellonii, Contii, Rævandi, Roberti, Alciati, Hottomanni, Charundę, Cujacii, Leonini (Salmaſii inſuper & Grotii in quibuſdam locis) ſingularium obſervationum, præter ea quæ à Gothofredo antea notata pluribus locis ex ſuis operibus ſummâ cura atque diligentia collectę notæ, additęque DD. pręſertim in praxi utilium, & quotidianorũ in ſingulas pęne leges, ſelectaſque materias breves remiſſiones, quibus & noſtras ſuis ſubinde locis ejuſdem farinæ adjunximus additiones, ſuo nomine & charactere à ſe invicem diſtinctas. Quocirca notandum omne id quod nomen appoſitum non habet Dioniſii Gothofredi eſſe.

Habes hic, Studioſe Lector, quæ de Origine, progreſſu, uſu, atque authoritate juris civilis Romani, ejuſdemque varia editione, atque emendatione, in rem veſtram hiſtoricè perſtringere operæ pretium duximus.

CHRO-

CHRONICI CANONES ET

Faſti Conſulares à Romulo Rege uſque ad Juſtiniani Imp. exitum.

Ann. ab V. Condit.	Reg. Rom.	Anno primo [2] ſeptimæ Olympiadis [3], regnante Athenis Charope [4] Roma condita eſt à Romulo, ipſo Palilium feſto [5], qui eſt XI. Kal. May [6].	Anni Secu. 70 interp.	Mundi ſecund. hebr.
1	1	ROMULUS [7] primus Romanorum Rex regnat annis XXXVIII. [8] Et poſtea fit interregnum uno anno.	4580	3214
38	38		4618	3252
39	*		4619	3253
40	1	NUMA Pompilius [9] Secundus Rom. Rex anno V. Cond. XL. regnare incipit regnat annis XLIII [10].	4620	3254
82	43		4662	3296
83	1	TULLUS Hoſtilius [11] Tertius Rom. Rex Regnat Romæ annis XXXII.	4663	3297
114	32		4694	3318
	1	ANCUS Martius [12] Quartus R. Rex Romæ regnat annis XXIII [13].	4695	3319
137	23		4717	3341
138	1	L. TARQUINIUS Priſcus [14] Quintus Rom. Rex regnat annis XXXVII [15].	4718	3342
174	37		4754	3378
175	1	SERVIUS Tullus [16] Sextus Roman. Rex, regnat annis XXXIV [17].	4755	3379
208	34		4788	3412
209	1	TARQUINIUS Superbus [18] Septimus Rom. Rex, regnat Romæ annis XXXV.	4789	3413
243	35		4823	3447

Chronici Canones) circa Chronologiam Romanam pro hiſtoriarum varietate, etiam Doctiſſimi chronologici varie diſcrepant, Quorum alii Euſebium apud Caſſiodorum, alii Livium, alii Dioniſium Halicarnaſſeum ſe ſecutos profitentur. Inter quos Gregorius Haloander, Carolus Zigonius, Onufrius Panvinius, Funccius, Pyghius, Glareanus, Hottomannus, Emmius, & qui exſtant plures. Omnium tamen accuratiſſimè collegit Antonius Contius, qui pro varietate manuſcriptorum ſuorum exemplarium, quæ de pleriſque probatiſſimis authoribus ſummę fidei ad manum ſe habuiſſe liquido commonſtrat, innumeros aliorum errores, &, manuſcriptorum quibus uſi ſunt, menda ſuſtulit, atque emendavit, Unde communi quaſi omnium Doctorum conſenſu ejuſdem chronologia aliis omnibus anteferenda cenſetur. Quam propterea etiam aliis præferendam duximus, annotatis tantum quibuſdam diſcrepantium locis. De tempore conditę Urbis vid. authores à Demſter. *ad Ioh. Roſini antiquit. Roman. lib.* 1. *cap.* 1. *citatos.*

Anno primo) De Anno quo Urbis fundamenta jacta ſunt, inter Scriptores non convenit. Quidam inter quos Cenſorinus *cap.* 17. putarunt Romam conditam Anno tertio ſextæ Olympiadis, idem ex Euſebio aſſerit Onuphrius Panvinius, ſed qui mendoſo codice primum typis excuſo, ut videtur uſus eſt, qui & alios chronologos in multis decepit. Reſtitutus poſtea ab Antonio Contio, & poſt eum Joſepho Schaligero, ex probatiori eorundem manuſcripto. Idem Dioniſius Halicarnaſſ. *lib.* 1. & Solinus *lib.* 2. affirmant. Anno ſcilicet primo ſeptimę Olympiadis poſt Ilium captū anno CDXXXIII.

jacta

jacta eſſe Urbis fundamenta: Quibus potiſſimum aſſentitur Carol. Sigonius comment. in faſt. & triumph. Roman. De Romulo Rege: quod illi recitatis aliorum multorum, refutatiſque ſententiis, ſuam ipſorum opinionem firmiſſimis ac certiſſimis rationibus tueri, atque aſſerere videantur.

Septimæ Olympiadis) Olympias ſpacium eſt quatuor annorum, ita dicta, quod juxta Olympiam, Elidis civitatem quæ & Piſa dicta quinti quoque anni initio fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Hiſce Olympiadibus Græci rationem temporum ſuorum habere, Quarum prima ſecundum hanc computationem incidit in annum Mundi ſecundum Hebrȩos 3214. qui eſt annus ante Romam conditam XXIV. à quo primum tempore, certam in Grȩcis annorum computationem faciendam volunt, quum ante omnia confuſis conſcripta ſint temporibus. Ut ex Africano, & Euſebio notat Gerard. Voſſ. Etymolog. ſuo in verb. Olympias. Cujus rationem addit, quod tum primo res geſtȩ ſtadio ἐν κυρβέσιν καὶ στήλαις, in tabulis piramidalibus & columnis inſcribi cȩperint. convenit Olympias cum luſtro Romanorum, quo vectigalia per cenſores locata perſolvebantur quod quidam quinto annorum ſpacio determinant; Unde luſtrum pro quinquennio communiter ſumi conſuevit. ſed male, eo forte decepti ab eo quod quinto quoque anno à civibus tributa conferebantur, ita ut quadrienno exacto, quinto quoque anno ineunte luſtrum peractum intelligatur. Eodem modo Olympiada quinquennium Ovidius appellat, ubi Olympiadi & luſtro eodem temporis ſpacio determinat. lib. de Ponto ad Brutum.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt,
Iam tempus luſtri vertit in alterius.

Verius Seneca, in Hercul. furente:

Qualis Eleum coit ad tonantem,
Quinta quum Sacrum revocavit æſtas.

Regnante Athenis Charope) Charops Athenienſium Princeps, filius Æſchili, decennali Magiſtratu primum hoc anno introducto, quum antea principes toto vitę tempore regnarent. Euſeb. Chronic. Dioniſ. Halicarn. lib. 1. Romulus primum Romanorum Regem primo ſeptimę Olympiadis anno regnum auſpicatum eſſe, dicit, Archonte Athenis Charope primo principatus decennis anno.

Ipſo Palilium feſto) Ita Euſeb. Roma Palilibus, qui nunc dies feſtus eſt, condita. Palilia erant feſta deæ Pali pro partu pecoris ſacrata: quem diem ſi ullum alium etiam ſuo tempore ſingulis annus feſtum à Romana civitate propter Urbis initia celebratum, aſſerit Dioniſ. Halicarn.

XI. Kalend. Mai.) Qui eſt dies XXI. April Palilium ſic meminit calendarium: G, PAR. NP. Id eſt Parilia (quę eadem Palilia dicebantur) Nefaſtus primo. Dicebantur autem parilia, non à Pale dea, ſed à partu pecoris pro quo eidem deæ ſacra fiebant.

Romulus) Romulus martis ex Ilia filius munitoris nepos & frater Remi eodem cum illo partu editus. Hiſtoriam vide apud Joann. Roſin. antiq. Roman. *lib* 1. *cap.* 1.

Regnat annis XXXVIII.) Onuphr. & Zigon. ei tantum tribuunt XXXVII. annos præter interregnum: ex mendoſo forte Euſebii excuſo exemplari, quod poſtea reſtitutum. Eos ſequitur Henr. Glareanus in ſua ad Dioniſium Halicarnaſſeum chronologia

nologia. Neque errant illi ſi continuos tantum annos numerent. Cęperat enim Romulus XI. Kal. lend. Maj. regnare idemque Nonis Quintilibus,atque ita inchoato tantum anno regni XXXVIII. (quum ad Capræ Paludem exercitum recenſens, non comparuerit) mortuus eſt. A quo Senatores rempublicam rexerunt, uſque ad annum xl. Quod tempus interregnum appellatum eſt.

Numa Pompilius) Pompilius à patre Pompone ut Dioniſ. *lib.* 2. & Livius *lib.* 40. Duos menſes anno addidit Januarium & Februarium, quum ante eum decem tantum menſes apud Romanos fuerint, nullum fere cum finitimis bellum geſſit, ſacra, & ceremonias omnemque deorum cultum docuit. Idem Pontifices, Augures, Flamines, Salios, Veſtales, alioſque Sacerdotes primus creavit.

Regnat annis XLIII.] Omnes conſentiunt pręter Eutropium qui XLI. prodit.

Tullus Hoſtilius) Hoſtilius vir nobilis ac fortis ex urbe medullia Romam commigrans regnante Romulo, Erſiliæ filiam ſibi deſpondit. Bello Sabino quum cecidiſſet filium reliquit, ex quo Tullus Hoſtilius Rex natus. Dioniſ. *lib.* 4. Liv. *lib.* 1. Tria hic bella geſſit, Albanum Fidenas, ac Sabinum. Albanos, Vejentes & fidenates vicit. Adjecto deinde monte cælio urbem ampliavit. *Euſeb.*

Ancus Marcius) Numę ex filia nepos ſeptem bella geſſit, I. cum latinis, II. cum fidenatibus, III. cum Sabinis. IV. & V. cum Vejentibus VI. cum Volſcis. VII. Iterum cum Sabinis. De quibus vid. Jul. Flor. Aventinum montem & janiculum Urbi addidit. & ſupra mare ſexto decimo ab Urbe miliario oſtiam condidit *Euſeb.*

Regnat annis XXIII.) Secundum Euſebium &

Caſſiodorum, quos ſequimur, Sigonius & cęteri unum addunt.

Tarquinius Priſcus] Damarąti filius pluribus pręliis Latinos, Etruſcos, ac Sabinos, fregit, & tertio triumphos egit. *Sigon.* Capitolium exſtruxit, circum ædificavit, Senatorum numerum auxit, ludos inſtituit, muros & cloacas ædificavit.

Regnat annis XXXVII.] Ita Rufus, Meſſala, Eutropius, & Solinus, quos ſequitur Sigonius, & Contius hic Dioniſ. tamen & Livius hunc annos XXXVIII. regnaſſe voluit.

Servius Tullius] Ancillę, ſed nobilis captivę filius. cum Etruſcis diuturnum geſſit bellum de quibus ter triumphavit, & de Vejentibus victoriam retulit. Dioniſ. & Meſſala. Huic initium luſtrorum adſcribunt omnes, quo Romanorum civium cenſum inſtituit. *Dioniſ. & Liv.* Tres montes Urbi addidit; Quirinalem, Viminalem, & Æſquilinum, & foſſas circum muros duxit. *Euſeb.*

Regnat annis XXXIV] Secundum Euſebium & Caſſiodorum, ſecundum Livium & Dioniſium. XLIV. Sed quę diverſitas in annis Tarquinii Superbi conciliatur, cui Euſebius & Caſſiodorus attribuunt XXXV. Dioniſius & Livius tantum XXV.

Tarquinius Superbus] Lucii Tarq. Priſci filius ſecundum Liv. & alios. Dioniſ. vero nepotem Priſci fuiſſe, ex Filio qui Priſco vivente obiit, at vero adoptione filium multis probat. Sabinorum opes qui parere recuſabant duobus bellis minuit ac Volſcos populantes bello devicit, *Sigon.* Excogitavit vincula, taureas, fuſtes, latomias carceres, compedes, catenas, metalla excillia. Tandem quum oppugnaret Ardeam, Tarquinii Junioris filii ſui cauſa, qui Lucretiam corruperat, regno expulſus eſt. *Euſeb.*

FASTI

FASTI CONSULARES,

A PRIMO URBIS ROMÆ CONSULE BRUTO, AD ULTIMUM BASILIUM, ET JUSTINIANI MORTEM.

Anno quarto Olympiadis ſexageſimæ ſeptimæ uterque Conſul Patricius fuit.

* *Anni ab urbe condita.*	
244 [1] L. Junius [2] Brutus.	L. Tarquinius Collatinus maritus Lucretiæ. [3]
245 P. Valerius Poplicola II.	T. Lucretius Tricipitinus.
246 P. Valerius Poplicola III.	M. Horatius Pulvillus II. [4]
247 Sp. Lartius Flavus. [5]	T. Herminius Aquilinus.
248 M. Valerius.	P. Poſtumius Tubertus II.
249 P. Valerius Poplicola IV.	T. Lucretius Tricipitinus II.
250 P. Poſtumius Tubertus II.	Agrippa Menenius Lanatus.
251 Opiter Virginius Tricoſtus.	Sp. Caſſius Viſcellinus.
252 [6] Poſtumus Cominius Auruncus.	T. Lartius Flavus. [7]
253 [8] Ser. Sulpitius Camerinus.	M. Tullins Longus. [9]
254 T. Æbutius Helva.	P. Vetuſius Geminus.
255 L. Lartius Flavus II.	Q. Clœlius Siculus.
256 [10] A. Sempronius Atratinus.	M. Minucius Augurinus. [11]

Zz 3 257 A.

* In pleriſque Chronologis unius anni differentia eſt, propterea, quod is ipſe annus quo Tarquinius expulſus pro ultimo ejuſdem regni, eodemque primo Conſulum anno, ſemel, atque iterum numeretur. & Dioniſ. initio *lib.* 5. priores conſules quadrimeſtres vocat, Sic ut primus & ſecundus conſulum annus quibuſdam pro uno eodemque ſit.

1 *Fa lus 1. cum Pœnis.* 2 *Ka. Iunii init: hinc menſis Iunius ab eo dictus.* 3 *Anno ab urbe condita 244. primos Romæ Conſules creatos probat Sigonius ex Capitolinis tabulis, Meſſala, Oroſio, Rufo, Eutropio, Iornande, Solino.* 4 *Hi duo vitio librariorum apud Livium omiſſi ſunt.* 5 *Al.* Rufus. 6 *Nono anno poſt Reges exactos,* DICTATOR, *T. Lartius, magiſter equitum, Sp. Caſſius Euſeb. Alii autem anno 12. factum ajunt.* 7 *Al.* Rufus frater Sp. Lartius *de quo ſupra.* 8 *Po licola adeo hoc anno pauper moritur, ut ſumptu publico ſepeliatur Euſeb.* 9 *Meminit Cicero in Bruto, & ait eum anno 10. poſt Reges exacto. fuiſſe conſulem.* 10 *Bellum Latinum.* 11 *Cenſa ſunt 120. millia hominum. Euſeb. manuſcrip.*

Anni ab urbe condita.

257	A. Poſtumius Albus[1] Regil-lenſis.	T. Virginius Tricoſtus.
258	M.[2] Claudius Sabinus.	P. Servilius Priſcus.
259	[3] A. Virginius Cęlimontan.	T. Veturius Geminus.[4]
260	Poſtumius Cominius Aurun-cus II.	Sp. Caſſius Viſcellinus II.[5]
261	T. Greganius Macerinus.[6]	P. Minucius Augurinus[7].
262	M. Minucius Augurinus II.	A. Sempronius Atratinus II.
263	Q. Sulpitius Camerinus Cor-nutus.	Sp. Lartius Flavus.
264	C. Julius Iulus.	P. Pinarius Mamercinus.
265	Sp. Nautius Rutilus.	Sex. Furius Fuſus.
266	C. Aquilius Tuſcus.	T. Tricinius Sabinus.
267	Proculus Virginius Tricoſtus.	Sp. Caſſius Viſcellinus III.[8]
268	[9] Q. Fabius Vibulanus.	Ser. Cornelius Maluginenſis.
269	R. Fabius Vibulanus.	L Aimilius Mamercus.
270	M. Fabius Vibulanus.	L. Valerius Potitus Voluſus.
271	Q. Fabius Vibulanus II.	C. Julius Iulus.
272	[10] R. Fabius Vibulanus II.	Sp. Spurius Fuſus.
273	M. Fabius Vibulanus II.	Cn. Manlius Cincinnatus.[11]
274	R. Fabius Vibulanus III.	T. Virginius Tricoſtus Rutilus.
275	L. Aimilius Mamercus II.	C. Servilius Structus Ahala.
276	C.[12] Oratius Pulvillus.	T. Menenius Lanatus.[13]
277	A. Virgilius Rutilus.	Sp. Servilius Structus.
278	[14] C. Nautius Rutilus.	P. Valerius Poplicola.
279	L. Furius Medullinus.	A. Manlius Vulſo.
280	L. Aimilius Mamercus III.	Vopiſcus Julius Iulus.
281	L. Pinarius Mamercinus.	P. Furius Fuſus.
282	App. Claudius Sabinus.	T. Quinctius Capitolinus.
283	[15] L. Valerius Potitus II.	T. Aimilius Mamercinus.
284	T. Numicius Priſcus.	A. Virginius Cœlimontanus.
285	T. Quinctius Capitolinus II.	Q. Servilius Priſcus.

286 T.

1 Idem DICTATOR. 2 *Al.* Appius. 3 *Prima ſucceſſio Plebis in Sacrum montem cœpit anno 259. ut ait Cicero pro Cornelio perduell. reo. anno 16. poſt Reges exactos. finita eſt autem anno 260. Tribunis plebis conceſſis.* 4 M. Valerius DICTATOR. 5 TRIBUNI PLEBIS. 6 *Oroſ.* Geſſonium *vocat.* 7 *Peſtilentia, & fames. Oroſ.* 8 *Lex Agraria prima. Onufr.* 9 *Latini anno 268. rebellant. Euſeb.* 10 *Trecenti nobiles Fabia familia à Vejentibus caſi. Euſeb. Oroſ.* 11 *Onufr.* Vulſionem *vocat.* 12 *Al.* M. 13 *Trecenti Fabii caſi. Onufr.* 14 *Pompilia virgo Veſtalis ob ſtuprum viva defoſſa. Euſeb. Oroſ. ait id factum anno 275.* 15 *Suma Veſtalis ob ſtuprum viva defoſſa. Euſeb.*

1 *Onufr.*

Anni ab urbe condita.

286	T. Aimilius Mamercinus II.	Q. Fabius Vibulanus.
287	Q. Servilius Priſcus II.	Sp. Poſtumius Albus Regillenſis.
288	T. Quinct. Capitolinus III.	Q. Fabius Vibulanus II.
289	A. Poſtumius Regillenſis.	Sp. Furius Medullinus Fuſus.
290	P. Servilius Priſcus.	L. Æbutius Helva.
291	T. Lucretius Tricipitinus.	Sp. Veturius Craſſus [1].
292	P. Volumnius Amintinus Gal.	Ser. Sulpitius Camerinus.
293	P. Valerius Poplicola II.	C. Claudius Sabinus.
294	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginenſis.
295	L. Minutius Augurinus.	C. Nautius Rutilus II. [2]
296	C. Oratius Pulvillus II.	Q. Minutius Augurinus. [3]
297	M. Valerius Maximus.	Sp. Virginius Cœlimontanus.
298	Tit. Romulus Vaticanus.	C. Veturius Cicurinus.
299	Sp. Tarpejus Capitolinus.	A. Atterius Fontinalis.
300 [4]	P. Tergeminus Curiatius.	Sex. Quinctilius Varus.
301	T. [5] Menenius Lanatus.	P. Sextius Capitolinus.
302 [6]	App. Claudius Craſſinus.	T. Genutius Augurinus. [7]

DECEMVIRI Conſulari poteſtate, ſine provocatione, App. Claudius. T. Genutius. P. Sextius. Sp. Veturius. C. Julius Iulus. A. Manlius. Ser. Sulpitius Camerinus. Sp. Poſtumius Alb. P. Oratius [8]. T. Romilius Vaticanus.

303 App. Claudius II. L. Minutius Augurinus. M. Cornelius Maluginenſis. M. Sergius. Q. Fabius Vibulanus. Q. Pætilius. T. Antoninus Merenda, Cæſo Duillius. Sp. Oppius Cornicen II. M. Rabulejus II. abdicarunt.

DUODECIM TABULARUM LEGES.

304 [9] Iidem, ut tamen jam à Claudio proximus ſit Q. Fabius Vibulanus. ut teſtatur antiquum Kalendarium. K

DECEMVIRI abdicantur [10]. Rurſus ad Conſules recidit reſpublica nondum

1 *Onufr.* 2 *Decem Tribuni plebis primi. Onufr.* 3 L. Quinctius Cincinnatus DICTATOR, & L. Tarquitius Flaccus, magiſter equitum. *Sigo. ſed Euſebius multo ante etiam collocavit.* 4 *Onufr.* 5 *Al.* L. 6 *Trecenteſimo ſecundo anno ab urbe condita,* DECEMVIRI *creati compoſuerunt leges in decem tabulis, & ſequenti anno duas alias tabulas addiderunt, atque ita leges duodecim tabularum appellatæ. Eas leges editas eſſe anno urbis 304. ſcribit Euſeb.* 7 *Hi abdicarunt, ut deſignarentur legum ferendarum cauſa Decemviri Conſulares, qui per duos annos præfuerunt reip.* 8 *Pro* Oratius, *Onufr. edit* Curiatius. 9 *Secunda ſeceſſio plebis in Aventinum, propter ſcelus Appii Decemviri.* 10 *Abdicantur autem ob libidinem Appii Claudii, qui Virginii filiam voluit per vim abducere. Euſeb.*

Anni ab urbe condita.

nondum finito anno, electique
M. Oratius Barbatus. L. Valerius Potitus.
305 Lar. Herminius Exquilinus. T. Virginius Cœlimontanus Tricoſtus.
306 M. Geganius Macerinus. Claud. [1] Julius Iulus.
307 Agrippa Furius Fuſus. T. Quinctius Capitolinus IV.
308 M. Genutius Augurinus. C. Curtius Medullinus Fuſus.

Iterum mutatur ſtatus reipublicæ & pro coss. primi omnium Tribb militum Conſulari poteſtate eliguntur numero tres.

309 L. Atilius Longus. T. Clœlius Siculus. (MIL.
A. Sempronius Atratinus TRI.

Hi ante anni finem magiſtratum deponentes, locum denuo coss. fecerunt, ut poſt quartum fere menſem eligerentur frequentes Conſules.

L. Papyrius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus.
310 M. Geganius Macerinus II. T. Quinctius Capitolinus V.
311 M Fabius Vibulanus. P. Æbutius Helva Cornicen.
312 C. Furius Pacillus. M. Papyrius Craſſus.
313 Proculus Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus II.
314 [2] T. Quinctius Capitolinus VI. Agrippa Menenius Lanatus. [3]
315 M Aimilius Mamercinus. L. Quinctius Cincinnatus.
L. Julius Julus TRIB. MIL.
316 M. Geganius Mamercinus III. L. Sergius Fidenas in hoc honore appellatus. [4]
317 M Cornelius Maluginenſis. L. Papyrius Craſſus.
318 C. Julius Iulus II. L. Virginius Tricoſtus. [5]
319. C. Julius Iulus. III. L. Virginius Tricoſtus II. [6]
M. Foſſius Flaccinator.
320 Fabius Vibulanus. L. Sergius Fidenas TRIB. MIL.
L. Furius Medullinus.
321 L. Pinarius Mamercinus. Sp. Poſtumius Albus TRIB. MIL.
322 T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Julius Mento. [7]

323 L.

1 *Al.* Cajus C 2 *Sp Malius regnum affectans occiſus.* 3 L. Quinctius Cincinnatus iterum DICTATOR. 4 M. Aimilius Mamercinus DICTATOR. 5 Q. Servilius Priſcus DICTATOR. 6 M. Aimilius II. DICTATOR. 7 A. Poſtumius Tubertus DICTATOR.

1 Aha-

Anni ab urbe condita.

323	L. Papyrius Craſſus II.	L. Julius Iulus.
324	L. Sergius Fidenas II.	Hoſtus Lucretius Tricipitinus.
325	T. Quinctius Pennus Cincinnatus. II.	A. Cornelius Coſſus.
326	C. Servilius Axilla [1] Structus.	L. Papyrius Mugillanus II.
327	A. Cornelius Coſſus	T. Quinctius Pennus Cincinnatus. [2]
	C Furius Pacillus.	M. Poſtumus TRIB. MIL.
328	A. Sempronius Atratinus.	L. Furius Medullinus.
	L. Quinctius Cincinnatus II.	L. Oratius Barbatus TR. MIL.
329	Appius Claudius Craſſus. [3]	L. Sergius Fidenas.
	Sp. Nautius Rutilus.	Sex. Julius Iulus TR. MIL.
330	C. Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Vibulanus.
331	L. manlius Capitolinus.	L. Papyrius Mugillanus.
	Q. Antoninus merenda.	L. Servilius Structus TRIB. MIL.
332	N, Fabius Vibulanus.	T. Quinctius Capitolinus Barbatus.
333	T Quinctius Cincinnatus II.	L. Furius Medullinus III.
	M. Manlius Capitolinus.	A. Sempronius Atratinus II. TR. MIL.
334	Agripa Menenius Lanatus.	Sp. Nautius. Rutilus. II.
	P. Lucretius Tricipitinus.	C. Servilius Axilla TR. MIL.
		C. Servilius Axilla II.
335	L. Sergius Fidenas II.	M. Papyrius mugillanus TR. MIL
		P. Lucretius Tricipitinus II.
336	L. Servilius Structus II.	Sp. Veturius Craſſus TRIB. MIL. [4]
	Agrippa menenius Lanatus II.	M. Papyrius mugillanus II.
337	A Sempronius Atratinnus III.	Sp. Nautius Rutilus II TR. MIL.
		T. Quinctius cincinnatus.
338	P. Cornelius Coſſus.	C. Martius Rutilus.
	C. Valerius Potitus.	N. Fabius Vibulanus TRIB. MIL.
339	Q. Fabius Vibulanus II.	L. Valerius Potitus.
	Cn. Cornelius Coſſus.	P. Poſtumius Regillenſis TR. MIL.
340	L. Furius Medullinus.	M. Cornelius coſſus.

341 Q. Fa-

1 Ahala. *Onufr.* 2 M. Aimilius Mametcinus III. DICTATOR. 3 *Pro* Craſſus, *Onufr. edit* Craſſinus. 4 Q. Servilius Priſcus Fidenas DICTATOR II.

Anni ab urbe condita.	
341 Q. Fabius Ambuſtus.	C. Furius Pacillus.
342 M. Papyrius Mugillanus.	C. Nautius Rutilus.
343 M. Aimilius Mamercinus.	C. Valerius Potitus Voluſus.
344 Cn. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullinus II.
345 C. Julius Iulus.	P. Cornelius Coſſus.
346 C. Valerius Potitus II.	C. Servilius Ahala TRIB. MIL.[1]
L. Furius Medullinus II.	C. Servilius Phala II.
347 [2] P. Cornelius Coſſus.	N. Fabius Vibulanus II. TR. MIL.
Cn. Cornelius Coſſus.	L. Valerius Potitus II.
348 C. Julius Iulus II.	N. Fabius Ambuſtus TR. MIL.
	M. Aimilius Mamercinus.
T. Quinctius Capitolinus.	Q. Quinctius Cincinnatus.
A. Manlius Vulſo.	L. Furius Medullinus II. TR. MIL.
349 P. Cornelius Maluginenſis.	C. Valerius Potitus III.
M. Sergius Fidenas.	Cn. Cornelius Coſſus II.
K. Fabius Ambuſtus II.	Sp. Nautius Rutilus III. TR.
350 M. Aimilius Mamercinus.	M. Furius Fuſus. (MIL.
L. Valerius Potitus III.	App. [3] Claudius Craſſinus.
M. Quinctilius Varus.	L. Julius Iulus TR. MIL.
351 C Servilius Ahala III.	Q. Sulpicius Cornutus.
Q. Servilius Fidenas.	L. Virginius Tricoſtus.
A. Manlius II.	M. Sergius Fidenas II. TR. MIL.
352 M Furius Camillus II.	L. Julius Iulus.
L. Valerius Potitus IV.	M. Aimilius Mamercinus III.
Cn. Cornelius Coſſus.	L. Fabius Ambuſtus II. TR. M.
353 L. Publius Volſcus,	P. Mælius Capitolinus.
L. Titinius.	P. Mænius.
Sp Furius Medullinus,	P. Licinus Calvus primus ex plebe, TR, MIL.
354 M. Pomponius,	L. Attilius Longus,
C. Duillius,	N. Veturius,
Volero Publius Philo.	Cn. Genutius Augurinus TR. M.
355 L. Valerius Potitus V.	L. Furius Medullinus III.
M. Valerius Maximus,	M. Furius Camillus II.
Q. Servilius Fidenas II,	Q. Sulpitius Camerinus II. TR.
356 L. Julius Iulus II.	L. Sergius Fidenas, [4] (MIL.
	L. Fu-

1 P. Cornelius Rutilius Coſſus DICTATOR. 2 *Stipendium ex publico primo datum.* 3 *Onufr.* P. Claudius Craſſinus, *edit.* 4 Camillus DICTATOR. *vide Symmachum in epiſtolis.*

1 CON-

Anni ab urbe condita.

	L. Furius Medullinus IV,	A. Poſtumius Regillenſis.
	P. Cornelius Maluginenſis,	A. Manlius capitolinus, TR. M.
357	Cn. Genutius Augurinus II.	P. Mælius capitolinus II.
	L. Titinius II.	P. Licinius calvus,
	P. Menius II.	L. Attilius Longus II. TR. M.
358	P. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullinus V.
	P. Cornelius Scipio.	M. Valerius Maximus II.
	cæſo Fabius Ambuſtus III.	Q. Servilius Fidenas III. TR. M.
359	M. Furius camillus III.	A. Valerius poplicola,
	L. Furius Medullinus VI.	C. Aimilius Mamercinus.
	Sp. poſtumius Albinus.	P. cornelius Scipio II. TR. M.
360 [1]	L. Lucretius Flavus.	Ser. Sulpitius camerinus.
361	L. Valerius potitus.	M. Manlius capitolinus,
362	L. Lucretius Flavus,	M. Aimilius Mamercinus,
	Ser. Sulpitius camerinus.	L. Furius Medullinus VI.
	Agrippa Furius Fuſus.	C. Aimilius Mamercinus, T. M.
363 [2]	Q. Sulpitius Longus.	Q. Fabius Ambuſtus,
	K. Fabius.	C. Fabius. [3]
	Q. Servilius Fidenas IV.	Ser. cornelius Maligunenſis, T. (MIL.
364	M. Furius camillus per annum Dictator, & ſolus. [4]	
365 [5]	L. Virginius Tricoſtus.	L. poſtumius Albinus,
	L. Valerius poplicola II.	P. cornelius,
	A. Manlius capitolinus.	L. Aimilius Mamercinus, T. M.
366	T. Q. cincinnatus,	L. Aquilius corvus,
	Q. Servilius Fidenas V.	L. Julius Iulus.
	L. Lucretius Tricipitinus II.	Ser. Sulpitius Rufus, TR. M.
367	L. papyrius curſor,	L. Menenius Lanatus,
	C. Sergius Fidenas,	L. Aimilius Mamercinus II.
	L. Valerius poplicola III.	G. cornelius, TR. MIL.
368	Ser. cornel: Maluginenſis, III.	T. Quinctius cincinnatus,
	M. Furius camillus IV.	Q. Servilius Fidenas VI.
	L. Oratius pulvillus,	P. Valerius potitus poplicola, TR. MIL.
369 [6]	A. Manlius capitolinus,	T. Quinctius capitolinus,
	L. Quinctius capitolinus.	L. papyrius curſor II.
	P. cornelius.	C. Sergius Fidenas. TR. MIL.

374 M.

1 CONSULES. 2 *Bellum Gallicum Senonicum.* 3 Camillus II. DICTATOR. *quo anno de Gallis triumphavit.* 4 *Urbs à Gallis capta.* 5 *Anno 365.* Camillus III. DICTATOR, *de Volſcis triumphat.* 6 *Anno 369.* A. Cornelius Coſſus DICTATOR.

1 *Anno*

Anni ab urbe condita.

370 M. Furius camillus v.	Ser. Sulpitius Rufus II.
Ser. cornelius Maluginenſis III.	P. Valerius potitus II,
c. papirius craſſus,	T. quinctius cincinnatus. TR. M.
371 L. Valerius poplicola IV.	M. Trebonius Flavus,
L. Aimilius Mamercinus III,	A. Manlius capitolinus III,
Ser. Sulpitius Rufus III,	L. Lucretius Tricipitinus II. TR. M.
372 Q. Servilius Fidenas.	Sp. papyrius craſſus.
L. papyrius craſſus,	L. Aimilius Mamercinus IV.
Ser. Sulpitius prætextatus,	Ser. cornelius Maluginenſis TR. MIL.
373 L. Lucretius Tricipitinus III.	
L. Furius Medullinus,	T. Furius camillus VI.
M. Fabius Ambuſtus. TR. MIL.	A. & L. poſtumii Regillenſes.
374 L. Valerius Poplicola V.	P. Valerius potitus III,
c. Sergius Fidenas III,	L. Menenius Lanatus II,
Sp. papyrius curſor.	Ser cornel. Malugnenſis V. TR. M.
375 P. Manlius capitolinus,	M. Albinus,
c. Manlius capitolinus,	L. Julius Iulus,
L. Antiſtius,	c. Sextilius. TRIB. MIL.
376 Q. Servilius Fidenas II,	P. clœlius Siculus,
Sp. Furius Medullinus,	c. Licinius calvus,
M. Oratius pulvillus,	L. Geganius Macerinus. TR. M.
377 L. Aimilius Mamercinus V.	L. quinctius cincinnatus II,
c. quinctius cincinnatus,	P. Valerius potitus IV.
Ser. Sulpitius prætextatus II.	c. Veturius craſſus cicurinus. TRIBUN. MIL.

378 Solitudo Magiſtratuum per quinquenium fuit, Licinio Stolone,
379 & L. Sextio Laterano TRIB. PLEBIS, interceſſione perpetua
380 comitia interturbantibus, dum ſedulo à patribus reſiſtitur, ne
381 legem de communicando cum plebe conſulatu, de agrorum
382 modo, de fænore minuendo perferrent. Itaque cajus Licinius calvus, & L. Sextius Lateranus per totum hoc quinquennium tribunatum plebis geſſerunt.

383 L. Furius Medullinus II.	P. Valerius Potitus poplicola V,
c. Valerius potitus,	Ser. cornelius Maluginenſis VI,
A. Manlius capitolinus,	Ser. Sulpitius prætextatus III. TRIB. MIL.
384 Q. Servilius Fidenas III,	M. cornelius Maluginenſis,
A. cornelius coſſus,	C. Veturius craſſus.

Q. Quin-

Anni ab urbe condita.	
Q. Quinctius Cincinnatus.	M. Fabius Ambuſtus. TRIB. M.
385 [1] L. Quinctius Capitolinus,	Sp. Servilius Structus,
Ser. Cornelius Maluginenſis, VI,	L. Papyrius Craſſus.
Ser. Sulpitius prætextatus IV.	L. Veturius Craſſus Cicurinus. TRIB. MIL.
386 [2] A. Cornelius Coſſus II.	L. Veterius Craſſus Cicurinus II,
M. Cornel. Maluginenſis II.	P. Valerius Potitus Poplicola VI,
P. Manlius Capitolinus II,	M. Geganius Macerinus, TR. MIL.

CONSULES E PLEBE PRIMUM CREARI COEPTI.

387 [3] L. Aimilius Mamercinus	L. Sextius Lateran. primus è plebe cos.
388 L. Genutius Aventinenſis.	Q. Servilius Ahala, [4]
389 C. Sulpitius [5] Peticus.	C. Licinius Calvus,
390 L. Aimilius Mamercinus.	Cn. Genutius Aventinenſis,
391 Q. Servilius Ahala II.	L. Genutius Aventinenſis II,
392 C. Sulpitius Peticus II.	C. Licinius Calvus II,
393 M. Fabius Ambuſtus,	C. Pætilius Libo Viſolus,
394 M. Popilius Lænas.	Cn. Manlius Capitolinus Imperioſus,
395 C. Fabius Ambuſtus,	C. Plautius Proculus,
396 Cn. Manlius Capitolinus Imperioſus II.	C. Martius Rutilus,
397 M. Fabius Ambuſtus II.	M. Popilius Lænas II,
398 C. Sulpitius Peticus III.	M. Valerius Poplicola.
399 M. Fabius Ambuſtus III.	T. Quinctius Barbatus [6] Capitolinus Criſpinus,
400 C. Sulpitius Peticus IV,	M. Valerius Poplicola II, [7]
401 P. Valerius Poplicola,	C. Marcius Rutilus II,
402 C. Sulpitius Peticus IV,	T. Quinctius Pennus Cincinnatus,
403 M. Popilius Lænas III,	L. Cornelius Scipio,
404 L. Furius Camillus.	P. [8] Claudius Craſſus,
405 [9] M. Popilius Lænas IV,	M. Valerius Corvus,
406 T. Manlius Torquatus,	C. Plautius Venno Hypſæus,
407 M. Valerius Corvus II,	C. Pętilius Balbus Libo Viſolus II,

408 M.

1 *Anno* 385. M. Furius Camillus IV. DICTATOR. 2 *Anno* 386. Camillus V. DICTATOR. 3 *Hoc anno duo novi magiſtratus inſtituti ſunt: Prætura, & Ædilitas. Livius.* 4 *Mors Camilli* 5 Pythicus. *corrupte legitur in Fabio Quintiliano lib. 1.* 6 *Pro* Barbatus, *Onufr. habet* Pennus. 7 C. Julius Iulus DICTATOR. 8 *Onufr.* App. Claud. Craſſinus Regill. 9 *Fœdus* 1. *cum Pœnis.*

1 Bel-

Anni ab urbe condita.

408	M. Fabius Dorſo.	Ser. Sulpitius camerinus,
409	c. Marcius Rutilus III.	T. Manlius Torquatus, II.
410 [1]	M. Valerius corvus III.	A. cornelius coſſus Arvina,
411	M. Marcius Rutilus IV.	Q. Servilius Ahala II.
412	c. plautius Hypſeus II.	L. Aimilius Mamercinus, privernas poſtea dictus.
413	T. Manlius Torquatus III.	P. Decius Mus, qui ſe devovit,
414	T. Aimilius Mamercinus,	Q. Publius Philo. Idem poſt eodem anno Dictator,
415	L. Furius camillus,	c. Mænius Nepos,
416	c. Sulpitius Longus.	P. Ailius Pætus,
417	L. papyrius craſſus,	K. Duillius,
418	M. Valerius corvus IV.	M. Atilius Regulus,
419	T. [2] Veturius calvinus,	Sp. Poſtumius Regillenſis Albinus
420	Annus ſine coſs.	
421	cn. Domitius calvinus,	A. cornelius coſſus Arvina II.
422	L. [3] Valerius Potitus Flaccus,	M. claudius Marcellus,
423	L. papyrius craſſus II.	L. Plautius Venno,
424	L. Aimilius Mamercinus, II.	c. Plautius Decianus,
425	P. Plautius Proculus,	P. cornelius Scipio Scapula,
426	L. Cornelius Lentulus.	Q. Publius Philo II.
427	C. Pætilius Libo Viſolus II.	L. Papyrius Curſor primus Procos.
428	L. Furius Camillus II.	D. Junius Brutus Scæva. [4]
429	L. Papyrius Curſor	Dictator, ſine coſs.
430	C. Sulpitius Longus.	Q. Aulius Cerretanus.
431 [5]	Q. Fabius Maximus. Rullian.	L. Fulvius Curvus.
432	T. Veturius Calumus II.	Sp. Poſtumius Albinus II.
433	L. Papyrius Curſor II.	Q. Publius Philo III.
434	L. Papyrius Curſor III.	Q. Aulius Cerretanus II.
435	L. Plautius Venno.	M. Foſſius Flaccinator.
436	Q. Aimilius Barbula.	C. Jun. Brutus Bubulcus.
437	Sp. Nautius Rutilus.	M. Popilius Lænas.
438	M. Papyrius Curſor IV.	Q. Publius Philo IV.
439	M. Pætilius Libo.	C. Sulpitius Longus.
440	L. Papyrius Curſor V.	C. Jun. Brutus Bubulcus II.
441	M. Valerius Maximus.	P. Decius Mus.

442 Q.

1 *Bellum Samniticum.* 2 *Al.* Ti. 3 *C. Onuf.* 4 L. Papyrius Curſor DICTATOR. 5 *Caudina Pax.*

1 *Bel.*

Anni ab urbe condita.

442 Cn. Jun. Brutus Bubulcus III. — Q. Aimilius Barbula II.
443 [1] Q. Fab. Max. Rullianus II. — C. Martius Rutilus, Cenſorinus poſtea dictus.[2]
444 Hoc anno DICTATOR & Magiſter equitum ſine coſs. fuerunt.
445 Q. Fab. Max. Rullianus III. — P. Decius Mus. II,
446 App. Claudius Cæcus. — L. Volumnius Flamma Violenſis.
447 [3] P. Cornelius Arvina, — Q Martius Tremulus,
448 L. Poſtumius Megellus. — T. Minutius Augurinus,
449 P. Sempronius Sophus. — P. Sulpitius Saverrio,
450 L. Genutius Aventinenſis. — Ser. Cornelius Lentulus.
451 M. Livius Denter, — M. Aimilius Paulus,
452 Q. Fabius Maximus Dictator, — M. Aimilius Paulus Mag. eq. M. Valerius Corvus, & P. Sempronius Sophus Mag. eq.
453 M. Valerius Corvus V. — Q. Apulejus Panſa,
454 M. Fulvius Pætinus. — T. Malius Torquatus.
455 L. Cornel. Scipio, — C. Fulvius Centumalus.
456 Q. Fab. Max Rullianus IV. — P. Decius Mus III,
457 App. Claudius Cæcus II, — L. Volumnius Flamma Violenſis.
458 Q. Fab Max. Rullianus V. — T. Decius Mus III. qui ſe devovit.
459 L. Poſtumius Megellus II, — M. Atilius Regulus.
460 L. Papyrius Curſor, — Sp. Carvilius Maximus,
461 Q. Fab. Max. Gurges, — D. Jun. Brutus Scæva,
462 L Poſtumius Megellius III, — C. Judius Brutus Bubulcus,
463 [4] M. Curius Dentatus, — P. Cornelius Rufinus,
464 M. Valerius Corvinus VI, — Q. Cæditius Noctua,
465 Q. Martius Tremulus II, — P. Cornellius Arvina,
466 M. Claudius Marcellus, — C. Nautius Rutilus,
467 [5] M. Valerius Maximus, — C. Ailius Pætus,[6]
468 C. Claudius Canina. — M. Aimilius Barbula,
469 C. Servilius. — L. Cæcilius Metellus,
470 P. Cornel. Dolabella. — Cn. Domitius Calvinus.
471 Q. Aimilius Papus; — C. Fabricius Luſcinus,

472 L. Ai-

1 *Bellum Etruſcum & Samniticum.* 2 *Anno 443. lata eſt lex Attilia de dandis tutoribus.* 3 *Fœdus* III. *cum Pœnis.* 4 *Treſviri capitales primi.*
5 *Tertia ſucceſſio plebis in janiculum.* 6 *Anno 467. Hortenſius* DICTATOR. *ſeceſſionis reducendæ cauſa legem Hortenſiam tulit, ut Plebiſcita omnem populum Quiritium tenerent, & pro legibus obſervarentur, Epitome Livii. lib. 11.*

1 Bel-

Anni ab urbe condita.		
472	[1] L. Aimilius Barbula.	Q. Martius Philippus.
473	P. Valerius Lævius.	Tiberius Coruncanius Nepos,
474	P. Sulpitius S. Averrio,	P. Decius Mus,
475	[2] Q. Aimilius Papus II.	C. Fabricius Luſcinus II.
476	P. Cornel. Rufinus II,	C. Junius Brutus Bubulcus II,
477	Q. Fabius Gurges II,	C. Genutius Clepſina,
478	M. Curius Dentatus II,	L. Cornelius Lentulus,
479	M. Curius Dentatus III,	Ser. Cornelius Merenda,
480	C. Fabricius Luſcinus,	C. Claudius Canina,
481	L. Papyrius Curſor,	Sp. Carvilius Maximus II,
482	C Quintius Claudius,	L. Genutius Clepſina,
483	C. Genutius Clepſina II.	Cn Cornelius Blaſio.
484	L. Quinctius [3] Gulo,	C. Fabius Pictor. [4]
485	P. Sempronius Sophus,	App. Claudius Craſſus,
486	M. Attilius Regulus,	L. Julius Libo.
487	D. Junius Pera,	M. Fabius Pictor.
488	M. Valerius Maximus,	Q. Mamilius Vitulus,
489	[5] App. Claudius Caudex.	M. Fulvius Flaccus.
490	M. Valerius Maximus II,	M. Otaculus Craſſus.
491	L. Poſtumius Megellus.	Q. Mamilius Vitulus II.
492	L. Valerius Flaccus,	T. Otacilius Craſſus.
493	Cn. Cornelius Scipio Aſina,	C. Duellius.
494	L. Cornelius Scipio,	C. Aquilius Florus.
495	A. Atilius Calatinus,	C. Sulpitius Paterculus.
496	C. Atilius Regulus,	Cn. Cornelius Blaſio.
497	Q. Cæditius.	L. Manlius Vulſo Longus,
498	Ser. Fulvius Nobilior.	M. Æmilius Paulus.
499	Cn Cornelius Scipio Aſina II,	A. Atilius Calatinus II.
500	Cn. Servilius Cæpio,	C. Sempronius Blæſus.
501	C. Aurelius Cotta.	P. Servilius Geminus,
502	L. Cæcilius Metellus,	C. Furius Pacilus.
503	C. Atilius Regulus II,	L. Manlius Vulſo,
504	P. Claudius Pulcher.	L. Junius Pullus.
505	C. Aurelius Cotta II,	P. Servilius Geminus II,
506	L. Cæcilius Metellus II.	M. Fabius Buteo,
507	M. Otacilius Craſſus II,	M. Fabius Licinus,
508	M. Fabius Buteo II,	C. Atilius Bulbus.

509 A.

1 *Bellum Tarentinum* 2 *Fœdus IV. cum Pœnis.* 3 *Onufr.* Q. Ogulvius Gallus. 4 *Hoc primum anno 484. quinque annis ante primum bellum Punicum argentum Romæ ſignatum eſt Plin. lib. 33. c. 3.* 5 *Bellum Punicum primum.*

1 *Duo*

Anni ab urbe condita.

509	A. Manlius Atticus.	C. Sempronius Blæſus II.
510	C. Fundanius Fundulus.	C. Sulpitius Gallus.
511	[1] C. Luctatius Catulus.	A. Poſtumius Albinus.
512	Q. Luctatius Cerco.	A. Manlius Atticus II. [2]
513	C. Claudius Centho.	M. Sempronius Tuditanus.
514	C. Manilius Turrinus.	Q. Valerius Falto,
515	T. Sempronius Gracchus,	P. Cornelius Falto,
516	L. Cornelius Lentulus Caudinus.	Q. Fulvius Flaccus, [3]
517	P. Corn Lentulus Caudinus.	C. Licinius Varus,
518	[4] C. Atilius Bulbus II.	T. Manlius Torquatus,
519	L. Poſtumius Albinus,	Sp. Carvilius Maximus,
520	Q. Fabius Verrucoſus,	M. Pomponius Matho,
521	M. Aimilius Lepidus,	M. Poplicius Malleolus,
522	M. Pomponius Matho II.	C. Papyrius Maſo,
523	M. Aimilius Barbula,	M. Junius Pera,
524	L. Poſtumius Albinus II.	Cn. Fulvius Centumalus. [5]
525	Sp Servilius Maximus II.	Q. Fabius Verrucoſus II.
526	P. Valerius Flaccus. [6]	M. Atilius Regulus,
527	L. Apuſtius Fullo,	M. Valerius Meſſala,
528	L. Æmilius Papus,	C. Atilius Regulus. [7]
529	Q. Fulvius Flaccus II,	T. Manlius Torquatus,
530	C. Flaminius Nepos,	P. Furius Philus,
531	M. Claudius Marcellus,	Cn. Cornelius Scipio Calvus,
532	P. Cornelius Aſina,	M. Minutius Rufus.
533	L. Veturinus Philo.	C. Luctatius.
534	L. Æmilius Paulus,	M. Livius Salinator.
535	[8] P. Cornelius Scipio,	T. Sempronius Longus,
536	C. Flaminius II.	Cn. Servilius Geminus.
537	L. Aimilius Paulus II.	C. Terentius Varro. [9]
538	T. Sempronius Grachus,	L. Poſtumius Albinus III.
539	Q. Fabius Maxim. Verrucoſus IV.	M. Claudius Marcellus III.
540	Q. Fabius Max.	T. Sempronius Gracchus II.
541	App. Claudius Pulcher.	Q. Fulvius III.

542 P.

1 *Duo Prætores primum creati.* 2 *Pax cum Pœnis facta.* 3 *Bellum Liguſticum.* 4 *Pace populo Romano terra marique parta, iterum Ianus clauſus eſt.* 5 *Bellum Illyricum.* 6 *Bellum Gallicum Ciſalpinum.* 7 *Prætores IV. primum creati.* 8 *Bellum Punicum ſecundum.* 9 *Cannenſis pugna.*

Anni ab urbe condita.

542	P. Sulpitius Galba Maximus,	Cn. Fulvius Centumalus II.
543	M. Claudius Marcellus IV.	M. Valerius Lævinus II.
544	Q. Cæcilius Metellus,	Q. Fulvius Flaccus.
545	M. Claudius Marcellus V.	T. Quintius Criſpinus,
546	M. Livius Salinator. II.	C. Claudius Nero,
547	Q. Cæcilius Metellus.	L. Veturius Philo,
548	P. Corn. Scipio Africanus.	P. Licinus Craſſus Dives,
549	M. Cornelius Cethegus,	P. Sempronius Tuditanus,
550	C. Servilius Cæpio,	C. Servilius Nepos,
551	[1] T. Claudius Nero,	M. Servilius Pulex Geminus,
552	Cn. Cornelius Lentulus,	P. Ælius Pętus,
553	[2] P. Sulpit. Galba Maxim. II.	C. Aurelius Cotta,
554	C. Cornelius Lentulus,	P. Villius Tapulus,
555	T. Quinctius Flaminius,	Sext. Ælius Pętus Catus,
556	[3] C. Cornelius Cethegus,	Q. Minutius Rufus,
557	L. Furius Purpureo,	M. Claudius Marcellus.
558	L. Valerius Flaccus,	M. Portius Cato,
559	P. Cornelius Scipio African. II.	T Sempronius Longus,
560	L. Cornelius Merula,	Q. Minutius Thermus,
561	L. Quinctius Flaminius.	Cn. Domitius Ænobarbus,
562	[4] M. Attilius Glabrio,	M. Cornel. Scipio Naſica,
563	L. Cornel. Scipio Aſiaticus,	C. Lælius Nepos,
564	Cn. Manlius Vulſo,	M. Fulvius Nobilior,
565	C. Livius Salinator,	M. Valerius Meſſala,
566	M. Æmilius Lepidus,	C. Flaminius Nepos,
567	Sp. Poſtumius Albinus,	Q. M. Philippus,
568	App. Claudius Pulcher,	M. Sempronius Tuditanus,
569	P. Claudius Pulcr.	L. Portius Licinius,
570	P. Q. Fabius Labeo,	M. Claudius Marcellus,
571	L. Æmilius Paulus,	Cn. Bæbius Tamphilus,
572	P. Cornelius Cethegus,	M. Bæbius Tamphilus,
573	A. Poſtumius Albinus,	C. Calphurnius Piſo,
574	Q. Fulvius Flaccus,	L. Manlius Accidinus,
575	M. Junius Brutus,	A. Manlius Vulſo,
576	C. Claudius Pulcher,	T. Sempronius Gracchus,
577	Q. Pætulius Spurinus,	Cn. Cornelius Lævinus.

578 Q.

1 *Pax iterum cum Pœnis.* 2 *Bellum Philippicum.* 3 *Sex Prætores facti.*
4 *Bellum Antiochinum.*

1 *Bellum*

Anni ab urbe condita.

578	Q. Mutius Scævola,	M. Æmilius Lepidus,
579	Sp. Poſtumius Paullulus.	Q. Mucius Scævola,
580	L. Poſtumius Albinus.	M. Popilius Lænas,
581	c. Popilius Lænas,	P. Ælius Ligus,
582	P. Licinus craſſus.	c. caſſius Longinus,
583 [1]	c. Hoſtilius Mancinus,	c. Atilius Serranus,
584	Q. Martius Philippus II,	Q. Servilius cæpio,
585	L. Æmilius Paulus II,	c. Licinius craſſus,
586	Q. Ælius Pætus,	M. Junius Pennus.
587	c. Sulpitius Gallus,	M. claudius Marcellus.
588	T Manlius Torquatus,	cn. Octavius,
589	A. Manlius Torquatus,	Q. caſſius Longinus,
590	T. Sempronius Gracchus.	M. Juventius Thalva,
591	P. Scipio Naſica,	c. Martius Figulus,
592	M. Valerius Meſſala.	c. Fannius Strabo.
593	L. Anicius Gallus,	M. cornelius cethegus.
594	cn. cornelius Dolabella.	M. Fulvius Nobilior,
595	M· Æmilius Lepidus.	c. Popilius Lænas II,
596	Sext. Julius cæſar,	L. Aurelius Oreſtes,
597	L. cornelius Lentulus,	c. Martius Figulus II,
598	P. cornelius Naſica.	M. claudius Marcellus II,
599	Q. Opimius.	L. Poſtumius Albinus.
600	Q. Fulvius Nobilior,	T. Annius Luſcus [2]
601	M. claudius Marcellus III,	L. Valerius Flaccus,
602	L. Licinius Lucullus.	A. Poſtumius Albinus.
603 [3]	T. Quinctius Flaminius.	M. Acilius Balbus,
604	L. Marius cenſorinus.	M. Manlius,
605	Sp. Poſtumius Magnus.	L. calphurnius Piſo cæſonius,
606	P. Scipio Africanus Æmilianus,	c. Livius Druſus.
607	cn cornelius Lentulus.	L. Mummius, qui poſt Achaicus dictus eſt, [4]
608	Q Fab. Maximius Æmil.	L. Hoſtilius Mancinus.
609	Ser. Sulpitius Galba,	L. Aurelius cotta.
610	App. claudius Pulcher.	Q. cæcilius Metellus Macedonicus,
611	L. Metallus calvus.	Q. Fabius Maximus Servilianus.

1 *Bellum Perſicum.* 2 *Bellum Celtibericum.* 3 *Bellum Punicum tertium.* 4 *Bellum Viratinum.*

Anni ab urbe condita.

612 Cn. ſerviliuscæpio.	Q. Pompejus.
613 C. Lælius ſapiens.	Q. ſervilius cæpio.[1]
914 Cn. calphurnius piſo.	M. Popilius lænas.
615 P. ſcipio naſica ſerapio.	Decius junius brutus.
616 [2] M. æmilius lepidus porcina.	C. Hoſtilius Mancinus.
617 P. Furius philus.	Sext. atilius ſerranus.
618 S. Fulvius flaccus.	C. calphurnius piſo.
619 P. Scipio africanus.	C. Fulvius flaccus.
620 [3] P. Mutius Scævola.	L. Caphurnius piſo frugi.
621 P. Popilius lænas.	P. Rupilius.
622 P. licinius craſſus mutianus.	L. Valerius flaccus.[4]
623 C. claudius pulcher.	M. perpenna nepos.
624 C. Sempronius tuditanus.	M. aquilius.
625 Cn. Octavius.	T. Annius luſcus,
626 L. caſſius Longinus.	L. Cornelius cinna.
627 M. Aimilius lepidus.	L. Orelius oreſtes.
628 [5] M. Plautius Hypſæus.	M. Fulvius flaccus.
629 C. Caſſius longinus.	Cajus ſextius calvinus.
630 Q. Cæcilius metellus, balea-ricus poſta dictus.	T. Quintius flaminius.[6]
631 Cn. domitius ænobarbus.	C. Fannius.
632 L. Opimius.	Q. Fabius maximus, allobrogicus poſtea dictus.
633 P. Manlius.	C. Papyrius balbus.
634 L. Cecilius metellus.	L. Aurelius cotta.
635 M. Porcius cato nepos.	Q. Martius rex.
636 L. Cæcil. metell. dalmaticus.	Q. Mutius ſcævola.
637 C. Licinius Geta.	Q. fabius maximus.
638 M. Aimilius Scaurus,	M. Cæcilius Metellus.
639 M. Acilus Balbus,	C. portius cato.[7]
640 [8] C. cæcil. metellus caprarius.	Cn papyrius Carbo.
641 M. Livius druſus.	L. piſo cæſonianus.
642 [9] P. Scipio naſica.	L. calphurnius beſtia.
643 M. Minutius rufus.	Sp. poſtumius albinus.
644 Q. Cæcilius metellus.	M. junius ſilanus.

645 Ser.

1 Bellum Numantinum 2 Bellum ſervi'e primum 3 Seditio Gracchana prior. 4 Bellum Aſiaticum. 5 Bellum Allobrogicum. 6 Bellum Balearicum. 7 Bellum Thracicum. 8 Bell m Cymbricum & Theutonicum. 9 Bellum Iugurthinum.

1 Sedi-

Anni ab urbe condita.	
645 Ser, Sulpitius galba.	M. Æmilius ſcaurus hortenſius.
646 L. caſſius longinus.	C. Marius.
647 C. Atilius ſerranus.	Q. Servilius cæpio.
648 P. Rutilius Rufus.	C. manilius.
649 C. Marius II.	C. Flavius fimbria.
650 C. Marius III.	L. Aurelius oreſtes.
651 C. Marius IV.	M. Aquilius.
652 C. Marius V.	Q. Luctatius catulus.
653 [1] C. Marius VI.	L. Valerius flaccus. [2]
654 M. Antonius.	A. Poſtumius Albinus.
655 Q. cæcilius metellus.	T. Didius Vivius.
656 Cn. cornelius lentulus clodianus.	P. Licinius craſſus.
657 C. domitianus Ænobarbus.	C. caſſius Longinus.
658 L. Licinius craſſus,	Q. mutius ſcævola.
659 C. cælius caldus	L. Domitius Ænobarbus. [3]
660 C. Valerius Flaccus.	M. herennius.
661 C. claudius pulcher.	M. perpenna.
662 [4] L. Martius philippus.	Sex. julius cæſar.
663 L. Julius cæſar.	P. Rutilius lupus.
664 [5] Cn. pompejus ſtrabo.	L. porcius cato.
665 [6] Cornelius ſulla, qui poſtea Felix appellatus eſt.	Q. Pompejus rufus in mag. occiſus eſt. [7]
666 Cn. octavius.	L. Cornelius cinna.
667 C. Marius VII.	L. cornelius cinna II.
668 L. Cornelius cinna III.	Cn. papyrius carbo.
669 L. cornelius cinna IV.	Cn. papyrius carbo II.
670 L. Scipio Aſiaticus.	Cn. norbanus.
671 [8] Cn. papyrius carbo III. occiſus.	C. Marius in mag. occiſus eſt.
672 M. Tullius Decula.	Cn. cornelius dolabella.
673 L. cornelius ſulla felix II.	Q. Metellus pius.
674 [9] P. ſervilius varia iſauricus.	App. claudius pulcher,
675 M. Æmilius lepidus.	Q. luctatius catulus,
676 M. Æmilius mamercus.	D. Brutus.

677 Cn.

1 *Seditio Appulejana.* 2 *Bellum ſervile ſecundum.* 3 *Fœdus primum cum Parthis ictum.* 4 *Seditio Druſiana.* 5 *Bellum Marſicum.* 6 *Bellum civile Marianum.* 7 *Bellum Mithridaticum.* 8 *Decem Pratores facti* 9 *Bellum Sertorianum.*

Anni ab urbe condita.

677	Cn. Octavius.	C. Scribonius Curio.
678	C. Aurelius Cotta,	L. Octavius.
679	L. Licinius Lucullus.	M. Aurelius Cotta,
680	[1] C. Caſſius Longinus.	M. Terentius Varro Lucul.
681	L. Gellius,	Cn. Cornelius Lentulus,
682	P. Cornelius Lentulus Sura.	Cn. Aufidius Oreſtes,
683	Cn. Pompejus Magnus,	M. Licinius Craſſus,
684	Q. Hortenſius.	Q. Cæcilius Metellus,
685	[2] L. Cæcilius Metellus Creticus in mag. mortuus,	Q. Martius Rex,
686	C. Calpurnius Piſo.	M. Acilius Glabrio.
687	[3] M. Aimilius Lepidus,	L. Volcatius Tullus,
688	P. Cornelius Sulla.	P. Antonius Pætus, [4]
689	L. Julius Cæſar,	C. Martius Figulus.
690	M. Tullius Cicero,	C. Antonius.
691	D. Junius Silanus,	L. Licinius Muræna,
692	M. Pupius Piſo,	M. Valerius Meſſalla,
693	L. Afranius,	Q. Cæcilius Metellus Celer, [5]
694	C. Julius Cæſar,	M. Calpurnius Bibulus.
695	[6] Calpurn. Piſo Cæſonianus,	A. Galbinius,
696	P. Corn. Lentulus Spinther.	Q. Cæcilius Metellus Nepos.
697	Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus,	L. Martius Philippus,
698	C. Pompeius Magnus II,	M. Licinius Craſſus II,
699	[7] L. Domitius Ænobarbus,	App. Claudinus Pulcher,
700	C. Domitius Calvinus,	M. Valerius Meſſala.
701	Cn. Pompejus Magnus III. & ſolus,	Q. Cęcilius quinque menſibus extremis.
702	Ser. Sulpitius Rufus,	M. Claudius Marcellus.
703	L. Aimilius Paulus,	C. Claudius Marcellus,
704	[8] C. Claudius Marcellus.	Cn. Cornelius Lentulus.

Eodem anno C. Jul. Cæſar DICTATOR Magiſt. equit..

705 | 1	[9] C. Julius Cęſar II. [10]	P. Servilius Vatia Iſauricus. [11]

706 2 C.

1 *Bellum contra Sparthacum. ſervile.* 2 *Bellum Creticum.* 3 *Bellum Pyraticum.* 4 *Hi poſtcaquam deſignati ſunt, ambitu damnati non inierunt: in eorum locum facti ſunt L. Aurelius Cotta: L. Manlius Torquatus.* 5 *Ad hunc annum pertinet lib. 2. Jul. Cæſar. de bello Gallico.* 6 *Bellum Gallicum C. Cæſaris.* 7 *Bellum Parthicum.* 8 *Bellum civile, Cæſaris, & Pompeii.* 9 *Imperium Cæſaris ab hoc anno incapit, & durat annis 4. menſ. 11. dies 15.* 10 Idem DICTATOR. 11 Cæſar II. DICT. cum Antonio Magiſt. equit.

1 Cęſar

Anni ab urbe condita.

706 | 2 C. Fuſius calenus, P. Vatinius.[1]
707 | 3 C. Julius cæſar III.[2] M. Aimilius lepidus.
708 | 4[3] C. Julius cæſar ſine collega IV. abdicavit, & ſibi ſuffecit Q. Fabium maximum, C. Trebonium. Maximus extremo anni die moritur, cui Caninius Rebil. ſufficitur.[4]
709 | 5[5] Julius cæſar V. cos. M. Antonius cos. & Magiſter equitum & pro eo M. Aimilius Lepidus II. Magiſter equitum, & pro eo C. Octavius Mag equitum, & pro eo Cn. Domitius Calvinus Mag. equit.
In Julii Cæſaris Idibus Martiis XXIII. vulneribus in curia
Ann. Pompeii occiſi locum P. cornel. Dolabella cos. ſuffectus eſt.
Aug.
710 | 1 A. Hirtius in prælio occiſus. c. Vibius Panſa.
His cos.[6] ad Mutinam occiſis, occupato omni exercitu, ante legitimam ætatem per vim adacto Senatu, c. cæſar Octavianus ſe[7] cum Q. Pedio herede cæſaris ex quadrante, cos. & ad x. diem Kalendas Octobris conſtituit.[8]

TRIUMVIRATUS.

711 | 2 M. Amilius Lepidus II. L. Munatius Plancus.[9]
712 | 3 P. Servius Iſauricus II, L. Antonius Pætus,
713 | 4[10] c. domitius calvinus II. c. Aſinius pollio,
714 | 5 L. Portius[11] cenſorinus. c. calviſius Sabinus.
715 | 6 App. claudius pulcher, C. Norbanus Flaccus,
716 | 7 M. Viſpanius Agrippa. L. caninius gallus,
717 | 8 Gellius poplicola, M. coccejus nerva.
718 | 9[12] L. cornificius, Sext. pompejus, (cum,
719 | 10[13] L. Scribonius Libo, M. Anton. abdicatus in ejus lo-
L. Sem-

1 Cæſar III. DICTATOR. 2 *Ex hoc anno honorarii Conſules creari cœpti.*
3 *Anno 708. duodecim Prætores facti.* 4 DICTATOR IV. 5 *Bellum civile*
Mutinenſe. 6 *Auguſtus poſt luſtra decem ſex prorogat annos.* 7 *Cum M.*
Antonio, & M. Lepido, qui eum fugientem, in Gallia receptaverat, reconciliatus.
8 *Hoc eodem anno Cæſar, Lepidus, Antonius, Triumviratum ineunt reip. conſti-*
tuendæ cauſa, V. Kalend. Decemb. ut pridie Kalend. Ianuarias V. poſt anno abdica-
rent. 9 *Anno 711. Imp. Octaviani Cæſaris Auguſti imperium initium ſumit*
apud Euſebium, qui Olympiadis CLXXXIV. *primum annum eo anno numerat. Hoc*
anno C. Falcidius Tribunus plebis, legem Falcidiam tulit: Ne quis plus teſtamento
legaret, quam ut quarta pars heredibus ſupereſſet. Euſeb. 10 Triumviri.
11 *Onufr.* Marcius. 12 *Salluſtius diem obit.* 13 *Bellum Illyricum.*

Anni ab urbe condita.	*Ann. Aug.*	
		[1] L. ſempronius atratinus, [2]
720	11 C. cæſar octavianus II.	L. Volcatius tullus,
721	12 Cn. domitius ænobarbus.	C. Soſius nepos,
722	13 C. cæſar octavianus III.	M. Valerius meſſala corvinus, [3]
723	14 C. cęſar octavianus IV.	M. Licinius craſſus, & ex Id. Septemb. M. Tullius cicero, M. filius,
724	15 [4] C. cęſar octavianus V.	Sext. Apulejus,
725	16 C. cęſar octavian. VI. [5]	M. Viſpanius agrippa II. [6]
726	17 C. cæſar octav. VII.	M. agrippa III.
727	18 C. cæſar octav. A. VIII.	T. Statilius taurus II.
728	19 [7] C. cæſar octav. A. IX.	M. Junius ſilanus,
729	20 C. cæſar octavianus august. X.	C. Norbanus Flaccus,
730	21 C. cæſar octav. A. XI.	Cn calphurnius piſo, [8]
731	22 M. claudius marcellus,	L. arruntinus nepos,
732	23 M. Lollius,	Q. aimilius lepidus,
733	24 M. appulejus,	P. ſilius nerva [9].
734	25 [10] C. ſentius ſaturninus,	Q. lucret. Viſpillo. Viſpalio Dion.
735	26 C. cornelius lentulus,	P. cornelius lentulus marcellin.
736	27 C. Furnius,	P. Junius ſilanus dion. [11]
737	28 L. domitius ænobarbus.	P. cornelius ſcipio,
738	29 M. Junius druſus libo.	L. calpurnius piſo,
739	30 M. p. licinius craſſus,	Cn. cornelius lentulus augur,
740	31 Claudius tiberius nero.	P. quintilius varus,
741	32 P. m. valerius meſſala II.	P. ſulpitius quirinus,
742	33 Q. ælius tubero,	Paulus fabius maximus,
743	34 Julius antoninus,	Q. fabius maximus,

744 35 Claud.

1 Bellum Marſicum. 2 Varus Poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. 3 Ab hoc anno, id eſt, poſt victum hoc anno ad Actium Antonium, quidam Augusti imperium computant annorum 43. 4 Pace terra marique parta Ianus tertio clauſus. 5 Quidam ab hoc anno primum annum Augusti Monarchiæ ſupputant, quo & Augustus ipſe, & menſis quoque Sextilis dicti ſunt, quamvis hanc appellationem cum VII. Conſulatu acceptum alii dicant. 6 725 Augustus plurimas Romæ leges ſtatuit. Euſeb. 7 Hoc anno nova dignitas & magiſtratus, id eſt, præfectura urbis creata, & Meſſala Corvinus primus præfectus urbi, ſexta die ſe abdicavit, incivilem poteſtatem conteſtans. 8 Hunc ſuffectum ait Onufr. ordinarium autem adſcribit A Terrentium Varronem Murenam. 9 Pax cum Parthis ſignis receptis. 10 Bellum Pannonicum. 11 Ludi ſeculares Quinctii ex Senatuſconſulto facti.

I 42 An-

Anni ab urbe condita.	*Ann. Aug.*			*Anni Chriſti.*
744	35	Claud. druſus nero,	T. quinctius criſpinus,	
745	36	C martius cenſorinus,	C. aſinius gallus,	
746	37	Claud. tiberius nero II.	Cn. calpurnius piſo II.	
747	38	D. Lælius balbus,	C. antiſtius vetus,	
748	39	C. cæſar octavianus A. XII.	L. cornelius ſulla,	
749	40	Calviſius ſabinus II.	L. paſſienus,	
750	41	L. cornelius lentulus,	M. valerius meſſalinus,	
		[1] His coss. VIII. Kal. Januar. Dei filius Jesus Christus naſcitur.		
751	42	[2] C. cæſar octavianus August. XIII.	M. plautius ſilvanus,	1
752	43	Coſſus cornel: lentulus: poſtea Iſauricus,	L. calpurnius piſo augur,	2
753	44	P. vinutius nepos,	P. alfinius varus,	3
754	45	L. ailius damia,	M. ſervilius geminus,	4
755	46	[3] Sext. ailius catus,	C. ſentius ſaturninus,	5
756	47	Cn. corn. cinna magnus,	L. valerius meſſala voluſus,	6
757	48	M. aimilius lepidus,	L. arruntius nepos,	7
758	49	Q. cæcilius metellus cretícus ſilanus,	A. licinius nerva ſilanus,	8
759	50	M. furius camillus,	Sex. nonius quinctilianus,	9
750	51	Q. Sulpitius camerinus,	C poppæus ſabinus,	10
761	52	P. cornelius dolabella,	C. Junius ſilanus,	11
762	53	M. aimilius lepidus,	T. ſtatilius taurus II.	12
763	54	T. Julius germanic. cæſ.	C. fontejus capito,	13
764	55	L. munatius plancus II.	C. ſilius nepos,	14
765	56	Sextus pompejus nepos,	Sextus apulejus, [4]	15

An. Tib. [5] Hucuſque hiſtoria Livii ab urbe condita: hinc Annales Cornelii Taciti ſumunt exordium. [6]

766 | 1 [7] Eodem anno Claudius [8] Tiberius Cæsar.

767 2 Dru-

1 42 *Anno Auguſti. Hal.* 2 *751 Naſcitur Chriſtus. Euſebius.* 3 *Ab his, Lex Ælia Sentia, hoc anno videtur lata ex Dione, lib. 55.* 4 *Moritur Auguſtus 14. Kalend. Septemb.* 5 *Olympiadis* CXCVIII. *anno primo. Euſeb.* 6 *Auſon. Verſus, Addidit Auguſtum divus matura ſenectus.* 7 *Et ter ſeptenis geminos, Nero Claudius addit. id eſt, regnat 23. annis.* 8 *Al.* Tiberius Julius Cæſar Germanic. *regnat annis 23.*

Anni ab urbe condita.

	Ann. Tib.			*An. Chr.*
767	2	Druſus cæſar.	C. Norbanus flaccus,	16
768	3	Siſenna Statil. Taurus,	*L.* Scribonius libo,	17
769	4	L. pomponius flaccus.	C. Cælius rufus.	18
770	5	Claud. tiberius nero cæſ. III,	Germanicus cæſar II,	19
771	6	M. Silanus,	L. Norbanus balbus.	20
772	7	M. Valerius meſſala,	M. Aurelius cotta.	21
773	8	Claud. tiberius nero cæſar IV.	Druſus cæſar II.	22
774	9	D. Haterius agrippa,	C. Sulpicius Galba,	23
775	10	C. Aſinius pollio.	C. Antiſtius Vetus.	24
776	11	Sext. cornelius cethegus.	*L.* Viſellius Varro,	25
777	12	M. Aſinius agrippa.	Coſſus cornelius Lentulus.	26
778	13	Cn. Lentulus getulicus.	*L.* Calviſius ſabinus.	27
779	14	M. *L*icinius craſſus,	L. Calpurnius piſo.	28
780	15	App. Junius ſilanus.	P. Silius Nerva,	29
781	16	C. Rubellus geminus.	C. Fuſius geminus,	30
		JESUS CHRISTUS ſalutarem viam cunctis mortalibus prædicare incipit.		
782	17	M. Vinutius quartinus,	C. caſſius longinus juriſconſ.	31
783	18	Claudius cæſar v. & ſolus, licet poſtmodum collegam adſumpſerit *L.* Ailium Sejanum.		32
784	19	Fur. camil. aruntius ſcribonianus.	Cn. domitius Ænobarbus. [1]	33
785	20	Ser. Sulpitius Galba.	L. cornelius ſulla.	34
786	21	L. Vitellius nepos,	P. Fabius perſicus.	35
787	22	C. ceſtius gallus.	M. Servilius rufus nonianus,	36
788	23	Sext. papinius gallienus.	Quin. plautius plautianus.	37
789	24	Cn. acerronius proculus	C pontius nigrinus.	38
		1 [2] XVII. Kalend. April. mortuo Tiberio, C. CÆSAR CALIGULA.		
790	2	C. cæſar caligula II.	*L.* Aronius cæſianus,	39
791	3	M. aquilius julianus.	P Non. aſprenias torquat.	40
792	4	C. cæſar. caligula III. & ſolus.		41
793	1	C. cæſar. caligula IV [3]	Cn. Sentius Saturninus. [4]	42

TIB.

1 784. *Anno Tiberii 18 Chriſtus ſecundum prophetias ad paſſionem venit. Nam in Evangelio Ioannis ſcribitur poſt quintum decimum annum Tiberii, tribus annis Dominum prædicaſſe Euſeb.* 2 *Sera ſenex Capreis, exul Nero fata peregit.* 3 *Tertia finit hiems graſſantia tempora Cai.* 4 *Terdecies perit, repetito vulnere Cajus.*

1 *Clau-*

Anni ab urbe condita.	*Ann. Tib.*			*An. Chr.*
		TIB. CLAUDIUS CÆSAR V. P.R. IMP.		
794	2	Tiber. claudius [1] cęſar II.	C Licinius cæcinna largus.	43
795	3	Tiber. claudius cęſar. III.	L. Vitellius II,	44
796	4	Quinctius criſpinus II.	T. Statius taurus II,	45
797	5	M. vinutius quartinus II.	M. Statilius corvinus,	46
798	6	C. valerius aſiaticus II.	M. Valerius Meſſala.	47
799	7	Tib. claudius cæſar IV,	L. Vitellius III,	48
800	8	A. Vitellius nepos.	L, Vipſanius Poplicola,	49
801	9	Q. Verannius,	C. Pompeius Gallus,	50
802	10	C. Antiſtius vetus,	M. Suillius Rufus Servillianus,	51
803	11	Tib. Claudius cæſar V.	Ser, cornel. Scipio orphitus.	52
804	12	Sylla fauſtus.	L. Salvius othō,	53
805	13	D. Junius ſilanus,	Q. Haterius antoninus,	54
806	14	Aſinius marcellus.	M. Acilius Aviola.	55
		[2] CL. DOMITIUS NERO CÆSAR,		
807	1	Claudius Nero cæſar.	L. Antiſtius vetus.	56
808	2	Q Voluſius ſaturninus,	P. Cornelius ſcipio,	57
809	3	Claudius nero cæſar. II.	L. Calpurnius piſo,	58
810	4	Claudius Nero Cæſar III.	M. Valerius Meſſala,	59
811	5	Vipſanius Apronianus.	L. Fontejus capito.	60
812	6	Claudius nero cæſar IV.	Coſſus cornelius lentulus.	61
813	7	Cæſonius pætus.	Petr. Sabinus turpilianus.	62
814	8	P. Marius celſus,	L. Aſinius gallus. [3]	63
815	9	Memmius regulus,	Paulus virginius rufus.	64
816	10	C. Lecanius baſſus.	M. Licinius craſſus Frugi.	65
817	11	Silius nerva,	Atticus Veſtinus.	66
818	12	C. Suetonius paulinus.	L. Pontius teleſinus,	67
819	13	C. Fontejus capito,	C. Julius rufus.	68
820	14	[4] M. Gualerius trachalus Turpillianus.	Silius Italicus poëta. [5]	69

SER. SULPICIUS GALBA CÆS. imperavit menſes VII. dies VII. atque in medio urbis Romanæ foro capite truncatus eſt.

821 [1] Ser.

1 *Claudius hebdomadem duplicem trabit: & Nero dirus Tantundem: ſumma Conſul, ſed defuit unus.* 2 *Claudius ambiguo concluſit fata veneno.* 3 *Eodem anno L. Annius, Seneca, & Trebellius Maximus, ſuffecti Conſules, in quorum Conſulatu Senatuſconſult. Trebellianum factum. Inſtit. de fil. hæred. 8 Kal. Septembris.* 4 *Matriquecida Nero proprio ſe perculit enſe.* 5 *Nero ſemet interficit.*

1 *Gal.*

Anni ab urbe condita. *Ann. Chrſt.*

821 1 [1] Sergalba auguſtus II. T. Junius. 70

Trucidato Galba [2] novæ tempeſtates & cædes in republ. extiterunt, donec rerum potiretur. Flavius Veſpaſianus pater, qui reipubl. ſtatum priſtinum, & orbi pacem reſtituit, nam neque M. Sylvius Otho [3] ultra menſes III. dies V. neque A Vitell. [4] ultra menſes VIII. dies V. imperavit

1 FLAVIUS VESPASIANUS PATER.

822 2 Fl. veſpaſian. auguſtus. T. veſpaſianus Cæſ. [5] 71
823 3 [6] Fl. veſpaſianus aug. II. Coccejus nerva 72
824 4 Fl. veſpaſianus aug. IV. T. veſpaſianus filius cæſ. II. 73
825 5 Fl. Domitianus II. Valerius meſſalinus. 74
826 6 Fl. veſpaſianus aug. V. Tit. veſpaſianus cæſar III. 75
827 7 Fl. veſpaſianus aug. VI. Tit. veſpaſianus cæſar IV. 76
828 8 veſpaſianus aug. VII. Tit. veſpaſianus cæſar V. 77
829 9 Fl. veſpaſianus aug. VIII. Fl. domitianus VI. [7] 78
830 10 Commodus verus C. cornelius priſcus. 79
831 11 Fl. veſpaſianus aug. IX. T. Veſpaſianus cæſar VI. [8] 80

1 TITUS VESPASIANUS FILIUS. [9]

832 2 T. veſpaſianus aug. VII. Flavius domitianus VII. 81
833 3 Silvanus. Verus pollio. [10] 82

Ex Idib. Septemb. FL. DOMITIANUS imperat ann. XV. dies VI.

834 1 Fl. domitianus aug. VIII. T. Flavius Sabinus. [11] 83
835 2 Fl. domitianus aug. IX. T. Virginius rufus II. 84
836 3 Fl. Domitianus aug. X. App. Junius Sabinus. 85
837 4 Fl. domitius aug. XI. T. Aurelius Fulvus. 86
838 5 Fl. domitianus aug. XII. Ser. Cornelius Dolabella. 87
839 6 Fl. domitianus aug. XIII. A. Voluſius Saturninus. 88
840 7 Domitianus aug. XIV. L. Minucius rufus. 89

841 8. T.

1 *Galba ſenex periit ſævo proſtratus Othone: Mox Otho famoſus, clara, ſed morte potitus. Prodiga ſuccedunt perimendi ſceptra Vitellis.* 2 *Galba ſenex, Otho laſcive, & formoſe Vitelli, Tertia vos Latio regnantes neſciit æſtas: Interitus dignos vita properante probroſa.* 3 *Otho propria manu occubuit.* 4 *Vitellius à Veſpaſiani ducibus occiſus, in Tiberim projicitur.* 5 *Implet fatalem decadem ſibi Veſpaſianus.* 6 *Secundo anno imperii Veſpaſiani Titus filius Veſpaſ. Aug. Ieroſolyma ſubvertit ſexcentis millibus virorum interfectis.* 7 *Hic ſuffectus fuit: ordinarius autem Tit. Veſp. Cæſ. VI.* 8 *Laudatum imperium, mors lævis Veſpaſiano.*

9 *Oſtenſus terris Titus eſt brevitate bienni.* 10 *At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.* 11 *Sera gravem perimunt, ſed juſta piacula fratrem.*

1 *A Nerva*

Anni ab urbe condita.			*Ann. Chriſt.*
841	8 T. Aurelius Fulvus II.	A. Sempronius atratinus.	90
842	9 Fl. domitianus A. XV.	Coccejus nerva II. qui poſtea imper.	91
843	10 M. Acilius glabrio, in mag. occiſus.	M. Ulpianus trajan. crinitus.	92
844	11 Fl. domitianus aug. XVI.	A. Voluſius ſaturninus II.	93
845	12 Pompejus conlega.	Cornelius Priſcus.	94
846	13 Nonius Aſprenas.	M. Arricinius clemens, & ex Kal. Juliis ſextilius lateranus.	95
847	14 Fl. domitian. aug. XVII.	T. Flavius clemens.	96
848	15 C. Antiſtius vetus.	C. Fulvius valens.	97

Imp. coc. NERVA imperat annum I. menſ. IV. dies IX.

849	1 [1] Imp. nerva auguſt. III.	T. Virginus rufus II. in magiſtratu mortuus eſt.	98
850	2. Imp. nerva auguſt. IV.	Nerva trajanus cæſar II. [2]	99

TRAJANUS OPTIMUS A. imperat an. XIX. menſ. VI. dies XV.

851	1 A. cornelius palma.	C. Soſſius ſenecio II.	100
852	2 Ulp. Trajanus aug. III.	M. cornelius fronto III.	101
853	3 Ulp. Trajanus A. IV.	Sex. Articulejus pætus.	102
854	4 C. Soſſius Senecio II.	L. Licinius ſura II.	103
855	6 Ulp. trajanus A. V.	Q. Maximus II.	104
856	6 Surranus II.	P. Neratius marcellus II.	105
857	7 C. Julius candidus II.	T. Numidius quadratus II.	106
858	8 L. cejon. commodus verus.	L. Tutius cerealis.	107
859	9 C. ſoſſius ſenecio IV.	L. Licinius. Sura III.	108
860	10 App ann. trebon. gallus.	M Atilius metilius Bradua.	109
861	11 Palma II.	C. Calviſius Tullus II,	110
862	12 Clodius criſpinus.	Solenus Orfitus,	111
863	13 L. Calpurnius piſo.	Vetrius Ruſticus bolanus.	112
864	14 Ulp. trajanus A. VI.	C. Jul. africanus.	113
865	15 L. Pubius celſus.	C. clodius criſpinus.	114
866	16 Manlius vopiſcus,	Q. Ninnius aſta,	115
867	17 Valerius meſſala,	C. Popilius carus pedo,	116

868 18 Æmi-

1 *A. Nerva ſequentium temporum hiſtoriam exorſus erat Ammianus Marcellinus, ut ipſe ait lib. 31.* 2 *Nerva moritur* VI. *Kal. Febr.*

1 *Legen.*

Anni ab urbe condita.

			An. Ch.
868	18 Æmilius ælianus.	L. Antiſtius Vetus.	117
869	19 Quinctius Niger.	T. Vipſanius apronianus.	118
	Ex III. Id. Auguſt. TRAJANUS HADRIANUS imperat ann. xx. menſ. xi. dies xxix.		
870	1 Imp. Hadrianus A. II.	Salinator.	119
871	2 Imp. Hadrianus A. III.	Q. Junius Ruſticus.	120
872	3 Catilius Severus II.	T. Aurel. Fulvus, Antoninus pius poſtea appellatus.	121
873	4 M. Annius Verus.	Augur.	122
874	5 M. acilius aviola.	C. cornelius panſa.	123
875	6 Q. arrius pætinus.	C. Ventidius apronianus.	124
876	7 M. acilius glabrio.	C. Bellicius torquatus.	125
877	8 P. Corn. Scipio aſiatic. II.	Qu. Vetrius aquilinus.	126
878	9 Veſpronius candidus verus III.	Ambiguus bibulus.	127
879	10 Cælius titianus.	Gallicanus.	128
880	11 Aſprenas torquatus,	M. annius libo.	129
881	12 Juventius celſus II.	Neratius marcellus,	130
882	13 Q. fabius Catulinus.	M. Flavius aper.	131
883	14 Ser. Octavius lenas pontianus.	M. antonius rufinus.	132
884	15 Sentius augurinus.	Arrius Severianus.	133
885	16 Hiberus.	Junius ſilanus ſiſenna.	134
886	17 C. Julius ſervilius urſus. Servianus III.	Verus.	135
887	18 Pompejanus lupercus.	Atticus acilianus,	136
888	19 L. cejonius commodus.	Sex. Vetulenus civica pompeja II.	137
889	20 Ælius cæſar II.	P. cælius Balbin. vibull. pius.	138
890	21 Niger.	Q. ſulpitius camerinus.	139
	A. [1] AUREL. ANTONINUS PIUS imperat ann. xxiii. menſ. vii dies xxvi.		
891	1 T. Antoninus pius A. II.	Brutius præſens.	140
892	2 T. antoninus pius A. III.	M. ælius aurelius cæſar,	141
893	3 M. peducæus ſyloga priſcinus.	T. Hœnius ſeverus.	142

894 4Ru-

1 *Legendum,* Titus. *Erat enim ejus prænomen, quo à cæteris diſtinguitur, ut Capitol. in eodem docet.*

2 *Anno*

Anni ab urbe condita.	*Ann. Aurel.*		*Ann. Ch.*
894	4 Rufinus.	L. ſtatius quadratus.	143
895	5 Torquatus,	T. claud. atticus herodes,	144
896	6 Lollianus avitus.	C. gavius maximus,	145
897	7 T. antoninus pius A. IV.	Ælius aurelius cæſar II.	146
898	8 Clarus II.	Cn, claudius ſeverus,	147
899	9 Largus.	M. valerius meſſalinus,	148
900	10 Torquatus III.	M. ſalvius julianus.	149
901	11 Orfitus.	Q. Nonius priſcus,	150
902	12 Gallicanus,	Antiſtius vetus,	151
903	13 Maximus,	Sex. quinctilis gordianus,	152
904	14 Glabrio,	C. Valer. Omallus Verianus.	153
905	15 Preſens II.	Anto Rufinus,	154
906	16 L. Aurelius cæſar, qui poſtea Aug.	Sextilius lateranus,	155
907	17 M. Rufinus ſabianus,	C. Julius ſeverus,	156
908	18 Silvanus.	Sentius augurinus,	157
909	19 Barbatus,	Regulus,	158
910	20 Tertullus,	Licinius ſacerdos,	159
911	21 Quinctilius,	Statius priſcus,	160
912	22 T. Vibius Barus,	Ap. annius bradua.	161
	Imperatores CC. M. Aurelius Antoninus Philosophus, & L. Ælius Aurelius Verus Antoninus divi fratres, duo AA. ſimul imperarunt ann. VIII.		
913	1 M. Antoninus philoſophus A. II.	L. aurelius verus A.	162
914	2 M. antoninus A. II.	L. aurelius verus A. III.	163
915	3 L. ælianus.	Junius paſtor,	164
916	4 Macrinus.	L. cornelius celſus,	165
917	5 Pudens,	L. cornelius ſcipio orfitus.	166
918	6 Pudens II.	M. Vitraſius pollio,	167
919	7 Verus A. III.	T. Numidius quadratus,	168
920	8 Apronianus.	L. Vettius paulus,	169
921	9 [1] Priſcus,	Apollinaris,	170
922	10 L. Junius clarus II.	M. aurel. ſeverus cethegus,	171
923	11 L. Septimius Severus II.	Herennianus,	172
924	12 Maximus,	Cor. Scipio Orfitus,	173
925	13 Cn. claudius Severus II,	M. aurelius claud. Pompejan.	174

926 14 App.

1 *Anno 921. moritur Verus A. & ſolus imperat D. Marcus.*

Anni ab urbe condita. | *An. Ch.*

926	14 App. Annius Tribonius gallus.	Flaccus.	175
927	15 Calpurnius piſo.	M. Salius julianus.	176
928	16 pollio III.	Aper II.	177
	M. AURELIUS pater, & COMMODUS filius ANTONINI AA. imperant una ann. III. menſ. III. dies XVIII.		
929	17 L. aurelius commodus A.	Plautius quinctillus.	178
930	18 Orfitus.	Vettius Rufus.	179
931	19 Aurel. commodus A. II.	Veſpronius candidus verus.	180
	COMMODUS A. ſolus.		
932	1 [1] Arrius præſens.	Ælius gordianus.	181
933	2 Anton commodus A. III	Antiſtius Burrhus.	182
934	3 Petronius mamertinus.	Rufus.	183
935	4 Aurel. commodus A. IV.	M. Aufidius Victorinus.	184
936	5 M. marullus.	Papyrius ælianus.	185
937	6 Maternus.	Bradua.	186
938	7 Aurelius commodus antoninus A. V.	Sex. Acilius Glabrio.	187
939	8 Criſpinus.	Papyrius ælianus.	188
940	9 Fuſcianus.	Silanus.	189
941	10 Iunius ſilanus.	Servilius ſilanus	190
942	11 Aurel. commodus A. V.	L. Petronius ſeptimianus.	191
943	12 Apronius.	Bradua.	192
944	13 Antoninus commodus VII.	P. Helvius Pertinax. [2]	193
	P. HELVIUS PERTINAX.		
945	Q. Soſius Falco. in mag. occiſus.	C. Julius fructus clarus.	194

Pertinace poſt alterum menſem, & dies XXV. quam imperator factus erat, V. Kal April. occiſo, DIDIUS JULIANUS cædis auctor, per menſes duos & quinque dies tantummodo imperium tenuit. Hunc deinde ſecutus eſt PESCENNINUS NIGER, AUGUSTUS, qui imperavit annum: ſed imperium ejus non numeratur in Faſtis, ſed ſolum Severi imperium.

Ex Idib.

1 *Hoc anno moritur M. Antoninus & ſolus imperat Commodus* 2 *Hoc anno Kal Ianuar. Commodus Imperator occiſus, & eadem die Pertinax imperare cœpit.*

1 Hoc

Anni ab urbe condita.			*An.Ch.*
	Ex Idib. Maji L. Septimius Severus cum M. Basſiano Antonino Caracalla filio.		
946	1 Septimius ſeverus A. II.	D. clodius Albinus, cæſar II	195
947	2 Tertulus.	Clemens.	196
948	3 C. domitius dexter.	L. Valerius priſcus.	197
949	4 Lateranus.	M. Marius titius rufinus.	198
950	5 T. Saturninus.	C. gallus.	199
951	6 P. cornelius anulinus.	M. Aufidius fronto.	200
952	7 T. claudius ſeverus A. III.	C. Aufidius victorinus.	201
953	8 L. Annius fabianus.	M. Nonius Mutianus.	202
954	9 L. ſeptimus ſeverus A. IV.	Baſianus antoninus A.	203
955	10 P. ſeptimius geta.	L. Septimius Plautianus.	204
956	11 Fabius cilo ſeptimius.	Libo.	205
957	12 Baſſianus antonin. A. II.	Geta cæſar II.	206
958	13 Albinus.	Æmilianus,	207
959	14 Aper.	(III. Maximus.	208
960	15 Baſſianus antoninus A.	Geta cæſar III.	209
961	16 Pompejanus.	Lollianus Avitus.	210
962	17 Fauſtinus.	Macer rufinianus.	211
963	18 Gentianus.	Baſſus.	212
	Hoc anno Severus A. mortuus eſt prid. Non. Febr, & ex eo die Impp. Cæſares D. Severi filii, M. Antoninus (Caracalla.) & P. Septimius Geta imperarunt una ann. 1. dies XXIII. [1]		
964	19 Pompejus aſper.	Aſper.	213
965	1 Antoninus A. IV.	Balbinus,	214
966	2 Meſſala.	Sabinus.	215
967	3 Lætus II.	Cerealis.	216
968	4 Q. aquilius Sabinus II.	Sex. Cornelius anulinus.	217
969	5 Præſens,	Extricatus.	218
	Hoc anno VI. Id. Apr. Antoninus A. occiſus eſt, deinde fuit interregnum dierum IV. poſt quod M. Opelius Macrinus imperat ann. 1. menſ. 1. dies XXIII.		
970	6 M. Opelius diadumenianus cæſar. II.	Adventus VII. Junii macrinus victus eſt.	219
	M. Antoninus Alagabalus imperat ann. III. menſ. IX. dies IV.		

971 1 An-

[1] *Hoc anno Getta A. occiſus eſt, & ſolus imperat Antoninus an. V. menſ. 1. dies XII.*

Anni ab urbe condita.			*An. Ch.*
971	1 Antoninus A. II.	Sacerdos.	220
972	2 Antoninus A. III.	Comazon II.	221
973	3 Gratus.	Seleucus.	222
974	4 [1] Antoninus A. IV.	Aurel. alexander ſeverus nob. cæſar.	223

M. Aurelius Severus Alexander imperat ann. xii. dies ix.

975	1 Maximus.	Ælianus.	224
976	2 Julianus.	Criſpinus.	225
977	3 Rufus.	Dexter.	226
978	4 Alexander A. II.	Quinctilius Marcellus.	227
979	5 Balbinus II. qui poſtea Auguſtus appellatus eſt.	M. clodius pupienus maximus.	228
980	6 Modeſtus.	Probus.	229
981	7 Alexander A. III.	Dio II.	230
982	8 Agricola.	Clementinus,	231
983	9 Pompejanus.	Felicianus. [2]	232
984	10 Lupus.	Maximus.	233
985	11 Maximus II.	Paternus.	234
986	12 Maximus III.	Urbanus.	235
987	13 [3] Severus.	L. Ragonius Urinatius Quinctia.	236[4]

Jul. Maximinus cum filio Maximo imperant cum ann. II. menſ. * dies. *

988	1 Maximus A.	Jul. Africanus.	237
989	2 Perpetuus.	Cornelianus..	238

Duo Gordiani imperant una menſ. I. dies VI. poſt hoc Balbinus & Pupienus imperant una ann. I. eorum vitam ſcribit capitolinus.

990	3 Ulpius.	Pontianus.	239

Gordianus Junior imperant ani. VI.

991	1 Gordianus A. puer anno XVI.	Aviola.	240
992	2 [5] Sabinus II.	Venuſtus,	241
993	3 Gordianus A. II.	Pompejanus. [6]	242
994	4 [7] Atticus.	Prætextatus.	243

995 5 Ar-

1 *Hoc anno* VI. *Id. Mart. Alagabalus occiditur.* 2 *Al.* Pelignus. 3 *Recte Oroſ.* 987. Maximinum *ponit. lib.* 7. *c.* 19. 4 *Hoc anno* XV. *Kalend. April. Alexander A. occiditur.* 5 *Initur factio adverſus Gordianum.* 6 *Capitol. legit* Paplnianus. 7 *Bellum Gordiani in Perſas.*

1 Apria-

Anni ab urbe condita.			*An. Ch.*
995	5 Arrianus. [1]	Papus. [2]	244
996	6 Peregrinus.	Æmilianus. [3]	245
	[4] M. Jul. Philippus occiſo Gordiano declaratur Auguſt. Oroſ. lib. 7. regnat ann. 7.		
997	1 Philippus A.	Titianus.	246
998	2 Preſens.	Albinus.	247
999	3 Philippus A. II.	Philippus cæſ. hoc ann appellatur.	248
1000	4 [5] Philippus A. III.	Philippus A. II.	249
1001	5 Æmilianus.	Aquilinus.	250
	Decius cum filiis Cæſaribus imperat an. II.		
1002	6 Decius A. II.	Annius gratus.	251
1003	7 Decius A III.	Decius cæſar.	252
	Gallus Hostilianus & Licinianus AA. ſtatim occiſi: quibus ſucceſſerunt Trebonianus Gallus & Voluſianus filius AA.		
1004	1 C. Vibius Trebonianus Gallus A. II.	Voluſianus A.	253
1005	2 Voluſianus A. II.	M. Valerius Maximus.	254
	Licinius Valerianus & Gallienus imperant una ann. VII.		
1006	1 Valerianus A. II.	Gallienus A.	255
1007	2 Valerianus A. III.	Gallienus. A. II.	256
1008	3 Valer. maximus II.	Glabrio.	257
1009	4 Valerianus A. IV.	Gallienus A. III.	258
1010	5 [6] Aurel. Tuſcus.	Pomponius Baſſus.	259
1011	6 Æmilianus.	Baſſus II.	260
1012	7 Corn. Secularis II.	Jun. Donatus,	261
	[7] Gallienus & Valerianus Jun. imperat ann. VIII. [8]		
1013	8 Gallienus A. IV.	Petronius Voluſianus.	262
1014	9 Gallienus A. V.	Fauſtinus.	263
1015	10 Numius Albinus.	Max. Dexter.	264
1016	11 Gallienus A. VI.	Amulius Saturninus,	265
1017	12 Valerianus A. II,	L. Cæſonius macer lucillus ruffinia-	

1 Aprianus *Capitol. in Gord.* 2 Pappus *Capitol.* 3 *Hoc anno Philippus Arabs ſit pr. pratorio in locum Miſithei.* 4 *Primus Chriſtianus Imperator. Oroſ.* 5 *Capitol. in Gordia. ait Philippum ſe & filio Conſulibus celebraſſe annum urbis 1000. ludis ſecularibus, & muneribus & Circenſibus & ferarum exhibitione.* 6 *A.* Fulcus. 7 *Hoc anno Valerianus A. pralio victus, à Perſis captus eſt.* 8 *Imperatore Valeriano A. à Perſis capto triginta tyranni Romanum invaſerunt imperium imperante Gallieno legitimo principe.*

Anni ab urbe condita.			*Ann. Chr.*
		finianus.	266
1018	13 Gallienus A. VII.	Sabinillus.	267
1019	14 Paternus.	Arceſilaus.	268
1020	15 Paternus II.	Maximianus.	269
	Hoc anno XII. Kal. April. GALLIENUS & VALERIANUS AA. occiſi ſunt. FL. CLAUDIUS imperat ann. I. menſ. X. dies XV.		
1021	1 Claudius I.	Pomponius paternus.	270
1022	2 Fl. Antiochianus.	Furius Orfitus.	271
	Hoc anno X. Kal. Mart. CLAUDIUS A. moritur. QUINCTILIUS A. imperat dies XVII. cui ſucceſſit AURELIANUS A. VALER. AURELIANUS imperat an. IV. menſ. VI. dies VII.		
1023	1 Valer. aurelianus A.	Pomponius Baſſus.	272
1024	2 Quietus.	Voldumianus.	273
1025	3 Tacitus, qui poſtea Aug.	Furius Placidus.	274
1026	4 Aurelianus A. II.	Capitolinus.	275
1027	5 Aurelianus A. III.	T. Nonius Marcellinus.	276
	Hoc anno IV Kal. Februar. occiditur Aurelianus: eſt interregnum menſ. VII. dierum XXIX. deinde TACITUS VI. menſes imperat, dies XX. poſtea FLORIANUS imperat menſ. II. dies XX. cui tandem ſuccedit PROBUS. A.		
1028	1 Ann. Tacitus II.	Æmilianus.	277
	AURELIUS PROBUS.		
1029	2 Aurel. probus A. II.	Furius Lupus.	278
1030	3 Aurel. probus A. III.	Ovinius paternus II.	279
1031	4 Jun. Meſſala.	Gratus.	280
1032	5 Aurel. probus A. IV.	C. Jun. Tiberianus.	281
1033	6 Aurel. probus A. V.	Pompon. Victorinus.	282
	CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS imperant ann. I. menſ. *. diebus *.		
1034	1 Carus A.	N. aurel. carinus nob. cæſ.	283
	CARINUS & NUMERIANUS imperant ann. I.		
1035	2 Carinus A. II.	Numerianus A. occiſus eſt.	284
	C. AURELIUS VALERIUS, DIOCLETIANUS imperant ann. XX.		
1036	1 Diocletianus A. II.	Ariſtobulus.	285
	Imp. Cæſ. DIOCLET. & MAXIMIANUS HERCULIUS imperarunt una XVIII. ann.		
1037	2 Jun. Max. II.	Aquilinus.	286

3 Dio-

Anni ab urbe condita.			*Ann. Chr.*
1039	3 Diocletianus A. III.	Maximianus A.	287
1040	4 Maximianus A. Iſ.	Pomponius Januarius.	288
1041	5 Baſſus II.	Quintianus.	289
1042	6 Diocletianus A, IV.	Maximianus A. III.	290
1043	7 Jun. Tiberianus II.	Caſſius Dion.	291
1044	8 Afranius annibalianus	Aſclepiodorus.	292
1045	9 Diocletianus A. V.	Maximianus A. IV.	293
1046	10 Conſtantinus nobil. cæſ.	Maximianus nobiliſſ. cæſ.	294
1047	11 Numius Tuſcus.	Ann. cordelius anulinus.	295
1048	12 Diocletianus A. VI.	Conſtantius cæſ. II.	296
1049	13 Maximianus A. V.	Maximianus cæſ.	297
1050	14 Anicius Fauſtus II.	Gallus.	298
1051	15 Diocletianus A. VII.	Maximianus A. VI.	299
1052	16 Conſtantius cæſ III.	Maximianus cæſ.	300
1053	17 Poſtumius Titianus II.	Nepotianus.	301
1054	18 Conſtantius cæſ. IV.	Maximianus cæſ. IV.	302
1055	19 Diocletianus A. VIII.	Maximianus A. VII.	303
1056	20 Diocletianus A. IX.	Maximianus A. VIII.	304
	Hoc anno XI. Kal. Maji DIOCLETIANUS & MAXIMINUS AA. ſe imperio abdicarunt. in eorum locum Auguſti facti ſunt CONSTANTIUS & MAXIMIANUS.		
1057	1 Conſtantius A. V.	Maximianus cæſar V.	305
1058	2 Conſtantius A. VI.	Maximianus cæſar VI.	306
	Imp. [1] Cæſ. MAXIMIANUS & FL. VALERIUS CONSTANTINUS, D. CONSTANTIS filius, & MAXENTIUS. C. GALERIUS MAXIMINUS & M. AUREL SEVERUS nobiliſſ. Cæſar. Imper. ann. I. [2]		
1059	1 [3] Maximia. Herculius IX.	M. Flavius conſtant. 308	307
1060	2 Diocletianus X.	Maximianus A. VII. 309	308
	MAXIMIANUS GALER. & CONSTANTINUS		
1061	3 Poſt conſulatum Dioclet. X. & Maxim. A. VII. 310		309
1062	4 Iterum poſt conſulatum Diocletiani X. & Maximiani A. VII. 311		310

5 Ma-

1 *Hoc anno VIII. Kalend. Auguſt. Conſtantius Chlorus mortuus eſt.*
2 *Hoc anno initium imperii Conſtantini, qui imperavit ann. XXX. menſ. IX. dies XXVII.*
3 *Hoc anno Severus Cæſar cum Auguſtus appellatus eſſet, occiſus eſt.*

 1 Maxi-

Indic.	*Anni ab urbe condita.*				*Ann. Chr.*
	1063	5 Maximianus Galer. A. VIII. & ſolus poſt Licinium collegam adſumpſit, quem Auguſtum creaverat.[1]		312	311
		CONSTANTINUS, MAXENTIUS, LICINIUS ET MAXIMINUS.			
	1064	6[2] Conſtantinus A. II.	Licinius A. II.[3]	313	312
		ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΩΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΙΑΝΩΝ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΑΡΧΗ. Sic Faſti Græci ad hunc annum adnotant.			
1	1065	Conſtantinus A. III.	Licinius A. III.[4]	314	313
		CONSTANTINUS & LICINIUS.			
2	1066	7[5] Rufus voluſianus,	Ammianus,[6]	315	314
3	1067	8 Conſtantius A. IV.	Licinius A. IV.	316	315
4	1068	9 Sabinus,	Arcadius rufinus,	317	316
5	1069	10 Ovinius gallicanus.	Septimius baſſus,	318	317
		CONSTANTINUS & LICINIUS.			
6	1070	11 Licinius A. V.	Criſpus cæſar,	319	318
7	1071	12 Conſtantinus A. V.	Licinus cæſar.	320	319
8	1072	13 Conſtantinus A. VI.	Conſtantin. cæſar.	321	320
9	1073	14 Criſpus cæſar II.	Conſtant. cæſar. II.	322	321
10	1074	15 Patronus probian.	Anicius julianus.	323	322
11	1075	16 Acilius ſeverus.	Ancius rufinus.	324	323
12	1076	17 Criſpus cæſar II.	Conſtantinus cęſar.[7]	325	324
13	1077	18[8] Ancius paulinus.	Cęjonius jul. camœnius	326	325
		CONSTANTINUS ſolus.			
14	1078	19 Conſtantin. A. VII.	Conſtantinus cæſar IV.	327	326
15	1079	20 Conſtant. cæſar V.	Valerius max. baſilius.	328	327
1	1080	21 Januarius,	Juſtus,	329	328
2	1081	22 Conſtantin. A. VIII.	Conſtantinus cæſar VI.	330	329
3	1082	23 Gallicanus,	Symmachus,	331	330
4	1083	24 Baſſus.	Ablabius,	332	331
5	1084	25 Pacatianus,	Mechilius hilarianus.	333	332

6 1085

1 *Maximianus circa menſem Septemb. moritur.* 2 *Incipit autem Indictio ab* VIII. *Kal. Octobris, ut ſcribit Beda lib. 1. de Temporibus.* 3 *Hoc anno* VIII. *Kal. Octobris occiſus eſt Maxentius apud pontem Milvium.* 4 *Maximinus moritur.* 5 *Moritur Diocletianus in privata vita Salonis.* 6 *Criſpus & Conſtantius A. filius Cæſares deſignati.* 7 *Ab hoc anno incipit hiſtoria Tripertita Paulino & Iuliano Conſulibus ante diem* XIII. *Kalen. Iul. inchoata eſt univerſalis Synodus Nicæna, ut continetur in Græca inſcriptione ejuſdem Synodi.* 8 *Inveni in quodam manuſcripto libro conciliorum Synodum Nicænam cœpta indictione tertia. Forte legendum illic eſt decima tertia.*

1 *An-*

Anni ab urbe condita. *An. Ch.*

Indic.					
6	1085	26 Dalmatius cæſar,	Zenophilius,	334	333
7	1086	27 Publius optatius,	Anicius paulinus junior	335	334
8	1087	28 Conſtantius cæſar,	Rufinus albinus,	336	335
9	1088	29 Nepotianus.	Facundus.	337	336
10	1039	30 Felicianus.	Titianus.	338	337
11	1090	1 Urſus lupulus.	Polemius.	339	338

His coss. Conſtant. cognomento Magnus in fata conceſſit, prius in filios fratriſque filium Dalmatium concordiæ conſervandæ cauſa diviſo imperio, quod pleno ad ipſos jure pertinebat, & poſtea quoque pervenit. Sed Dalmatio protinus à Conſtantini A. morte à militib. in Thracia, trucidato ſimul regnant.

CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS.

12	1091	Conſtantius A. II. O-rient.	Conſtans A. Occid.	340	339
13	1092	1 Sept. acyndinus.	Valer. proculus.	341	340
14	1093	2 Marcellinus.	Cælius probinus.	342	341

CONSTANTINUS & CONSTANS.

15	1094	3 Conſtantius A. IV.	Conſtans A. II.	343	342
1	1095	4 Placidus.	Romulus.	344	343
2	1096	5 Leontius.	Salluſtius.	345	344
	1097	[1]			
3	1098	6 Amantius,	Albinus.	347	345
	1099	Poſt Conſulatum Amantii & Albini.		348	346
4	1100	7 Rufinus.	Euſebius.	349	347
5	1101	8 Philippus.	Salia.	350	348
6	1102	9 Limenius.	Aco catul. philonianus.	351	349
7	1103	10 Sergius.	Nigrinianus.	352	350
8		11 CONSTANTIUS ſolus.			
9	1104	12 Poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani.		353	351
10	1105	13 Conſtantius A. V.	Conſtantius gallus cæſ.	354	352
11	1106	14 Conſtantius A. VI.	Conſtant. gallus cæſ. II.	355	353
12	1107	15 Conſtantius A. VII.	Conſt. gallus cæſ. III.	356	354

Ab hoc

1 *Annum 346. ſolus Caſſiodorus habet, quem una cum ſuis Conſulibus tollendum ſcribit Onufr.*

Anni ab urbe condita. In.				*An. Ch.* *Sec. Hal.*	*Sec. Cont.*
		Ab hoc anno tantum extat Ammiani Marcellini hiſtoria, uſque ad mortem Valentis Imperatoris. Numerandus eſt autem annus Chriſti 354. ut cum ratione indictione conveniat, quemadmodum docui lib. 1. Subſecivarum juris lectionum. Contius.			
13	1108	16 Arbitio. [1]	[2] Lollianus. [3]	357	355
14	1109	17 Conſtantius A. VIII.	Cl. Julianus cæſar.	358	356
15	1110	18 Conſtantius A. IX.	Cl. Julianus cæſar II.	359	357
1	1111	19 Fab. Tatianus.	Neratius Cerealis.	360	358
2	1112	20 Euſebius.	Hypatius.	361	359
3	1113	21 Conſtantius A. IX.	Cl. Julianus cæſ. III.	362	360
4	1114	22 Taurus.	Florentius.	363	361
		CLAUDIUS JULIANUS.			
5	1115	23 Mamertinus.	Nevita.	364	362
6	1116	24 Julianus A. IV.	Salluſtius.	365	363
		JOVINIANUS.			
7	1117	2 [4] Fl. Jovinianus A.	Varronianus aug. filius Nob. puer. [5]	366	364
		Hoc anno Symmachus ille cujus elegantes extant epiſtolæ, præfectus urbis Romæ fuit Marcell.			
		FL. VALENTINIANUS & FL. VALENS fratres.			
8	1118	1 [6] Valentinianus A. qui propter Chriſtum à Juliano fuerat Tribunatu ſcrutariorum privatus, conſenſu militum creatur Aug. Oroſ.	Valens A.	367	365
9	1119	2 Gratianus N. P. Valentiniani filius.	Dagalaiphus. [7]	368	366
10	1120	3 Lupicinus gratianus declaratur Auguſtus.	Jovinus.	369	367

FL.

1 Arbetia. *Marcell.* 2 *Iulianus à Conſtantio Cæſar declaratur.* 3 *Moritur Gallus.* 4 *Hunc annum contendit Onufrius eſſe debere 1116. ut conveniat eorum hiſtoriis, qui biſextilem annum fuiſſe ſcribunt.* 5 *Moritur Iovianus* XIII. *Kalend. Mart. interregnum fuit dierum octo.* 6 *Sext. Ruf. ait annum eſſe 1117. Oroſ. vero, 1118.* 7 *Ambo Conſules in vetere Roma.*

1 *Indi-*

In-dic.	*Anni ab urbe condita.*		*An. Ch.* Sec. Hal.	Sec. Cont.
		FL. VALENT. FL. VALENS, & FL. GRATIANUS filius Valentiniani Ambiani 13. Kal. Sept. Auguſtus appellatus.		
11	1121	4 [1] Valentinianus A. II. Valens A. II.	370	368
		Hoc anno dicitur eſſe Indictio undecima: unde dico conſequenter annum eſſe Chriſti 368. ex vulgari, & tamen veriſſima indictionum regula, unde Haloandri ſupputatio tribus annis pervertit verum annorum numerum, ut 1. Subſecivarum demonſtravi. Contius.		
12	1122	5 Valentinianus N. P. Sex. aurel. victor.	371	369
13	1123	6 Valentin. A. III. Valens A. III.	372	370
14	1124	7 Gratianus A. II. Sex. petronius probus.	373	371
15	1125	8 Modeſtus. Arintheus.	374	372
1	1126	9 Valentinian. A. IV. Valens A. IV.	375	373
2	1127	10 Gratianus A. III. Equitius.	376	374
3	1128	11 Poſt Conſulatum Gratiani A. III. & Equitii v. c. Valentinianus apoplexia perit, Brigetione in Pannonia.	377	375
		FLAV. VALENS, FL. GRATIANUS, & FL. VALENTINIANUS filius Valentin. primi.		
4	1129	12 Valens A. V. Valentinianus A. II.	378	376
5	1130	13 Gratianus A. IV. Merobaudes.	379	377
6	1131	14 Valens A. VI. Valentinianus A. III.	380	378
		GRATIANUS & VALENTINIAN. II. imperant. menſ. v. Uterque erat Valentiniani ſenioris filius.		
7	1132	1 [2] Decius auſonius magnus gallus Hermogenianus olybrius. [3] pæonius.	381 [4]	379
		GRATIANUS & VALENTIN. II. fratres, & occidentis Imperatores, & THEODOSIUS. [5]		

2 Gra-

1 *Indictio undecima ut dicitur. C. Th. 11. 27. 9. idem ait Marcell. in Faſtis.*
2 *Hic eſt Poeta, cujus Poeſis extat, & Panegyricus hoc anno factus.* 3 *Valens igne necatur. ſepultura caret.* 4 *Huc uſque Marcellinus, id eſt, uſque ad mortem Valentis, & ab his coſſ. Auſon. & Olybrio alius Marcellinus comes ſuum Chronicon auſpicatus eſt, & hoc anno numerat indictionem ſeptimam. Hic etiam finitur Chronicon ſancti Hieronymi, & incipit Chronicon Proſperi & Sigeberti.* 5 *Hic Theodoſius à Gratiano apud Syrmium creatus eſt Imper. Orientalis, vir admodum religioſus.*

 1 *Al.*

In dic	*Anni ab urbe condita.*			*An. Sec. Hal.*	*Chr. Sec. Con.*
8	1133	2 Gratianus A. v. in occid.	Theodoſius A. in oriente.	382	380
9	1134	3 Siagrius [1] in oriente.	Eucherius [2] in occidente.	383	381
10	1135	4 [3] Antonius.	Syagrius II.	384	382
11	1136	5 Merobaldus II. occident.	Saturninus in Oriente.	385	383
12	1137	6 Richomer. [4] Occiden.	Clearchus orient.	386	384

Hoc anno apud Lugdunum capto & occiſo Gratiano, item I. Valentiniano in triennium per fœderis ſimulationem à Maximo tyranno ditione Italiæ cæteriſque provinciis ejecto, & ad Theodoſium in orientem profugo, THEODOSIUS ſolus regnat. Maximus vero Italiæ imperat annis V.

13	1138	2 Arcadius.	Bauto.	387	385

THEODOSIUS & ARCADIUS.

14	1139	3 Honorius Nob. P.	Evodius.	388	386

VALENTI. II. THEODOS. & ARCAD.

15	1140	4 Valentianus A. IV.	Eutropius.	389	387
1	1141	5 Theodoſius [5] A. II. Occid.	Cynegrius orient. [6]	390	388
2	1142	6 Fl. Timaſius.	Fl. Promotus.	391	389
3	1143	7 Valentinian. A. v. [7]	Neoterius.	392	390
4	1144	8 [8] Ti. fabius Titius.	Symmachus, cujus epiſt. extant.	393	391
5	1145	9 Arcadius A. II. Orient.	Rufinus Occid.	394	392

Hoc anno Id. Majii Valentinianus Viennæ laqueo ſtrangulatur per Arbogaſten, & Eugenius imperat Occidenti ann. II. menſ. IV. dies XII. Proſper, &c.

THEO-

1 *Al.* Evagrius. 2 Al. *Eucharius..* 3 *Hic Præfect. P. Cal. ſæpe nominatur in C. Th.* 4 *Al.* Riclimer. 5 *Veniſſet cum eo adverſus Maximum bellaturus;* 6 *Theodoſius Maximum interficit, & Valentinianum Imperio Occidentis reſtituit.* 7 *Al.* IV. *Onufr.* 8 *Hujus meminit Symmach. in epiſt. & Anſonius in epiſtola ab Probum.*

2 *Hoc*

Anni ab urbe condita.				*Ann. Chriſt.*	
Indic.				*Sec. Hal.*	*Sec. Cont.*
		THEODOSIUS, ARCADIUS & HONORIUS.			
6	1146	10 Theodoſius [1] A. III.	Fl. Habundantius.	395	393
7	1147	11 Arcadus A. III.	Honorius A. II.	396	394
8	1148	12 [2] Olybrius.	Probinus. [3]	397	395
		ARCADIUS & HONORIUS filii THEODOSII quorum ille Orienti, hic Occidenti præfuit.			
9	1149	2 Arcadius A. IV.	Honorius A. III.	398	396
10	1150	3 [4] Cæſarius Orient.	Atticus Occid.	399	397
11	1151	4 [5] Honorius A. IV.	Eutychianus. [6]	400	398
12	1152	5 Eutropius. [7]	Theodorus.	401	399
13	1153	6 Fl. Stilico.	Fl. Aurelianus Orient.	402	400
14	1154	7 Vincentius.	Fravitta Orient.	403	401
15	1155	8 Arcadius A. V.	Honorius A. V.	404	402
		ARCADIUS, HONOR. & THEODOSIUS Jun.			
1	1156	9 Theodoſius A.	Rumoridius.	405	403
2	1157	10 Honorius A. VI.	Ariſtenætus.	406	404
3	1158	11 Fl. Stilico II.	Anthemius.	407	405
4	1159	12 Arcadius A. V.	Probus.	408	406
5	1160	13 Honorius A. VII.	Theodoſius A. II.	409	407
6	1161	14 Baſſus. [8]	Philippus.	410	408
		HONORIUS & THEODOSIUS Jun. octo tunc annorum, vir pius, ſed parum in bellicis rebus verſatus.			
7	1162	15 Honorius A. VIII.	Theodoſius. A. III.	411	409
8	1163	16 Fl Varro. [9]	Tertullus.	412	410
		Secundum Sigebertum anno IX. Kal. Septemb. Roma primum capta à Gotthis, duce Alarico, qui tamen præda contentus, victoria nimis			

1 Hoc anno Theodoſius alterum filium Honorium Auguſtum Conſtantinopoli appellat. 2 Hoc anno Eugenium ſuperat Theodoſius, & is deinde 16. Kal. Februar. moritur. 3 Hoc anno Ruſinus à Stilicone interfectus eſt. Proſper. 14 Toto orbe Romano antiqua ſuperſtitionis templa deſtructa. Proſper. 5 Io. Chryſoſtomus epiſcopus ordinatur. 6 Auguſt. lib. 18. de civit. Dei c. ult. ait. 336. poſt Pentecoſten, qua Apoſtoli acceperunt Spiritum ſanctum, quod ſi addas 31. Chriſti videlicet ætatem, fient anni 398. Itaque cum meam numerationem ſecutum aperat, ſed ſi verius Chriſtum XXXIV anno paſſum, fient 400. ut in priore computatione Euſebii. quam ſequutum per omnia Auguſt. conſtat. 7 In magiſtratu occiſus & nomen ejus è faſtis eraſum. Socrat. lib. 6. cap. 5. 8 Mortuus eſt hoc anno Arcadius. 9. Al. Varrari.

1 *Al.*

Anni ab urbe condita. *Ann. Chriſt.*

Indic.					*Sec. Hal*	*Sec. Cont.*
			mis inſolenter uſus non eſt. Proſper. Oroſius vero id ad ſequentem annum refert.			
9	1164	17	Theodoſius A. IV. & ſolus.		413	411
10	1165	18	Honorius A. IX.	Theodoſius A. V.	414	412
11	1166	19	Lucius v. c. [1]	Herodianus. [2]	415	413
12	1167	20	Conſtans.	Conſtantius.	416	414
13	1168	21	Honorius A. X.	Theodoſius A. VI.	417	415
14	1169	22	Theodoſius A.	Palladius.	418	416
15	1170	23	Honorius A. XI.	Conſtnntius II.	419	417
1	1171	24	Honorius A. XII.	Theodoſius A. VIII.	420	418
2	1172	25	Maximus. [3]	Plinta.	421	419
3	1173	26	Theodoſius A. IX.	Conſtantius III.	422	420
4	1174	27	Euſtachius.	Agricola.	423	421
5	1175	28	Honorius A. XIII.	Theodoſius A. X.	424	422
6	1176	29	Aſclepiodorus.	Marinianus.	425	423
			THEODOS. JUN. ſolus.			
7	1177	30	Caſtinus.	Victor.	426	424
8	1178	1	Theodoſius A. XI.	Valentinianus Cæſar.	427	425
			THEODOS. JUN. & VALENTINIAN. III.			
9	1179	2	Theodoſius A. XII.	Valentinianus A. II.	428	426
10	1180	3	Hierius.	Ardaburius.	429	427
11	1181	4	Felix.	Taurus. [4]	430	428
12	1182	5	Florentius.	Dionyſius.	431	429
13	1183	6	Theodoſius A. XIII.	Valentinianus A. III. [5]	432	430
14	1184	7	Baſſus.	Antiochus.	433	431
15	1185	8	Aetius.	Valerius.	434	432
1	1186	9	Theodoſius A. XIV.	Maximus.	435	433
2	1187	10	Ariovindus.	Aſper.	436	434
3	1188	11	Theodoſius A. XV.	Valentinianus A IV. [6]	437	435
4	1189	12	Iſidorus.	Senator.	438	436
5	1190	13	Aëtius II.	Sigiſvultus. [7]	439	437

6 1191

1 *Al.* Lucianus. 2 *Hujus Herodiani memoria ob crimen perduellionis damnata fuit, & in magiſtratu occiſus eſt, & nomen ejus è faſtis eraſum eſt, nec citatur in l. 6. C. de juriſdictione, quæ Lucium tantum habet.* 3 *Al.* Monaxius. *ut C. Theod. 8. 5. 2.* 4 *L. 2. C. de for. & imperationibus actionum ſublatis.* 5 *Hoc anno 430. IX. Kal. April. Venetiarum urbs in rivo alto condi cœpta.* 6 *Anno Chr. 435. Codex Theodoſianus editus, ſi vera eſt Theodoſii in ejus præfatione ſubſcript. Cont.* 7 *In C.* Sigisbuldus *ſcribitur.*

1 *Pro-*

Indic.	*Anni ab urbe condita.*			*Ann. Christ. Sec. Hal.*	*Sec. cont.*
6	1191	14 Theodoſius A. XVI.	Fauſtus.	440	438
7	1192	15 Theodoſ. A. XVII.	Feſtus.	441	439
		Hoc anno Carthago à Vandalis duce Genſericho capta, cum jam per annos 585 in ditione Romani imperi fuiſſet, cujus mentio in C. de off. præf. prætor. Africæ, l 1. in principio.			
8	1193	16 Valentinianus A V.	Anatolius.	442	440
9	1194	17	Cyrus v. c. & ſolus. [1]	443	441
10	1195	18 Eudoxius.	Dioſcorus.	444	442
11	1196	19 Maximus II.	Paterius. [2]	445	443
12	1197	20 Theodoſ. A. XVIII.	Albinus.	446	444
13	1198	21 Valentinianus A. VI.	Nonius.	44[illegible]	445
14	1199	22 Aëtius III.	Qu. Aurel. ſymmachus.	448	446
15	1200	23 Callypius. [3]	Ardaburius. [4]	449	447
1	1201	24 Rufius. Poſthumianus.	Zeno.	450	448
2	1202	25 Protogenes.	Aſterius.	451	449
3	1203	26 Valentinian. A. VII.	Avienus. Obiit Theodoſ. Jun.	452	450
		27 VALENTINIANUS III. & MARTIANUS.			
4	1204	1 [5] Martianus A.	Clo. Adelpæius.	453	451
5	1205	2 Heraclianus.	Aſporatius. [6]	454	452
6	1206	3 Opilio.	Vincomalus.	455	453
7	1207	4 Aëtius.	Studius. [7]	456	454
8	1208	5 Valentinian A. VIII. Occident. in mag. occiſus eſt inſidiis Maximi 16 Kal. April.	Anthemius Orient.	457	455
		Iterum hoc anno caput imperii, & gentium domina Roma, in prædam & direptionem fuit expoſita, ſed Vandalis, qui præter id quod urbem poſt homines natos potentiſſimam omnibus opibus ſpoliarunt, imperialia etiam ornamenta & inſignia duce Genſericho ſecum in Africam tranſtulerunt, ſcri-			

1 Proſper ſcribit: Theodoſianus liber omnium legum legitimorum principum, in unum eo latarum hoc primum anno editus. 2 *Al.* Paternus. 3 *Al.* Alypius. 4 *Anno Christi 447. editus eſt liber Novellarum D. Theodoſii, ut indicat præfatio Theodoſii in eum librum.* 5 *Novella Martiani ad Palladium P. P. ait his conſulibus quartam eſſe indictionem.* 6 *Eucherius epiſcopus Lugd. claret.* 7 *Al.* Aſterius.

1 *Sy-*

Anni ab urbe condita. *Ann. Chriſt.*

ſcribente id Juſtiniano C. off. P. P. Africæ: ut verum tandem ſit, quod M. Varro lib. XVIII. Antiquitatum apud Cenſorium ſcriptum reliquit, Vectium ſe Romæ in augurio non ignobilem, & ingenio cuivis doctori in diſceptando parem, audiviſſe dicentem: Quoniam cxx. annos incolumi. præteriiſſet popul. Romanus, ad M. & CC. perventurum. Quid enim ab eo tempore urbs Roma, vel imperii, vel majeſtatis habuit, quæ (ſi vetera memoria repetimus) improbiſſimo cuique maxime ſemper patuit, tot incurſiones barbararũ gentium, tot oppreſſiones tyrannorum, tot calamitates perpeſſa, donec ad extremum miſera in ſummis malis conſenuit?

Indic.				*Sec. Hal.*	*Sec. Cont.*
		MARTIANUS ſolus.			
9	1209	6 Joannes.[1]	Varari.	458	456
10	1210	7 Conſtantinus.	Rufus.	459	457
		LEO & MAJORIANUS.			
11	1211	1 Leo A.	Majorianus A	460	458
12	1212	2 Patricius.	Richimer.	461	459
13	1213	3 Magnus.	Apollonius.	462	460
14	1214	4 Severinus.	Dagalaiphus.	463	461
		LEO & SEVERUS.			
15	1215	5 Leo A. II.	Severus A.	464	462
1	1216	6 Baſilius.	Vivianus.	465	463
2	1217	7 Ruſticus.	Olybrius.	466	464
3	1218	8 F. Baſilius.	Hermincrichus.	467	465
		LEO & ANTHEMIUS.			
4	1219	9	Leo A. III. & ſolus.	468	466
5	1220	10 Buſeus.	Joannes.	469	467
6	1221		Anthemius A. II. & ſolus.	470	468
7	1222	11 Martianus.	Zeno Iſauricus.	471	469
		12	LEO ſolus.		
8	1223	13 Jordanes.	Severus.	472	470
9	1224	14 Leo A. IV.	Probianus.	473	471
10	1225	15 Feſtus.	Martianus.	474	472

Leo

1 *Synodus Calchedonenſis. Proſper.*

1 *Al.*

Anni ab urbe condita.				*Ann. Chr.*	
Indic.				*Sec. Hal.*	*Sec. Cont.*
11	1226		Leo A. V. & ſolus.	475	473
			LEO JUNIOR & ZENO ISAURICUS.		
12	1227	16	Leo Junior A. & ſolus.	476	474
		1	ZENO ISAURICUS ſolus.		
13	1228	2	Poſt Conſulatum Leonis Junioris A.	477	475
14	1229	3	Fl. Baſilius II. Armatius.	478	476
15	1230	4	Poſt Conſulatum Baſilii II. & Armatii.	479	477
1	1231	5	Ellus [1] v. c. & ſolus.	480	478
2	1232	6	Zeno A. II. & ſolus.	481	479
3	1233	7	Baſilius & Junior v. c. & ſolus.	482	480
4	1234	8	Placidus v. c. & ſolus.	483	481
5	1235	9	Severinus v. c. & ſolus.	484	482
6	1236	10	Fauſtus v. c. & ſolus.	485	483
7	1237	11	Theodoricus Rex, Venantius.	486	484
8	1238	12	Symmachus v. c. & ſolus.	487	485
9	1239	13	Decius. Longinus.	488	486
10	1240	14	Fl. Boëtius v. c. & ſolus.	489	487
11	1241	15	Dynamius. Sifidius.	490	488
12	1242	16	Probinus, Euſebius Cronio.	491	489
13	1243	17	Fauſtus Junior v. c. & ſolus.	492	490
14	1244	18	Olybrius Junior v. c. & ſolus.	493	491
			ANASTASIUS.		
15	1245	19	Anaſtaſius A. Rufinus.	494	492
1	1246	2	Albinus v. c. & ſolus.	495	493
2	1247	3	Aſterius. Præſidius.	496	494
3	1248	4	Viator. Aimilius.	497	495
4	1249	5	Paulus v. c. & ſolus.	498	496
5	1250	6	Anaſtaſius A. II. & ſolus.	499	497
6	1251	7	Joannes. Paulinus.	500	498
7	1252	8	Poſt Conſulatum Joannis & Paulini.	501	499
8	1253	9	Joannes. Aſclepion.	502	500
9	1254		Patricius. Hypatius.	503	501
10	1255		Fl. Avienus. Pompejus.	504	502
11	1256	10	Avienus Junior. Probus.	505	503
12	1257	11	Cætheus v. c. & ſolus.	506	504
13	1258	12	Sabianus. Manlius Theodorus.	507	505
14	1259	13	Ariovinius. Meſſala.	508	506

14 Ana-

1 *Al.* Illus v. c.

1 *Al.*

In-dic.	*Anni ab urbe condita.*			*An Chr.* Sec. Hal.	Sec. Cont.
15	1260	14 Anaſtaſius A. III.	Venantius,	509	507
1	1261	15 Anatolius. [1]	Agapitus.	510	508
2	1262	16 Venantius Junior.	Celer.	511	509
3	1263	17 Importunus v. c. & ſolus.		512	510
4	1264	18 Boëtius.	Euthericus.	513	511
5	1265	19 Felix.	Secundinus. [2]	514	512
6	1266	20 Paulus.	Muſchianus.	515	513
7	1267	21 Clementius.	Probus.	516	514
8	1268	22	Senator v. c. & ſolus.	517	515
9	1269	23	Aurel. Caſſiodorus v. c. & ſolus	518	516
10	1270	24 Florentinus.	Anthemius.	519	517
11	1271	25	Petrus v. c. & ſolus.	520	518
		26	JUSTINUS.		
12	1272	27 Juſtinus A.	Eutharicus Cillica Amalus v. c.	521	519
13	1273	2 Fl. Ruſticus.	Fl. Vitalianus in magiſt. occiſus.	522	520
14	1274	3 [3] Juſtinianus, qui poſtea Auguſtus.	Fl. Valerius,	523	521
15	1275	4 Symmachus.	Severinus Boëthius Amicius		
		5	Manlius III.	524	522
1	1276	6	Maximus v. c. & ſolus.	525	523
2	1277	7 Juſtinus Auguſt. II.	Fl. Opiliò.	526	524
3	1278	8 Probus. [4]	Philoxenus. [5]	527	525
4	1279	9	Amicius Olybrius v. c. & ſolus.	528	526

Hoc ann. AD IV. Non. Septembr. dominus Theodericus rex mortuus eſt. Fl. Athalaricus Amalus Eutharici Cillicæ filius, III. Italiæ rex, regnat annis VIII.

1 *Al.* Anaſtaſius. 2 *Anno Chriſti 512. Anaſtaſii 20. Synodus I. Aurelianenſis. Sigebert.* 3 *In hoc conſulatu largitionem infinitam ſolidorum, ludorum, ferarum, populo factam ait Marcell. Comes.* 4 *Terræmotus Antiochenus.* 5 *Ioannes Papa Roma egreditur, Conſtantinopolim venit, & diem ſanctum Reſurrectionis in dextro ecclesiæ ſolio Romanis precibus celebravit.*

CHRO-

CHRONOLOGIA ANNORUM, ET CONSULUM,

Ac indictionum Imperii Juſtiniani: in qua continetur quas, quibus annis, leges, & quos Juris libros promulgarit, aut compoſuerit: Antonio Contio juris in Metropoli Biturigum doctore auctore.

Anni Chr.	Ann Imp. Juſt.	Conſules.	Indictiones.	Geſta.
527 Sigebert. Chr.	1	*Mavortio* v.c. *ſolo in Occidente.*	5	*Indictione quinta moritur Iuſtinus Imperator menſe Auguſto, cum jam ante quartum menſem, id eſt, Kalend. Apr Iuſtinianus declaratus eſſet Auguſtus ab eodem Iuſtino patre adoptivo, & avunculo. Hac ex Marcellino, Niceph. lib. Eccl hiſt. 17. c. 7. & notitia quadam manuſcripta, & Novell.* XLVII. *ut præponatur nomen Imperatoris, documentu, excerpſi.* *Extremo hoc anno terræ motu concuſſam civitatem Antiochenam reparat Iuſtinianus, & Theopolin vocat propter hanc inſcriptionem,* CHRISTUS NOBISCUM STATE. *quæ in ſingularum adium ejuſdem civitatis valvis affixa, ſedatus eſt terræmotus. Niceph. lib. 17. c. 3.*
528	2	*Iuſtiniano A.* II. *& ſolo.*	6	1 *Hoc anno Iuſtinianus cœpit componendo & emendando juri operam dare, & priorem ſuum Codicem fieri mandavit l. 1. C. de novo Codic. fac. idib. Februar.*
529	3	*Decio* v. c. *ſolo in Occidente.*	7	2 *Editur prior Codex Idib. April. lib. 1. Cod. de Iuſtin. Cod. confirm. ubi nominatur ſeptima indictio.*
530	4	*Lampadio & Oreſte* vv. cc. *in Occidente.*	8	*Menſe Decembri mandat Iuſtinianus Digeſta componi. Hoc anno edita eſt l. 18. & 19. C. de epiſc. audiend. l. 11. C. de hæret. & alia numeroſa.*
531	5	*Poſt Conſulatum Lampad. & Oreſt.*	9	*Digeſta componuntur. Hoc anno lata eſt l. ult. C. de epiſc. aud. l. penult. C. de hær. & alia numeroſa.*

1 Hoc anno edita l. 17. C. de epiſ. audien. & aliæ multæ.
2 Hoc anno lata eſt l. ult. C. de legib. & aliæ multæ.

532	6	*Poſt Conſul. Lampadii & Oreſtis anno ſecundo.*	10	*Digeſta componuntur.* *Hoc anno lata eſt l. ult. C. de haret. l. ult. C. de repud. hared. l. ult. C. ad leg. Iul. de adulter. & alia multa.*
533	7	*Iuſtiniano A.* III. *ſolo.*	11	*Menſe Novembri eduntur Inſtitutiones, & ſequenti menſe Decembri eduntur Digeſta. Hoc anno Marcellinus computat Indictionem* II. *nec contraria eſt l. tanta C. de vet. jure enucl. qua numerat 12. illa enim ſcripta eſt menſe Decembri, quo jam 12. indictio currebat, qua cœperat ab 8. Kal. Octobr.*
534	8	1 *Iuſtin.* A IV. *& Decio Theodoro Paulino v. c. Conſſ. hic Paulinus fuit ultimus conſulum veteris Roma: nam poſt hunc nulli creati ſunt, obſtante ſcilicet bello Gotthico.*	12	2 *Editur novus Codex Iuſtiniani menſe Novembri, priore abrogato. l. 1. C. de emendand. Cod. Iuſtin. & ſecunda ejus edit. Hoc anno compoſita eſt l. ult C. de jurejurando propter calumniam. & l. unica. C. de caduc. tollen. & l. ult. C. de legitim. hared. &c.*
535	9	*In 2 tomo Conciliorum epiſt. Silverii Pap ſic ſubſcripta eſt, Iuſtiniano v. & Biliſ. v. c. Conſſ. Bil. v. c. Conſ. & ſolo in Oriente.*	13	*Hoc anno varia Novella leges à Iuſtiniano ſunt edita, & ſtatim Ka end. Ianuar. emiſſa eſt Novell. 1. de hered. & Falc. & deinde Martio menſe Novella 2. & ſequent diebus & menſibus, Novell. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. & ſeq. uſque ad 17 Epiphanius epiſc. regia urbis Conſtantinop. moritur, cujus epiſcopatum contra canones Anthemius Trapezuntina eccleſia relicta, invadit Ammian.*
536	10	*Poſt conſ. Biliſarii* v. c.	14	*Hoc anno edita ſunt Novella 17, 18, 19, 20 & ſeq. uſque ad Novell. 38. Vitiges* v. *Italia rex regnat annis* IV.
537	11	*Poſt conſ. Biliſarii* v. c. *anno ſecundo.*	15	*Hoc anno edita ſunt Novella 38, 39, & ſeq. uſque ad 64. Eodem anno Biliſarius Romam expulſis Gotthis in Iuſtiniani ditionem reducit menſe Decembri, ſine cade, artificio Silverii Papa. Procop. Niceph.*

1 Mortuo Athalarico Theodatus cum Almaſiunda Italiæ, & Oſtrogotthis imperare cœpit. *Sigebert.* 2 Bellum Gotthicum Italicum.

Hoc anno Italiam fames urget. *Sigebert.* Ejus meminit Juſtin. in edictis, de formula artificum & de contractu Argentariorum.

538	12	*Ioan. v.c.conſ.*	1	*Eduntur Nov. 64. & ſeq. uſque ad Nov. 78.*
539	13	*Appio v.c ſolo in Nov ſcribit. Arione conſ.*	2	*Eduntur Novell. 78, 79, & ſeq. uſque ad Novell. 98.*
540	14	*Fl. Iuſtino Iuniore v.c. conſ. in Oriente.*	3	*Eduntur Novell. 98. & ſeq. uſque ad Nov. 107. Ildenaldus* VI. *Italia Gotthorumque rex, ann. 1.*
541	15	*Fl. Baſilio v.c. conſ ſolo in Oriente.*	4	1 *Eduntur Novell. 107, 108. & ſeq. uſque ad Novell 116. Araticus Rogus* VII. *Italiæ rex regnat menſes 3. cui ſuccedit Totilas Baduilla.*
542	16	*Poſt C. Baſ. v.c.*	5	*Eduntur Novella 116. & 117.*
543	17	*Poſt conſ. Baſil. anno 2.*	6	*Editur Novell. 118. ut ex ejus textu colligo. Totila urbem Romam capit. Sigeb.*
544	18	*P. c. Baſ. an. 3.*	7	
545	19	*P. c. Baſ. an. 4.*	8	
546	20	*P. c. Baſ an. 5.*	9	*Narſes Totilam occidit, poſt quem extinctum Theias Oſtrogotth. regnum reſuſcitare nititur.*
547	21	*P. c. Baſ. an. 6.*	10	
548	22	*P. c. Baſ. an. 7.*	11	*Novell. 137. Theias rex Oſtrogotthorum à Narſete perimitur. Sigeber.*
549	23	*P. c. Baſ. an. 8.*	12	
550	24	*P. c Baſ. an. 9*	13	*Theodeberto regi ſuccedit Theobaldus filius.*
551	25	*P. c. B. an. 10.*	14	*Edictum de Vicario Pontica. Quinta ſynodus univerſalis celebratur. Sigeb.*
552	26	*P. c. B. an. 11.*	15	2 *Hucuſque hiſtoria Iordani Epiſc. pervenit.*
553	27	*P. c. B. an. 12.*	1	*Novell. 148.*
554	28	*P. c. B. an. 13.*	2	*Narſes Bucellinum & Amingum Duces Francorum peremit. Sigeb. & Marcellin.*
555	29	*P. c. B. an. 14.*	3	
556	30	*P. c. B. an. 15.*	4	3 *Lotharius rebellantes contra ſe Saxones, & eis auxiliantes Thuringos & filium Chrannum, fratrem quoque Childebertum eidem Chranno conjurantem vicit. Sigeb. & Marcel.*

1 Hic Baſilius poſtremus fuit omnium Conſulum ordinariorum, tam Orientalium, quam Occidentalium. 2 Pelagius Epiſcopus Romanus eligitur. Hic inſimulatus de morte Vigilii Papæ: tenens ſancta evangelia & crucem jurejurando publice ſe purgavit. *Sigeb. & Marcell.* Eodem anno S. Medardus Noviomenſium & Tornatenſium epiſcopus obiit. 3 Theobaldus Rex Franc. moritur.

557	31	P. c. Baſ. a. 16.	5	
558	32	Poſt Conſ. Baſ. anno 17.	6	*Novell. 142. De luxuriantibus contra naturam, in edit. Scrimg. Gregorius filius Gordiani ſenatoris Romæ adoleſcit, qui ſex monaſteriis in Sicilia fundatis, & ſeptimo Romæ in domo ſua, ex prætore urbano factus monachus, claret poſtea Papa Romanus.*
559	33	P. c. Baſ a. 18.	7.	*Edictum Iuſtiniani de Ægyptiis libripendius, in Scrimgerian. editione Childeberto Francorum regi ſucceſſit frater ejus Lotharius, atque ita duplex regnum Francorum in unam monarchiam coaluit Idem ſcribit Marcellinus, & addit Hildebertum ſepultum Pariſiis in Baſilica ſancti Vincentii a ſe conſtructa.*
560	34	P. c. Baſ. a. 19	8	
561	35	P. c. Baſ. a. 20.	9	
562	36	P. c. Baſ. a. 21.	10	*Quidam Imperatorum extinguere conantur, quo nomine Beliſarius accuſatus ab Imperatore abſolutus eſt Sigebert.*
563	37	P. c. Baſ. a. 22.	11	*Lotvarius Francorum Rex Chrannum filium ſuum diu contra ſe rebellantem, in Britinniam fugientem perſecutus, primum quidem Chombrum Regem, vel (ut 1 Sigebertus ait) ducem Britannum, qui Chrannum juvabat, peremit, filium verò Chrannum captum cum uxore & filiabus vivum comburi juſſit, igne in vilem caſam, qua eos includi juſſerat vinctos, immiſſo.*
564	38	Poſt conſ. Baſ. anno 23.	12	*Iuſtinianus jam antea mente captus moritur, cum 38. annos & octo menſes regnaſſet. Nicephorus lib. 17. cap. 31. poſt quem imperium tenuit Iuſtinus junior filius ſororis Dn. Iuſtiniani, qui nihil dignum Imperatore egit, niſi quod Epiſcopos ob cauſam fidei, Iuſtiniani juſſu exules, reſtituit; Nicephorus ibidem cap. 33. Poſt hæc captum eſt numerari tempus per annos Chriſti: deficientibus Conſulibus, in veteri præſertim Roma.*
565	39	P. c. Baſ. a. 24.	13	

1 Hæc ex Sigeberto manuſcripto, & Chronico Gallica Lingua conſcripto manuſcripto, & Marcellino Comite, qui tamen impreſſus vitioſe Chriſtianum nominat, qui eſt Chrannus, & hæc ad annum Chriſti 558. referre videtur. 3 Anno Domini 564. Lothario Franc. Regi ſuccedunt quatuor filii, Chilpericus, qui Sueſſione, Herebertus qui Pariſiis, Guntrannus qui Aurelianis, Sigebertus qui Metis ſedem regni conſtituerunt. *Sigeb.* 3 In Sigeberto meo manuſcripto fideliſſimo ſcribitur, mortuo Juſtiniano, ſucceſſiſſe filium ejus Juſtinum Juniorem, anno Domini 565. quo anno Chilpericus Franc. Rex regnare cœpit.

CHRONOLOGIA IMPERII UTRIUSQUE, ORIENTIS & OCCIDENTIS, ſive GRÆcorum & Germanorum; Et Juris tam Canonici quam Civilis in utroque conditi: ab exceſſu JUSTINIANI AUG. IMP. (in quo FREYMONIUS, CONTIUS, GIFANIUS, alique deſinunt) uſque ad excidium urbis CONSTANTINOPOLIS, & imperii Orientalis finem: ad Juris pariter & Hiſtoriarum cognitionem apprime utilis.

MARQUARDI FREHERI JC. OPERA.

Ann. Chriſt.

ORIENS.	Ann. Chriſt.	OCCIDENS.
	564	FRancorum Rex Clotharius obit, reliĉtis filiis Heriberto, Guntramno Sigeberto, Chilperico: qui regnum inter ſe diviſerunt. Greg. Turon. Aymoin. Trithem. ex Hunibaldo. Meminit Francorum & Agathias.
JUſtinus II. Juſtiniani ex ſorore nepos XIX. poſt Conſtantinum M. Orientis Imperator, regnavit annis XII. Evagr. Marcelin. Comes, qui in hoc deſinunt. Corrippus. Africanus Grammaticus ſcripſit ei panegyricum Carmen. Novellæ ejus quædam extant, poſt Novellas Juſtiniani.	566	
Fl. Longinus patricius, Narſe mortuo, à Juſtino Imp. miſſus, reliquum Italiæ, quod Longobardi non occupaverant, Imperatoris Conſtantinop. nomine, Exarchatus ti-	568	Longobardi, duce ALBOINO, Andoini filio Italiam invadunt: ubii pulſis præſidiis Imperat. Orientis, regno ſuo inſtit. Italiam omnem, præter Romam, ſub ditione ſua tulo

ORIENS.		OCCIDENS.
tulo obtinet, ſe de præſidatus ſui Ravennæ conſtituta. Exarchatus hic à Longino ad Eutychum duravit annos CLXXV. Carol. Sigonius de regno Italiæ, hinc incipit.		annos CCVI. retinuerunt, Paul. Diacon. II. Longobard. & XVI. Miſcell. in fin. Greg. Turon. Aymoin.
Iohannes IV. *Epiſcopus Alexandrinus* 44.	569	LEUVIGILDUS rex Wiſigothorum in Hiſpania, leges ab Eurico Rege prius cœptas, recognovit, correxit, & auxit. Extant excuſæ Pariſ. 1579.
Gregorius Monachus, Epiſcopus Antiochenus 63. Julianus, anteceſſor Conſtantinop. hoc tempore vivit, cujus extat verſio Novellarum Juſtiniani, dictatum de tutoribus, & alia.	570	
	571	CLEPHIS II. rex Longobardorum.
	575	BENEDICTUS BONOSUS, *Epiſcopus Romæ veteris* 63. *Martin. Polon. Platina.*
Eutychius Epiſcop. Conſt. reſtitutus. FL. TIBERIUS II. Imp. regnavit annos VI. Zonar. Cedren. P. Diac. XVII. Miſcel. Ejus conſtitutio, De divinis domib. poſt Novellas Juſtiniani.	576	
Eulogius, Epiſcopus Alexandrinus 45.	577	
Iohannes IV. *Epiſcop. Hieroſolymorum* 59.	578	
	579	PELAGIUS II, *Romæ veteris Epiſcopus* 64. *Synodus Gradenſis.*
Iohannes IV. *Iejunator dictus, patriarcha Conſtantinop. qui poſtea OEcumenici titulum affectavit.*	580	
MAURICIUS Imp. Tiberii gener, regnavit annos XIX. Zonar. Cedren P. Diac. Niceph. XVII. c. XXI. Theophylactus Simocatus hujus	583	FL. AUTARIS, Clephis F. III. Longobardorum rex.

gesta

ORIENS.		OCCIDENS.
geſta conſignavit.		Garibaldus dux Bojoariæ, quam tunc à Regibus Franci in beneficium tenebat, Trithem. in Franc. & Bojoar. Leges ejus gentis de hoc tempore extant in Originibus Germanicis.
Fl. Smaragdus patricius V.C. II. Italiæ Exarchus.	584	
Fl. Romanus patricius V.C. II. Italiæ Exarchus.	587	
	588	AGIULPHUS IV. rex Longobardorum. Cujus uxor Theodelinda Garibaldi F. ad quam B. Gregorius Magnus quatuor libros Dialogorum ſcripſit. P. Diac. IV. Longobard. VIII. Trithem. & Andr. Ratisbon. in Bojoaric.
Synodus Conſtantinopolitana.	589	
	590	GREGORIUS MAGNUS 65. *Epiſc. Rom. Beda. Hic primus, Servum ſervorum Dei ſe nominavit, & Iohanni Conſtantinop. OEcumenici titulum derogavit.* IV. *Epiſt.* LXXX. *Pet. de Natalib.* III. c. 192.
Mauricius Theodoſium filium creat Auguſtum die paſchatis, 15 Aprilis. Imperavit cum patre annis XI. m. VII. Zonar. Cedr. Niceph. Diacon.	591	*Synodus Matiſconenſis tertia.* *Synodus Lugdunenſis & Pictavenſis.*
Anaſtaſius Sinaita, Epiſcopus Antiochenus 62.	593	
Amos vel Heamus, Epiſcopus Hieroſolymitanus 60.	594	
	595	*Synodus Toletana.*
Cyriacus Epiſcopus Conſtantinop. 32.	596	*Synodus Romana.*
Fl. Gallinicus patricius V.C. IV. Exarchus Italiæ.	598	
Anaſtaſius II. *Epiſcopus Antiochenus* 64.	599	
	600	*Synodus Metenſis.*
PHOCAS Imp. occiſo Mauricio cum tota domo, regnat	602	Garibaldo mortuo, Taſſilo dux Bojoariæ à Lothario rege

ORIENS.		OCCIDENS.
annos octo, Æona. Cedr. Glyc. Niceph. Diac. qui in hoc deſinit. Beda II. Angel. IV.		Francorum conſtituitur. Trithem. Aymon. *Synodus Anglicana.*
Fl. Smaragdus Exarchus iterum. *Iſaicus vel Iſicius, Epiſc. Hieroſol.* 61.	604	*Sabinianus Epiſcopus Rom.* 66.
Theodoſius Scribo Epiſcopus Alexandrinus 46.	605	BONIFACIUS *tertius Papa Ro.* 67. *Hic primus in contentione de primatu cum patriarcha Conſtantinopolitani, obtinuit à Phoca Imp. ut ſedes Romana eſſe caput Eccleſiar. Autoribus Beda, P. Diacono, Freculpho, Adone, Aymoino, Friſingenſi, M. Polono, Contracto, Viterbienſi. Synodus Romana.*
	606	BONIFACIUS IV. *Papa Romanus.* 68.
Thomas Diaconus, Epiſcopus Conſtantinop. 34.	607	
Sergius Epiſcopus Conſtantinop. 35.	609	*Synodus Lucenſis in Hiſpania.*
Iohannes V. *cognomento Eleemoſyndrius, Epiſcopus Alexandrinus* 47. *Zacharias epiſcopus Hieroſolym* 62.	610	*Synodus Romana, & Bracarenſis, in Hiſpania.*
FL. HERACLIUS Imp. annis XXX. Zonar. Cedr. Glyc. P. Diac. Suidas. Hujus conſtitutiones nonnullæ apud Bonefid. in jure Orientali, qui ab hoc incipit.	611	
Fl. Iohannes Lemigius V. Exarchus Italiæ.	612	*Synodus Matiſconenſis.*
Heraclius Imp. Conſtantinum filium cæſarem facit: qui cum eo regnavit annos 28.	613	DEUS-DEDIT *Papa Romanus* 69.
	614	FL. ADALUARIUS Agiluphi

Fl.

ORIENS.		OCCIDENS.
		F. v. Rex Longobard. regnavit annos x.
Fl Eleutherus Imp. Cubicularius, VI. Exarchus Italiæ.	616	
	617	Bonifacius *Papa Rom.* 70
Iſaciuspatricius V. C. VII. Exarchus Italiæ.	619	
Georgius II. *Epiſt. Alexandrinus* 48.	620	
Mahomet natus anno 560. fit dux Arabum, cujus poſteritas mirifice crevit, donec totum tandem Orientis Imperium occuparet. Theophanes, Anaſtaſ. Bibliothecar, P. Diac. XVIII. Miſcell. Chronica Saracenica per Leuncl. Crantzhem. Drechſler.	622	Honorius *Papa Rom.* 71.
	631	*Synodus Toletana quarta.*
Mahomet moritur, & à ſua ſecta deinceps pro Deo colitur. *Pyrrhus* XXXVI. *Epiſcopus Conſtantinopol.*	632	
Ægyptum Saraceni occupant.	635	*Synodus Hiſpalenſis.*
Hieroſolymam poſt biennii obſidionem Saraceni, duce Homare, capiunt, ſedemque regni ibi conſtituunt *Hieroſolymorum Epiſcoporum ſuceſſio deinceps obſcura.*	636	Fl. Rotharis Harodus, VII Rex Longobardorum. Hic mores & inſtituta Longobardorum in ſcriptum redegit, & Edictum vocavit: Cui ſequentes deinceps Reges quædam addiderunt. Extant in Originibus Germanicis, & in quibuſdam editionibus Corporis Juris, poſt uſus Feudorum, cum gloſſis D. Caroli. Cotti, Siculi, & Andreæ de Baculo, & Boëtii.
Perſia tota in Saracenorum poteſtatem venit.	637	*Synodus Toletana quinta.* Severinus *Papa Rom.* 72.

ORIENS.		OCCIDENS.
Synodus Hieroſolymitana.	638	JOHANNES. IV. P. *Rom.* 73. THEODORUS *Papa Rom.* 74. Arnulfus Arnoldi F. Antegiſi N. Pipini avus, Caroli atavus, Epiſcopus Metenſis.
Petrus epiſcopus Alexandrin. 50.	640	
CONSTANTINUS IV. imperat ſex menſes, à Martina noverca veneno ſublatus. Zonar. Cedren. HERACLEONAS Imp. regnat menſes XI. mox coactus abdicat cum matre Martina. CONSTANS II. Imp. regnat annos XXVII. Zonar. Cedr. Glyc.	641	
Theodorus Calliopa patricius VIII. Italiæ Exarchus.	642	
Paulus II. *Epiſcopus Continop.* 37.	643	
	645	Synodi in Africa tres contra Monothelitas.
Cyprus inſula à Saracenis occupatur.	647	MARTINUS *Papa Rom.* 75. *Synodus Toletana* VII.
Olympius patricius v.c.IX. Italiæ Exarchus.	639	
	650	*Synodus Hiſpanienſis, contra Monothelitas.*
Macarius Monothelita, epiſcopus Antiochenus 57.		
	651	FL. RODOALDUS, Rotharis F. VIII. rex Longobardorum.
	652	*Synodus Romana, contra Monothelitas.*
Petrus patriarcha Conſtant. 38. Theodorus Calliopa patricius iterum Exarchus.	653	
CONSTANS Imperator Heraclium Conſtantinum V. Cæſarem facit.	654	EUGENIUS *Papa Rom.* 76.
Rhodus à Saracenis ſpoliatur.	655	
Thomas ſecundus patriar.	656	ARIBERTUS Gondoaldi F.

tha

ORIENS.		OCCIDENS.
		IX. rex Longobardorum.
cha Conſtantinop. 39.		*Synodus Toletana* VIII.
	657	VITALIANUS *Papa Rom.*
	658	77. *Synodus Cabilonenſis in Gallia, & Toletana* IX.
	659	*Synodus Toletana X.*
Hereſis Charurgitarum.	660	
	664	*Synodus Britannica, de controverſia Paſchatis.*
	666	GRIMOALDUS, Arichis F. ex Beneventano duce XI. Rex Longobardorum. Hic addidit quædam legibus Longobardicis à Rhothari latis. Paul. Diac. V. Longobard. c. 33.
CONSTANTINUS V. Pogonatus Imperator regnat annos XVI. Cedren. Zonar. Glyc. Diac. Ejus novellæ apud Bonefid. & Leuncl.	669	
	672	A-DEO-DATUS *Papa Rom.* 78.
	673	*Synodus Herudfordiana in Anglia.*
	674	*Synodus Toletana* XI. *&* *Bracarenſis* III.
Iohannes Epiſcopus Conſtantinop. 40.	675	PERTARITUS Ariberti F. XIII. Rex Longobardorum.
	676	DOMUS *Papa Rom.* 79.
Conſtantinus Epiſ. Conſtantinop. 41,	678	
	679	AGATHO *papa Rom.* 80. *Synodus Azunifordiana in Britannia.*
Theodorus Epiſcopus Conſtantin. 42.	680	*Synodus Romana, & Hedilfeldenſis in Britannia.* *Synodus Toletana* XII.
Synodus OEcumenica VI. *Conſtantinopolitana* III. *contra Monothelitas.* *Theophanes, epiſcopus Antiochenus* 68.	681	

Geor-

ORIENS.		OCCIDENS.
Georgius Epiſcopus Conſtantin. 43.	682	Leo II. *Papa Rom.* 81.
	683	*Synodus Toletana* XIII. Benedictus *Papa Rom.* 82.
Constantinus Imper. Iuſtinianum II. filium ſuum Cæſarem facit.	684	
	685	Johannes V. *Papa Rom.* 83.
Justinianus II. Imper. regnat annos X. Zonar. Cedr. Glyc. Diac. Suid. *Sexta Synodus Conſtantinopoli continuata.* *Alexander* II. *epiſcopus Antiochenus* 69.	686	*Synodus Gallicana.* Cuno *Papa Rom.* 84. Sergius *Papa Rom.* 85.
Paulus III. *patriacha Conſtantin.* 44. Johannes Platina patricius X. Italiæ Exarchus.	687	
	690	*Toletana ſynodur* XIV. XV. XVI.
	693	Chunibertus Perthariti F. XIV. rex Longobardorum.
Callinicus patriarcha Conſtantin. 45.	694	
Justinianus Imper. coactus imperium abdicat. Leontius per tyrannidem imper. occupat, quod tenuit annos III. Zonar. Cedr. Diac.	696	
	697	*Synod. Niddenſis in Anglia.*
Leontius cogitur imperio ſe abdicare, quod Tiberius Aspimarus occupat, qui id tenuit annos circiter VII Zonar. Diac. Glyc.	699	
	700	*Synodus Aquilegienſis.*
	701	Johannes VI. *Papa Rom.* 86.
Theophylactus patricius XI. Italiæ Exarchus. *Mortuo Alexandro* II. *epiſcopo Antiocheno, ſedes ea*	702	

ſine

ORIENS.		OCCIDENS.
ſine epiſcopis fuit annis XL.	704	*Synodus Anglica.*
Saracenis comitia prohibentibus.	705	LUITBERTUS XV. & filius ejus RAGUMBERTUS XVI. rex Longobardorum. JOHANNES VII. *Papa Rom.* 87.
Apſimaro abdicante & occiſo Juſtinianus II. Rhinotmemetus dictus, Cherſona ab exilio rediens Imperium recipit. *Cyrus Epiſcopus Conſtantin.* 46.	706	ARIBERTUS Junior XVII. rex Longobardorum.
	707	SITINNIUS *Papa Rom.* 88.
	708	CONSTANTINUS *Papa Rom.* 89.
Johannes Tizocopus patricius XII. Italiæ Exarchus.	710	
	711	*Synodus Londonienſis in Anglia, pro Imaginibus.*
PHILIPPICUS BARDANES Imper. regnat annos II. Zonar. Diac. Glyc. Suid. *Iohanes Patriarcha Conſtantin.* 47.	712	
Synodus Conſtant. I. contra Imagines.	713	*Synodus Romana pro Imaginibus prima.*
	714	Carolus Martellus apud reges Francorum Major domus, ſive Comes Palatinus, præclare res agit, & fines regni late profert. Aymoin. P. Diac. Regino. Schaffnaburg. Trithem.
ARTEMIUS ANASTASIUS Philippico abdicante Imp. regnat annum I. *Germanus confeſſor patriarcha Conſtantinop.* 48. Fl. Scholaſticus patricius XIII. Italiæ Exarchus.	715	
THEODOSIUS IV. Imp. Adramitenus dictus, regnat menſes VII.	716	GREGORIUS II. *Papa Rom.* 90. *Synodus Romana* II. *pro Imaginibus.*

LEO

ORIENS.		OCCIDENS.
Leo III. Iconomachus dictus, regnat annos xxiv. Zonar. Cedr. Glyc. Suid. P. Diac. qui in hoc deſinit, eumque continuat Ludolphus ſagax.	717	
	718	Ansprandus XVIII. & filius ejus Luitprandus xix. rex Longobardorum. Hic multa addidit legibus Longobardicis.
Leo Imp. Conſtantinum VI. Copronymum dictum, Cæſarem facit, qui cum eo regnat annos XXI.	720	*Synodus Germanica à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino celebrata. Sigeber.*
	724	Theodericus Dagoberti F. rex Francorum. Aymoin. Gagnin. Trithem.
Paulus Patricius xiv. Italiæ Exarchus. *Synodus Orientalis in Syria pro imaginibus, Iohannis Damaſceni opera coacta.*	725	Beda venerabilis, Anglo-Saxo, vir doctiſſ.
Eutychius patricius xv. Ital. Exarchus.	727	
Anaſtaſius, abdicato Germano, Patriacha Conſtantinop. 49. *Synodus Conſtantin. contra imagines.*	730	
	731	Georgius III. *Papa Rom. 91.* *Synodus Romana pro imaginibus,*
	732	*Synodus Auguſtana à S. Bonifacio, qui primus Archiepiſcopus Moguntinus fuit.*
Constantinus VI. Porphyrogenitus, Copronymus dictus, imper. annis XXXV. Zonar. Cedr. Niceph.	741	Zacharias *Papa Rom. 92.*
	742	*Synodus Romana, & Gallicana, ſub Carolomanno.*

Coſmus

ORIENS.		OCCIDENS.
Coſmus patriarcha Alexandrinus.	743	HILDEBRANDUS XX. & RACHIS XXI. rex Longobardorum. *Synodus Britannica, in Clonetho.*
Theophylactus patriarcha Antiochenus 71.	744	
	745	*Synodus Liſtinenſis, in Gallia.*
	749	AISTULPHUS, XXII. rex Longobar.
	750	PIPINUS Caroli Martelli F. auctoritate Zachariæ pontificis, ex majore domus, fit Rex Francorum, Childerico rege in monaſterium detruſo, Annal. Franc. P. Diac. Regino. Sigebert. Schaffnaburg. Maria. Trithem. Meminerunt & Zonar. & Cedren.
CONSTANTINUS Imp. Leonem IV. filium ſuum Cæſarem facit, qui cum eo regnat annos XXIV. Ravennâ ab Aiſtulpho, rege Longobardorum, capta. Exarchatus Italiæ defecit.	751	
	752	STEPHANUS II. *Papa Rom.* 93.
CONSTANTIUS II. *patriarcha Conſtantinop. 50.*	754	STEPHANUS III. *Papa Rom.* 94.
Synod. Conſtantinop. 338. Epiſcoporum, contra imagines.	755	
	756	DESIDERIUS XXII. Longobardorum rex.
	757	PAULUS *Papa Rom.* 95.
Theodorus patriarcha Hieroſolym.	759	
	765	*Synodus Aſchemenſis in Bojoaria.*
Nicetas patriacha Conſtantinop. 51.	766	*Synodus Dingalofinenſis in Germania.*
Quis poſt Theodorum deinceps Antiochiæ epiſcopus, in-	767	CONSTANTINUS *Papa Rom.* *Synodus in villa Gentiliaco, certum.*

ORIENS.		OCCIDENS.
certium.		*apud Pariſios.*
	768	*Synodus Wormatienſis.* STEPHANUS IV. *Papa Rom.* 96.
	769	CAROLUS MAGNUS, Pipini F. Rex Francorum, victor Saxonum, Danorum, Bojoariorum, Hunnorum, Saracenorum. De quo, præter Annales Franc. & Chronographos ſuperiores, Adamus Bremenſ. Helmold. Eginhard. Turpin. Crantz. poëta incertus, Acciajol. Volaterran.
	779	*Synodns Wormatienſis.* II.
	772	*Synodus Wormatienſis.* III. HARIANUS *Papa Rom.* 97. *Paulus Warnefrid. diacon. Aquileg. hiſtoriographus.*
	774	Deſiderio rege, qui jam Romam infeſtabat, per Carolum Magnum capto, Longobardorum regnum in Italia peremptum, & Francorum regno adjectum eſt.
LEO IV. *regnat annos* IV Zonar. Cedren. Glyc. Ludolph.	775	
LEO Imp. conſtantinum filium Cæſarem facit.	776	
	779	*Synodus Dunenſis.*
CONSTANTINUS VII. Porphyrogenitus Imp. regnat cum Irena matre annos XVI. Zonar. Nicep. Cedr. PAULUS IV. *Patriarcha Conſtantinopol.* 35.	780	*Synodus ad fluvium Lippam, in Saxonia.* Paſſilo dux Bojoariæ, Trithem. Aventin. *Flac. Alcuinus Theologus, Caroli Magni præceptor.*

Tara-

ORIENS.		OCCIDENS.
	782	*Synodus Genuenſis & Ratisbonenſis.*
Taraſius patriar: Conſtantinop. 53.	785	*Synodus Padebornenſis in Saxonia.*
	786	*Synodus Anglicana.*
	788	*Synodus Ingelheimenſis.*
Synodus Nicena II *pro adoratione Imaginum facta: contra quam ex profeſſo ſcripſit Carolus Magnus rex Francorum. Quod opus extat hoc titulo: Opus inluſtriſſimi & excellentiſſimi ſen ſpectabilis viri Caroli, nutu Domini, regis Francorum, Gallias, Germaniam, Italiamque ſive harum finitimas provincias, Domino opitulante, regentis, contra Synodum, quæ in partibus Græciæ, pro adorandis imaginibus, ſtolide ſive arroganter geſta eſt.*	789	
	791	*Academia Pariſienſis fundata.*
	793	*Synodus Romana.*
	794	*Synodus Francfordienſis, contra hæreſin Felicianam.*
	796	LEO III. *Papa Rom.* 98.
Conſtantinus Imp. à matre Irena excæcatur, & coactus ſe abdicat, eaque ſola Imperium Orientis tenet annos V.	797	*Synodus Aquiſgranenſis.*
Conſtantinus moritur.	798	
	801	CAROLUS dictus MAGNUS, ob egregia in Chriſtianum nomen & rem Romanam merita, à S. P. Q. R. Imperator ſalutatur, & à Leone III. Pontifice inunctus conſecratur, imperat annos XIII. Annal. ſuperior. Meminerunt & Zonar. Cedren. Manaſſ. Hic populis ſibi ſubjectis Francis, Saliis, Alemannis, Saxonibus, Anglis, Turingis, Burgundionibus, Ripuariis, Bojoariis, &c.

ORIENS.		OCCIDENS.
		leges dedit, & quas prius habebant, reformavit. Extant in Originibus Germanicis,& mſ. paſſim in Bibliothecis. Item ritus & ceremonias Eccl. reformavit. qui libellus editus per Laz.
NICEPHORUS à Genicis & STAURACIUS Imp. imperant annos VIII. Zonar. Cedr. Glyc. Ludolph.	802	*Synodus Salzburgenſis.*
Thomas patriarcha Hieroſolymitanus.	803	*Synodus Hallenſis.*
Nicephorus Patriarcha Conſtantinop. 54.	806	
	809	*Synodus Aquiſgranenſis.*
MICHAEL Curopolates, & THEOPHYLACTUS Imp. an. I. Zonar. Curopalat, Scyllizes, qui ab hoc orditur.	811	*Synodus Triburienſis.*
	812	*Syn. ad villam Theodonis.*
LEO V. Armenius Imper. regnat annos VII. Zonar. Cedr. Glyc. Ludolph. Sagax, qui in hoc definit. Ejus edictum de imaginibus tollendis apud Zonar. fol. 105. & Bonefid.	813	*Synodi Moguntina, Remenſis, Tmonenſis, Cabylonenſis, Arelatenſis.*
	814	LUDOV. PIUS, Caroli Mag. F. Imp. & rex Francorum regnat an. 26. Annales ſuperior. Theganus, Trithem. in Hirſaung. ab hoc incipit. Ejus leges & capitula Carolinis addita, collecta per Anſegiſum Abbatem Lobienſem: Item Reform. abuſuum Cleri, extant.
Iconomachus Patriarcha Conſtantinop. 55.	815	
	816	STEPHANUS V. *dictus* IV. *Papa Rom. 99.* *Synodus Aquiſgranenſis.*
	817	PASCALIS *Papa Rom.* 100.
MICHAEL. Balbus Imp. regnat annos 8. Zonar. Cedr. Glyc. Suid. *Antonius Caſimatus, Patriarha Conſtantin. 56*	821	

THEO-

ORIENS.		OCCIDENS.
	823	Lotharius Ludovici pii F. Romæ à Papa Paſchali coronatur Cæſar.
	824	*Synodus Wormatienſis, & Pariſienſis de imaginibus.*
	827	VALENTINUS *Papa Rom.* 102.
	828	GREGORIUS IV. *Pap. Ro.* 103.
THEOPHILUS Imp. regnat annos 12. Zonar. Cedr. Glyc. Suid. Fragmentum de ejus nuptiis edidit M. Cruſ. poſt Heliodori Epitomen. Quam rem tangit & Glyc. p. 404. Quædam ejus Conſtitutiones apud Bonefid.	829	*Synodus Moguntina, & Aquiſgranenſis.*
	830	*Synodus Aquiſgranenſis.*
Iohannes VI. *Syneroſiotes, Patriarcha Conſtantin.* 57.	834	*Synodus Moguntina.*
	835	*Synodus Gallicana.*
	837	*Synodus Aquiſgranenſis.*
	838	*Synodus Lugdunenſis.*
	840	LOTHARIUS Imp. ann. 15. Regino. Sigeb. Schaffnab.
MICHAEL III. Porphyrogenitus Imp. regnat annos 23. Cedr. Zonar. Scylliz. Glyc. Niceph. in Chronolog. hic definit.	842	*Synodus Remenſis, & Meldenſis.*
Methodius Homologeta, patriarcha Conſtantinop. 58.	844	SERGIUS *Papa Rom.* 104.
Ignatius Monachus, Michaelis Trauli Imp. F. Patriarcha Conſtantinop. 59.	847	LEO IV. *Papa Rom.* 105.
Niceph. in Chronolog. qui hic definit.	848	*Synodus Moguntina, ſub Rabano Maveo Archiepiſcop.*
	850	*Synodus Romana.*

ORIENS.		OCCIDENS.
	855	Ludovicus II. Imp. regnat annos 19. Regino. Sigeb. Friſingen. Trithem. Cedren. fol. 475. eum Δολῖγον ῥῆγα Φραγγία appellat.
		Synodus Ticinenſ.
		Benedictus III. *Pa. Rom.* 106.
	858	Nicolaus *Pa. Ro.* 107.
Photius Senator, exacto Ignatio, Patriarcha Conſtant.	863	*Synodus Romana in cauſa Ignatii Patr. Conſtantino.*
Synodus Conſtantinop.	864	*Synodus Metenſis, Aquiſgranenſis, & Romana.*
Synodus alia Conſtantin.	865	*Synodus Romana, & Franc.*
Basilius Macedo Imp. regnat annos 18. Zonar. Cedr. Glyc. Scylliz. Hic cum filiis ſuis Leone & Conſtantino edidit πρόχειρον νομικὸν, conſtans titulis LX. Extat id modo ſub Leonis Imp. modo Leonis & Conſtantini, modo Baſilii, Leonis, & Conſtantini nomine, & cum diverſis præfationibus, in Bibliotheca Pal. & in hoc jure Græco Rom. Tomo II. Quod excerpſit Harmenopulus, & maximam partem in ſuum πρόχειρον (ut ipſe in præfatione ſcribit) redegit. Extant & ejus Novellæ apud Bonefid. & Leunclav. Denique Baſilii Paræneſes ad Leonem F. excuſæ Græcè & Latinè Pariſ. 84.	867	Hadrianus II. *Pa. Rom.* 108. Bruno dux Saxoniæ conditor Brunſvigæ, poſtea à Nortmannis cæſus.
	868	*Synodus Romana, in cauſa Photii & Ignatii Patriarch. Conſtantino.*
Synodus Conſtantin. IV. *in qua, Photio abdicare coacto, Ignatius ante exactus reſtituitur.*	869	
	871	*Synodus Colonienſ.*
	872	Johannes VIII. *Pa. Ro.* 109.

Sno-

ORIENS.		OCCIDENS.
	875	CAROLUS II. Calvus Imp. regnat ann. 2. Regino Schaffnab. Marian. Contract.
	876	Synodus Vermerienſis, & apud Acinianum in Gallia.
Synodalia Conſtantinopol. coacta, mortuo Ignatio Photius patriarcha reſtituitur. Hic Photius compoſuit illam legum & Canonum collationem, quæ extat Nomocanoni titulo, cum commentar. Theod. Balſamonis, Latine, interprete Agylæo, & Gent. Herveto.	877	Synodus Pontigonenſis in Gallia. LUDOVICUS III. Balbus Imp. regnat ann. 1.
	878	Synodus Trecenſis.
	879	CAROLUS III. Craſſus Imp. annos 8. Regino. Schaffnab. Urſp.
	880	Synodus Macrenſis.
Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus, qui in ſacra commentatus eſt.	882	MARTINUS *Pa. Ro.* 110.
	884	HADRIANUS III. *Pa. Rom.* 111.
Stephanus Baſilii Imp. F. patriarcha Conſtantin. 60.	885	STEPHANUS VI. *dictus* V. *Pa. Rom.* 112.
LEO VI. Philoſophus Imp. ann. 22. Zonar. Cedr. Glyc. Scylliz. & Niceph. Calliſt. in hiſtor. Eccleſiaſt. hic definens. Meminit ejus & Luitpr. Princeps juris & totius philoſophiæ ſcientiſſimus, quod teſtantur ejus opera. Edidit non tantum Novellas, quæ extant Græcè & Latine, interprete Agylæo, & earum Epitome in Bibliothec. Pal. & Epitomas juris, opus meris definitionibus & regulis conſtans, ſatis elegans, in eadem Bibliothec. Sed etiam magnum illud opus βασιλικῶν, ἑξηκοντάβιβλον nuncupatum. Cujac. VI. Obſervat. IX. Præterea libros τακτικῶν,	886	

 de ap-

ORIENS.		OCCIDENS.
de apparatu & diſciplina bellica, qui extant Latine, interprete Checo, & Italice, Pigafetta. Tum librum de Aucupio, ad Niceph. Imp. in Bibl. Ant. Auguſtini, numer. 228. Denique oracula & vaticinia varia de Roma & Conſtantin. in Biblioth. Pal. Plura ejus opuſcula Theologica & Hiſtorica enumerantur in Bibliothec. Conſtantinop.		
	887	*Synodus Colonienſis.* ARNULPHUS Imp. Carolo Craſſo depoſito regnat an. 12. Regin. qui in hoc definit. Sigebert. Marian. Luitprand. ab hoc incipit. Sepultus Ratisbonæ ad S. Emeranum.
	888	*Synodus Moguntina.*
	891	FORMOSUS *Pap. Rom.* 113.
Antonius II. *Rauleas, Patriarcha Conſtantin.*	893	
	895	BONIFACIUS VI. *Pap. Ro.* 114.
	896	STEPHANUS VII. *dictus* VI. *Papa Romanus* 115. *Synodus Triburienſis.*
	897	ROMANUS *Pap. Rom.* 116. THEODORUS II. *Papa Ro.* 117. JOHANNES IX. *Pap. R.* 118.
	899	LUDOVICUS IV. Arnulphi F. ultimus Carolinæ ſtirpis, Imper. regnat annos 12.
Nicolaus Myſticus, Patriarcha Conſtantinop. 63.	901	BENEDICTUS IV. *Pap. Ro.* 119.
Euthymius Syncellus, Patriarcha Conſtantinop. 64.	903	LEO V. *Papa Rom.* 120. CHRISTOPHORUS *Pap. Ro.* 121.
	904	SERGIUS III. *Papa Ro.* 122.
	905	*Synodi Remenſes duæ.*
ALEXANDER & CONSTANTINUS VIII. Porphyrogenitus Impp. ſimul annum 1. *Nicolaus Myſticus, iterum patriarcha Conſtantinop.*	908	
CONSTANTINUS VIII. Por-	909	

phyro-

ORIENS.

phyrogenitus Baſilii F. Impp. annos 53. Zonar. Cedren. Scyl liz. Glyc. Ejus Novellæ per Leuncl. Ejuſdem eſt ἀνακά-θαρσις τ̃ βασιλικῶν, ſive Baſilica repetitæ prælectionis. Cujac. VI. Obſervat. IX. Scripſit & alia opuſcula complura. Librum de Thematibus Orientis & Europæ, qui extat, inteprete B. Vulcanio. Notitiam Imperii, ſive de regno adminiſtrando ad Roman. F. cujus meminit Egnat. Eſtque is codex Egnatianus in Bibliothec. Pal. Item τῶν ταξιδίων βασιλικῶν, cujus meminit Sailer. Pancirol Wolff. Item de militia. in Biblioth. Auguſtini.

Baſilicorum hanc ſecundam editionem ſubſecuta eſt interpretum Græcorum, qui in eam Commentarios & gloſſas ſcriberent, turba non minor quam Latinorum, ex quibus Stephanus, Nicæus, Thalelæus, Iſidorus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus, Sextus, Calliſtratus, Leo, Phocas, Modeſtinus, Domninus, Gobidas, Chumnus, Johannes, Hugiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Patzus, Garidas, Beſtes, Baphius, Theophilus, Theophilitzes, Phobenus, Theodorus, Hermopolites, Demetrius Chartophylax, & alii, qui ſinguli quibus annis vixerint, liquido ſciri nequit, & enumeratos ſufficit.

922 ROMANUS Lecapenus, Con-

OCCIDENS.

910 ANASTASIUS III. *papa Ro.* 123.

912 CUNRADUS Francus Cæſar, regnavit annos 7. Sigeb. Contract. Friſing. Schaff. Luitprand. Hujus leges quædam Francicis additæ fol. 344 Sepultus Fuldæ Trithem.

913 LANDO *papa Rom.* 124.

914 JOHANNES X. *papa Rom.* 125.

916 *Synodus Atheimenſis.*

919 HENRICUS Auceps Imp. regnat annos 17. Friſing. Sifrid. Urſperg. Luitprand. Viterbien. Ditmar. qui ab hoc orditur. Hic inſtituit ritus agonales Torneamentorum. vide *Turnierbuch.*

921 *Synodus Dingelfingenſis in Boioaria.*

RODULFUS Burgundus rex Italiæ.

 ſtan-

ORIENS.		OCCIDENS.
ſtantini Imperatoris ſocer & filius ejus CHRISTOPHORUS Impp. appellati regnarunt annos 26. Zonar. Cedren. Scyliz. Glyc. Luitprant. Ejus Novellæ per Leuncl.		
Stephanus II. patriarcha Conſtant. 65.		*S. Vdalricus Comes Dilling. Epiſcopus Aug. Videl. Ejus vita per Betzonem & alios.*
Stephanus & Conſtantinus Romani F. Cęſares appellati.	924	
Tripho patr. Conſtant. 66.	925	
	926	HUGO Rex Italiæ.
	927	*Concilium Duisburgenſe.*
	928	LEO VI. *Pa. Rom.* 126. STEPHANUS VIII. *dictus* VII. *Pa. Rom.* 127.
	930	JOHANNES XI. *P.Ro.* 128.
Theophylactus Rom. Imp. F. patriarcha Conſtantin. 67.	931	
	935	LEO VII. *Pa. Rom.* 129. *Concilium Erfordienſe.*
	936	OTHO Magnus Imper. regnat annos 36. Helmold. Trithem. Witichind. Luitprand. Panegyricus Roſuitæ, P. Langii Chron.. Cilicienſe ab hoc incipit. Hujus leges quædam poſt Salicas fol. 340. Sepultus Magdeburgi.
	939	STEPHANUS IX. *dictus* VIII. *Pa. Rom.* 130.
	942	MARINUS II. *P. Ro.* 131. *Synodus Bonnenſis, in diœceſi Colonienſ.*
	946	*Agapetus* II *Pa. Ro.* 132.
	947	HENRICUS ſuperbus pater Othonis Imp. factus Dux Bavariæ.
Romanus Lecapenus Imp. coactus abdicat, Zonar.	948	*Synodus Ingelheimenſ.*
Stephanus & Conſtantinus ejus filii coguntur abdicare.	951	*Concilium Auguſtanum.*

Polyeu-

ORIENS.		OCCIDENS.
Polyeuchus eunuchus, Patriarcha Conſtan. 68.	954	
	956	JOHANNES XII. *Pa. Rom.* 133.
	957	*Synodus Ravennas.*
	958	*Concilium Ingelheimenſe.*
FL. ROMANUS III. Porphyrogenitus Imp. annos 2. Cedr. Zonar. Scylliz Luitpr. Ejus Novellæ per Leuncl.	962	
	963	LEO VIII. *Pa. Ro.* 134. *Synodus Romana ſub Othone Imp.*
NICEPHORUS II. Phocas Imp. annos 6. Zonar. Cedren. Scylliz. Glyc. Ejus novellæ apud Bonefid. & Leuncl. Extat & ejus liber στρατηγικῶν, ſive de re militari, mſ. in Biblioth. Palat.	964	*Concilia Romana duo.*
Synodus Conſtantin.	965	JOH. XIII. *Pa. Rom.* 135. ALBERTUS rex Italiæ contra Othonem Imper. Triennio poſt ab eo victus.
	967	*Synodus Romana.*
FL. JOHANNES ZIMISCES Imp. ann. 6. Zonar. Cedr. &c.	970	
Baſilius Scamandrenus patriarcha Conſtant. 69.	971	
Theophania Byzantina Romani F. nubit Othoni 2. poſtea Imp.	972	*Domnus Pa. Ro.* 136. *Benedictus* V. *dictus* VI. *P. Rom.* 137. *Concilium Ingelheimenſe.*
Theodorus patr. Antiochenus.	973	OTHO II. Imp. annos 10. Sigeb. Schaffn. Urſp. Cuſpin.
	974	BONIFACIUS VII. *Pa. Ro.* 138.
Antonius III. *patriar. Conſtant.* 70. *Concilium Conſtantin.*	975	BENEDICTUS VI. *dict.* VII. *Pa. Rom.* 139. *Concilia Vintonienſe, & Calvenſe in Anglia.*

ORIENS.		OCCIDENS.
Basilius junior & Constantinus Porphyrogeniti Imp. annos 49. Zonar. Cedren. Glyc. Scylliz Eorum Novellę apud Bonefid. & Leuncl.	977	Jus Saxonicum Imp. Otho per D. Burcardum à Mangenfeld, cum jure Cęſareo & Pontificio conferri, & inde declarari jubet. Vide ſpecul. Saxon.
	978	*Synodus Romana.*
Nicolaus II. *Chryſoberges patriarcha Conſtantinop.* 71.	981	
	983	Otho III. Imp. Mirabilia mundi dictus, annos 17. Friſ. Urſperg. & alii. Huic tribuitur inſtitutio Electorum Imperii Romani. De qua vide Aventin. Onuph. de comit Imp. Schard. & Ciſner. lib. ſing.
	984	Johannes XIV. *papa Ro.* 140.
	988	Hugo Capetus, comes Parienſis, origine Saxo, mortuo Ludovico rege Francorum ultimo ex Pipini progenie, ſucceſſit in regno Francorum: à quo deſcendit linea hodierna Regum Galliæ. Ab hoc incipit Glaber Rodulph hiſtoriam Francorum.
Siſinnius II. *patriarcha Conſtantinop.* 72.	994	
	995	Johan. XVI. *pap. R.* 142. Gregor. V. *papa R.* 143.
Eulogius, alias Sergius abbas, patriarcha Conſtant. 73.	997	
	998	Sylvester II. *papa Ro.* 144.
	1001	Henricus II. Claudus Imp. poſtea ſanctus factus, regnat an 23. Contract. Sigebert. Siffrid. Ejus legenda in tomis Sanctorum. Leges quædam ejus poſt legem Salicam fol. 341. Sepultus Bambergæ, quam fundavit.

Johan-

ORIENS.		OCCIDENS.
	1003	JOHANNES XVII. *papa Rom.* 145.
		JOH. XVIII *papa Ro.* 146.
	1004	*Synodus Germanica juſſu Henrici Imp. ex omnibus Imperii epiſcopis congregata.*
Oreſtes patriarcha Hieroſolymorum.	1006	
	1007	*Synodus Francofordienſ.*
Saraceni Aſiatici Hieroſolymam occupant, & templum ad ſepulcrum Chriſti ſumtuoſiſſime conditum excindunt. Cedren.	1009	SERGIUS IV. *papa Roma.* 148.
	1012	BENEDICTUS VII. *pap. R.* 148.
	1016	*Synodus Aquiſgranenſis.*
Euſtathius Archipresbyter magnæ Eccleſiæ Conſtantinop. patriarcha Conſt. 74. *Cujus extant doctiſſimi illi Commentarii in Homerum, & alia. Alius ab hoc Euſtathius anteceſſor, autor libri De intervallis temporum.*	1017	*Synodus Noviomagenſ.*
	1019	*Burcardus Epiſcopus Wormacienſ. Canonum collector.*
Sergius Damaſci Metropolites.	1021	*Concil. Gandersheimenſe.*
	1023	*Synodus Saligenſtadienſ.*
	1024	CUNRADUS IV. Salicus Imp. regnat ann. 14. Sigeb. Urſperg. Contract. Friſing. Sepultus Spiræ, templo à ſe fundato. JOH. XIX. *pap. Rom.* 149. *Concilium Geilicenſe, & Francofortenſe.*
Conſtantinus X. Imp. regnat ſolus annos 3.	1026	
ROMANUS IV. Argyropulus Imp. regnat annos 5. Cedr. Zonar. Glyc. Scylliz. Ejus Novellæ apud Boneſid. & Leuncl.	1029	
	1030	*Concilium Triburienſe.*
	1032	BENEDICT. VIII. *dictus* IX. *papa Roman.* 150.

Ale-

ORIENS.		OCCIDENS.
Alexius Studites, patriar. Conſtantin. 75.	1033	
Michael IV. Paphlago Imper. regnat annos 6. Zonar. Cedr. Glyc. Scylliz.	1035	
	1039	Henricus III. Niger dictus Imp. regnat annos 17. Contract. Schaffnab. Meminit ejus & Cedren. fol. 623.
Michael V. Calaphares Imp. cum Zoe uxore, imperat menſes 4. Conſtantinus XI. Monomachus, cum uxore Zoë & Theodora Augg. regnat annos 13. Cedren. Zonar. Glyc. Scylliz.	1041	
Nicephorus patriarcha Hieroſolymitanus.	1045	Sylveſter III. *P. Ro.* 151. Gregorius VI. *P. Ro.* 152.
	1047	Clemens II. *Pa. Rom.* 152.
	1048	Damaſus II. *Pa. Rom.* 153. *Concilium Merſburgenſe.*
	1049	Leo *nonus Pa. Rom.* 154. *Concilium Lateranenſe Romæ, Ticinenſe, Remenſe, & Moguntinum.*
Michael Cerularius, patr. Conſtantin.	1051	*Synodus Lateranenſis Rom.*
Conſtantin. Monomacho Imp. mortuo Theodora Auguſta ſola regnat ann. 1.	1054	Victor II. *Pa. Rom.* 155
	1055	*Concilium Florentinum ex Epiſcopis Italiæ.*
Michael VI. Stratiolicus Imper. ann. 1. Zonar. Glyc. Cedren. & Scylliz. qui duo in hoc deſinunt. Boneſid pa. 26.	1056	Henricus IV. Imper. regnat annos 49. Schaffnaberg. Urſperg. Chronicon Hersfeld. in hoc ſe incipit diffundere Berthold. Conſtantien. Vita ejus & epiſtolæ Tom. III. hiſt. Germ. fol. 380. & Tomo IV. fol. 181. Ejuſdem bellum Saxonicum ibid. fol. 202. Scripſit & vitam ejus Germanice Johann. Stumpf.

ORIENS.		OCCIDENS.
Fl. Isaacius Comnenus, Imper. annos 2. Zonar. Glyc. Ejus Novellæ apud Bonefid. & Leuncl.	1057	Stephanus X. *dictus* IX. *Pa. Ro.* 156.
	1058	Benedictus IX. *dictus* X.
Conſtantinus III. *Lychudes patriarcha Conſtantin.* 77.	1059	Nicolaus II. *Pa. Ro.* 157. *Synodus Halberſtadienſ. Synodus magna Lateran.*
Constantinus XII. Ducas Imper. regnat annos 7. Zonar. Glyc. Manaſ.	1060	
	1061	Alexander II. *Pa. Rom.* 158. *Synodus Mediolanenſ.*
Iohannes VII. *Xiphilinus, patriarcha Conſtant.* 78. *Hujus eſt epitome Dionis.*	1063	
	1065	*Concilium Vintonienſe in Anglia.*
	1066	*Synodus Triburienſ.*
Conſtantino mortuo Eudoxia Aug. ejus vidua, cum quatuor filiis Cęſaribus, regnat menſ. 7. Zonar. Glyc. Ei tribuitur Cento Homericus ille de Chriſto.	1067	
Romanus V. Diogenes Imper. an. 3. Zon. Glyc. Meminit ejus & Haython. ca. 15.	1068	*Concilium Lateranenſ.*
Michael VII. Dncas Parapinaceus Imper. regnat annos 6. Zonar, Glyc. Ad hunc ſcripſit Michael Pſellus (ea ætate, in jure & philoſophia ſcientiſſimus & πολυγραφώτατος) ſynopſin legum verſibus politicis. Exſtat mſ. in Biblioth. Palat. & Conſtantin. Ejuſdem Pſelli ad hunc Ducam Reſponſiones ad diverſas queſtiones Theologicas, & Doctrina omnifaria CXCIV. capitibus comprehenſa, in Bibliot.	1071	*Synodus Moguntina.*

Palat.

ORIENS.		OCCIDENS.
Palat. Ad hunc etiam Michael Attaliates ſcripſit Pragmaticam ſuam. Tomo II. Jur. Græco-Rom.	1072	*Synodus Lateranenſ.* *Synodus Gallicana contra Simoniacos.*
	1073	GREGORIUS VII. *Hildebrandus papa Rom.* 159. *Ejus vita deſcripta per Bennonem Cardinalem. Schiſma fecit cum Henrico Imp. De quo liber eſt Venerici Vercellenſ.*
CONSTANT. XIII. Ducas, Imp à patre Michaële factus ann. 7.	1074	*Synodus Erford. contra clericos uxoratos. De qua Sigeb. Schaffnaburg. Naucler.*
Coſmas Monachus patriarcha Conſtantinop. 79.	1075	*Synodus Moguntina.*
	1076	*Concilium Wormacienſe, & Ticinenſe.* *Concilium Triburienſe, in quo deſinit Schaffnab.*
	1077	*S. Ladiſlaus rex Vngariæ regnat.* Rodulphus dux Sueviæ, contra Henricum Imperator factus, triennio poſt ab illo ad Merſpurgum victus.
CONSTANT. XIII. Ducas & NICEPH. XIII. Botaniates Impp. regnant annos 3. Zonar. Glyc. Manaſſes, qui in his deſinit.	1078	
Æmilianus patriarcha Antiochenus, cui ſucceſſit Nicephorus.	1079	
	1080	CLEMENS III. *papa Rom. ordinatus ab Imp. Henrico.* *Concilium Moguntinum, & Brixinenſe.*
ALEXIUS Comnenus Imp. regnat annos 37. Zonar. qui in hoc deſinit, continuante Niceta, & Glyc. continuante Leuncl. Extant & de hoc libri Alexiados, Annæ Cæſariſſæ mſ.	1081	

Hujus

ORIENS.		OCCIDENS.
Hujus Novellæ apud Bonefid. & Leuncl.		
Euſtratius 2. *Patriarcha Conſtant.* 80.	1082	*Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, collector Canonum.*
	1083	*Synodus Educenſis.*
Nicolaus III. *patr. Conſtantinop.* 81.	1084	*Synodus Romana.*
	1085	*Concilium Moguntinum, & Berchacenſe.*
	1086	VICTOR III. *papa Ro.* 160. WRATISLAUS Dux Bohem. Rex fit ab Imper. Henrico, in conventu Moguntino.
	1088	URBAN. II. *papa Rom.* 161.
Iohannes Græcus patriarch. Antiochenus. *Simeon Græcus patriarcha Hieroſolymorum.*	1090	
	1091	*Ivo Epiſcopus Carnotenſ. Canonum collector.*
	1094	*Synodus Barrenſ.*
Celebris illa expeditio principum Chriſtianorum in Palæſtinam, recuperandæ terræ ſanctæ à Saracenis. Cujus meminit Zonar. fol. 238 & Glyc. Eam deſcribunt libris ſingularibus Guliel. Tyrius, Rupertus Monachus, Foncherius Carnotenſis, Benedictus de Accollis, & Chronic. Hieroſol. Reineccii.	1096	*Synodus Placentina, & Claromontana, de bello ſacro ſuſcipiendo, & recuperanda terra ſancta.*
Nicæam & Antiochiam noſtri recuperant.	1098	*Concilium Romanum.*
Hieroſolymæ à noſtris recuperatæ, primus rex fit Dux Gothofridus Bulioneus. Sigeb. Urſperg. Primus patriarcha ex Latinis, Dabertus Piſanus Archiepiſcopus.	1099	PASCHALIS II. *Papa Ro.* 162. *Hic primus in Epiſtolis & diplomatis pontificiis non Imperatorum, ſed ſui pontificatus annos ſubſcribere cœpit.*
	1101	*Albertus* Papa Rom.

SYL-

ORIENS.		OCCIDENS.
	1102	SYLVESTER III. *Pa. Rom.*
Ebremerus patriarcha Hieroſolymitanus 2.	1103	
	1106	HENRICUS IV. Imp. fit, patre Henrico III. Imper. à Pontifice Paſchali excommunicato, & à principibus apud Ingelheim depoſito. Helmold. Friſing. Urſp. Sepultus Spiræ.
Gibellinus Franeus, patriarcha Hieroſolymitanus 3.	1107	*Concilium Trecenſe.*
	1108	*Synodus Beneventana.*
Iohannes VIII. *patriarcha Conſtantin.* 82.	1111	
Arnulfus Malcorana, patriarcha Hieroſolymitanus 4.	1112	
JOHANNES Comnenus, Pulcher dictus, vulgo Calo-Johannes, Imp. annos 24. Nicetas Choniates ab hoc incipit. Meminit & ejus Otho Friſing. Et Radevic. Pet. de Vin. Ejus Novellæ per Leuncl.	1118	GELASIUS II. *Pa.Ro.* 163. *Concilium Vienenſe.*
Guarimundus patriarcha Hieroſol. 5.	1119	CALLISTUS II. *Pa.Ro.* 164. *Concilium Colon. & Fritelarienſe.* *Concilium Remenſe.*
Tyrus in Phœnicia capitur à Chriſtianis. Gul. Tyr.	1124	HONORIUS II. *Pa. Roman.* 165.
	1125	LOTHARIUS II. Saxo Imp. regnat annos 13. Helmold. Friſing. Urſper. Sigon. lib. XI. Naucl. Crantz. Sub hoc Irnerius vel Wernherus, jus Romanum Juſtiniani in Apulia repertum, paucis de ſuo additis, in ſcholas & judicia revocat. Urſperg. fol. 291. Ejus ſunt Authenticarum ſummulæ, Codici inſertæ.

Ste-

ORIENS.		OCCIDENS.
Stephanus Carnotenſis, patriarcha Hieroloſymitan. 6.	1128	INNOCENTIUS II. *Pa. Rom. 166. Et contra eum in ſchiſmate Anacletus* II.
Guilhelmus Mechlinienſis patriarcha Hieroſolymitan. 7.	1130	ROGERIUS Nortmannus, primus rex Siciliȩ, ab Anacleto II. Papa factus.
	1131	*Synodus Leodienſis.*
Rodulfus patriarcha Antiochenus.	1132	*Bernhardus Abbas Glarovallenſis floret.*
	1133	*Concilium Placentiae.*
Leo Styppioles patriarcha Conſtantinopol. 83.	1135	*Concilium Piſanum.*
Aimerus patriarcha Antiochenus.	1137	
	1139	CUNRADUS III. Suevus, Henrici V. ex ſorore nepos Imper. annos XII. Urſperg. Trithem. Cuſpin. Naucler. Meminit ejus & Nicet. fol. 32. & ſeq. Et D. Bernhard. in Epiſt.
	1140	S. *Hildegardis, prophetiſſa Germaniae.*
EMANUEL Comnenus Porphyrogenitus Imp. regnat annos XXXVII. Nicet. meminit ejus & Otho Friſing. & Radevic. & Beniamin Tudelenſ. in Itiner. pag. 25. & ſeq. Ejus Novellæ apud Bonefid. & Leuncl. Legatio ejus ad Armenios, edita per Leuncl. Grȩce-Latine. *Michaël Oxites patriarcha Conſtantinopol. 84.* Conſt. Harmenopulus, judex Theſſalonicenſis, hoc ævo vixiſſe videtur, qui hucuſque principum Novellas allegat. Ejus Prochiron juris Grȩco-latinè dudum extat. Epitome	1143	CAELESTINUS II. *Pa. Rom.* 167.

ORIENS.		OCCIDENS.
juris Canonici jam editur per Leuncl.		
	1144	Lucius II. *Pa. Rom.* 168.
	1145	Eugenius III. *Papa Rom.* 169. *ad quem D. Bernhardus ſcripſit libros De conſiderat.*
Fulcherus patriarcha Hieroſolym. 8.	1146	
Coſmas II. *Patriacha Conſtantinop.* 85.	1047	*Concilium generale Remenſe.*
Nicolaus II. *Mazalius patriarcha Conſtantinop.* 86.	1148	
Theodoſius II. *patriarcha Conſtant.* 87.	1151	
	1152	Fridericus Barbaroſſa Imp. regnat annos XXXVII. Helmold. Viterb. Otho Friſing. Radevic. Guntherus. Meminit ejus honorifice & Nicet fol. 101. & 198. & 200. Ejus auctoritate Obertus & Gerard. conſuetudines Feudales compoſuerunt, quæ cum diverſorum commentariis extant.
Conſtantinus IV. *patriarcha* Conſtantinop. 88.	1153	Anastasius IV. P. R. 170.
	1154	Harianus IV. *Pa. Rom.* 171. *qui deinde ſtimulante Emanuele Rege Græcorum (ut Nicet. meminit) cum Friderico Imp. inimicitias ſuſcepit.* *Gratianus monachus canones juris Pontificii compilavit: quod decretum magnum vocatur.* *Petrus Lombardus epiſcopus Pariſienſis, magiſter ſententiarum.*
Lucas Monachus patriarcha Conſtantinop. 89.	1155	

Ama-

ORIENS.		OCCIDENS.
Amatricus patriarcha Hieroſolymorum 9.	1158	
	1159	ALEXANDER III. *Pa. Rom.* 172. *Et contra eum Victor.* IV *ſchiſma in Eccleſia Romana* XXV.
	1163	*Concilium magnum Turonenſe.*
	1164	PASCHALIS III. *Pa. Rom. contra Alexandrum* III.
Michaël III. *patriarcha Conſtantinopol.* 90.	1167	
	1169	CALLISTUS III. *Pa. Rom. contra D. Alexandrum.*
Leo Tuſcus, Manuelis Imp. ab epiſtolis Latinis,qui deſcripſit miſſam D. Chryſoſtomi, ſecundum uſus Eccleſiæ Conſtantinop.	1174	
Charito patriarcha Conſtantinop. 92.	1177	Conventus Venetiis habitus, ubi inter Pontificem & Imperatorem pax facta. Urſper. Blond. Platina.
ALEXIUS III. Comnenus Imp. regnat annos III. Nicet. Niceph. Gregor. Ejus Novellæ apud Bonefid. & Leuncl.	1180	*Concilium generale Lateranenſe.*
Heraclius patriarcha Hieroſolym. x.	1181	Lucius III. *Pa. Rom.* 173
Baſilius II. *Camaternas patriarcha Conſtantin.* 93.	1182	
ANDRONICUS Comnenus Imp. regnat annum I. Nicet.	1183	
Leonicus patriarcha Hieroſol. Græcus.	1184	Conventus Veronenſis. URBANUS III. *Pa. R.* 174.
ISAACIUS ANGELUS Imper. regnat. annos IX. Nicet Ejus Novellæ apud Bonefid. & Leuncl. *Theodorus Balſamo, An-*	1185	

ORIENS.		OCCIDENS.
tiochenus patriarcha Græcus, cujus Commentarii extant in Canones Apoſtolorum, & in Nomocanum Photii Patriarcha, interprete Herveto & Agylæo. Ejuſdem Meletæ lib. 1. *Iure Græcorum part.* VII.		
Hieroſolymæ à Saracenis, duce Saladino, Chriſtianis eripiuntur; cum Laodicea, Ptolemaide, & aliis: Urſperg. Meyer.	1187	Gregorius VII. *Pa. Rom.* 175.
	1188	Clemens III. P. *Rom.* 176.
	1190	Henricus VI. Friderici filius Imper. regnat annos VIII. Siffrid. Urſperg. Viterb. Vincent. Meminit & Nicet. fol. 235.
	1191	Cælestinus III. *Pa. R.* 177.
Leontius Monachus patriarcha Conſtantinop. 95.	1192	
Doſitheus patriarcha Conſtantinop. 96.	1193	Azo Juriſconſultus, Bononiæ floret.
Georgius II. Xiphilinus patriarcha Conſtantinop. 97.	1194	
Alexius IV. Angelus Imp. regnat annos VIII. Nicet.	1195	
	1198	Innocentius III. *Pa. Ro.* 178.
Iohannes IX. *Camaterus patriarcha Conſtantinop* 98. *Nicetas Choniates, Logotheta & cubicularius, hoc tempore vixit, & ſcripſit non tantum hiſtoriam illam ſuam, quæ extat Græce Latine, interprete Wolfio; ſed etiam Theſaurum orthodoxæ fidei, qui extat interprete* P. *Morello Pariſ. Euthymius Zigabenus monachus, etiam. hujus eſt ævi,*	1199	Philippus Cæſar, regnat annos 9. Urſperg. Ejus uxor Irene Conſtantinopolitana. Nicet. fol. 238. De qua eſt oratio M. Cruſii. Poſtea occiſus ab Othone Palatino de Witelsbach. Arnold. Lubec. Trith. in Hirſaug. Otho de S. Blaſio.

qui

ORIENS.		OCCIDENS.
qui ſcripſit Panoplian orthodoxæ fidei contra hæreticos. Extat interprete Franc. Zino Veron.	1200	*Ioachimus Abbas Calaber propheta.*
ALEXIUS IV. Angelus Imp. menſ. 6. Nicet.	1203	
ALEXIUS Ducas Murzufflus Imper. menſes 2. Nicet. in hoc deſinit, continuante Nicephoro Gregora.	1204	
Franci & Latini Conſtantinopolin ſedem Imperii Orientalis, Balduino Flandro duce, occupant.		
BALDUINUS Flander Imp. Conſtantinopolitanus, regnat menſ. 11. Meyer. in Flandr. Ita imperium Orientale tum trimembre evaſit.		
THEODORUS Laſcaris, Nicææ in Aſia imperat ann. 18.		
Trapezuntem in Ponto occupavit Comnena familia. Niceph. Gregor. ab hoc incipit: ut & Prætor Græciæ, apud Leuncl.		
Thomas Maurocenus Venetus, Patriarcha Conſtantin. 1.		
HENRICUS Balduini F. Imp. Conſtantin. regnat ann. 10.	1206	
Michael IV. Autorianus Patriarcha Conſtantin. 99. ſed ſedit in Aſia.	1208	Philippo Cæſare occiſo Otho IV. imperat ſolus.
	1210	FRIDERICUS II. Imper. & rex Siciliæ, imperat annos 11. Urſperg. in hoc deſinens. Monachus Paduan. tomo 3. hiſtor. Germ. fol. 581. Elegans de eo oratio N. Ciſneri. Extant ejus Imper. Leges regni Siciliæ,

ORIENS.		OCCIDENS.
		cum Commentariis Sebaſtiani Neopodami. Item Reformatio Imperii, publicata Moguntiæ Anno 1236. Item epiſtolæ ejus variæ per Petr. de Vineis, Cancellarium collectæ. Item de arte venandi cum avibus. Meminit ejus & Gregoras fol. 69. Sepultus Panormi in Sicilia. Accurſius Florentinus JC. hoc temp. gloſſas ſcripſit in Jus Juſtiniani.
	1215	*Concil. Lateran. cujus decreta paſſim juri canon. inſeruntur.*
PETRUS Alliſſiodorenſis Imper. Conſtantinop. regnat ann. 5. *Manuel Philoſophus, Patriarcha Conſtantin.* 102.	1216	HONORIUS III. *Pa. Rom.* 179.
Germanus II. *Patriarcha Conſtantin.* 103. ROBERTUS Petri F. Imp. Conſtantinop. regnat ann. 7. Nicet. fol. 2. FL. JOHANNES III. Ducas Imper. Nicenus, regnat in Aſia annos circiter 33. Nicet. Ejus Novellæ apud Leuncl.	1222	
	1226	S. LUDOVICUS Rex Galliæ.
	1227	GREGORIUS IX. *Anagninus Pa. Rom.* 1. *Auctor quinque librorum Decretalium, operâ F. Raymundi. Platina, M. Polon. Antonin. Florent.*
BALDUINUS II. Imp. Conſtantinop. annos 31.	1229	
	1230	FRIDERICUS II. Imp. Hieroſolymam recuperat.
	1239	Factiones Guelforum & Gibellinorum, in Italia. Platina, Singon.

Metho-

ORIENS.		OCCIDENS.
Methodius II. *Patriarcha Conſtant.* 104.	1240	
	1241	CÆLISTINUS IV. *Pa. Rom.*
	1243	INNOCENTIUS IV. *Pa. Ro.*
	1244	*Concilium Lugdunenſe, in quo Pontifex Fridericum* II. *Imp. deponit c. Ad Apoſtolicam, De ſent. & re jud. in* 6.
	1245	*Cardinales Romæ primum facti, qui antea principales parochi Eccleſiarum urbis Romæ fuiſſent.* HENRICUS VI. Landgravius Thuringiæ, rex Rom. contra Frider. II. regnat an. 1. Siffrid. Vincent.
	1246	GUILHELMUS Hollandus, rex Rom. contra Frid. II. Imp. regnat ann. 9. Trithem. in Hirſang. Barland. in Comit. Holland. cap. 17.
	1250	CONRADUS IV. Frider. II. Imp. F. eo mortuo, rex Rom. regnat annos 3.
Germanus Monachus, iterum Patriarcha Conſtantin.	1254	ALEXANDER IV. *Pa. Rom.* 183.
THEODORUS Junior Ducas, Imper. Orientalis regnat annos 3. Niceph. Gregor. Leuncl. Princeps doctus, cujus extat de communicatione naturali liber, interprete Cl. Alberio. *Nicephorus Blemmydos deſignatus Patriarcha Conſtant* 106. *non iniit. Pro eo ſuffectus Arſenius Monachus.*	1255	Guilhelmo occiſo, & Conrado mortuo, Interregnum.
JOHANNES IV. Ducas, Imp. Orientalis ann. 1.	1258	RICHARDUS Anglus, Rex Rom. creatus in Schiſmate, regnat annos 6.

ORIENS.		OCCIDENS.
Michael Palæologus hactenus Niceæ reſidens, ejectis Latinis, & Conſtantinop. recuperata, & Johanne Duca abdicato, Imp. Orientis regnat ann. 24. Niceph. Leuncl. Egn.		Alfonsus Caſtellæ rex, Cæſar creatus contra Richardum, regnavit titulotenus annos 15. Tarapha Rit. Ab hoc ſunt tabulæ illæ, Alphonſinæ.
Nicephorus II. patriacha Conſt. 107.	1259	Odofredus I C. floret.
Germanus III. patriacha Conſt. 108.	1260	
	1261	Urbanus IV. *Papa Rom.* 184.
Ioſephus patriarcha Conſt. 109.	1265	Clemens IV. *Papa Rom.*
	1268	Cunradinus Cunradi IV. Imp. F. Friderici II. Imp. N. à Carolo Gallo victus, ſuaſu pontificis, Neapoli cum aliis decapitatur. Rit.
	1271	Gregor. X. *Pa. Ro.* 185. Gul. Durandus, auctor Speculi.
	1272	Johannes Seneca Teutonicus, primus gloſſas in Decretum Gratiani conſcripſit.
	1273	Rudolphus Habsburgius Comes, rex Rom. creatus, regnat annos 17. Albert. Argentin. ab hoc incipit, & Chronicon Colmarienſe par. 2. Cuſpinian. in Auſtria. Trithem. Siffrid. Sigon de regno Italiæ in hoc deſinit. Sepultus Spirę.
Johannes X. Beccas, Patriarcha *Conſtant.* 110.	1274	*Concilium gener. Lugdunenſe, in quo S. Bonaventura obiit.*
	1276	Innocentius V P.R. 187. Hadrianus V. P. R. 188. Johannes XX. P R. 189.
	1277	Nicolaus III. P. R. 190.
	1278	Rudolphus Imper. occiſo Ohocaro rege Bohemiæ, Au-

Andro-

ORIENS.		OCCIDENS.
		ſtriam recuperat Æn. Sylvius in Bohem.
	1281	MARTINUS II. *Pa. R.* 191.
ANDRONICUS ſenior Palæologus Imper. regnat annos L. Niceph. Gregor. Laonic. Chalcocandetes ſub hoc orditur hiſtoriam Turcicam: Nicephorus Calliſtus Xantopolus hiſtoriam Eccleſiaſticam huic dedicavit. Extat Latine interprete Langio. Sunt & Theoduli cujuſdam, & Cyprii declamationes Panegyricæ in hunc Andronicum, in Biblioth. Palat.	1283	
Georgius Cyprius patriarcha Conſtantinop. 111,	1284	
	1285	HONORIUS IV. *Pa. Rom.* 192.
	1288	NICOLAUS IV. *Pa. Rom.* 193. *Martin. Polon. qui in hoc deſinit, appendice ab alio addita.*
Annales Turcici & Muſulmanna Leunclavii ab hoc fere anno incip.	1289	
Athanaſius patriarcha Conſtantinopol. 112. Tyrus, Sydon, Tripolis, Berytus à Sultano Ægypti Chriſtianis eripiuntur & devaſtantur.	1260	
	1292	ADOLPHUS Naſſovius Comes, rex Roman. creatus regnat annos VII. Siffrid. Albert. Trithem.
	1294	CAELESTINUS V. P. R. 194.
Iohannes XI. *patriarcha Conſtant.* 113.	1295	BONIFACIUS VIII. *Pa. Ro.* 195. *Librum ſextum Decretalium edidit. In quem Iob. Andreas Bononienſis commentatus eſt.*

ORIENS.		OCCIDENS.
	1299	ALBERTUS Rudolphi F. Auſtriacus rex Roman. creatus, regnat ann. 8. Albert. Cuſpinian. Rolewinck. Sepultus Spiræ.
Athanaſius iterum Patriarcha Conſt.	1301	
Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, ſcripſit contra primatum Papæ Roman. Quod extat Græce & Latine, interprete Flaccio & Vulcanio.	1303	BENEDICTUS XI. *dictus* IX. *Pa. Ro.* 196.
	1305	CLEMENS V. *Pa. Ro.* 197. *Conſtitutiones, à ſe dictas Clementinas edidit. Hic ſedem Papalem tranſtulit Avenionem in Gallias, quam tenuit ipſe & ſucceſſores ejus annos* 71. *Onup. Trithem.*
	1308	HENRICUS VII. Lützelburgenſis Imper. regnat annos 4. Albert. Conrad. Vicerius ejus hiſtoriam ſcripſit. Antonin. Flor. Poſtea à Monacho intoxicatus. Sepultus Piſis.
Nipho Patriarcha Conſtantin. 114.	1311	*Concilium Viennenſe.*
	1314	FRIDERICUS III. Auſtriacus in Schiſmate creatus, poſtea abdicavit. Albert. Cuſpin. LUDOVICUS IV. Bavarus Imper. regnat annos 32. M. Albert. Trithem. in Hirſaug. Et Genealog Bavar. And. Ratisbon. Avent. Rolewinck. Uxor ejus Margaretha Hollandica, de qua Barland. cap. 24. Ejus conſtitutiones de jure Imperii, & confirmatione Pontificis, extant.
Iohannes XII. *Glyeys, Patriarcha Conſtantin.* 115.	1316	JOHANNES XXI. *dictus* XXII. *Pa. Ro.* 198. *Hic Extravagantes edidit, Clementinis additas, in quas Gonzelinus*

Geraſimus

ORIENS.		OCCIDENS.
		nus de Caſſanis commentatus eſt.
Geraſimus Patriarcha *Conſtantin.* 116.	1320	
Eſaias Patriarcha *Conſtantin.* 117.	1322	FRIDERICUS III. à Ludovico Imper. prælio victus & captus poſtea abdicat. Aventin.
	1327	NICOLAUS V. *Pa Ro. contra Iohannem* XXII. *in ſchiſmate ab Imperatore factus.* Guilelmus Occam, & Marſilius Patavinus, doctiſſimi viri, Imperatoris auctoritatem contra Pontificem ſcriptis defendunt.
ANDRONICUS II. Palæologus Imp. regnat annos 8. Ejus uxor Irene Alemana. Niceph. Gregor. Leuncl. Egnat.	1332	Albericus de Roſate & Cynus JC.
	1333	Rupertus ſenior Palatinus Elector inſtituit Academiam Heiderbergenſ. Trithem Irenic. Wimpheling.
	1334	BENEDICTUS X. *dictus* XII. *Pa. Rom.* 199.
Iohannes XIII. Patriarcha *Conſtant.* 118. JOHANNES V. Palæologus Andronici F. Et JOHANNES VI. Cantacrizenus Impp. regnant annos 17. Niceph. Gregor. In his claudit hiſtoriam ſuam, Laon. Chalocand. Leuncl. Egnat.	1341	
	1342	*Clemens* VI. *Pa. Ro.* 200.
	1346	CAROLUS IV. Bohemus Imp. creatus contra Ludovic. Imper. regnat annos 32 Naucler Sylvius, Petrarch. Theodor. de Nyhem. vita ejus ab ipſo deſcripta, & oratio funebris edita per Reinec. Ejus aurea bulla, & leges quædam Franciſcis additæ fol. 345. Sepultus Pragæ.

Johan-

ORIENS.		OCCIDENS.
	1347	Ludovicus Bavarus Imper. obit, ſepultus Monaci.
	1348	GUNTHERUS Schwarzenburgicus, rex creatus contra Carolum Imper. Sexto poſt menſe obiit.
	1352	INNOCENTIUS VI. P. *Rom.* 201.
	1356	Bartolus & Baldus JC. florent. Aurea Bulla à Carolo IV. & Ordinibus Imperii edita, Latine & Germanice.
Johan. Cantamzenus Imp. Conſtantinop. à Johanne Palæologo coactus abdicavit & monaſticam vitam ingreſſus eſt: In qua ſcripſit orationes illas & Apologiam pro Religione Chriſtiana contra Alcoranum Turcicum : extant Græco-latine, interprete Gualtero, Baſil.	1357	*Balduinus Archiepiſcopus Treverenſis. Henrici VI. Imp. frater, ad quem Lupoldus de Bebenburg, poſtea Epiſcopus Bambergenſis, ſcripſit librum de juribus Imperii & poteſtate Electorum.*
Calliſtus Patriarcha Conſtantin. 120.	1360	
	1361	Academia Pragenſis à Carolo Imp. fundata.
Philotheus Patriarcha Conſtantin. 121.	1362	URBANUS V. *Pa. Rom.* 202.
Turci à Palęologis fratribus de regno Conſtantinop. concertantibus invitati in Europam, primum trajecerunt, ſub Amurathe. Laon. Leuncl.	1363	
	1371	GREGORIUS XI. P. R. 203.
Macarius patria. Conſt. 122.	1375	
	1376	*Gregor. Avenione Rom. red.*
Nilus patria. Conſtant. 123 Maximus Planudes Monachus Græcus, multorum li-	1378	URBANUS VI. *Papa* Rom. 204. *Et contra hunc Clemens* VII. *Pa.* Rom. *Schiſma* XXVII.

brorum

ORIENS.		OCCIDENS.
brorum ſcriptor & Commentator, floret.		*omnium longiſſimum, quod annis quinquaginta continuatum eſt. Cujus hiſtoriam ſcripſit Theodoric. de Nyhem.*
	1379	Wenceslaus Caroli F. rex Roman. regnat annos 21. Cuſpin. Æn. Sylv. Avent Nyhem.
	1380	Bombardæ inventæ. Polydor. 2. cap. 11.
Emanuel II. Palæologus Imp. annos 34. Laonic. Chalocand. Leuncl. Hiſtoria Politica Conſtant. Græco-Latine edita à M. Cruſio in Turco-Græcia hinc incipit. Hujus Imp. extant præcepta educationis Regiæ ad Johannem F. Græce-latine per Leuncl.	1384	
	1389	Bonifacius IX. *P. R.* 205.
	1394	Benedictus XI. *dictus* 13. *Pa. Rom.*
Antonius IV. *patriarcha Conſtantinop.* 124. Tamberlanes Scytharum rex Bajazetem Turcarum Imper. captum carcere incluſit. Æn. Sylvius in Aſia.	1398	
Græci multi immanitatem Turcicam pertimeſcentes & inſtans excidium præſagientes, Italiam petunt, per quos illuc literæ Græcæ & ſtudiorum melior cultura invecta. Inter quos Emanuel Chryſoloras, Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Emanuel Moſchopulus, Demetr. Chalcocondetes, Marullus Conſtantinop. & alii.	1400	Wenceſlao Cæſari imperium per Electores abrogatum. Tomo 3. hiſtor. Germanic. par. 2. fol. 180. Robertus Palatinus, rex Romanorum creatus regnat annos 9. Cranz. Naucler. Aventin. Trith. Blond. Anton. Cuſpinian. Nyhem. Egnat. Volaterr. Geſtorum ſub rege Roberto & Ludovico vicario liber, in Archivis Palat. Sepultus Heidelbergæ.

ORIENS.		OCCIDENS.
	1404	Innocentius VII. *Pa. Ro.* 206.
Callistus II. *Patriarc. Conſtant.* 125.	1406	Gregorius XII. *Pa. R.* 207.
	1409	*Concilium Piſanum.*
		Alexander V. *Pa. R.* 208.
	1410	Jodocus Marchio Moraviȩ Rex Rom. creatus menſ. 6.
		Johannes XXII. *dictus* XIII. *Pa. Ro.* 209.
	1411	Sigismundus Caroli IV. F Imper. regnat annos 20. Cranz. Cuſpin. Æn. Sylvius. Nyhem. Ant. Florent. Naucl. & alii. Meminit ejus & Laon. Chalcocand. fol. 305. & 403. Extat ejus reformatio Imperii, & Bullæ variæ
	1414	*Concilium generale Conſtantienſe inchoatum, finitum deinde anno* 1418. *Majo. De quo Syl. Nyhem.*
	1417	Martinus III. *dictus* V. *Pa. Rom.* 210.
Johannes VII. Manuëlis F Palæologus Imp. regnat annos 27. Laonic. Leuncl.	1418	
Euthymius II. *Pat. Conſt.* 127.	1419	
Ioſephus II. *Pat. Conſt.* 128.	1424	
	1428	Clemens VII. *abdicavit. Schiſma* 26. *finitum.*
	1431	Eugenius IV. *Pa. Ro.* 211. *Concilium Baſilienſe inchoatum, finitum poſtea anno* 1442. *Æn. Sylvius.*
	1435	*Abbas Panormitanus, Iuris Pontificii interpres primarius.*
Imperator & Patriarcha Conſtantinopol. Ferrarienſe Concilium accedunt, pacis inter Græcos & Latinos faciendȩ ergo.	1438	*Concilium Florentinum Ferraria inchoatum.* Albertus II. Auſtriacus rex Romanorum creatus, re-

Beſſa-

ORIENS.		OCCIDENS.
Beſſarion fit Cardinalis.		gnat ann. 1. menſ 9. Cuſpinian. Antonin.
	1439	FELIX IV. *dictus* V. *Pa. Rom.*
GREGORIUS III. *Patriarcha Conſtant.* 129.	1440	FRIDERICUS III. Auſtriacus Erneſti F. Imper. regnat annos 53. Æn. Sylvius, in Europa. Wimphel. Antonin. Floren. Cuſpinian. in hoc deſinit. Panegyr. Hermolai Barbari. Ejus reformatio Imperii, publicata anno 1442. Sepultus Viennę.
	1441	Typographica ars inventa. Wimphel. cap. 65.
Georgius Caſtriotus, dictus Scanderbegus, Dux Epiri & Albaniæ, Turcis ſtrenue reſiſtit.	1442	*Concilium Baſil. abſolutum.*
CONSTANTINUS XV. Palæologus Imp. ultimus Chriſtianus, regnat annos circiter 7. Laonic. Leuncl.	1445	
	1447	NICOLAUS V. *Pa. Ro.* 212.
	1449	*Nicolaus de Cuſa, Cardinalis doctiſſ.* Alvarotus J. C. Feudiſta inſignis.
Conſtantinopolis quarto kal. Junii à Mahomete Othomanno, Amurathis F. capta, Conſtantinus Imp. cum uxore & ſobole cæſus, imperium Chriſtianorum in Oriente finitum. Laon. Chalcocand. Æn. Sylv. Godefr. Lang. Cruſ. in Turco-Græcia.	1452	
	1455	CALISTUS III. *Pa. Ro.* 213. Blond. *in* hoc deſinit.
Capta eſt Corinthus à Mahomete, Peloponneſus tributaria facta, pulſo Thoma Palæologo.	1458	PIUS II. *prius Æneas Sylvius, Pa. Ro.* 214. *Cujus opera varia.*

Maho-

1477 *Everhardus Comes Wirtenbergenſis* Tubingenſem Academiam inſtituit.

1483 *Martinus Lutherus* naſcitur.

Felinus Sandeus JC. *Epiſcopus Lucenſis.*

14 4 INNOCENTIUS VIII. *Pa. Rom.* 217.

1486 MAXIMILIANUS Friderici Imp. F. petente patre Rex Romanor. eligitur.

1490 Schola elegantioris doctrinæ *Monaſterii* inſtituta.

1492 ALEXANDER VI. *Pa. Rom.* 218.

1494 Moriuntur hoc anno *Angelus Politianus* JC. *Hermolaus Barbarus*, & *Ioan. Pic. Mirandula.*

1497 *Philippus Melanchthon* naſcitur.

1498 *Bartholomæus Socinus, Ludovicus Bologninus*, & *Philippus Decius* JC.

1500 CAROLUS V. naſcitur.

1501 *Synodus Moguntina.*

1502 *Fridericus* Saxoniæ Elector fundat Academiam Witteberg.

1503 PIUS III. & poſt eum JULIUS II. *Pa. Rom.* 219 & 220.

1507 Camera Imperialis hactenus *Wormatiæ* reſidens *Ratisbonam* transfertur.

1508 *Guilhelmus Budæus* JC. Pariſienſ. floret.

1510 *Ambroſius Calepinus Epiſcop. Bergomenſ.*

1511 Comitia Imperii *Treviris* habita, quibus Imperium Romanum in decem provincias diſtribuitur, *Auſtriacam, Bavaricam, Suevicam, Franciçam, Rhenenſem ſuperiorem, Electoralem Palatinatus, Burgundicam, Weſtphalicam, Saxonicam ſuperiorem, & inferiorem.*

Concilium Lateranenſe incipit.

1513 LEO X. *Pa. Rom.* 221.

1517 *Concilium Lateranenſe* finit.

Leo Papa, miſſis per omnia regna litteris indulgentiarum, omnium delictorum expiationem interventu pecuniæ pollicetur, de iis diſputat *Martinus Lutherus*, à quo Reformatæ religionis initium.

1517 *Antonius Auguſtinus* JC. naſcitur, qui poſtea à Pio IV. *Epiſcopus Ilerdenſis*, & à Gregorio XIII. *Tarraconenſis Archipræſul* declaratur. obiit 1586. ætat. 70.

1519 CAROLUS V. Philippi Hiſpan. Regis F. Imperator eligitur, regnat annos 38.

1521 HADRIANUS V. *Pa. Rom.* 222.

1522 *Iacobus Cujacius* JC. Toloſ. naſcitur: jura profeſſus ad

annum 1590. obiit ætat. 68.

1523 CLEMENS VIII. *Pa. Rom.* 223.

1524 *Fr. Hottomannus* JC. Pariſ. naſcitur.

1530 *Carolus* V. novas leges rerum capitalium, ſive publicorum judiciorum per Imperii terras conſtituit.

1531 Idem *Carolus* Hollandiæ Zelandiæque Curiæ à *Philippo Burgundiæ Duce* circa annnm 1418. inſtituta, novas juris & juſtitiæ adminiſtrandæ leges præſcribit.

Eodem anno FERDINANDUS Archidux Auſtriæ Rex Romanorum renuntiatur.

1533 *Monaſterii* in Weſtphalia initia Anabaptiſticæ doctrinæ.

1534 PAULUS II. *Papa Rom.* 224.

1535 Jeſuitarum ſocietas, authore *Ignatio Lojola*, nobili Hiſpano orta: probatur à *Paulo* IV. 1540.

Vdalric. Zaſius JC. naſcitur.

Eguinarius Baro JC. hoc tempore floret, qui obiit anno 1550.

1537 *Concilium Mantuanum.*

1540 *Ioſephus Scaliger* naſcitur.

1542 *Fr. Duarenus* JC. floret. obiit 1559.

1545 *Concilium Tridentinum* indicitur, quod finitur anno 1563.

1547 *Iuſtus Lipſius* naſcitur 28. Octob. in *Iſcano* Brabantiæ municipio.

1550 JULIUS III. *Pa. Rom.* 225.

1554 In Polonia *Corpus Iuris* peculiare in ſex libros diſtributum, ad Controverſias in regno dijudicandas, juſſu *Sigiſmundi Auguſti* editur.

1555 MARCELLUS II. & poſt eum PAULUS IV. *Pa. Rom.* 226. & 227.

Carolus V. Imperio & regno ſe abdicat. Regna *Philippo* filio, Imperium in fratrem *Ferdinandum* poſt biennium conferens, in Monaſterio D. Juſti in finibus Caſtiliæ ſito vacaturus, ubi 21. Septemb. 1558. vitam finiit.

1556 FERDINANDUS I. Carolo cedente Romanum Imperium aſſequitur. Imperat annos 7.

1560 PIUS IV. *Pa. Rom.* 228.

1562 *Philippus* Hiſpaniar. Rex novum Epiſcopatum in Belgio inſtituit.

Eodem Anno MAXIMILIANUS II. *Ferdinandi Imper.* F. Romanorum Rex coronatur, qui poſt exceſſum *Ferdinandi* anno 1564. in Imperium ſuccedit. Imperat annos 12.

1566 Pius V. *Pa. Rom.* 229.

Eodem anno in Belgio viri Nobiles pro libertate relligionis ſupplicant. Unde prima Origo tumultuum Belgicorum.

1572 Gregorius XIII. *Pa. Rom.* 30.

1573 *Academia Leydenſis* inſtituta 8. Feb.

1575 Rudolphus, Maximiliani Imper. F. Romanorum Rex coronatur: Idemque in Comitiis Ratisbonæ habitis 12. Octob. 1576. in imperium ſucceſſit, regnat annis 36.

1579 *Civitates Hanſæ* ſocietatis indicto Lubecæ fœderationis articulos ſanciunt.

1581 *Ordines Belgici* Philippo Regi Hiſpaniæ omnem obedientiam & ſubjectionem renunciant.

1582 *Gregorius Papa* novum Calendarium inſtituit, quo decem dies inter 14. & 15. Octob. ex veteri exemit.

Eodem anno novum Collegium *Supremæ Hollandiæ Curiæ* inſtituitur.

1585 Sextus V. *Pa. Rom.* 231.

1590 Urbanus VII. 232. *Papa.* & poſt eum Gregorius XIV. *Pa. Rom.* 233.

1591 Innocentius IX. *Pa. Rom.* 234.

1592 Clemens VIII. *Pa. Rom.* 235.

Proſper Farinacius JC. Roman. inſignis Practicus, floret.

1605 Leo XI. *Pa. Rom.* 236. & poſt eum Paulus V. *Pa. Ro.* 237.

1609 Induciæ Belgicæ duodennales.

1612 Mathias, Ungariæ & Bohemiæ Rex, Rudolpho fratri in imperio ſucceſſit. Imperat annos 7.

1617 *Synodus Generalis* Dordrechti à fœderati Belgii Ordinibus indicitur.

1618 *Mathias Cæſar* reſignat regna Bohemiæ & Ungariæ in *Ferdinandum* Archiducem.

Menſe Novembri minaci cauda, tanquam flagello armatus, *Cometa* apparuit.

1619 Ferdinandus II. Auſtriæ Dux, Romanorum Imperator, imperat annos 25.

1621 Gregorius XV. *Pa. Rom.* 238.

Societas Indica conſtituta apud Batavos.

1623 Urbanus VIII. *Pa. Rom.* 239.

1636 Ferdinandus III. Hungariæ Bohemiæque Rex Imperator Rom. imperat annos 20.

1644 Innocentius X. *Pa. Rom.* 240.

Ad Tit. D. de Origine Juris & Magiſtratuum, & ſucceſſione prudentium.

DE Origine & progreſſu Juris. pag. 1
de manu Regia 3
de legibus Regiis 4
De jure incerto & conſuetudine 7
de legibus duodecim tabularum 9
de diſputatione fori 11
de legis actionibus 13
de jure Civili Flaviano 16
de plebiſcitis 17
de Senatuſconſultis 19
de jure honorario 20
de Conſtitutionibus 22
de Regibus 25
de Cenſoribus 29
de Dictatoribus 30
de Magiſtris equitum 32
de Tribunis plebis 33
de Ædilibus plebis 35
de Quæſtoribus Ærarii ibid.
de Quæſtoribus Parricidii 37
de Decemviris 38
de Tribunis Militum 43
de Ædilibus Curulibus 44
de Prætore Urbano 45
de Prætore peregrino ib.
de Decemviris in litibus judicandis 47
de Quatuorviris, Triumviris, monetalibus, & capitalibus 48
de Quinque Viris 50
de Variis Prætoribus, & Ædilibus cerealibus 51
de præfecto Urbi. Annonæ. & Vigilum 54
de Juriſconſultis Vet. 57

INDEX CAPITUM *in L. FENESTELLAM* de Magiſtratibus Romanis.

PRoëmium de Magiſtratibus majoribus & minoribus 87
Cap. I. De Senatorum origine 89
Cap. II. de Tribunis Celerum Equitum 98
Cap. III. de Quæſtoribus 99
Cap. IV. de Interregia poteſtate 101
Cap. V. de Duumviris capitalibus 103
Cap. VI. de Præfecto Urbis 105
Cap. VII. de Conſulibus 109
Cap. VIII. de Dictatore 116
Cap. IX. de Magiſtro Equitum 118
Cap. X. de Tribuno Plebis 119
Cap. XI. de Proconſulari poteſtate 124
Cap. XII. de Legat Proconſul. 127
Cap. XIII. de Ædilib. plebis 128
Cap. XIV. de Decemviris 132
Cap. XV. de præfecto Annonę 138
Cap. XVI de Tribunis militum, conſul. poteſt. 140
Cap. XVII. de Cenſoribus 142
Cap. XVIII. de Triumviris colonię deducendæ 145
Cap. XIX. de Prætoribus 148
Cap. XX. de Quinque viris menſariis 152
Cap. XXI. de Triumviris Reipub. conſt. 153
Cap. XXII. de præfecto Prætorio 155
Cap. XXIII. de minoribus Magiſtratib. 157
Cap. XXIV. de præfecto Urbis & Vigil. ib.
Cap. XXV. de Duumviris Claſſis reſtit. & quibuſdam aliis magiſtratib. 159
Cap. XXVI. de Procuratore Cæſaris 161

INDEX CAPITUM
In POMPONIUM LÆTUM
De Magiſtratibus.

Cap. I. de Rege 169
Cap. II. de Majeſtate Regis 171
Cap. III. de Senatoribus 173
Cap. IV. de Poteſtate Senatus & Plebis 173
Cap. V. de Interrege 174
Cap. VI. de Duumviris ib.
Cap. VII. de Præfecto Urbis 175
Cap. VIII. de Præfecto Prętorio 176
Cap. IX. de præfecto Annonæ ib.
Cap. X. de præfecto Vigilum 177
Cap. XI. de præfecto in militia ib.
Cap. XII. de præfecto Legionis 178
Cap. XIII. de præfecto Caſtrorum 179
Cap. XIV. de præfecto Fabrorum ibid.
Cap. XV. de Conſulibus ib.
Cap. XVI. de Dictatore & Magiſtro Equitum 181
Cap. XVII. de Quæſtoribus 182
Cap. XVIII. de Tribuno Plebis 184
Cap. XIX. de Tribunis Militum 186
Cap. XX. de Ædilibus 188
Cap. XXI. de Cenſoribus 189
Cap. XXII. de Decemviris 191
Cap. XXIII. de Proconſulibus 192
Cap. XXIV. de Prętoribus, decemviris, & curatoribus viarum, triumviris, quinque viris, & centumviris 193
Cap. XXV. de Procuratore Cęſaris 195
Cap. XXVI. de Juriſperitis ibid.

DE LEGIBUS.

De jure & legibus 198
de lege Ælia & Fuſia 200
Aurelia 201
Acilia 202
Annonaria ibid.
Annaria ibid.
Aterina 203
Aquilia ibid.
Cincia ibid.
Calpurnia 204
Cornelia ibid.
Caſſia 205
Fabia ibid.
de lege frumentaria 206
Falcidia ibid.
Flavia ibid.
Gabinia ibid.
de lege Junia 207
Julia ibid.
Lectoria ibid.
de lege Licinia 208
Manilia ibid.
Othonia ibid.
de lege Oppia 209
Hortenſia ibid.
Pompeja ibid.
de lege Pappia 210
Plotia ibid.
de lege Roſcia 211
Satyra ibid.
Scatinia ibid.
Tutelari ibid.
de lege Variana 212
Voconia ibid.
Valeria ibid.

INDEX
In XII. Tabular. Fragmenta.

TAB. I. Lex I. II. *De in jus vocando* 245
L. III. de cognitione Prætoris 246
TAB. II. *De judiciis & furtis* 252
L. II. de Vadimonio & legitimis vadimonii deferendi cauſis ibid.
L. III. de Teſtimonii denunciatione ib.

De Fur-

De Furtis.
Cap. I. de nocturno fure 253
Cap. II. de diurno fure & manifeſto ibid.
Cap. III. de nec manifeſto fure 254
Cap. IV. de arboribus furtim ceſis ib.
Cap. V. communia de furtis ib.
TAB. III. *de Rebus creditis* 260
L. I. de depoſito ibid.
L. II. de fœnore ib.
L. III. de jure crediti perſequendi adverſus hoſtem ibid.
L. IV. adverſus confeſſum 260
TAB. IV. *de Iure patrio & Connubii* 266
TAB. V *de Hereditatum & Tutelarum jure* 269
L. I. de Teſtamento ibid.
L. II. de ſucceſſione ab Inteſtato ibid.
Cap I. de Gentilitiis heredit. ib.
Cap. II. de bonis libertorum ib.
TAB. VI. *de Dominio & Poſſeſſione* 275
L. I. de Nexu & Mancipio ibid.
L. II. de Uſucapione ibid.
L. III. de Vindictis & jure poſſeſſion. 276
de Tigno juncto ibid.
L. IV. de Repudiis ib.
TAB. VII. *de Delictis.* 282
L. I. Cap. I. de pauperie & damno dato ibid.
Cap. II. de damno frugibus dato ibid.
Cap. III. de paſtu pecoris 283
Cap. IV. de Incendio facto ibid.
L. II. de Injuriis levioribus ib.
L. III. de convicio publice facto ibid.
L. IV. de pœna Talionis 284
L. V. de oſſe fuſo, id eſt, dentibus excuſſis ibid.
L. VI. de falſo ibid.
L. VII. de Sicariis & Veneficio ibid.
L. VIII. de Parricidio. 285
L. IX. de dolo Tutorum ibid.
L. X. de fraude Patroni ib.
TAB VIII. *de Iuribus Prædiorum* 290
L. I. de jure parietum ibid.
L. II. de jure arborum ibid.
L. III. de jure finium ibid.
L IV. de jure poſſeſſionum ibid.
L. V. de jure aquarum 291
L. VI. de jure itinerum ib.
TAB. IX. *de Iure Publico* 294
L. I. L. II. de juris æquitate ib.
L. III. de Repetundis ibid.
L. IV. de capite civis ibid.
L. V. de quæſtoribus Parricidii ibid.
L. VI. de cætibus nocturnis ibid.
L. VII. de eo qui hoſtem concitavit 295
TAB. X. *De Iure Sacro* 297
L. I. de jure jurando ibid.
L. II. de jure Sepulchrorum ibid.
TAB. XI. Quinque prior. tabul. Supplementum 303
TAB. XII. Quinque poſterior. tabul. ſupplementum 305

INDEX.

Ex libro ſecundo Digeſtorum.

Tit. 1. de Juriſdictione 309
Tit. 2. Quod quiſque juris &c. ibid.
Tit. 3. Si qu jus dicenti &c. 310
Tit. 4. de in jus vocando ibid.
Tit. 5. Si quis in jus vocat non ierit ibid.
Tit. 6. In jus vocati ut eant ibid
Tit. 7. Ne quis eum qui in jus vocat ib.
Tit. 8. Qui ſatiſdare eogantur 311
Tit. 9. Si ex noxali cauſa ibid.
Tit. 10. De eo per quem factum erit quo minus quis in judicio ibid.
Tit. 11. Si quis cautionibus &c. 312
Tit. 13. de Edendo ibid.
Tit. 14. De pactis 313

Ex libro III. Digeſtorum.

Tit. 1. de Poſtulando 313
Tit. 2. de iis qui notantur infamia 314
Tit. 3. de Procuratoribus 314
Tit. 4. Quod cujuſque Univerſitatis &c. 315
Tit. 5. de Negotiis geſtis. ibid.
Tit. 6. de Calumniatoribus ibid.

Ex libro IV.

Tit. 2. de eo quod metus cauſa 315
Tit. 3. de dolo malo 316
Tit. 4 de Minoribus ibid.
Tit. 5. de capitis diminutione ibid.
Tit. 6. ex quibus cauſis majores 317
Tit. 7. de alienatione judicii mutandi cauſa facta ibid.
Tit. De receptis qui arbitrium 318

Ex libro V.

Tit 1. de Judiciis, & ubi quiſque 318
Tit. 2. de Inofficioſo teſtamento ibid.
Tit. 3. de Hereditatis petitione 319
Tit 4. Si pars hereditatis petatur ibid.
Tit. 5. de poſſeſſoria hereditatis petitione ibid.
Tit. 6. de fideicommiſſar. hered. petitione ibid.

Ex libro VI.

Tit. 1. de Rei vindicatione 320
Tit. 2. de publiciana in rem act. ibid.
Tit. 3. Si ager Vectigalis vel ibid.

Ex libro VII.

Tit. 1. de Uſufructu & quemadmodum 320
Tit. 6. Si Uſufruct. petatur 321
Tit. 9. Uſufructuarius quemadmodum cav. ibid.

Ex libro VIII.

Tit. 1. Si Servitus vindicetur 321

Ex libro IX.

Tit. 1. Si quadrupes pauper. feciſſe dicatur 321
Tit. 3. de his qui effuderint ibid.
Tit. 4. de noxalibus actionib. 322

Ex libro X.

Tit. 1. Finium regundorum 322
Tit. 2. Familiæ erciſcundæ 323
Tit. 3. communi dividundo ibid.
Tit. 4. ad exhibendum ibid.

Ex libro XI.

Tit. 1. de Interrogationibus in jure faciend. ibid.
Tit. 3. de ſervo corrupto 324
Tit. 5. de Aleatoribus ibid.
Tit. 6. Si menſor falſum modum ibid.
Tit. 7. de Religioſis & ſumptib. funer. ibid.
Tit. 8. de Mortuo inferendo 325

Ex libro XII.

Tit. 1. de Rebus creditis ibid.
Tit. 2. de jurejurando ibid.
Tit. 4. de condictione cauſa data 326
Tit. 5. de condict. ob turpem vel injuſtam cauſam ibid.
Tit. 6. de condictione indebiti ibid.
Tit. 7. de condictione ſine cauſa ibid.

Ex libro

Ex libro XIII.
Tit. 1. de condictione furtiva 326
Tit. 2. de condictione ex lege ibid.
Tit. 3. de condictione Triticiaria ibid.
Tit. 4. de eo quod certo loco. 327
Tit. 5. de pecunia conſtituta ibid.
Tit. 6. commodati vel contra ibid.
Tit. 7. de pignoratitia actione ibid.
Ex libro XIV.
Tit. 1. de Exercitoria actione 327
Tit. 3. de Inſtitoria actione 328
Tit. 4. de Tributoria actione ibid.
Tit. 5. Quod cum eo qui in aliena pot. ibid.
Ex libro XV.
Tit. 1. de Peculio. 328
Tit. 2. Quando de peculio actio eſt annalis 329
Tit. 3. de in rem verſo ibid.
Tit. 4. Quod juſſu ibid.
Ex libro XVI.
Tit. 3. depoſiti vel contra 329
Ex libro XVII.
Tit. 1. Mandati 329
Tit. 2. Pro Socio 330
Ex libro XVIII.
Tit. 1. de contrahenda emptione 330
Tit. 4. de hereditate vel act. vend. ibid.
Ex libro XIX.
Tit. 2. Locati & conducti 330
Tit. 3. de æſtimatoria ibid.
Tit. 4. de rerum permutatione ib.
Tit. 5. de præſcriptis verbis ibid.
Ex libro XXI.
Tit. 1. de Ædilitio edicto 331
Ex libro XXV.
Tit. 2. de actione rer. annotarum 333
Tit. 4. de inſpiciendo ventre ibid.
Tit. 5. Si ventris nomine mulier in poſſeſſionem miſſa 335
Tit. 6. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur ibid.
Ex libro XXVI.
Tit 2. de Teſtament. tutel. 335
Tit. 5. de Tutorib. & curatoribus datis ab his ibid.
Tit. 7. de adminiſtratione & periculo tutorum ibid.
Ex libro XXVII.
Tit. 2. Ubi pupillus educari 336
Tit. 3. de tutel. & rat. diſtrahend. ibid.
Tit. 4. de contraria tutelæ actione ibid.
Tit. 5. de eo qui pro tutore ibid.
Tit. 6. Quod falſo tutore ibid.
Ex libro XXVIII.
Tit. 7. de conditionibus Inſtitutionum 337
Tit. 8. de jure deliberandi ibid.
Ex libro XXIX.
Tit. 2. de acquirenda vel omittenda hereditate 337
Tit. 3. Teſtament. quemadm. aper. 338
Tit. 4. Si quis omiſſa cauſ. teſtam. ibid.
Tit. 5. de Senatuſconſult. Syllaniano ibid.
Ex libro XXXV.
Tit. 3. Si cui plus quam per legem falcidiam 339
Ex libro XXXVI.
Tit. 3. Ut legatorum ſeu fideicommiſſ. 339
Tit. 4 Ut in poſſeſſ. legator. 339
Ex libro XXXVII.
Tit. 1. de bonorum poſſeſſionibus 340
Tit. 2. Si tabulæ teſtamenti exſtabunt ibid.
Tit. 3. de bonor. poſſeſſ. furioſo ib.
Tit. 4. de bonor. poſſeſſ. contra tab. ibid.
Tit. 5. de legat. præſtand. contra tab. ibid.
Tit. 6. de Collatione 341
Tit. de dotis collatione ibid.
Tit. 8. de conjung. cum emancipat. lib. ibid.
Tit. 9 de ventre in poſſeſſ. mittendo ibid.
Tit. 10. de Carboniano edicto 342
Tit. 11. de bon. poſſ. ſecundum tab. ibid.
Tit. 12. Si à parente quis manumiſſ. ibid.
Tit. 13. de bonor. poſſ. ex teſtam. militis ibid.

Ex libro XXXVIII.
Tit. 1. de operis libertorum 343
Tit. 2. de bonis libertorum ibid.
Tit. 3. de libertis univerſitatis 344
Tit. 5. Si quid in fraudem patroni ibid.
Tit. 6. Unde liberi ibid.
Tit. 7. Unde legitimi ibid.
Tit. 8. Unde cognati 345
Tit. 9. de Succeſſorio edicto 346
Tit. 11. Unde Vir & Uxor ib.
Tit. 12. de Veteranor. & milit. ſucceſſ. ibid.
Tit. 12. Ut ex legibus Senatuſve conſultis ibid.
Ex libro XXXIX.
Tit. 1. de operis novi nunciatione 347
Tit. 2. de damno infecto ibid.
Tit. 3. de aqua & aq. pluv. arc. 348
Tit. 4. de Publicanis & Vectigalibus 349
Ex libro XL.
Tit. 12. de liberali cauſa 349
Ex libro XLII.
Tit. 1. de re judicata 349
Tit. 2. de confeſſis 350
Tit. 4. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur ibid.
Tit. 5. de reb. author. indic. poſſid. ibid.
Tit. 8. Quę in fraudem creditorum 351
Ex libro XLIII.
Tit. 2. Quorum bonorum 351
Tit. 3. Quod legatorum 352
Tit. 4. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. ibid.
Tit. 5. de Tabulis exhibendis ibid.
Tit. 6. Ne quid in loco publico ib.
Tit. 8. Ne quid in loco ſacro ibid.
Tit. 9. de loco publico fruendo 353
Tit. 11 de via publica ibid.
Tit. 12. de fluminibus ibid.
Tit. 13. Ne quid in flumine publico ibid.
Tit. 14. Ut in flumine publico navigare 354
Tit. 15. de ripa munienda ibid.
Tit. 16. de vi & vi armata ibid.
Tit. 17. Uti poſſidetis ibid.
Tit. 18. de Superficiebus 355
Tit. 19. de Itinere actuque privato ibid.
Tit. 20. de aqua quotidiana & æſtiva ibid.
Tit. 21. de Rivis 356
Tit. 22. de fonte ibid.
Tit. 23. de cloacis ibid.
Tit. 24. Quod vi aut clam ib.
Tit. 25. de remiſſionibus ib.
Tit. 26. de precario 357
Tit. 27. de arboribus cædendis ib.
Tit. 28. de glande legenda ib.
Tit. 29. de libero homine exhibendo ibid.
Tit. 31. Utrubi ib.
Tit. 32. de migrando 357
Tit. 33. de Salviano interdicto ib.
Ex libro XLVI.
Tit. 3. de ſolutionibus & liberation. 357
Tit. 6. Rem pupilli ſalvam fore ib.
Tit. 7. Judicatum ſolvi ibid.
Tit. 8. Ratam rem haberi 359
Ex libro XLVII.
Tit. 1. de furtis 359
Tit. 4. Si is qui teſtamento liber eſſe juſſus erit ibid.
Tit. 5. furti adverſus nautas 360
Tit. 6. Si familia furtum feciſſe dicatur ib.
Tit. 7. arborum furtim cæſarum ibid.
Tit. 8. de Vi bonorum raptorum ibid.
Tit. 9. de Incendio ruina naufragio 361
Tit. 10. de injuriis & famoſis libellis ibid.
Tit. 12. de Sepulchro violato 362
Tit. 13. de Concuſſione ibid.
Ex libro XLIX.
Tit. 14. de jure fiſci 363
Ex libro L.
Tit. 1. ad Municipalem & de incolis 363
Tit. 4. de Muneribus & honoribus ibid.

UL-

INDEX.

Tit. 1. de legibus & moribus & libertis 401
Tit. 2. de Statu liberis 406
Tit. 3. de Latinis 407
Tit. 4. de his qui ſui juris ſunt 409
Tit. 5. de his qui in poteſtate ſunt ibid.
Tit. 6. de Dotibus 411
Tit. 7. de jure donationum inter virum & uxorem 413
Tit. 8. de Adoptionibus 415
Tit. 9. de his qui in manu ſunt 416
Tit. 10. Qui in poteſtate mancipiove ſunt quemadmodum ex jure liberentur ibid.
Tit. 11. de Tutelis 417
Tit. 12. de Curatoribus 422
Tit. 13. de Cælibe, orbo, & ſolitario patre 423
Tit. 14 de pœna legis Juliæ ibid.
Tit. 15. de decimis 424
Tit. 16. de Solidi capacitate inter virum & uxorem ibid.
Tit. 17. de caducis 426
Tit. 18. Qui habeant jus antiquum in caducis 427
Tit. 19. de dominiis & acquiſitionibus rerum ibid.
Tit. 20. de Teſtamentis 431
Tit. 21. Quemadmodum heres inſtitui debeat 434
Tit. 22. Qui heredes inſtitui poſſint ibid.
Tit. 23. Quemadmodum teſtamenta rumpuntur 440
Tit. 24. De legatis 442
Tit. 25. de Fideicommiſſis 447
Tit. 26. de legitimis heredibus 450
Tit. 27. de libertorum ſucceſſionibus vel bonis 452
Tit. 28. de poſſeſſionibus dandis 453
Tit. 29. de bonis libertorum 455

INDEX

In IULII PAULI receptas ſententias.

LIB. I.

tit. 1. de pactis & conventionibus 459
tit. 2. de cognitoribus ibid.
tit. 3. de procuratoribus 460
tit. 4. de Negotiis geſtis ibid.
tit. 5. de calumniatoribus 461
tit. 6. de reis inſtitutis 462
tit. 7. de integri reſtitutione ibid.
tit. 8. de dolo malo 463
tit. 9. de minoribus 464
tit. 10. de plus petendo 465
tit. 11. de Satiſdando ibid.
tit. 12. de judiciis omnibus 466
tit. 13. de judicato ibid.
tit. 14. de via publica 467
tit. 15. Si quadrupes damnum intulerit 468
tit. 16. Finium regundorum ibid.
tit. 17. de Servitutibus 469
tit. 18. Familiæ erciſcundæ ibid.
tit. 19. Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur ibid.
tit. 20. de Fidejuſſore & Sponſore 470
tit. 21. de Sepulchris & legendis ib.

LIB. II.

tit. 1. de Rebus creditis & jurejurando 471
tit. 2. de pecunia conſtituta ibid.
tit. 3. de contractibus 472
tit. 4. de commodato & depoſito ibid.
tit. 5. de pignoribus 473
tit. 6. de exercitoribus ibid.
tit. 7. Ad legem Rhodiam ib.
tit. 8. de Inſtitoribus 474
tit. 9. de in rem verſo 475
tit. 10. de Senatuſconſulto Macedon. ibid.
tit. 11. ad Senat, Vellejanum ibid.
tit. 12. de Depoſito 476
tit. 13. de lege commiſſoria ibid.

tit. 14.

tit. 14. de Uſuris 477
tit. 15. de Mandatis 478
tit. 16. pro Socio 479
tit. 17. Ex empto & vendito ibid.
tit. 18. de locato & conducto 481
tit. 19 de Nuptiis ibid.
tit. 20. de Concubinis 482
tit. 21. de dotibus ibid.
tit. 22. de pactis inter virum & uxorem ibid.
tit. 23. de donationibus inter virum & uxorem 483
tit. 24. de liberis agnoſcendis ibid.
tit. 25. Quemadmodum filii ſui juris efficiuntur 484
tit. 26. de adulteriis 485
tit. 27. de excuſationibus tutorum ibid.
tit. 28. de potioribus nominandis 486
tit. 29. Qui potior nominati non poſſit ibid
tit. 30. de oratione divi Severi ib.
tit. 31. de Furtis ibid.
tit. 32. de Operis libertorum 489

L I B. III.

tit. 1. de carboniano edicto 490
tit. 2. de bonis liberti ibid.
tit. 3. de lege Fabiana 491
tit. 4. de Teſtamentis ibid.
tit. 5. de Senatuſconſulto Syllaniano 494
tit. 6. de legatis 496
tit. 7. de mortis cauſa donationibus 508
tit. 8. ad legem falcidiam ib.

L I B. IV.

tit. 1. de fideicommiſſis 509
tit. 2. de Trebelliana 512
tit. 3. de Senatuſconſulto Pegaſiano 513
tit. 4. de repudianda hereditate ib.
tit. 5. de inofficioſi querela 514
tit. 6. de Viceſima 515
tit. 7. de lege Cornelia 516
tit. 8. de Inteſtatorum ſucceſſione 517
tit. 9. ad Senatuſconſult. Tertullia. 518
tit. 10. ad Senatuſconſultum Orphitianum 520
tit. 11. de Gradibus ibid.
tit. 12. de Manumiſſionibus 522
tit. 13. de fideicommiſſ. libertatibus 523
tit. 14. ad legem fuſiam Caninam 524

L I B. V.

tit. 1. de liberali cauſa 526
tit. 2. de Uſucapione 527
tit. 3. de his quæ per turbam fiunt. 528
tit. 4. de injuriis 529
tit. 5. de effectu ſententiarum & finibus litium 532
tit. 6. de interdictis 533
tit. 7. de obligationibus 536
tit. 8. de Novationibut 537
tit. 9. de Stipulationibus ibid.
tit. 10. de contrahenda authoritate 538
tit. 11. de donationibus 539
tit. 12. de jure fiſci & populi 540
tit. 13. de delatoribus 541
tit. 14. de Quæſtionibus 542
tit. 15. de teſtibus ibid,
tit. 16. de Servor. queſtionibus 543
tit. 17. de Abolitionibus 545
tit. 18. de Abactoribus 546
tit. 19. de Sacrilegis ibid.
tit. 20. de incendiariis 547
tit. 21 de Vaticinatoribus & mathemat. ibid.
tit. 22. de Seditioſis 548
tit. 23. ad leg. Corn. de Sicariis ib.
tit. 24. ad leg. Pompejam de parricid. 550
tit. 25. ad L. Corneliam teſtamentariam 551
tit. 26. ad l. Juliam de vi publica 553
tit. 27. de lege Julia peculatus 554
tit. 28. ad L. Juliam repetundarum 555

I N-

INDEX
in CAII Inſtitutiones.

LIB. I.

tit. 1. de jure naturali & civili 559
tit. 2. de jure perſonarum 560
tit. 3. Cui & quibus ex cauſis manumittere non licet 561
tit. 4. de numero ſervorum teſtamento manumittendorum 562
tit. 5. de his qui ſui vel alieni juris ſunt 564
tit. 6. de Nuptiis 566
tit. 7. de Adoptionibus 568
tit. 8. Quibus modis filii exeunt de poteſtate patris 569
Tit. 9. de Tutelis 572
tit. 10. de Curatoribus 573

LIB. II.

tit. 1. de rebus 574
tit. 2. de Teſtamentis 580
tit. 3. de exheredatione liberor. 581
tit. 4. Quibus modis teſtamenta infirmantur 582
tit. 5. de heredum qualitate & differentia 583
tit. 6. de Subſtitutionibus & faciendis ſecundis tabulis 584
tit. 7. de legatis 585
tit. 8. de lege Falcidia 587
tit. 9. de fideicommiſſis 588

LIB. III.

tit. 1. de inteſtatorum hereditatibus 591
tit. 2. de obligationibus 597
tit. 3. Quibus modis obligatio tollatur 602

LIB. IV.

tit. 1. de obligationibus ex delicto 603

INDEX
In Romanarum legum collationem.

tit. 1. de Sicariis & homicidiis caſu vel voluntate 607
tit. 2. de Atroci injuria 615
tit. 3. de jure & Sævitia dominorum cohibenda 623
tit. 4 de Adulterio 625
tit. 5. de Stupratoribus 635
tit. 6. de Inceſtis 638
tit. 7. de furibus & pœna eorum 644
tit. 8. de falſo teſtimonio 647
tit. 9. de familiari teſtimonio non admittendo 650
tit. 10. de depoſito 653
tit. 11. de abigeis 658
tit. 12. de Incendiariis 662
tit. 13. de termino moto 667
tit. 14. de plagiariis 669
tit. 15. de Mathemat. malefic. & manichæis 673
tit. 16. de legit. ſucceſſione 678
Modeſtini regula de Teſtamentis 6[illegible]6
Imp. Juſtiniani Novellæ conſtitutiones tres 697

FINIS.

LUGDUNI BATAVOR.
Typis SEVERINI MATTHIÆ 1671.

B.17.6.37
B.N.C.F.

33
506